



BIBLIOTECA
DEL REAL MONASTERIO
DE HUERTA.
Nº 244.

ad usus fratriis om manueis de lebre de

ffr. 23
Anno 15th
Vol 1^o

ANNOTATIONVM
IN EVANGELIA
TOTIVS ANNI,
TAM DOMINICARVM,
QVAM FESTIVITATVM.

PRIMA PARS.

AUTHORE R.P. F. GREGORIO HVRTADO DE
Mendoça, Lusitano, ex Seraphico instituto, Sanctæ Provinciæ Catha-
loniæ Filio, & Sacra Scripturæ veterano Interprete.

AD REVERENDISSIMUM, PARITER ET
doctissimum Patrem Fratrem IOANNEM BAPTISTAM à CAMPANEA,
totius Seraphicæ Religionis Generalem Ministrum.

Cum Indicibus copiosis, Sacra Scripturæ, Rerum notabilium, & Quadragesimæ continua.



BARCINO N E.

Ex Prælo PETRI LACAVALLERIA, & ipsius expensis.
Cum licentia, & Priuilegio.

Venundatur in eadem Typographica Officina, in via de la Libreria.

APPROBATIONES, ET LICENTIAE.

Ruerendi Patris Fratris Gregorii Baptistæ à Mendoça, Lusitani, Seraphicæ Religio-
nis alumni, ac Sanctæ Cathaloniæ Prouincia Filii: Romæ quondam, & aliis pluribus
in locis sacræ Pagina publicæ interpretis, atq; nunc istius Regii Barcinonensis Sā-
ctissimi Patris nostri Francisci Monasterii, verbi Dei Conuentualis Promulgatoris,
Primam hanc *Annotationum partem*, in totius anni, tam Dominicarum, quam Festiuitatum
Euangelia, Illustrissimi, ac Reuerendissimi domini don Egidii Manriquez Episc. Barcinoneñ. ac
Regii Conciliarii iuslu, attente perlegi, ac impensè considerau: Opus equidem omni eruditione
refertum iudicau, quippe qui fons diuinarum Scripturarum sententiis scaturiens mihi sit visum:
Pratum veritatis, varietate, ac Sanctorum Patrum testimoniis, delectabile: Hortus deliciosissimus
floribus refertus, suauissimū doctrinæ odorem, & fructum deuotionis præstantem, à se emittens;
quem tam doctus, quam pius Lector inoffenso pede proculdubio intrare poterit; nō enim haeresis
spina pungit, nec lapis scandali contra bonos mores lædit; ideoq; dignissimum iudico, in commu-
nem verbi Dei concionatorum vtilitatem, typis mandari. Sicq; in Conuentu S.P. Francisci prædi-
cti me subscribendo firmo.

Fr. Antonius Solanes Jubilatus Lector, &
Prouincia Cathaloniae Custos.

Attenta censura prædicta typis mandetur, & imprimatur,

Barcinone die 15. Maij 1637.

G. Episcopus Barcinonen.



Pus hoc Annotationum in totius anni Dominicas concinnatum ingenti studio, & opera Re-
uerendi admodum Patris Gregorii Baptista à Mendoça indicò omni approbatione excipien-
dum, & planu.

In eo namq; interlacent, & emicant integritas fidei, Bibliorum explanatio, Patrum doctrina,
Antiquorum eruditio, ingeniorum acumen, morum rectitudine haud satis laudata.

Hic reuelata Euangeli veritates, ac veteris, ac noni instrumenti sententia suis genuinis sensibus exposita se se-
demonstrant. Iстic Sanctorum, & veterum dicta plusquam aurea patescunt. Illic excursus subtile exurgunt. Iстic
Moraltates salubres auolant. Undiq; stylus elegans, suavis, & dulcis.

Miror in uno Operе tanta cum eminentia, viile misceri dulci, sacrum adiungi erudito, diuinum humano co-
pulari, ea elegantia singulari, ut omne secum punctum ferre videatur.

Error hinc abest, falsitas ablegatur, veri decor, & anima sanctitas undiq; pullulat. Sentio itaque Opus esse ele-
etum, & eligendum inter plura, necnon absolutum numeris omnibus.

Suggesti deditis, & pulpito deuotis gratulandum de segete hac opima, qua possunt audientes dimitare, reli-
quis vero de copia sublimium cogitationum, qua suauissime queunt mentes pascere proprias, & luminibus collu-
strare specialibus, circa intelligentias sacras.

Auctorem Operis non possum non venerari tanquam hominem ingenuum, & omni prædicatione celebrandum;
ut post, qui se exhibeat Seraphica Familia ornamentum, sua Patriæ Lusitanie decus, bona litteraturæ stellam præ-
fulgidam, atque etiam Ecclesia ipsius sydus unde quaque collucens mirabiliter.

Me detineo, & manus calamus in commendationem Operis, & Auctoris ex animo, & corde, absque meta
decursum; solumque pronuntio clamans, Opus esse publico dignum; Auctorem vero aeternitate prædicandum.
Qua attestacione velim sit securus perillustris dominus don Michael Sala Regens. De cuius speciali mandato,
mandata mibi cura est dispiciendi opus istud cunctis encomiis maius. Ita sentio in nostro Collegio Barcinonensi
Societas Iesu die Iulii sexta, anno Christiano 1637.

Vincentius Nauarro S.Theolog. Praelector, &
de S.Inquisitione iuratus Censor.

Imprimatur.

Don Michael Sala Regens.

¶ 2

Ex



EX commissione Reuerendissimi Patris Fratris Ioannis Baptiste à Campanea, totius Seraphicæ Religionis Generalis Ministri, attente perlegi hunc librum, cui titulus est: *Annotationes in totius Anni Euangelia, tam Dominicarum, quam Festiuitatum, &c.* à R. P. Fr. Gregorio Baptista de Mendoça, à multis annis Sacrae Scripturæ variis in locis publico Interpretæ, & nunc Regii huius Cœnobii Concionatore Conuentuali, compositum, in quo nihil à S. Matris Ecclesiæ dogmatibus alienum, aut bonis moribus dissonum reperi; quin verò plura luculenter tradita, Sanctorum PP. authoritatibus consita, dexteritatis Authoris ingenii (prout cætera eius opera prædicant) digna. Dignum ob idq; iudico, ut ad Dei laudem, publicamq; totius Ecclesiæ utilitatem, quam primum prælo mandetur. In cuius rei fidem, &c. Dat. Barcinone apud Regale Sanctissimi Patris nostri Francisci Cœnوبium, die 31. Ianuarii Anno à Natiu. Domini 1637.

Fr. Franciscus Roger Lector Iubilatus, & in causis orthodoxæ fidei Censor.



X commissione, & speciali mandato nostri Reuerendissimi P. Fr. Ioannis Baptiste Campanensis, Seraphici Sodalitii Generalis dignissimi, hilari animo vidi, magnaq; incunditate perlegi primam partem Annotationum in totius Ecclesiæ, tum Dominicarum, tum Festiuitatum Euangelia, quam R.P. Gregorius Baptista à Mendoça, sacri eloquii olim publicus Professor, nunc sancti Fratris Barcinonensis. Cœnobii Concionator in orbis lucem profert. Opus sanè ita selectum, & undequaq; perfectum, ut fidei orthodoxæ, aut bonis moribus, nec apicem aduersantem in illo reperi, quin potius in enodandis sacrae paginae difficultatibus, summam perspicuitatem; in explicandis Sanctorum placitis miram subtilitatem; ac in rebus disponendis optimam methodum in eo, sicut & in aliis ab ipsomet Authore elaboratis, intueor: quare non solum typis, verum & aternitati mandari dignissimum, & vniuersali omnium, maxime verbi Dei propalantium, bono expedientissimum iudico, &c. Ita subscripsi Perpiniani die 25. mensis Martii 1637.

Fr. Franciscus Calmell Theologiæ Lector,
& Conuentus S. Francisci Perpinianeñ.
Guardianus.

Frater



Licentia Reuerendissimi Patris Generalis.



RATER Ioannes Baptista à Campane, strictioris obseruantiæ, totius Ordinis Fratrum Minorum Generalis Minister, & seruus. Dilecto nobis in Christo Patri Fratri Gregorio Baptista de Mendoça, eiusdem Ordinis, & instituti, nostræ verò Provinciæ Cathaloniæ Sacrarum litterarum iam olim publico interpreti, nunc autem Regalis nostri Conuentus sancti Francisci Barcinonæ Concionatori salutem in Domino sempiternam.

Præsentium exemplo tibi ad meritum salutaris obedientiæ facultatem elargimur: quatenus elaboratas à te, & de nostra licentia ab eruditis nostri Ordinis viris approbatas iam lucubrationes, quibus titulus est: *Annotationes in totius Ecclesiæ, tam Dominicarum, quam Festinatum Euangelia pars prima*: ad Apostolicarum, ac nostrarum etiam Constitutionum præscriptum prælo tradere possis, & valeas. Datis Matriti in Conventu nostro sancti Francisci, die 4, mensis Aprilis, Anno Domini 1637.

Fr. Ioannes Baptista à Campane,
Minist. Generalis.

STUDIO^SO

STUDIO SO LECTORI SALVTEM.

PO ST meas in caput xiij. Sacrosancti Iesu Christi Euangelij secundum Ioannem annotationes bis Praeolo datas; postque meum vita Christi completorium, quater iam typis excussum, accipe (humanissime Lector) annotationum ad totius anni Euangelia partem hanc primam, quam si ea animi auditate, qua prefatas lucubrationes accepisti, acceperis; secundam, & tertiam habebis quam primum. Viue, & Vale.

*Lo Duch de Sogorb, y de Cardona,
Lloctinent, y Capita General.*

RE quant, per part de Pere Lacaualleria Impressor, Ciutada de Barcelona, nos es estat referit, que està imprimint vn llibre, intitulat: *Annotationum ad omnia totius anni Euangelia, tam Dominicarum, quam festiuitatum*: lo Auctor del qual es fra Gregori Baptista de Mendoça, Mestre en la sagrada Theologia: suplicant a que ates, que en la impressio se oferexen grans gastos, y treballs, pera que no sie frustrat en ells, tingam à be concedirli llicencia de imprimirlo, ab prohibicio per vn temps competent. E Nos tenint consideracio à que la obra es important, y de molta utilitat, segons nos ha constat ab certificatio de persones doctes, y eminentes, hauem tingut à be concedir, segons que ab tenor de la present, de nostra certa sciencia, y Real auctoritat, concedim llicencia, facultat, y permis al dit Pere Lacaualleria, que liberament puga imprimir, o fer imprimir lo dit llibre. Manant expressament, q durant lo temps de dèu anys la data infrascrita, en auant còptadors, no puga persona alguna, de qualsevol grau, o condicio sia, imprimir, ni fer imprimir en esta Provincia, ni vedter lo llibre preintitulat, sots pena de perdre los llibres, que altrament se imprimiran, motllos, y aparells de la impresio, è de sinch cents florins de or de Arago, als Reals cofrens aplicadors, y de bens de cada hu dels contrafahents irremissiblement exhibidors. Sots la qual pena diem, y manam, no res menys à tots, y sengles Veguers, Bartles, Sotsveguers, Sotsbatlles, y altres qualsevol Oficials, axi Reals, com de Barons, y majors, com menors, y als lloctinents de aquells, que la present nostra llicentia prohibiuia, al dit Pere Lacaualleria durant lo temps de dèu anys, tinguuen, guarden, y obseruen, tenir, guardar, y obseruar fassan, y contra no vingan en manera alguna, si la gracia de sa Magestat los es cara, y en la dita pena desjan no incorrer. Dat en Barcelona à XXXI. de Desembre M.DC.XXXVII.

*El Duque de Sogorbe,
y de Cardona. etc.*

Loco Si~~X~~gilli.

Vt. D. Fr. de Erill Can.

Vt. De Calders, & Farran

Reg. Thesaur.

In diuer.loco com.XXVII.

Fol.CC.LXXXV.

Michael Perez.

AN-



AD REVERENDISSIMVM
PARITER, ET DOCTISSIMVM
PATREM IOANNEM BAPTISTAM
A CAMPANEA, TOTIVS SERAPHICÆ
Religionis meritissimum Generalem
Ministrum.

BENIGNITATIS tuae, Reuerendissime Pater, Clementiaq; singu-
laris tutissimum, pacatissimumq; snum, fragilis multoties mea cimba
experta inter varias nunc opinionum procellas constituta, ad alium
confugere reportum inscitiam iudicauit, ut pote, quæ cum toto ferè terrarum
Orbe optimè nouit omnia, quibus indiget in te uno solo affatim reperiri:
Nouit siquidem tui in decidendis inter D. Thomam, & nostrum subtilem Scotum abstruso-
ribus questionibus acumen ingeuij singulare: Nouit tuam apud potentissimos mudi Heroes
auctoritatem: tuam nouit erga tuos benignitatem, nouit clementiam, & pietatem. Nouit equi-
dem ego, idq; maximo meo commodo sum expertus, dum Romæ apud Eminentissimos Do-
minos S. R. E. Cardinales, apudq; Illusterrimum Dominum Bernardinum Senensem Prae-
decessorem tuum, Vicensem postea Episcopum, qui cum Dijs est, ardua negotia pertractarem:
Nouit iterum, dum in hac sancta Cathalonja Provincia ad mortem usq; agrotarem, à cuius
faucibus me (præter Deum) nota tuae charitatis officia eruerunt. Ad tutissimum ergo asylum
toties expertum configio, præsensq; opus quale, quale est, gratitudinis ergo præsento, offero,
dico, ac consecro; teq; innixè deprecor, accipias benevolè, defendas strenuè, tutes fortiter, pro-
tegas singulariter, securum namq; à corrodentium morsibus proculdubio euadet, si tuo mu-
nimine fulciatur. Vale in Domino Reuerendissime Pater, ut minimus iste subditus tuus, ad-
dictissimusq; seruus Deum continuò deprecatur.

Frater Gregorius Hurtado
à Mendoza.

REVE-

DE REV. P. GREGORIO MENDOZIO ANNOTATIONVM EXEGETICARVM,
atque ethicarum in Euangelicas Ordinis Ecclesiastici
lectiones Scriptore.

C A R M E N.

Excitat en doctus notas Mendozius aures,
Et fulsum grato nomine surgit opus;
Admissumque animis, largos referentia fructus,
Infigit suada semina lecta sacra.
Davidis pleb̄tro sociantem hunc audijt Ōbis
Cygnea orantis de Cruce verba Dei.
Tunc hasta Saulus posita, & feritate quieuit:
Ionathan eterno fōdere vinxit amor.
Hinc magno accessit dignus symmysta Ioanni,
Cui Domini arcanos panderet ille sinus.
Mox mundo expectanda salus, natusque Redemptor
Maxima quadruplicis dona laboris habent.
Iam cunctas depromit opes: nunc flumine toto
Fundit, quas puris fontibus hausit aquas:
Orator dum suggestus, doctiorve frequentat
Gymnasia Europa illustria laude pari:
Excudit & celebres studiosas bibliothecas,
Sedulaque ambit apis florea rura Patrum.
Afficis, ut ingem testantia scripta laborem
Iudicium doceant consenuisse viri?
Quam solide exponit! quam nil non vtile capit!
Plenus Apostolica sobrietate sapit.
Exurgit subnixa oratio pondere rerum,
Non accersito sancta colore nitet.
Desribat chartis cum seleclissima quaque,
Ipsa tamen cultu splendidiora facit.
Vtique bono egregias tabulas in lumine ponit:
Divine apparet quid potuere manus.
Gaudent discipulum certatum agnoscere Patres,
Sed Patres: alijs iure magister erit.

F. IOANNES GUTTIERRIVS
Sacrae Theologiae Lector pangebat.

Errata potiora sic corrigē.

PARTE 2. fol. 221. col. 1. lit. B. dormientem, lege, dormiens. ibidem linea sequenti, contemplantem, lege, contemplans: eadem par. 2. fol. 277. col. 2. lit. B. fœcunda hominis generatio, lege, secunda hominis generatio: eadem par. fol. 281. col. 2. lit. C. Zilus, lege, zoilus: eadem par. fol. 287. col. 2. vincabat, lege, vicebat. Earum autem que in annotationibus marginalibus irrepsero, in ius veritatem innuenies.

I N
PRIMA DOMINICA
ADVENTVS.
EVANGELIVM.

Ex Luca cap. vigesimo primo.

Et erunt signa in Sole, & Luna, & stellis, & in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris, & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, qua superuenient vniuerso Orbi. Nam virtutes cælorum mouebuntur, & tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum potestate magna, & maiestate.

Ex Matthæo cap. vigesimo quarto, & vigesimo quinto.

Venite benedicti Patris mei, possidete Regnum vobis paratum à constitutione mundi. Discedite à me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius.

Erunt signa in Sole, & Luna, &c.

EXPLANATIO LITERÆ.



Matt. 24.
V M Christus Domi-
nus suæ prædica-
tionis anno tertio
intraret in Tem-
plum, contempla-
returq; tanti illius
ædificij structuram admirabilem, &
audiret suorum aliquos de lapidum
eiusdem Templi pretiositate, inter se
colloquentes, & admirantes, dixit ad
illos. *Hac quæ videtis, venient dies, in*

A *quibus non relinetur lapis super lapi-*
dem, qui non destruatur. Qui rei noui-
tate, quasi perterriti illum interrogan-
runt, dicentes. Preceptor, quando hec
*erunt, & quod signum, cum fieri incipi-
ent? Seu aduentus tui, ut habet*
Matth. 24. Ex hac igitur interroga-
tione occasionē sumpsit Saluator, ut
ageret de vastatione, & excidio Tem-
pli illius, & populi Iudeorum per Ti-
tum, & Vespesianum in suæ mortis
A vltio-

vltionem post quadraginta & quatuor annos (secundum Hieronymum) inducendo: & omnes quas tunc afflitiones, & pressuras passuri erat Hierosolymitani ciues prædixit, & enarravit: de quibus cum vehementer admirarentur Discipuli; addidit Dominus, & duas alias oppressiones maiores, quæ statuto à patre tempore erant Orbi euenturæ, scilicet Antechristi Aduentus, & ipsius Christi ad iudicandum descensionis, & appositis Antechristi Aduentus signis, quæ ipsum precedent (de quibus nobis nunc sermo non est) apposuit illa, quæ ante eius ad iudicandum a duetum contingent, dicens, *Eruunt signa in Sole, & Luna, & in Stellis, &c.*. Circa quod statim se se offert dubitatio quædam, vtrum nempe ad tribulationem Aduentus Antechristi, nullis intermissis diebus, subsequatur statim Christi aduentus ad iudicandum; ita enim euenturum testari videntur, Matth. verba cap. 24. qui postquam Antechristi oppressiones retulit, addidit, dicens. *Statim autem, post tribulationem dierum illorum, Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum,* ubi illud, statim, temporis videtur importare continuationem, nullumq; aut saltem paruum inter Antechristi persecutionem, & Christi aduentu esse intermittendum indicat, quod Dei bonitati, & clementiæ omnino obuiari videtur; non enim supplicia, suppliciis annexere consuevit, imò tempus intermittere, & quod peccatores resipiscant spectare. Euerit dubitandi fundamentum Iansenius ex versiculo illo Psalmi 89. *Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies festerna, quæ præteriit.* Aitque illud, statim, positum à Matth. non idem significare, atq; illuc, seu nulla interposita mora; nam aliquos annos esse intermittendos inter Christi aduentus tribulationem, & Antechristi, in-

Hieron. ad
hunc locum.

Matth. 24.
Exigit du-
bitatio ex
verbis Matt.

Iansenius ad
Psal. 89.

Explicantur
verbis Matth.
de Tempore
aduentus
Christi ad
iudicandum.

A dubitanter tenet idem Pater, imò & omnes fere huius loci Expositores, cū tamen apud Deum mille anni, ut ait Regius Vates, pro brevi temporis interuallo refutentur: ideo Matth. dicit, statim post Antechristi tribulationem, Christi aduentus signa euētura.

Psal. 89.

B Dubitatur secundo a Patribus, & ab omnibus istius loci expositoribus circa signa in Sole, & Luna à Christo Domino promissa: quamquam enim Matth. expressè loqui videatur, dicens. *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum;* dubitatur tamen à Patribus, quomodo, aut à quo immutabuntur, obscurabunturq; Planetæ isti lucidissimi. D. Hieronymus, D. Ioannes Chrysostomus, Euthimius, & Theophilatus ad hunc locum; quin & Sanctus Pater Augustinus existimarent, id non esse euenturum ex lucis diminutione, sed ex perfulgenti diuinæ iustitiæ Solis splendore, quo fulgebit, cum ad iudicandum venerit. Nam ad eius claritatem extimam horum Planetarum, lux, & claritas ebetescet (vt præfati Patres existimarent) appono sancti Patris Aug. ser. 130. Augustini verba, quæ habet sermonem de Tempore 130. Tanta (inquit) erit eminentia splendoris in Christo, ut etiam clarissima cœli luminaria per fulgore luminis diuini abscondantur. Consonat ad locum Chrysostomus dicēs. *Sol obscurabitur, non quia destruetur, sed hunc locum.* Chrysost. ad quia luce aduentus Christi superabitur.

Aug. ser. 130.

D Alius traditur à Patribus horum Planetarum obscurandi modus, & præcipue à Cartusiano dicens, tunc, idest, ante Aduentum Christi, hos planetas luce fore priuandos, vel quia interponendæ sunt inter eos, & terram aliqua corpora opaca, à quibus eorum lux omnino impediatur, ne illuminet terram. Addit insuper Abulensis duos alios modos,

Assignatur
alioī Patri
sententia eit
ca modum,
quo in finali
iudicio ob
scurabuntur
Planetæ.

Cartusia. ad
hunc locum.

*Abul. q. 155.
in Matth. q. 155. ad cap. Matth. 24.*

dos, quibus iij planetæ poterūt obscurari, absque eo, quod à Christi claritate tenebrescant. Vide apud ipsum

A omnes fere Patres, huius signi impositionis causam indagantes non enim illis videtur omnino sufficiens illa, quæ assignatur in contextu: ut scilicet non interficeret eum omnis, qui inuenisset eum; nullus enim tunc al-

Rationes im-
positionis si-
gni in Cai-
mo.

Quæ autem harum opinionum probabilius videatur, sacroq; contextui consentanior si quæris, secundam dico: nam prima stare non potest cum Christi intentione, signa finalis iudicii antecedentia promittentis, tanquam vètruræ calamitatis precones, & præostensores; ad hoc enim priùs necesse est, vt obscurantur, quā iudex adueniat; aliter enim non tam signa erunt aduenientis Iudicis, quā illius iam præsentis effectus: Vnde (salua tantorum Patrum auctoritate) potiùs dicendum puto Solem, & Lunam obscurandum esse uno ex illis modis appositis à Patribus supra citatis, per aliquot tempus ante aduentum Christi ad iudicandum. Haec circa litteræ explanationem dixisse sufficiat. Pergamus ad mores.

B omnes fere Patres, huius signi impositionis causam indagantes non enim illis videtur omnino sufficiens illa, quæ assignatur in contextu: ut scilicet non interficeret eum omnis, qui inuenisset eum; nullus enim tunc al-

Noua iusta-
tio.

Posuit Dominus signum in Caim, ne in-
terficeret eum, quidquid inueniret illum.
Vbi ex illo articulo, quidquid, neu-
trius generis clarè appetat, ob feras,
& ob bruta animalia imposuisse Do-
minum Caimo signum, ne scilicet ali-
quod eorū dilaniaret, dum per vastā
terrarum solitudinem errantem in-
ueniret; iam enim tunc animalia ob
primi parentis delictum non solum
homini subiici renuebant, sed in il-
lum etiam insurgebant.

Prima signi
in Caimo im-
positionis
ratio.

C Alia via incedit Vatablus in suis scholiis ad hunc locum, nec tamen à præsentis annotationis probatione longè discedit. Respectu hominum adhuc non existentium, Dominum Caimum signasse affirmans. Sic enim

Secunda ejus-
de signi im-
positionis
ratio.

habet. *Hoc fecit Dominus respiciens ad tempus futurum, neque enim illi adhuc erant homines, &c.* Vbi iam ex mente istius Patris vides (studiosè Lector) diuinam pietatem, clementiamque Dei nostri eximiam, & singularem ab anticipata signi impositione incepisse demonstrari: Vndē factum perperdens, potiùs mihi dicendum videtur, quod erexerit Dominus in Caimo suæ ipsius benignitati, & clementiæ quoddam trophæum; quam quod imposuerit Caimo signū, quod enim primo, & principaliter in hac anticipata signi impositione illucet, Dei nostri proculdubio pietas est, ac clementia singularis, qua desperito, & vago homini compatiens

Vatablus in
scholiis ad s.
Gen. 4.

D Signū Cai-
mo imposi-
tū trophæū
diuinæ bo-
nitati eredit

ANNOTATIO I. MORALIS ad illa verba: *Luca 21.*

Erunt signa, &c.

*Anticipatae, diuturnæque Christi ad fi-
nale iudicium signorum promissio-
nes eius erganos benignitatis visce-
ra attestantur.*

*P*ostquam Caim inuidia agitatus surrexit in fratrem, & occidit, seq; Dei cōspectu iudicauit indignū, & vagus, ac profugus super faciem terræ vitam transire decreuit; *Posuit* (inquit contextus Sacer) *ei Dominus signum, ut non interficeret eum omnis qui inuenisset eum.* Distrahuntur mente omnes istius loci expositores, &

Genes. 4.

mala in eum tanto postea ventura, sedulitùs arcere curauit; quod itidem & in præsenti Euangelio facit, dñi tantū ante finalis iudicij tēpus signa præbet, ne diei illius sœua tribulatio miseros peccatores inueniat imparatos.

Tertia signi
in Caino
impositionis
ratio ab Am
brof. lib. de
Cain, & A
bel.

Aliter Ambrosius, nostræ tamen menti accommodatiùs. *Rescèdere (inquit) voluit Dominus Cain, & in hoc signo inuitare ad pœnitentiam*, ac si diceret, posuit illi Dominus signum sœuae benignitatis, clemetiæq; preconem, à quo noctu, diuque hortabatur, vt ad Dominum, à quo discesserat, reuertetur, & ab eo de patrato scelere veniam ingemiscens postularet; ita vt Dei clementia Caini obstinationi se se opponere visa sit, quem, quia diu, noctuq; à Deo se elongabat, diu etiā, noctuq; Dei benignitas, & clementia signi sibi appositi interuētu, vt resipiceret, hortabatur; ex quo Dei erga Caïnum beneficium iam clarissime, ac manifestè apparet, cognosciturq; eius in anteponendis finalis iudicij signis mens, & intentio clemetissima, ideo nempè fecisse, vt miseros peccatores præmonerer, vt ad pœnitentiaz portum priùs configuant, quam super eos diuinæ iustitiae ingruat procella tenebrosa; in qua *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum*: Ea enim erga nos est Dei pietas, & eius benignitas, & clementia, vt semper admoneat, multo antequam puniat, & supplicii inferedi signa præbeat, multo antequam inferat.

Genes. 6.

Postquam Deus hominem, quem formauerat, omniaq; animalia, simul & plâtas vniuersas, quas in ipsius hominis gratiam produxerat, ob eiusdēmet hominis scelus aquarum diluuij delere decreuit, dicens. *Delebo hominem, quem formauit à facie terre ab homine usq; ad animantia.* &c. statim iniunxit Noe viro iusto, atque perfecto, vt Arcam sibi, domesticisque suis, qua euaderet, fabricaret, dicens. *Finis vniuersa carnis venit coram me, repleta est*

Ibid.

A terra iniquitate à facie eorum, ego disperdam eos cum terra, fsc tibi Arcam de lignis leuigatis. &c. Bene vtiq; Domine; meretur enim homo, vt luat pœnas, qui se se totum tradidit voluptatibus; sed cur non iubes Noe, vt quā sceleriter, & in abscondito Arcā fabricer, sed per longum centum annorum spatium, & in omnium oculis, & conspectu? Nam omnes procul dubio interrogabunt, ad quid opus emolitum? Scientesque diluuium fore, resipiscient, ad penitentiazque asylum confugient; siccq; irritum, & inane erit decretum; quia non habebis quos punias, aut iam ad meliorem frugē receptos punies: illud immutabilitati tuę, hoc autem obuiat iustitiae, & pietati; soluit tamen Cayetanus dubitationem dicens: quod tam ex decreti anticipatae promulgatione, quam ex Arcæ efformandæ publicitatæ apparat, illuceatque tam Dei iustitia, quā eius in homines misericordia: misertus enim supplicium distulit, & vt iustus priùs admonuit, quam suppliciū inferret, ne in incertos, & infrios saeuire videretur. *Pensa (inquit Cayetanus) diuine benignitatis progressū; multo antea priùs admonuit, & dedit spatiū pœnitendi, postea diluuium immisi:* Hæc ille. Fuerunt itaq; illi signorum dolatores, & securium strepitus, & rumes; tanquam precones quidam diuinæ iustitiaz decretum impiis hominibus intimates; fuitq; illud Arcæ ædificium futuri diluui signum euidens, & manifestum, Dei clementiam innuens, ac declarans. Vnde diuus Petrus Apostolus sanctum Patriarcham propter Hoc, *Dei preconem conuenientissimè appellauit suæ secundæ cap. 2.* non quia vel prophetando, vel prædicando à diuina iustitia latam sententiam improbis hominibus intimauerit, sed quia Arcæ fabricatione, tanquam quoddam diluui futuri signo euidentissimo à ventura ira effugere tanto ante præmonuit.

*Cur publicè,
& in omo. à
conspicuta
iussent Do
minus Noe
Arcā fa
mīcāre, & per
tam longam
temporis spatiū.*

Opposuit se
se Dei beni
gnitas, Cai
mi obstina
tioni.

Semper Dei
benignitas
eius iustitiae
anteceedit.

Genes. 6.

Ibid.

*B Cayetanus
ab hac locū.*

*C Sanctus Pa
triarcha Noe
Dei preco
ex Petro sua
z. in cap. 2.*

D

non quia vel prophetando, vel prædicando à diuina iustitia latam sententiam improbis hominibus intimauerit, sed quia Arcæ fabricatione, tanquam quoddam diluui futuri signo euidentissimo à ventura ira effugere tanto ante præmonuit.

Am-

Amplificat, ac illustrat Chrysostomus præsentis annotationis doctrinā, ex alia eiusdem diluuii circumstantia, ex eo nempè, quod post centum, & viginti annorum spatium, à prima diluuii comminatione, ab arcæque incepcione, non statim adhuc, vna die, vel vna nocte, diluuiū immiserit Dominus; sed per quadraginta dierū, noctūq; decursū, aquas quasi frenauerit, paulatimq; effundi permiserit; ac si illi possibile nō foret totas simul induce-

Cur nō vno simul die aquas diluuii induxit Dominus ex Chrysost. ad cap. 6. Genes.

Nō erat ei possibilis (inquit os aureū) vno die totam pluuiam inducere? Statimque respondit: Certe hoc data opera fecit, volens timorem incutere, & occasionem praestare, qua possent pœnam, quæ iam in foribus erat, effugere. Non vtiq; tam longa, tamque anticipata significatione sibi ipsi diuina pietas, & clementia satisfaciens, adhuc ipsa pluua guttatum inducta, signum dabat, vt resipiscerent. Quod item & ante finale iudicium se facturum pollicetur, dum post adeò anticipata signa, & prodigia, pestilentiam, terremotus, & famem se immisurum promittit; ita vt nullus remaneat de eius in hominis clementia, & pietate dubitandi locus.

Potest itē huius annotationis materia amplius confirmari ex conciliatione duorum sacræ paginæ locorū, quæ adinuicem contrariari videntur. Vide primum apud Psalmographū Psalm. 59. vbi Deum alloquēs, sic ait: *Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus. Quem locum ad finale iuditium, refert Augustinus dicens. Dedisti metuentibus te signum, ut fugiant à ventura ira. Secundum vero locum, qui huic opponi videtur, vide apud Hieremiam Threnorū 2. vbi agens ad literam de Sancta Civitatis ob ciuium scelera euersione, & mysticè, seu moraliter de extremi iuditii diei seueritate, & rigore; sic ait. Tendit arcum suum, quasi inimicus, firmavit manum suam, quasi hostis. Vbi*

*psal. 59.
Augustin. ad hunc Psalm. locum.
Threno. 2.*

A vt Propheta ostendat, significetq; diuinæ iustitiae (vt ita dicam) auditatē puniendi peccatores, vtitur similitudine, seu metaphora, desumpta ab hoste acerrimo, seu crudeli inimico, & vltore, qui quia hostem sibi iniunsum, sagitta maximè exoptat transfigere, curuat totis viribus arcum, & firmat manum, tam vt certius attingat, quam vt medullitū transfodiatur. Quibus sic positis: ecce iam exurgit dubitatio; quomodo scilicet potest

Suprapositorū locorū cōtradictio.

B Psalmographus, signum nempè datum fore, vt à vētura ira fugiant peccatores, cū hoc, quod de ipsomet ait Propheta Hieremias, illum nempè arcum curuaturum, & manum firmaturum, quo loquendi modo intimum (vt dictum est) desiderium declaratur, quo hostis hostem impedit; qui enim tanta animi auditate in hostē insurgit, quomodo illi signum dabit,

Eorum conciliatio.

C vt ictū declinet aufugiens? Accipe à Theodoro dubii solutionem, & habebis assumpti probationem: Quia nempè signum iam dederat, vt aufugerent, ideo nunc manum firmat; totisque viribus arcum curuat, sciens omnes iam potuisse peccatores, qui voluerunt ad pœnitentiæ asylium cōfugere, neminemque inueniri, quem sagitta rigoris transfigat, qui mentis cordatae sit, ac timoratus, sive potius, vt iustitiae satisfaciat, quam vt transfodiatur quempiam, arcum curuat, & manum firmat. Appono Theodo-

D reti verba ipsissima, species (inquit) est *Theod. ad c. Thren. 2.*

irascientis, sed voluntas miseren̄t: ac si dicat; vt iustitiae satisfaciat speciem, induit vindicantis, seu ſeuifſimi cuiusdam militis in iniunsum sibi hostem insurgentis, qui prius, vt clementiæ, & pietati inferiret, signum dedit, vt fugerent: si igitur arcus extensio, & manus firmatio iustitiae rigorem præferunt: signorum anticipata præuenitio eius benignitatem, & clementiam protestatur. Vnde optimè, & ad

intentum alibi idē Pater. *Ego* (inquit) *opinor has Dei minas amoris potius, quā rigoris significationem facere.*

Psalm. 59. Adhuc Dei nostri viscera ad commiserandum propensiora iudicabimus, si præfati Psalmi verba antecedentia pensitamus: *Commouisti terram, & conturbasti eam: offendisti populo tuo dura: statim autem annexit dicens: Dediti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus: ac si dixerit, notæ mihi profecto sunt Domine tuæ adiuentiones pietatis: erunt ante finale iudicium(fateor)terræmotus mirabiles, erunt dissensiones, & bella, erūt pestilètia, & famæ, omnia profecto terribilia, dura omnia, omnia metuenda; sed quid inde? Si tāto anteā tēpore dedisti significationem, vt fugerent; quomodo namq; sagitta, quos transfigat, inueniet, si tantò prius quā imminiseris, te immisurum significasti? Benè ergo in his calamitatibus immittendis irascentis speciem præfers, sed dum antequam immittas, signum facis, vt fugiant peccatores, intimam miserendi, & condonandi exhibes voluntatem.*

Nec tibi (quæso) incongruum videatur (Studiose Lector) eadem eiusdem Psalmi verba iterum, cum Sanctes Pagnino pensitare. Eius namque translatio, seu versio sic habet. *Dediti metuentibus te signum, ut eleuent se, & fugiant à facie arcus; Quæ verba idem sonare videntur, ac si diceret Regius Vates, quemadmodū illius esset pietas inaudita, qui dum per medium siluam feras venatur, si priusquam sclopeta ignem applicet, illis innuat, vt fugiant; sic tua Domine ex eo incomprehensibilis in nos pietas maximè illucet, & comprobatur, quod tantò antequam iustitiæ arcum curues, vindictæque sagittas immittas, signa præbeas; quod in Euangelio facis, ubi tanto ante finale iudiciū apposuisti signa, vt miseri peccatores à vētura ira per faciem arcus designata, euadere pos-*

Psalm. 59.
Santes Pagninus ibid.

A simus. Ne autem sine Authore loqui erubescamus; audite Casiodorū præcitati Psalmi verba exponentem. *Vides, quia si significationem dedit, ideo fecit, ut futuri iudicii pœnam possint evocare; ipsa enim causa subsequitur. Ut fugiant à facie arcus: facies namque arcus, di em iudicii evidenter ostendit, sed ille ab isto arcu sagittam, ideo sententiam non suscipiet, qui se in humilitate confessionis deuota mente prostrauerit. Agamus ergo Domino gratias, qui per significationem signorum, tanto ante prædictorum, timere facit hunc arcum, per quem in iudicio Domini omnis percutitur indeuotus.* Hæc omnia Casiodorus.

B Inuidia commotus, odioque agitatus Saul, iussit Ionathæ filio suo, vt occideret Dauid: at clemens, ac benignus adolescens ipsum Dauidem de iniquo patris conatu statim admonuit, dicens. *Quærerit Pater meus occidere te, quapropter obserua te, 1. Regū cap. 19. Quin & signum effugiendæ patris iræ præscripsit, dicens: Sedebis contra lapidem, cui nomen est Ezel, & ego tres sagittas mittam, &c.* *Dum ergo Ionathæ factum contrâ patris præscriptum, lib. 2. officiorū cap. 32. pessitat, ponderatque Ambrosius, sic congruenter ait. N̄e miremini, benevolentia enim, & benignitas iracundia gladium declinare consuevit. Inualuit contra patris præscriptum in Ionathæ pectore eius pietas, & in Dauidem benevolentia singularis, cuius sagittæ emissæ evidentissima signa fuere. Nouit Lyra noster in hoc Ionathæ factū præsens hoc, de quo agimus, argumētum. In eu (inquit) quod Ionatha admonuit Dauid, significatum fuit, quod Christus monuit suos fideles.* Ac si diceret: *Lyra ad c. 19. primi libri Regum.*

D *Ac si diceret: Benignitas Ionathæ, eiusque pietas, & clementia, quam in Dauidem signo admonēdo exhibuit, Christi benignitatem, & clementiam adumbravit, qui nos postea, datis signis, vt euadamus æterni Patris rigurosum iudiciū, edocuit: Erunt (inquit) signa; ac si dicat*

exar-

exardescet equidem in finali iudicio
ira in vos, sed ne cadatis animo, prius
enim quam exardescat, dabo vobis
signa, quibus præmoniti euadere va-
leatis: & sic ex ista anticipata signorū
ostensione meam in vos benignitatē
singularem clarissimè intelligere po-
teritis. Erunt (inquit) signa, &c.

Ad ampliorem tandem præsentis
assumpti comprobationem, consulas
quæso (studiosè Concionator) Iosephū
in lib. de Bello Iudaico cap. 17. circa
illas apparitiones, & signa Hierosoly-
mitanis ciuibus in aëre exhibitæ, de

*2. Machab.
Josephus de
Bello Iudaico
cap. 17.*

Signis con-
suevit Domi-
nus, quos di-
ligit admo-
nere.

Excerpt from the original text:
2. Machab. cap. 5. Contigit autem per uni-
versam Hierosolymorum ciuitatem vide-
ri diebus quadraginta per aera equites
discurrentes, auratas stolas habentes, &
bastas, quasi cohortes armatas, & cursus
equorū per ordines digestos, & cōgressio-
nes fieri quominus, & scutorū motus, &
galeatorū multitudo gladiis districtis,
& telorū iactus, & aureorū armorū splé-
dore, omnisq; generis loricarū: Ad quod
igitur tot signis usus est Dominus (ait
Cayetanus) ante Hierosolymorum euer-
sionem: nisi ut suam erga miseros exitio
destinatos clementiam, & pietatem ostē-
deret, & ut ad meliorem viuendi rationē
confugientes, bello non euerteret. Signis
igitur consuevit Dominus, quos dili-
git, admonere, vt à venturo supplicio
pœnitentiæ clypeo protegantur, fecit
hoc equidem in præsenti euentu, in
quo finalis iudicij signa dedit tanto
prius, quam aduentaret; in quo suæ
erga nos miseros peccatores charita-
tis viscera propalauit.

AD EADEM ILLA SACRI
contextus verba.

Erunt signa, &c.

ANNOTATIO II.

Propalat longa, post signorum promis-
siones, finalis iudicij procrastinatio,

A & tarditas, Dei erga peccatores
patiētem misericordiam.

E Tsi ex multis Sacrae Scripturæ
locis possit patiēs Dei misericor-
dia cōprobari, ex lōga tamē mora, qua
vltimi iudicij diē procrastinat, per quā
maximè comprobatur; mille siquidē,
& sexcenti circiter anni trāsiere, post-
quam ipse finalis iudicij signa promi-
sit, quæ nondūm conspicimus: & hoc
non ex eo, quod deficiant scelera,
quæ puniantur sed quia diuinæ iusti-
tiæ gladius à patienti Dei misericor-
dia perpeditur, & retardatur: potue-
runt equidem Sanctorum Patrū de-
sideria obtinere, vt acceleraretur re-
demptionis negotium, diuinam cle-
mentiam ad beatitudinem prouocan-
tia, at diuinam iustitiam ad extremā
vsq; vltionem impellere, non vsque
dum potuerunt hominum scelera, vt
pote quæ à Dei patienti misericordia
retardatur. Est enim Deus adeò ad
puniendum tardus, vt ad id efficien-

C dum difficultimè, & quasi inuitus mo-
ueatur, & ita vt ad puniendum extra
se ponit illi sit quodammodo necessa-
rium. Perpendas quæso ad huius ve-
ritatis confirmationem locum illum
Ezechielis in cap. 9. vbi agitur de
Deo, sex viris illis, qui aderant, impe-
rante, vt percuterent omnes Hiero-
solymis habitantes, senes scilicet, vir-
gines, paruulos, & mulieres. Perpen-
de (inquam) locum, & inuenies, quo-
modo, vt Deus peccatores puniat, à
se quodammodo recedere indigeat.

D Gloria Domini Israël (inquit Propheta)
assumpta est de Cherub, qui erant super
eum ad limen domus, & dixit illis sex
viris: Audite me, transite per Ciuitatem,
& percutite, &c. Quod ergo ad præ-
sensis mysterii intelligentiam primo
notare debes, illud est, intra Sancta
Sanctorum, vt habetur Exodi 25. fuis-
se Arcam testamenti, & super illam
Propitiatoriū, quod nihil aliud erat
quam operculum ipsius Arcæ duorum pititorum?

Retardatur
gladius diu-
niæ iustitiae
à patienti Dei
misericordia.

Quasi extra
se ponitur
Deus, dum
punit.

Ezech. 9.

Exodi 25.

Quid Pro-
pititorum?
Che-

Cherubinorum manibus paululum eleuatum ab Arca; in hoc Propitiatorio, ac adeò inter duos Cherubinos sedebat Deus, quando populo per Sacerdotes responsa dabat. Ab hoc igitur loco sub aliqua specie, quæ à Prophetâ non exprimitur, visa est illi descendere gloria Domini extra portas Templi, ut sex illis viris, qui foris stabant, denuntiaret quid in supplicio inferendo erant acturi. Admiratur, & iure quidem Theodoreetus, quod Dominus, eiusque gloria de loco suo secesserit, & non ex Propitiatorio ad illos locutus fuerit: at rem attingens statim subiunxit dicens: *Cum sit contra Civitatem sententiam laturus extra sancta loca, atque extra suam ipsius gloriam quodammodo existat, quo non supplicia, sed salutem suppeditat.*

Egreditur itaq; Deus de loco suo; & quasi extra centrum naturale manet, dum peccatores punit, nam quiesciens est occasio beneficiandi, ut annotauit Ambrosius, considerans ver-

Genes. 2. ba illa Genesis 2. Requieuit Dominus die septimo ab omni opere, quod patrarat.

Ambro. sibid. Fecit (inquit) Deus cælum, non lego, quod requieuerit: fecit Solem, & Lunam, & stellas, nec ibi lego, quod requieuerit: fecit terram, nec ibi lego, quod requieuerit; lego quod fecerit hominem, & tunc re-

quieuit, habens cui peccata dimitteret: Hæc Ambrosius. Attamen peccante homine quiete graditur, ut puniat quasi a quiete sibi connaturali extractus: Huc pertinet illud de duobus

Tribubus puniédi vaticiniū Isaiæ 28. Ut faciat opus suum peregrinum opus eius ab eo. Quasi dicat Vates, tā esse à Deo extraneum supplicium inferre, quā

quis in alieno solo peregrinatur; ex quo Prophetæ dicto radicem existimmo sumpsisse illam Theologorū doctrinam, quæ asserit, Deum de suo habere, ut nobis præstet beneficia, ut

verò nos puniat ex nobis ipsis causam accipere, de quo latè Bernardus ser-

mone 5. de Natiuitate, vbi sic habet:

Alienū est à Deo suppli- ciū inferre.

Quod Deus noster miseretur, proprium illi est: ex se enim sumit materiam, & vel ut quoddam seminarium miserendi, nā quod indicat, & condemnat, nos eum quodammodo cogimus, ut longè aliter de corde ipsius misericordia, quam animaduersio procedere videatur: ipsum audi dicentem, Ezechielis 8. Numquid volun- tatis meæ est mors impii, & non magis, ut conuertatur, & vivat?

A quo proveniat Dei in suppliciis inferendis procrastinatio, & tarditas.

Ex hac igitur Dei ad puniendum repugnantia, & ad miserendum, & condonandum propensione prouenit longa in suppliciis inferendis procrastinatio, & tarditas, quæ eius patientia misericordiam commendat, atque propalat. Adiuuenit Abulensis Episcopus huius veritatis probationem in morosa, & lenta illa deambulazione, qua usus est Dominus antequam ad primorum parentum culpam puniendum accederet. Deambulasse nāq; ait contextus Sacer ad auram, vel contra auram. Nouit præfatus Episcopus in loco, metaphoram desumptam à

Genes. 3. Abulensi. ibi. C naue, quæ si contra ventum nauigare intendit lentè mouetur, ac remissè, ait enim. Dicitur Dominus ambulare ad auram, id est contra auram, quia qui contra ventum ambulat, tardius mouetur; & tunc annexit, sic Deus ad puniendum peccatum primorum parentum tardus veniebat, quia Deo proprium est misericordia semper, & parcere. Nouit etiam Ambrosius eiusdem assumpti fulcimentum in longa illa centum annorum tarditate, qua usus est idem Dominus in diluvio inducendo, de qua superius dictum est. Sic enim ait lib. de Noe, & arca: Spatium dedit ad pœnitētiā Dominus, magis volens ignorare, quam punire. Hæc Ambrosius. Commendatur itaque à tarditate in puniendo Dei patiens misericordia.

D Ex conciliatione duorum sacræ paginæ locorum, quorum unus omnino ab alio dissentire videtur, præsens doctrina robatur, atque Dei in tollendis peccatoribus maximè illucet patiens

Theologorū doctrina.

Bern. firm. 5. de Christi nativitate.

Ezechielis 8.

Genes. 3. Abulensi. ibi.

Genes. 7. Amb. de Noe, & arca.

patients misericordia. Ego sum Dominus Deus tuus visitans iniq[ue]tates Patrum in filios in tertiam, & quartam generationem, &c. Ait Dominus Exodi

Ecclesi. 21. Ex. 24.

in cap. 20. & rursum in cap. 24. eiusdem libri ait. *Filius non portabit iniq[ue]tatem patris, &c.* Ecce manifesta contradictione. Si namque Dominus de parentū sceleribus in filiis, nepotibus, & pro-nepotibus se vindictam sumpturum comminatur; quomodo nunc ait, *filiū Patris iniq[ue]tatem neutiquam portaturum?* Sibi ipsi certè in hoc videtur

Locoru[m] cō-tradictio[n]e.

Dominus contradicere. Minimè quidem, ait diuus Thomas 2.2 q.108 art. 4. ad primum. Nusquam enim Dominus contradicitur; neque prefata loca adiuicem opponuntur, imò unus diuinæ iustitiae integratatem profert, alter patientem eius in peccatoribus tollerandis misericordiam propalat, commēdatque manifestè; in eo enim quod ait, *filiū Patris iniq[ue]tate non portaturum, suā iustitiae integratatem manifestat, quæ vnicuique sui reatus supplicium prescribit;* neque ab innocentे pro nocentis scelera pœnas exposcit. In eo vero, quod usque ad tertiam, & quartam generationem perpetratae improbitatis supplicium differt, suam in tollerandis sceleribus inculcat, manifestatque patientē misericordiam, non enim in filio, in nepote, vel in pronepote de parentum scelere vindictam sumit, sed unumquemque illorum tanquam parentū criminum scelatorem punit, & sic non alienum in illo peccatum punit,

Locoru[m] con-ciliatio[n]e.

D. Tho. 2.2. q.108. art. 4. ad 1.

Quod autē Dominus dixit: visitare iniq[ue]tatem patrum in filios usque ad tertiam, & quartam generationem, magis videtur ad misericordiam, quam ad severitatem pertinere, dum non statim vindictam adhibet, sed spectat in posterum, ut vel saltē posteri corrigantur, sed quia crescente malitia posteriorum, quasi necesse est ultionem inferri, diuina tunc iustitiae integratē proferi. Hæc d. Thom.

A Clarius autem, meo quidem iudicio, Theodore ad hūc locum: *Ego (in-* Theodor. ad cap. Eko. 24. *quit) opinor has minas Dei erga homines amoris potius magnam significacionē facere, quam vindictæ, est enim hoc perinde ac si diceret. Sustineo me à plecedendo peccatores patres, atque à puniendo filios delinquentes, si porrò nepotes, ac pronepotes pergant maiorum suorum improbitatem imitari, sumo tādem supplicium.* Quod idem est, ac si diceret præfatus Pater, in hoc maximè commendat Deus suam erga peccatores patientē misericordiam, quod non nisi post lōgam procrastinationem supplicia inferre cōsuescat, & minas omnes, quibus utitur ante supplicium, eius patientiæ, & pietatis sunt argumenta manifesta.

B Acute nimis aliud huius doctrinæ fulcimentum eruit Gadalupensis Hieronymus ex verbis illis quibus Vates Ozæs suæ Prophetæ initium dedit:

Verbum Domini, quod factum est ad Osæ. Ozæam in diebus Ozæ, Ioathan, Achaz,

& Ezechie Regum Iudæa Vno super cē-

C tum annos successiū regnauerunt quatuor hic Reges in Iudæa, semper idolatriæ studentes, & cum à principio Regni Ozæ decreuerit Dominus de commissio in se crimine vindictam sumere, per tam longum tamen temporis discursum expectauit admonēs, atque per Prophetā suum persuadēs, ut resipiscerent: postquam autem suam patientem misericordiam satis habuit commendatam, suppliciū induxit. *Obseru.* (inquit supra citatus interpres) *Dei misericordiam, eiusque longanimitatem considera, qui non quam primum peccanti homines, vindictam sumit, sed multò prius tempore comminatur per Prophetam suam, ut reuocent gradum à viis suis pessimis, ne inducat super eos malum.*

D Hieron. Ga-dalup. ad hūc locum.

Contradiccio denique, quam duo Canticorum loca inuoluere videtur, patientem Dei misericordiam in suppliciis procrastinandis euidenter probat.

bat. En ipse venit saliens in montibus,

Cantic. c. i.

transfiliens colles, ait sponsa, Cantic. i.

Cantic. cap. 5.

sui sponsi commendans celeritatem;

Locorum con-

quæ postea cap. 5. de eodem ait. Crura eius columnæ Marmoreæ, quæ fundatæ

tradictio.

sunt super bases aureas : Ecce exurgit

dubitandi ratio, quomodo scilicet ita velox sit sponsus, vt à monte, in mon-

tem saliat, & à colle, in collem tran-

seat, si crura habet marmorea, & in-

star columnarum immobilia ? Cum præsertim, vt tarditaté alicuius signifi-

cemus, soleamus dicere : No se muc-

ue mas que una coluna : Aut e go

sponsa oblita est de eo, quod antea

dixerat, aut sponsus immutatus est?

(ait Signiensis Episcopus) qui statim

respondens, dubitationem diluit di-

cens. Neque est oblita sponsa, neque spō-

sus immutatus est; est enim velox simul,

& tardus, & ex utroque amandus, &

commendandus, velox ad premia, & tar-

dus ad inferendum supplicia: Hæc ille.

Benè ergo ex finali iudicii procrastina-

tione, & tarditate suam erga nos

patientem misericordiam dicimus

commendari.

Ex illo tandem loco Apocalypsis

in cap. 3. in quo Christus Dominus ad

Episcopum Laodiceæ loquens, ait:

Quia topidus es, & nec frigidus, nec ca-

lidus, incipiam te euomere de ore meo,

inferunt Patres eius in suppliciis in-

ferendis procrastinationem, & tardit-

atem, ab ipsis patienti misericordia

prouenientem, & ex illis præcipue

verbis (incipiam te euomere.) Nam

Abbas Rupertus in illo verbo, euo-

mere, illam nouit in Christo ad pu-

nientium repugnantiam, de qua iam

superius actum est; ait enim esse in lo-

co, & præcipue in verbo euomere me-

tophoram, seu allusionem ad stomac-

um, qui quantum in se est, & secun-

dum innatam virtutem, quam habet,

retinere potius cibum vult, quam

euomere; euomit siquidem ab ipsis.

met cibi cruditate, vel frigiditate

promotus, & impulsus : sic igitur do-

ctus Abbas Incipiā (inquit Dominus)

te euomere de ore meo proper tempore

elationis, videlicet ad modum aquæ te-

pide, vel crudi, & indigesti cibi, qui na-

seante comedentis stomacho non valet

contineri. Optimè quidem dictum: in-

uitus enim, & à mala peccandi con-

suetudine, quasi coactus à se Deus,

peccatores expellit.

Ad nostrum tamen intentum ac-

commodatiū loquitur Ricardus Vi-

ctorinus ponderans verbum illud, in-

ciptiam, quo eodem loco vsus est Do-

minus; eruit enim ex illo procrastina-

tionem, & tarditatē in suppliciis in-

ferēdis, qua suam apud homines pro-

palat, & commendat patientem miser-

icordiam. Non dixit (ait Ricardus)

statim euomam, sed paulatim te incipiam

euomere; quia procrastinando adhuc mi-

sericorditer expectabat, vt ad vomitum

non impelleretur. Commendatur, itaq;

ex suppliciorum procrastinatione pa-

tiens Dei nostri misericordia, & cle-

mentia singularis, eamque præcipue

propalat finalis iudicii morosa tardi-

tas: pergamus ad alia.

Ricardus
Victorin. ibi.

AD ILLA SACRI CON-

TEXTUS VERBA.

Erunt signa, &c.

ANNOTATIO III.

D Adeo Deus est ad miserendum pronus,

adeo Clemens, & Pius, vt etiam à

suppliciis, quæ inducit ob scelerata-

testam, & commendabilem suam

faciat misericordiam clementiamq;

singularem.

P Eccauerunt in Deum parentes

Genes. 3.

primi, non habuit satis diuinæ iu-

stitionis integritas terram in illorum

penam maledicere, illosque toto vi-

ta

tae suæ tempore laboribus mancipari, dicens: *Maledicta terra in opere suo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vita tua.* Sed & eiecit à Paradysō voluptatis, in quo peccatum commiserunt, indignos illos iudicans post commissum læsæ Maiestatis crimen loco adeò delectabili, ne autem temerè auderent ingredi, apposuit ad Paradysi fores Cherubim igneam rōphæam præ manibus gestantem, qui illis omnino prohiberet ingressum.

Eiecit Dominus Adam (inquit *Genes. 3. textus Sacer, Gen. 3.*) & collocauit ante Paradysum voluptatis Cherubim, & flammæum gladium ad custodiendum viam ligni vite. Perpendas, quæso, locum, studiosè Lector, & habebis ad præsentis annotationis argumentum, validissimum quoddam fulcimētum; videret, peto, ne aliquis Cherubim ignito contra Adamum, contraq; eius consortem accinctum gladio, qui læsa Maiestatis signum euidentissimū, acerbissimumque eius supplicium esse non iudicaret: ita planè (ait Eucherius) erat namq; sed elucebat in supplicio Dei erga Adamum clemens benignitas, dilectioque singularis, res equidē notatu digna: Quomodo nāq; in armato milite, & in flammea romphæa Dei charitas, eiusque benignitas illuceat, non intelligo, dicet quis legerit: attamen perpende locum, & inuenies mysterium (ait Eucherius) non enim, tam vt in Adamum insurgeret, posuit Dominus Cherubim, ignito gladio accinctum, quam vt illi proficeret: cum enim esset in Paradiso vitæ lignum, à quo, si comederet, in æternum viueret, in æternum vtiq; eius supplicium produceretur, quod per totum vitæ suæ discursum illi fuit impositum, ne igitur poenas in æternum lueret, ex mera charitate impediuit illi Deus æternitatis occasionem, vt minueret supplicii extensionem, vnde ille idem igneus gladius, qui domus Paradysi prohibebat

ingressum, erat Dei erga illum benevolentiae, & amoris signum euidens, & manifestum. Accipe ipfissima Eucherii verba: *Verè (inquit) clementissimus Dominus illis in hoc facto dignatus est consulere ad salutem, &c.*

Eucher. ibid.

Supra positum locum illustrat, amplificatque Pater Ioannes Chrysostomus alio eiusdem libri, & comprobatur, atque confirmat huius argumenti veritatem: *delebo* (inquit Deus) *hominem quem formaui*, Genes. 6. *Cur tā cito deleuit*, (ait os aureum) *quos non*

Genes. 6.

B multo ante tanto cōsilio, & cura plasmauerat? Et statim respondit, dices: quod fuerit hoc erga humanum genus suæ dilectionis signum manifestum: circa quod optimè dubitabis, & inquires; quomodo tantorū hominum in vniuersali diluuiio submersio, & interitus fuerit Dei erga humanum genus benignitatis indicium, cum potius rigurosam iustitiam factum hoc indicare videatur: sed attende, & intellige, quod iustitiae, & pietatis simul

Chrysost. 16.

C signum extiterit: quamquam enim vniuersale diluuium in scelerū supplicium fuerit inductum; ex eo tamē, quod in mundi statim primordiis fuerit immisum, Dei apparet in homines misericordia, dilectioque singularis, quibus ed citius mederi studuit, quo illos amabat intētius, ideq; generi humano præsto subuenire studuit, ne funditus laberetur in exitum.

Audi Chrysostomum: *Ex sua (inquit) benignitate Deus malitiam morari voluit, ne ultra progrederetur, & sic puniendo curam eorum gesit.* Ea profecto est

Edem ibid.

Dei nostri erga nos pietas, ea dilectio, & charitas, vt etiam ex eisdem suppliciis, quæ inducit, & infert ob scelera, commendetur.

Attentè penitit S. Pater Ambro- *Genes. 6.9.*
sius locum illum eiusdem libri cap. 9. in quo refert sacra pagina dedisse Dominum Noe, post diluuium Arcū suum in signum amicitiae, pacis, & fœderis de non amplius dissipando dilu-

*Illucescit in
Dei suppli-
cio eius be-
nignissima
misericor-
dia.*

diluicio omnem carnē, *Arcum meum ponam* (inquit Dominus) *in nubibus cœli*, & erū signū fæderis mei, inter me, & terram. Iure equidem admiratur Ambrosius de eo, quod ponat Dominus in signum, & testem amicitiae, & fæderis arcum, qui belli, vindictæ, & furoris euidens est instrumentum; nō ne ipse alibi arcus extensione minatur se vindictam sumpturum? Quomodo ergo nunc, vt diluuii dissipatio ne perturbata hominum corda pacificet, arcum ostendit in signum? Percussi serui paucorū, ostensa virga, qua percussus fuit, augescit potius, quam sedatur. Attendas tamen (ait Ambro-

*Amb. de Noe,
& Arca.*

sius) *Arcum ponit, & nō sagittam, id est, non quod vulnerat, sed quod solum terroris indicium habet*, perbellè cerrè; voluit enim Dominus, vt idem ille arcus, à quo sui furoris sagittas emiserat, nunc absque sagittis apparet, bonitatis ac clementiae suæ signum esset: vnde appositissimè quidem eudem arcum, *diutine dilectionis exame*, appellat idem Pater Ambrosius ab examine: namque quod de alicuius scientia fit, quantam ipse percebat, experitur, & cognoscitur: hoc item ex Dei arcus ostētione; ex ea enim examinatur, probaturque eius in homines charitas, dilectio, singularis.

Adhuc subtilius eruit ex hoc eodem loco Phylon nostri assumpti probationem, non solum enim ponderat exhibuisse Dominum hominibus, in sui amoris signum, suæ indignationis, & vindictæ instrumentum, sed etiam miratur de loco in quo se illud appositorum promittit. *Arcum* (inquit) *meum ponam in nubibus cœli*, quæ noua (inquit) est ista perterrefactos animos sedandi adiumentio? rigor nempè signo addere signum vindictæ, apponere arcum à quo sagittas emittit in nubibus cœli, à quibus diluuium induxerat: duplicata potius indignationis, quam misericordiae, & pietatis signa sunt ista, ait Phylon, &

Genes. 9.

*Inuenit
Deus arna
in elementa,
eo quod fue
xit homi
nibus perni
ciens.*

D

statim ipse respondet: non equidem sic de diuina clementia, & pietate sentiendum est, sed potius, quod in nubes inuerterit arma, quia in diluicio inducendo adeò fuerunt superflue, adeò effrenatè aquas dimittendo quibus nunc arcum suum apponit tanquam frænum, ne tale quid amplius audeant efficere. *Arcus* (inquit) *ponitur tanquam auriga ad reprimendam densitatem aëris*. Signum itaque vindictæ arcus est, sed respectu illius in cuius fauorem, & auxilium assumitur, benignitatis, & amoris est argumentum: eximii igitur amoris, quo Deus est humanum genus prosecutus, suæ vindictæ instrumentum ad nubes conuersum, seu inuersum, est signum manifestum.

Phylon ibid.

C

Postquam Reges Israel à veri Dei nostri cultu declinauerūt, idolatræq; facti sunt, perfecit sibi Dominus in Vatem Hieremiam Helciæ filium, per quem Osiae, Ioachim, & Sedecia Regibus Iudæa ventura supplicia nuntiaret, cui virgā ostendit tanquam suorum suppliciorum euidens instrumentum. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens: quid tu vides Hieremiā, & dixi, virgam vigilantem ego video*, (ait Propheta) ad quem locum ita Vatabl. in scholiis. Describit Propheta *Vatabl. ibid.* in toto hoc libro hominū iniustiā, & iniustiā Dei, hoc est iuste puniri à Deo homines peccatores, Deū vero erga nos misericordem, & clementē. Circa quæ ultima verba dubitari à quoquam posse existimo, quomodo sc̄ Deus in virgæ ostētione misericordem exhibuerit, cum virga rigoris potius, & vindictæ assumendæ, quam clementiae, & pietatis signū sit? Accedit insuper, quod in noua translatione loco *virgæ vigilantis* dicatur *virgam imminentem ego video*. Qua loquendi metaphora non solum qualecunque supplicium, sed quod iam in foribus est indicatur; eminent enim virga in manu Domini, eius in seruum significat animum indigna-

Hieremias 13.

*Nona ipsius
translationis loci*

indignatum, & ad vindictam sumendum omnipinò dispositum. Vnde convenientius loqui videretur dictus commentator, si dixerit ostendisse se Deū in hac virgæ ostensione seuerum vl-

Hier.lect. &
Hebrator.

torem, atque illatæ sibi iniuriæ vindicatorem. At dirimit litem, dubitationemque tollit Hieronymus, dum loco *virgæ vigilantis*, seu *imminentis*,

cum Hebræis legit, *virgā amygdalinā*, seu *floridam*: Ita ut minetur Dominus Regibus Idolatriæ, dicatq; se illos virga amygdalina, seu floribus plena, puniturū fore: in quo ait idē pater; apparet ex supplicii instrumento, Dei erga

Dei castigationes, etiā
amara videā
tur dulces
sunt, & pro-
ficiuntur.

Hieron. ad
hunc locum.

peccatores misericordia, eiusq; in eos dilectio cōmendatur, dū potius extēnēra amygdalo, quā ex rubo virgā ad puniendū assumit. Accipe verba Hieronymi: *Sicut amygdalū amarissimum habet corticē, quod detracto fructus recipi tur suauissimus; ita Dei flagella amara sunt; & dulcissima amara ob iustitiae integritatē; dulcia in sui cordis, qua infliguntur benignitate, & virūq; in amygdalina, ac florēte virga designatur;* ex quo clarissimè cōprobatur præsētis annotationis argumentū; eadē enim virga, quæ Dei suppliciorū est instrumentū, illius est etiam clementiæ, & pietatis signum eidens, & manifestum.

Ne accelerato (quæso) gradu ab huius amygdalinæ virgæ umbra discedas (studiosè concionator) nec tibi eius corticis amaritudo displiceat, frange malleo cogitationis, si degustare vis inclusam intus diuinæ dilectionis suavitatem; id enim tibi (teste Augustino) voluit benignus, & misericors Dominus persuadere in amygdalinæ virgæ ostensione; latere nempe in suppliciis, quæ pro peccatis infert suam erga nos pietatis, & dilectionis dulcedinem: Nouit Augustinus mysterium, dum explicans verba illa, Psalmographi Psalm. 52. *Illi trepidauerunt timore, ubi non erat timor, sicq; cōsonanter ait; ex virga qua pergeris, inde nascitur Rosa, qua coronaris,*

Psalm. 52.
Hieron. ibi.

A ac si diceret: intra supplicii acerbitatem, quod Deus peccatores punit, eius includitur dilectio singularis, cuius postea fruitione bearis: si æquo animo tolleras, quæ tibi, pro commissis criminibus supplicia infliguntur, quanquam amara videantur, & duræ vndē inferre poteris, quid auditorib; tuis inter concionandum propinas, & persuadeas; sustinendum nempe æquo animo illis esse, & tollerandum quidquid Dominus pro commissis criminibus iniunxerit: Nec esse illis ob amygdalinæ virgæ amaritudinem diffidendum de iaculta intus diuinæ pietatis dulcedine, quam semper Deus dura aduersitatum cottice consuevit operire, quod fortassis indicauit Psalmographus, dum Deum alloquens ait: *Quis fingis laborem in Psalm. 93.*

B precepio. Ita namq; locum exposuit Bernardus in suo sententiarum libro: *Significauit (inquit) quod quicquid laboris in præceptis Christi; vel in suppliciis quicquid amaritudinis est, comparatione absconditæ consolationis, & dulcedidis, esse quid fictum, & solum vibrum:*

C *Vbi obiter aduerte moralem quandā, vtilissimāq; doctrinā, quā ex loco illō Apocalypsis in c. 17. eruit Ambrosius, vbi de illa meretrice muliere dicitur, quod gestaret in manu calicē aureū, abominatione plenum; ponderat igitur præfatus Patet in expositione Psalmi primi, ad quid abominationē, & carnis turpitudinem portet mulier in aureo calice? & valde subtiliter statim respondens ait, Ut potus placeret,*

D *metalli suffragia requisitus. Quasi si dicceret, ut mortales deludat, contentas intus amaritudines, auri præciositate abscondit: cōtra verō Deus suæ benignitatis suavitatē, & dilectionis dulcedinē, sub amygdalinæ virgæ duritia, & amaritudine ponit, ut superato fractionis, seu decorticationis labore, intus inclusa ipsius dilectionis suavitatis pergeatur.*

E *Habes insuper (studiosè Lector)*

*abscondit
intus ama-
ritudines*

*litas dulcedi-
ne ficta*

amaritudine

intus

in

Dei vigilan-
tia in punie-
dis peccatis,
suz erga nos
dilectionis
est evidens
argumentum.

in virga vigilante aliquid amplius,
quod consideres; Dei nempè in pec-
catis puniendis vigilantem sedulita-
tem, esse sui erga nos amoris signum
evidens, certissimumque argumen-
tum; non enim in puniendis pecca-
tis ideò se vigilantem ostendit, vt
ad puniendum ostentet propensi-
onem; sed vt significet celeritatem,
quam in nostris mœdendis vulne-
ribus solet adhibere; qui enim fi-
lium sibi charum letaliter ægrata-
re cognoscit, noctes agit insomnes,
vigilat super eum, & festinat mœ-
deri. Optimè in huius doctrinæ con-
firmationem Hieronymus ad cap.
23. Esaiæ, & ad Oseæ primum: vbi
ponderans verba illa Dominica: *Vi-*
sitabo sanguinem Israel super dominum
Iehu: Pensat rationem, ob quam
Deus supplicia, quæ pro peccatis in-
fert; appellet visitationes, & ait: *Pla-*
ga Dei visitatio est, atque curatio; per-
cutit enim visitans, ut emendet, & cu-
ret. Castigatio mea in matutinis (ait Re-
gius psaltes) ac si diceret, manicat
Dominus, vt me castiget, seu vt
habet Augustinus, mentem Daui-
dis interpretans; *Vix peccaueram, &*
subita statim flagellatione concutiebar.
Proponit equidem Tertulianus in
hac Dei in puniendo sedulitate, fœ-
licem veræ beatitudinis euentum:
sic enim habet lib. de pœnitentia.
O seruum beatum, cuius emendationi
Dominus instat, cui statim dignatur
irasci, quem admonendi dissimulatione
non decipit! Commendat itaque Dei
in suppliciis inferendis sedulitas, in
virga vigilante adumbrata, paternam
eius in nos benevolentiam, intrinse-
camque dilectionem, vt à contrario
sensu, probat Bernardus ex illis eius-
dem Dei apud Ezechiem verbis
cap. 16. *Recessit zelus meus à te: si ze-*
lus (inquit Bernardus) *recessit, ergo*
& amor: ex quibus omnibus manife-
stè colligitur amygdalinam, & vigi-
lantem virgam, quam Dominus Hic-

¶ see 1.

Hieron. ibi
Psalm. 72.

August. ibi.
Tertul. ibi de
patientia.

Ezech. 16.
ibi Bernar.

A remiæ ostendit suorum suppliciorum
pariter, & amoris manifestissimum
fuisse signum.

Zelus amo-
ris indicu.

Ex repugnantia, quæ inter duo sa-
cræ Scripturæ loca primo intuitu re-
peritur, ex eorumque consilio, subtilem valde habebis eiusdem do-
ctrinæ probationem. Postquam diui-
na sponsa Cantic. 5. Christum spon-
sum sibi charissimum à partium enu-
meratione omnino pulcherrimū effi-
giauerat, & præsertim de capillis di-
xerat, *Come eius sicut elata palmarum;* *Canticos.*

B Descripsit Daniel eundem Christum,
provt ad iudicium venturum; de cu-
ius item capillis agens, ait: *Capilli Daniel.*
eius quasi lanæ mundæ: quæ igitur in-
ter palmarum elatas, & mundæ la-
næ fila similitudo (peto) reperitur, vt
his, & illis sponsi capilli similes es-
se dicantur, & comparentur? Sunt
enim palmarum elata secundum Ga-
lenum, Dioscoridem, & Hesychium,
apud Calepinum, germina quædam
proficientia à palma, fructus operien-
tia, vocanturque ab Hispanis (*La cor-*
reza del coco) sic enim appellant
nostrates Indiarum palmarum fru-
ctus, suntque hæ palmarum elatae
adeò asperæ, & rigidæ, vt ex illis fu-
nes fortissimi ad naues firmandas
efficiantur; vidi ego oculis meis mul-
tities in America, earumq; duritiem,
& asperitatem propriis manibus sum
expertus: approbat item earum du-
ritiem nouæ sacræ paginæ transla-
tio, quæ sic habet; *eius cincinni, ut ti-*
lia: sunt autem tiliæ secundum Pli-
nium historiæ naturalis lib. 16. in
cap. 14. fila quædam, quibus palma-
rum mēbranæ intexuntur; quæ, quia
nimis rigidæ sunt, vincula dici con-
sueuerunt; lanæ verò, & præsertim
mundæ, fila mollissima sunt; vnde fit,
vt nō facile appareat ratio, seu funda-
mentum, à quo ducta sponsa, Christi
capillos rigidis palmarum elatis, siue
tilis similes esse dixerit, quos postea,
vt lanæ molles, dum ad iudicandum

Quid elata
palmariæ, ex
Plin. &c. 16.
Galon.

C *Nova transla-*
tatio loci
Cantic.
Quid Tilia
ex Plin. lib.
16. naturalis
historia c. 14.

D *vene-*

Daniel.

venerit, Propheta fore prædixit, dicens: Aspicebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedil; vestimentum autem eius candidum quasi nix, & capilli capitum eius, quasi lana mundæ: Si namque secundum sponsæ iudicium, duri, tenaces, & rigidi sunt spōsi capilli, sicut palmarum elatae, quomodo molles, ut lanæ fila sunt? Maxima profecto in comparatione apparet repugnantia, & contradic̄tio (ait Bertarius martyr.) Prætetigerat iam Hieronymus dubii solutionem, subobscurius tamen, dicens; Per capillos, quasi lana mundæ, purum syn- cerumque iudicium designatur, nullam personam in iudicando respiciens: nam perinde accapilli à capite Iudicis, procedunt sententia. Ex ultimis his Hieronymi verbis cœpit præfatus martyr dubii soluendi rationem, dixitque idè mollis, & mitissimus lanæ filis similes dici sponsi capillos, maximè in finali iudicio, qui ferendarum tunc sententiarum signa sunt; quia sententiaz simul cum iustitiaz integritate commixtam habebunt Dei misericordiam, & pietatem: appono sancti Bertarii verba, quæ vidi apud eundem in Bibliotheca Cassinensi, & alibi postea à quodam viro docto usurpata. Voluit (inquit) Dominus indicare in diuinis iudiciis, etiam in extremo illo die multum molitudinis, clementia, & amoris admixtum iri. Rigidi ergo sunt capilli sponsi, ut elatae palmarum, & molles, ut lanæ mundæ; rigidi (inquam) à iustitiaz integritate, molles ab admixta misericordia, & pietate. Ex quo clarè apparet, easdem in peccatores latas sententias, per quas puniendi sunt, simul Dei integratatis, & eius amoris evidentissima signa fore.

Bertarius
martyr ubi
supra.

Psalm. 50.

Illustrari potest hæc doctrina de diuinarum sententiarum, nec à iustitiaz integritate, neque à Dei misericordia deuantium certitudine verbis illis versiculi 6. Psalm. 50. *Tibi*

soli peccavi, & malum coram te feci; A *ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Vbi iudicandi verbum actiū legendum putant grauissimi Expositores, sicque legunt, & vincas cum iudicaueris.* Ita Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum: Chrysostomus homilia 6. de pœnitentia: Epiphanius hæresi 69. afferuntque præfati Patres, de finali iudicio esse intelligendum hunc Psalmi locum, in quo Deus, & iustitiam suam simul, & pietatem iustificabit, & commendabit iustitiam, utique in sententiarum veritate, & rectitudine; in pudiendo vero circa condignum, misericordiam, & pietatem, secundum quod alibi Psalmista ait, Psalmo nempe 100. *Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine,* ad quæ Psalmi verba sic consonanter Casiodes. *Neque misericordia eius sine iudicio, neque iudicium sine misericordia, utraque enim se in tua charitate iunguntur.*

C Accedunt ad Iesum Pharisæi, Iohannis 8. & tentantes eum, signum pertunt, dicentes, *Magister volumus à te signum videre:* quibus statim Dominus: *Generatio mala, & adultera signum petit, & signum non debitur ei, nisi signum Iona Propheta.* Dubitat primo Signiniensis Episcopus homil. 21. in Quadragesima, cur hic Dominus genetationē adulteram Pharisæos appellauerit, cum ex præsenti euentu inuida potius, & maligna generatio nominandi forent. Respōdetque idem Pater, nullo alio priori cognomento posse gentem istam ex hoc facto appellari, quam crimen adulterii, utpote qui Dei bonitatem in signorum ostensione adulterari conabantur; petebant enim ignem de celo, seu tonitrua, & imbræ (ut aduertit Laudunensis) quæ potius rigoris signa sunt, quam benevolentiaz, & pietatis, cum illud à Dei clementia sit omni-

Hieronym. Chrysostom. Et Epiphanius lectio.

Psalm. 100.

Casiodes. ad
hunc Psalmi
locum.

Iohann. 8.

Laudunensis
ad c. Iohann. 8.

*Signinensis
Bruno ho 21.
in Quadrag.*

*Ioan. 8.
Euthym. ibi.*

*Cur Iudeis
nullū aliud
Christus pro
miserit sig-
nū, nisi quod
in Iona Pro-
pheta, iā de-
derat.*

*Ex Euthym.
ad c. Ioan. 8.*

no alienum; nam ipsa etiam diuinæ iustitiae instrumenta, diuinæ benignitatis sunt signa, & non rigoris, & vindictæ: vndè illa adulterari postulabant, & sic conuenientissimè adulteros methonimicè appellauit Salvator, quia eius signa adulterare conabantur, ait præfatus Pater.

Sed est in loco aliquid amplius, quod cum Euthymio pensitemus: cur nempè nullum aliud signum illis se daturum promittat Dominus, nisi signum Ionæ Prophetæ? *Signum* (inquit) non dabitur eis, nisi signum Ionæ Prophetæ. Quæ erit causa, & ratio (inquit Euthymius) quod nullū aliud signum se illis daturum Christus promiserit, preterquam illud, quod iam dederat Ionæ Prophetæ; quando eius inobedientiam punire voluit, & cohercere? Nonne eorum perfidiæ conuenientius signum esset, ignem è cœlo mittere, qui tam perniciosa progeniem in fauillam redigeret, & in cinerem? cum quo & eorum puniret malitiam, & suam ostentaret potentiam? Et apposita dubitandi ratione, statim occurrit dicens: nullum aliud promittit signū, nisi Ionæ, quia nullum supplicium pro peccatis infligit, in quo eius pietas, & misericordia non resplendeat; & quia in supplicio Ionæ pro inobedientia iniuncto, opus nostræ Redemptionis elucit, quod summæ misericordiæ, & pietatis fuit; ideo se illis illud daturum promisit in pœnam sceleris perpetrati, & in sux simul misericordiæ, & pietatis indicium.

Ad præsentis denique argumenti ampliorem confirmationem locum illum Apocalypsis in cap. 15. pensitate iuuabit, in quo ait Ioannes se vidisse, quod vnum de quatuor illis animalibus, de quibus multi multa dixerunt, dederit septem Angelis, qui aderant septem phialas plenas iracundia Dei; quod igitur

A primo cum Asberto annotandum venit circa locum, est significari ibi, & representari Dei supplicia, quæ quasi in vasis recondita habet assertuata ad improbos in finali iudicio puniendos: sed est insuper iuasorum forma grande mysterium, quod cum Abulensi Episcopo, & cum nostro Lyra pensitemus. *Vasa* sunt (inquit) phialæ ex inferiori parte lata, versum autem superiorem stricta, in angustum os desinentia. Quid igitur mysterii continet hæc vasorum forma, quo-

*Asbert. ad c.
15. Apocalyp.*

*Quæ siphia
larū forma,
& quod in
ea mysteriū
ex Lyra, &
Abulensi, ad
huc locum.*

B modoq; cum infra adeò sint lata, tam stricta habent ora, & angusta, vt non nisi guttatum, quem intus habent lumen, possint dimittere? Quod si in improbos continent inferēda supplicia, cur non potius latissima habent ora, vt affatim diffundantur supplicia? Bene tamen sic, respondet Abulensis, vt significetur iuasorum forma, quā sit Deus in suppliciis inferendis parcus, quāisque sit misericors, & pius; non enim superflue, sed moderatè, & quasi guttatum punit; audiatius Patrem: *Indicium* (inquit) est hoc Dei amoris, & eius clementia, & bonitatis: *Nam cum phiala os angustum habeat, non potest inde ira, nisi guttatum fluere: Vnde quoniam Deus supplicia inferens potius distillat, quam fundit, inde est, quod in Phialis arctum, & angustum os habentibus eam habere dicatur: Hæc ille. Illorum itaque vasorum forma, quibus ira Dei in futurum iudicium reseruatur, est ipsius Dei misericordiæ, & pietatis signum manifestum.*

*Distillat
Deus gutta-
tim suppli-
cia.*

C Omnibus his sacræ Scripturæ locis supra positis, & annotatis spiritum præbent, & vitam apposita præsentis Euangeli verba. *Erunt signa in Sole, & Luna: ostendunt namq; manifestè Dei in suppliciis inferendis quanta sit pietas, & clementia, dum lugubri ueste operata signa puniendi ostendit. Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, ait Lucas*

21. qua-

21. quasi mærotē, & tristitiam significando (loquimur humano more) qua Christus adeò misericors, & adeò pius afficeret in finali illo supplicio inducendo; incertoris enim, & tristitiae signa præbet, qui in alterius exterminio, obituq; induit lugubri ueste suos domesticos.

Illustratur amplius, & corroboratur supra posita doctrina

Quod si à suprafacta philarum forma deductam doctrinam amplius volueris dilatare, appositè facies, si latè contra primum parentem à Deo sententiae tenorem attentè perpendas, *in sudore* (inquit) *vultus tui vesceris pane tuo*. Nam vultus sudores guttæ minutissimæ quædam sunt: vndè Adæ vultus sudor, quem illi Dominus iniunxit in pœnam delicti, clarè testatur, non nisi guttatum, & quasi ex phiala os angustum habente sua Deum supplicia hominibus pro commissis criminibus irrogate: appareat eisdem ex loco, eademmet supplicia à Deo hominibus pro sceleribus inficta suæ esse erga nos misericordiæ, & pietatis signa manifesta: audi quæ circa loci sensum dixerit Ioannes Chrysostomus.

Pœna primis parentibus imposta, admonitio potius fuit, quæ supplicium ex Chrysost. ad cap. 3. Genes.

Pœnam (inquit) primis parentibus Deus admonitionis gratia irrogauit, & ut de primat ad deteriora progressum, & tollat malitiam vtilionis grassantem. Ad diu autem Chrysostomi verborum faciliorem intelligentiam attendendum est ad communem morem, quo uti solemus in paracismis vitandis, maximè in his personis, quarum vehementer compatimur, guttis nempe odoriferæ, & distillatæ aquæ eorum facies madefacere, ut resipiscant, excessit mente Adamus (nam amens est omnis peccator) illique benignus Dominus valde compatiens sudoris rore vultum madefecit, ut resipisceret, & ne progredieretur ultra suæ mentis excessus: In sudore igitur, quæ distillatas guttas, & minutissimas,

Amens est omnis peccator. Testatur Ade supplicium Dei in eum amorem, & pietatem.

A conuertit Deus Adæ supplicium, suū in illum amorem, & pietatem manifestissimè attestantes.

Corroborabis omnia, quæ dicta sùt circa philarum formam Dei pietatem, & clementiam in homines demonstrantem, si cum nostro Lyra, & cum Ambrosio Laudunensi perpendicularis verbī vim, & significationem, quo utitur Daniel in cap. 9. vt suppliū ostendat, quo Deus puniuit ciues Hierosolymitanos. *Stillavit* (inquit) *super nos maledictione*. Quasi si dixerit Vates; adeò parcus fuisti Domine, adeò misericors, & pius in supplicio pro sceleribus nostris inducendo, atque est vas in quo stillari consueuerunt herbae salutiferæ, quod nō nisi guttatum effundit aquam: appono ipsissima Patrum verba: *Non totam in eos iram effundit* (inquit Laudunensis) consonanter item noster Lyra: *bene*, inquit, *Propheta distillavit, quia non simul vino impetu descendit super nos Dei punitio*. Ex quibus omnibus iam patet veritas presentis argumenti: Ipsa nempè Dei supplicia, quæ irrogat pro sceleribus esse suæ in homines dilectionis, ac pietatis signa manifesta. Obiter autem anno, quam sit Deus ad benefacendum largus, qui adeò est in puniendo parcus; compono enim præfatum Danielis locum, cum illo Iocelis 2. vbi sic ait Dominus. *Effundam de spiritu meo super omnem carnem*, stillat itaque Deus supplicia in puniendo parcus,

D contra verò effundit beneficia, idest largiter exhibet, ac superabundanter.
(. . .)

Dan. 9.

Deus in suppliciis inferedis admonitio parcus ex Danielis loco.

Laudunen. Ambros. ad hunc locum. Lyra ibid.

Deus in beneficiis coferedis magnificus ex Iocel. cap. 2.

AD EADEM SACRI
contextus verba.

Erunt signa, &c.

ANNOTATIO IIII.

Nunquam Dei benigna misericordia
ab eius iustitia omnino disfunctur.

EX præhabitæ annotationis argumento præfens hæc doctrina consequenter deducitur, nunquam scilicet benignam Dei misericordiæ ab eius iustitia omnino seiungi, eam testatur Regius Vates dum Psal. 100. admixtam Dei misericordiam iudiciis decantauit, dicens. *Misericordiam, & indicium cantabo tibi Domine.* Multus est Clemens Alexandrinus sui Pædagogi in cap. 9. in huius veritatis comprobatione, ego vero appositis Herueti eius commentatoris, & Vatabli verbis, paucis me ab hoc arguimento expediam, eius siquidem veritas, & confirmatio ab his, quæ in antecedente annotatione dicta sunt, fatis sunt roboratae. Ita (inquit Heruetus, *sunt coniunctæ Dei misericordia, & eius iustitia, ut non possint seiungi.* Consonat Vatablus, qui sic Psalmistæ mentem interpretatur. *Hanc odam in laudem tuam Domine canam de officio boni iudicis, cuius est iustitiam simul, & misericordiam in iudicando obseruare.*

Adhuc superiori modo ostendit Deus nunquam suam misericordiam à iustitiæ integritate seiungi in euenu illo numerorum in cap. 14. vbi refert sacra pagina, quod cum Dominus esset amaro in populum animo ob eorum obstinatam perfidiam, velletque illos punire, Amorrhæorum immanitatem ministram aduocauerit, permiseritque, ut non solum eis

*Psalm. 100.
Clemens A-
lexandri. sui
Pædagogi in
cap. 9.*

*Heruetus ad
c. 9. Pædagogi
Vatabl. ad
titulu Ps 100.*

Numer. 14.

A alimenta negarent Amorrhæi, sed etiam quod promissam illis à Deo terram, armata manu impediret: Arma igitur, item in illos capere coactus Israeliticus Populus Deum (medianante Moyse) consulere decreuerunt, ascendant ne ad pugnandum, an non, quibus statim Dominus: *Dic eis, noli- ibidem.
te ascendere, nec pugnetis; non enim sum vobis cum, ne cadatis coram inimicis ve- stris;* Valde admiratus de hac Dei *Gregor.* responsione, ait Pater Gregorius. *Si cum eis non erat, quare, ut ascenderent, prohibuit?* Si autem cum eis erat, quid est, quod ait, *non sum vobis cum?* Tollit tamen, idem Pater statim dubitacionem, dicens. *Ex integritate iustitiae ob persidiam cum illis non erat, ut vim erent, sed mira dispensatione misericordia cum illis erat, ne caderent, & ab hostibus perirent.* Negat itaque diuina iustitia victoriam in pœnam delicti, sed prius admonens de periculo, suā apud eos commendat misericordiam, de qua admiratus exclamat idem Pater, & ait. *O ineffabilis pietatis viscera!* *Culpas inseguitur, & tamen protegit pec- catores, iratum se indicat, defendit tamen ab hostibus.*

B Non statim, vt irascitur deserit Deus.

C Ponderans idem Pater primum, & nonum caput Danielis Prophetiæ, eruit alterum istius veritatis fulcimentum, ex eo nempe, quod decernens Dominus, ut ciues Hierosolymitani ob scelera perpetrata punirentur, perfeceritque Nabuccodonosor sui decreti executorem, qui bonis omnibus expoliatos captiuos ducat in Babylonem, in miseramque seruitutem redigat, statim tamen suam huic riguroso decreto misericordiæ admiscuerit, faciens, ut simul cum illis Propheta duceretur captivus, qui futuram libertatem prædicens, esset ipsis in tanta calamitate solatio. *Quis (inquit Gregorius) ista tante pietatis viscera pensari sufficit? quod & culpas populi sine vindicta preterire non potitur, & tamen delinquentem populum sine solatio*

*Adiungit
Deus præ-
fus solatiū.*

*Greg. Magn.
ad cap. 1. &
9. Daniel.*

Luc. 10.

*Augustin. &
Gregor. ibid.
Chrysost. ad
cap. 3. Genes.*

*tio non derelinquit. Hæc illæ. Ex quibus vides semper Dei misericordiæ, cum eius simul suppliciis admisceri; quod ipse Dominus in parabola de homine à latronibus expoliato, percusso, & semiuiuo relicto edocere fortassis voluit dum vinum simul, & oleum vulneribus adhibendum docuit, ut in vini asperitate, rigorem iustitiae, oleo misericordiæ attemperatū ostenderet. Sic locū exponentes Augustinus, & Gregorius penitarunt: quibus consonat Chrysostomus ad caput tertium Genes. dicens. *Hic est mos Domini nostri, ut puniens non minus, quam benefaciens suam erga nos declareret pietatem.**

Ex illis eiusdem Prophetæ verbis, quæ habet suæ Prophetiæ in capite nono, intulit Martyr Bertarius huius argumenti optimam probationem; dum enim ibi Prophetæ Daniel suam, suorumque conciuium deplorat calamitatem, & propter scelera à Deo illis inflictum supplicium, primū ait.

*Daniel. 9. Idem ibid.
Dei suppli-
cia, & casti-
gationes sūt
etiam mife-
ricordia.* *Tibi Domine iustitia, nobis autem con-
fusio faciei nostra, & paucis interie-
ctis, de eodemmet supplicio loquens,
ait: Tibi Domino Deo nostro misericor-
dia, & propitiatio, quia recessimus à te.*

Circa quæ verba iure dubitat præfa-
tus Pater de eo, quod idem suppliciū,
quod Dominus Hierosolymitanis ci-
uibus, ob scelera induxit, appellat
Propheta modò iustitiam, modò verò

*Bertarius du-
bio 67. in ve-
nus testame-
tum.*

misericordiam. *Tibi Domini iustitia:*
Tibi Domine misericordia; quid est hoc
(inquit Bertarius) quod supplicium po-
pulo pro sceleribus iniunctum, iustitiam
simul, & misericordiam appelles Proph-
eta, nisi quia in suppliciis, quæ infert, nun-
quam misericordiam à iustitia se iungit,
ut Propheta cecinit dicens, cum ira-
tus fueris, misericordiæ recordaberis.

*Abac. 3. &
Tob. 3.*

Psalm. 76.

In eiusdem argumenti probationē adducit Theodoreetus, illud Dauidi-
cum Psalm. 76. *Nunquid obliuiscetur
misericordiæ Deus? aut continebit in ira sua
misericordias suas? Quem locum sic*

*ipse Theodoreetus commentatur. Nō
standet misericordia fontes quodam ve-
luti pariete iustitiae. Opportunè equi-
dem Mediolanensis Episcopus expli-
cans obiter illud Psalm. 104. *Miseri-
cors Dominus, & iustus, & Deus noster
misericordia, afferit enim tantum abesse
à Dei nostri ingenuitate, & natura, ut
contineat in ira sua misericordias
suas, ut sui potius moris sit cōtinere,
& quasi vinculis alligare, vel saltem
claudere iram suā misericordiis suis;
quod ipse probat ex eo quod posuerit
Regius Vates Dei iustitiam inter duas
misericordias, quasi inclusam, dicens
*Misericors Dominus, & iustus, & Deus
noster misericordia posuit,* (inquit Ambrosius) *& semel iustitiam,
in medio iustitia, est gemino septo in-
clusa misericordia.***

*Dei iustitia
duplici mi-
sericordiæ
septo inclu-
sa ex Ambr.*

Neque totum profert Ambrosius,
quod circa hoc argumentum ex sa-
cris litteris deduci potest; non solum
enim à parte ante, & à parte post, sed
vnde quaque circumcidetam, & in-
clusam esse Dei nostri iustitiam
ipsius misericordia, probant multa
Sacræ Scripturæ loca; quorum duo
precipua apponam, & exantlabo: sit
primus ille, qui habetur Ezechielis
in cap. primo, ubi postquam Vates
descripsit Dei Tronum, eiusque in-
dignationem, & iustitiam, tanquam
ignem ad comburendum accensam,
ac paratam, statim addit. *Vidi quæ
speciem ignis splendentis in circuitu ve-
luti aspectum arcus, cum fuerit in nube in
die pluvia: quem locum omnes ferè*

Ezechiel. c. 5.

D Patres de diuina iustitia, misericordia
vnde quaque circumcidetam: exponunt.
Et præsertim Lyranus noster, qui sic
habet ad locum. *Nubes illa ignibus in-
voluta diuinam significauit iustitiam,
quam splendor quidam per circuitum am-
biebat, qui symbolum erat diuina miseri-
cordia, atque clementia. Vnde non totū
Dei misericordiæ in eius iustitiam
dominatum expesuit Ambrosius, dū
illam ante, & retrò misericordia sep-
tam,*

Lyranus ibi.

ptam, & quasi inclusam ostendit ex verbis Psalmista, eandem siquidem eadem misericordia vndequeq; colligatam se vidisse testatur Propheta.

Consonat sacri contextus locus alter Apocalypsis in capite quarto, vbi describens Ioannes Dei thronū, eiusque iustitiae tribunal, sic ait. *Ecce sedes posita erat, & super sedem sedens, & qui sedebat similis erat aspectui lapis- dis iaspidis, & sardii;* ex quibus verbis colligere debemus vidisse Ioannem Deum, propt Iudicis officium exercet, secundum Sancti Petri Chrysologi mentem, qui sermone de conversione Magdalena, sic ait. *Dominus cum stet, corripit, cum sedet, iudicat: vi- tra quam quod referebant ipsi colo- res iaspidis, & sardii secundum Au- gustinum, Thyconium, & Bedam, at- que Rupertum, utramq; diuinam pu- nitionem, & illam nempè, quæ in vni- uersali diluvio antecessit, & alteram illam, quæ in finali iudicio expecta-*

Rup. ad c. 4. Apocal. *tur, in iaspide (inquit Rupertus) qui aqua colore refert, diluum aqua, quod iam prateriit, designatur, per sardum ve- rò ignei coloris diluum ignis, quod ad-*

Vtriusq; di- liuuii, aquæ scilicet, & ignis adum- bratio. *huc expectatur. Vbi igitur (quæro) eu- dentius diuina iustitia cum toto ri- gore, & severitate exprimi potuit, quam hoc loco, enundationes aquarum effundens, & ignis flamma or- bem succédens? Quid tamen statim annexat Ioannes audiamus. Et iris (ait) in circuitu sedis similis visioni*

Apocal. 4. Iris miseri- cordie, & pacis symbo- lum ex Rup. *maragdina. Ecce diuina iustitia mi- sericordia valata, & vndeque circumcincta; ita ut ab illa, neque di- iungi possit, neque euadere. Audia- mus Rupertum ad hunc locum (quo- nian (inquit) inter utrumque iudicium, aquæ videlicet, & ignis diuina miseri- cordia illucet tributo ad paenitentiam temporis; idcirco in circuitu sedis iris ap- paret, quæ signum est misericordiae, & pacis. Quomodo igitur à Dei iustitia eius misericordia disiungetur, quæ*

cū illa quasi vinculis alligata semper incedit?

Neque erit incongruum paulisper philosophari circa quandam sardii proprietatem, quam lib. 37. naturalis historiæ cap. 7. ponit Plinius; oleo nempè iniuctam hebetari, cum enim valde tritum sit in scriptura sacra per oleum Dei nostri misericordiam de- signari, etiam à natura comprobari videtur eius iustitia, quæ per sar- dium (ut visum est) exprimitur, eius misericordia retardari, & quodammodo hebetem reddi. Cōducit etiam ad hoc argumentum illud Iacobi Apostoli suæ Canonicae in cap. 2. *Superexaltat autem misericordia iudi- cium. Quem locum sic habet Græ- cus contextus. Exultat aduersus iudi- cium misericordia, quasi innuens Dei misericordiam semper victricem fo- re, quotiescumque cum eius iustitia contendenter, exultare enim solent victis victores. Dei itaque iustitiam ab eius misericordia victam non in- congruè appellabimus. Es la justicia de Dios, prisnera de su misericordia; Ideoque ab illa minimè disiungi posse dicimus.*

Sardii lapi-
dis proprie-
tas, ex Plinio
lib. 37. natu-
ralis hist. c. 7.

Iacobi epist.
cap. 2.
Contextus
Græcus.

AD EADEM SACRI contextus verba.

Erunt signa in Sole, & Luna, & Sellis.

ANNOTATIO V.

Ut Christus Dominus suorum iudicio- rum propalet aequitatem, Solem, Lunam, & Stellas in die illa voca- bit in testes.

Olens sapiens diuinorum iudi- ciorum integritatem, & rectitu- dinem commendare, Proverbiorum in cap. 16. quadam usus est metapho- ra,

Prouerb. 16. **ra**, quæ quanquam appositissima sit, habet tamen aliquid, quod conuenit pensisari. *Pondus* (inquit) & *statera iudicia Domini sunt*, & opera eius omnes lapides sacculi : Vbi ad faciliorem metaphoræ, eiusque proprietatis intelligentiam, aduertendum est, ex *Vatabo* in scholiis ad hunc locum, in

Antiquissimus pondere, & *stateræ vñus ex Vatabo in scho* liis ad hunc locum.
Noua translatio.

more positum fuisse apud antiquos, nihil etsi minutissimum esset, nisi ad pondus, & stateram, vel emi, vel vendidi posse : designari etiam lapidibus pondera, siue maiora, siue minora; ita ut res empta, vel vendita postulabat; solereque omnes lapides istos sacculo asseruari, à quo cum necessum erat australiebantur : Vnde non bene aliquæ Bibliorum impressiones, quæ ita habent, & opera eius omnes lapides seculi : nam sacculi, procul dubio legendum est, quod attestatur manifestè Caldaycus contextus, quin & noua translatio, quæ sic habet. *Statera bilanx, iudicia Domini sunt, & opera eius pondera veritatis.*

Dubitatur circa metaphoræ proprietatem. Quibus sic annotatis, statim se se offert dubitandi occasio, circa metaphoræ proprietatem: nam statera, & pondera aliarum rerum examinant, probant, ac ostendunt valorem, & æquitatem, non autem propriam, unde potius alieni valoris, & æquitatis Indices, quam propriæ iustificatores dici debent; ex quo sequi videtur, non bona vñsum fuisse sapientem metaphora, stateræ, & ponderum, vt æquitatem diuinæ iustitiae, eiusque iudiciorum ostenderet: iudex enim iudicat alios, & (vt talis est) à nemine iudicatur, & sic statera conuenientius nostrarum actionum ponderatrix, & Iudex dicenda videtur, quam suæ ipsius æquitatis; iudicat enim, & à nemine iudicatur, non ponderatur, sed ponderat.

Euentur dubitandi fundamentū, ex Psalm. 18. Dubitandi tamen occasionem tollit Psalmographus, dum Psalm. 18. sic ait: *Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa: ac si diceret, nō solum alie-*

Ana opera probant, aut dominant diuina iudicia; sed suæ etiam æquitatis, ac rectitudinis sunt testes manifestissimi; vnde & aliorum, & sui ipsorum sunt iustificatores, & Iudices: *Iustificata utique in semetipsa*, siue in semetipsis, seu à semetipsis, vt alibi. Habent hoc item statera, & pondus; nam ipsa suæ ipsorum æquitatis sunt Iudices, etsi enim in statera apponas nihil, ipsa tamen de se ipsa ostendit, an sit æqualis, vel inæqualis: quod item & pondus facit, si namque apponas il-

Blud in lance, & cum alio componas, ipsum statim de se ipso ostendit, deficiat ne, vel excedat à præscripta sibi quantitate: sicque optimè de pondera, & statera dici potest, quod sint in semetipsis iustificata. Concinne ergo sapiens, dum ait; *Pondus, & statera iudicia Domini sunt* (idest) in semetipsis ad instar ponderis, & stateræ iustificata, quæ non aliorum tantum, sed suam simul ostendunt æquitatem. Non enim pendent Dei iudicia, à locis, à tempore, aut à personis (vt Iacobus de Valencia hic optimè annotauit) semper enim æqua sunt, semper in semetipsis iustificata, & hoc ita de se clarè ostendunt, ac lucem meridiæ.

CIllistris est ad Dei iudiciorum punitatem commendandam locus ille *Ezech. 1.* Ezechielis in cap. 1. vbi ait Propheta vidisse Deum pro tribunali sedentem, & omnimodam æquitatem, qua Hierosolymitanos ciues erat puniturus, sibi ostendentem; vbi sic habet Propheta, dum Dei iudicantis thronum describit. *Quæ aspectus lapidis sapphirii similitudo throni:* Ut autem apparere, in quo sit cum præsenti doctrina loci conuenientia, aduertendum est ex Plinio lib. 37. naturalis historiæ cap. 9. sapphirum esse lapidē pretiosum cerulei coloris, & ita purus ac cœlum cum serenum est, vt Exodi 24. 24. attestatus est Moyses; huiusmodi autem materies recte conuenit, cum thro-

Pondus, & statera non alieni tantum valoris, sed etiæ propriæ æquitatis sive ludentes.

Psalm. 18.
Iacob de Valencia ibid.

Plin. lib. 37.
naturalis historia cap. 9.

Exodi 24.

throne Dei iudicantis, ostenditque
quām sint iusta, & sincera eius iudi-
cia, in quibus nihil non iustum, nihil
non syncerum, nihil non clarum ap-
paret, quemadmodum & in cœlo,
eum nulla, neque nubes neque exal-
atio interponitur.

Amplius adhuc corroborari po-
terit præsens hæc de Dei integritate
in iudicado doctrina alio noui testa-
menti loco, Ioann. 5. vbi volens Chri-
stus Dominus suum item iudicium
ab integritate, & puritate commen-
dere, sic habet. *Non possum à me fa-
cere quicquam, sed sicut audio, iudico.*

Circa quæ verba, ita Ambrosius in
expositione Psalm. 118. *Sobrietatem, &
equitatem, & synceritatem in iudican-
do commendauit Dominus, ut decet cœ-
lestem Iudicem; nam adhuc humanita-
tem, quam ad redimendum hominem as-
sumpsit, suspectam habuit, eamque qua-
tenus homo se excuere dicit, ut certissime,
ac syncerissime indicaret; quanquam
enim in forma hominis ad iudicandum
veniet, non tamē iudicabit, ut homo, id est
hominum more, qui acquiescant potius
carni, & sanguini, quām iuris aequitati.*

Nonne vides ex loco quanti iudi-
ciorum suorum evidentem synceri-
tatem faciet Christus, cum neque as-
sumptam humanitatem in iudicio
mediare permittat? Nam idem est di-
cere, *non possum à me facere quicquam,
sed sicut audio, iudico*, ac si diceret: *Nō*
secundum meum arbitrium, & volu-
tatem iudico, sed secundum quod à
testibus accipio; non itaque carni, &
sanguini acquiesco, sed iustitiae, &
aequitati. Benè ergo eius thronus sua
iudiciorum potestatis symbolum, ex D

sapphiris purissimis, & syncerissimis
componitur, tanquam cœlum cum
serenum est, cui nulla, neque nubes,
neque exalatio imponitur: Vndè
opportunè Chrysostomus sermone
de Cruce, & Latrone Beato. Indices
(inquit) terreni seduci, aut corrumpi
passunt, in superno nihil tale reperitur:

*Carex sa-
phiro Dei
iudicantis
thronus.*

Zoan. 5.

*Ambros. in
expositione,
Psalimi 118.*

*Suam etiam
humanitatē
suspectā ha-
buit Chri-
stus in iudi-
cando.*

*Veniet Christus ad iudi-
candum in
forma homi-
nis, nō tamē
iudicabit, vt
homo.*

*Iean. Chrys.
hom de Cru-
ce, & Latro-
ne Beato.*

*Index iustus est, & iudicium eius tan-
quam lumen. Perpendas, quæso, ultima
Patris verba; iudicium eius tanquam
lumen. Nam sicut suæ claritatis, & lu-
cis lumen est index; ita Dei iudicia
suæ propriæ æquitatis sunt testes cla-
rissimi; ideo bene in semetipſis iusti-
ficata dicuntur, ut iam satis superque
monstratum est.*

*Quanquam tamen aded iustifica-
ta sint Dei iudicia, illa tamē amplius
iustificare curabit in iudicio finali,
quod fortassis indicare voluit Paulus,
cum diem extremi iudicii appellauit
diem iusti iudicii Dei: in hunc enim
sensem explicat Patres Pauli locum,
& præcipue Ioannes Chrysostomus.
Erit (inquit) dies illa dies honoris, &
integritatis iustitiae Dei. Cui consonat
diuus Thomas ad eundem Pauli lo-
cum, vbi sic ait. In illa die resulabitur
iustitia diuini iudicii, quod nunc im-
probis non videtur esse iustum. Forma-
bit, itaque Deus in die finalis iudicii,
circa suæ etiam iustitiae integritatem
processum: aduocabit, interrogabitq;
testes; ut ex eorum dictis amplius iu-
stificata maneat apud homines iu-
dicia illa, quæ in semetipſis semper
fuere iustificata.*

*Erant ergo signa in Sole, & Luna,
& stellis, id est Sol, Luna, & stellæ erūt
signa firmissima, seu occulati testes
diuinæ iustitiae æquitatem confirman-
tes; de diuina enim benignitate, &
patientia in peccatoribus tollerandis,
& de perpeti in admonendo sollici-
tudine interrogati, erubescimus (re-
spondent) testari, quām fuetit Domi-
nus in sustinendo patiens, in admo-
nendo benignus, & in alendo solici-
tus, qui nunc se exhibit Iudicem se-
uerum. Hanc testium erubescientiam
præuiderat Esaias suæ Prophetiæ in
cap. 24. dicens. Erubescet Luna, & con- *Esaïas 24.*
fundetur Sol, quibus Prophetæ ver-
bis hæc annexit Hieronymus. Cer- *Hieron. ibid.*
nentes homines, qui sua frucentur luce,
nihil dignum Dei bonitatem fecisse. Ecce
Solis*

*Ad Rom. 2.
Chrysost. ibi,
iustum & De-
i them.*

*Attestabun-
tur in finali
iudicio diu-
inæ iustitiae
æquitatis Sol,
Luna, & stel-
la, reliquaq;
creatura.*

Solis, & Lunæ signa diuinæ iustitiae æquitatem manifestissimè attestantia.

Attestabuntur item reliqui Planètæ, & vniuersa simul mundi machina diuinæ iustitiae æquitatis processum, ait Magnus Basilius: *Vniuersa* (inquit) *hæc mundi machina perinde est, ac liber literis exaratus, palam contestans misericordiam Dei, & æquitatem,*

*Diuus Basil.
in Examero.*

Vniuersa quam in iudicando seruabit, annuntians mudi machina liber literis exaratus Dei æquitatem contestans. *tibi intellectuali creature, quod ad cognitionem attinet veritatis.* Erunt item in signa, & in testes vniuersæ creaturæ diuinæ iustitiae æquitatis processum attestétes, attestabūtur sydera lapsu, ignis incendio, aér tonitruo, terra hiatu, petræ scissione, mare v lulatu, vt in sermone primæ Dominicæ Aduentus Sanctus noster Pater Antonius Paduensis obseruavit.

*S. Anton. Pa-
duan. ser. 1. de
Aduentu.*

Neque deficient rationales creaturæ, quæ eiusdem diuinæ æquitatis processum suis corroborent testimoniis, interrogatus enim Hieremias, idem respondebit, quod iam Threno.

*Hierem. in c.
3. Threno.*

in cap. 3. dixerat. *Non ex corde humi-
liauit, seu abiecit Deus filios hominum.*

Theod. ibi.

Quibus verbis hæc adiungit Theodoreetus: *Non intulit Deus usque nunc, volūtate supplicium, inferet tamen tunc, quia ipsi provocabunt eius iram.*

Quod tandem in diuinæ iustitiae æquitatis confirmationem Osæas dicat suæ Prophetiæ in cap. 4. audiamus: *Attendite (inquit) filii Israel, & audite verbum Domini, quia iudicium cum habitatoribus terræ; quod idem est, ac si dicat, audite peccatores iustificatam Dei causam, ob quam ita se-*

*Puniet Deus
in finali iu-
dicio inun-
dationem pec-
catorum sup-
pliciorum in-
dantia.*

*uerè puniet in finali iudicio. Maledi-
ctum, & mendacium, & homicidium, &
furtum, & adulterium inundauerunt, &
sanguis sanguinem tetigit, propter hoc
lugebit terra. Quid igitur conuenientius
diuinæ iustitiae æquitati, quam
suppliciorum diluuiio tantorum cri-
minum inundationē punire? Inunda-
uerunt crimina, inundauerūt summo*

æquitatis iure supplicia, ait ad locum diuus Hieronymus, cuius appono verba. *Non solum (inquit) quia hæc peccata commiserunt bis, aut ter, sed super modum, & per longum tempus apposuit Dominus per os Prophetæ verbum illud (inundauerunt) ut scilicet demostraret delictorum abundantiam, causam fuisse supplicii.*

*Hiero. ad c.
4. Osæ.*

Huc expectat dubium illud, quod circa illa verba Psalmi 31. excitauit martyr Bertarius. *In diluuiio aquarum multarum ad eum non approximabunt:*

Psal. 31.

B Quæ verba omnes ferè Patres de finali iudicio intelligunt, aiuntque loqui ibi Psalmistam de bonis, quorum unusquisque, quia in tempore opportuno de propriis defectibus pénitentiam egit, in diluuiio aquarum multarum, idest (in finali iudicio) non opprimetur, neq; submergetur ab aquis illius. Dubitat igitur præfatus Pater de eo, quod Psalmista ait, fore nempe in finali iudicio aquarum dilutium, cum sub infallibili verbo suo promiserit Deus Noe, Genesis in cap. 9 se

Optima du-
bitatio circa
apposita Psal-
mi verba.

C non iterum aquarum diluuiio homines punitur. *Nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis dilunii, neq; erit amplius diluuium dissipans terram.*

Genes. 9.

Quibus verbis opponi videntur supposita Psalmistæ verba. *In diluuiio aquarum multarum, &c.* Scio sufficere responcionem Hieronymi ad tollendam dubitationem, qui ait ibi nomine dilunii aquarum, intelligi multitudinem tribulationum, quibus in illa die concurentur improbi. *Aqua-*

Exponitur
Psalmi lo-
cusi à Hiero-
nymo de an-
gustia in mul-
titudine.

*inundantes (inquit Hieronymus) erunt angustie in iudicio. Obstat tamen adhuc nomen Scheteph, quod ibi ponitur in contextu, quod propriè sonat fluminum inundationem, sicque aliter cum eodem Bertario diluenda est dubitatio, & recurrendum potius ad illud Esaïæ locum cap. 64. quem author Interlinealis glosæ de finali etiā iudicio intellexit. *O utinam disram-
peres cœlos, & descenderes, &c. aquæ ar-
derent**

Esaia 64.

derent igne, ut notum fieret nomen tuum
inimicis tuis : super quæ Prophetæ A
verba, hæc habet Interlinealis. *Hoc
implebitur in die finalis iudicii.* Expli-
cans autem noster Lyra quomodo id
fiet, sic ait. *Quia tunc ignis inflamma-
bit aquas elementales, ut aduertit etiam
Symaeus.*

Solut Ber-
tarious supra-
positam du-
bitationem.

Ecce mysterium (inquit martyr
Bertarius) aquæ elementum igni, vñq;
tunc adeò oppositum in præsenti
eventu confederabitur cum illo, il-
liusque induet naturam , ita vt non
iam suffocet, sed comburat; adunata B
itaque sic elementa diluvium efficiët
contra reprobos , & vt diuini verbi
salua maneat facta promissio, nō suf-
focabunt aquæ, sed ardebunt , com-
burentque sicut ignis. Ad aquarum
igitur proprietatem attendens Psal-
mista dixit , *In diluvio aquarum mul-
tarum, seu in fluminū inundatione, &c.*
At verò Esaias ad infallibilem Dei
promotionem respiciens dixit. *Aqua
ardebunt igne. Quasi si dixerit, adue-
nit equidem & aquarum elementū
ad diuinæ iustitiæ stabiendum æqui-
tatem , sed quia , salua diuini verbi
promissione , homines suffocare non
poterit , inflammabit, comburetque
sicut ignis. Audiamus verba Bertarii.*

Induēt in fi-
nali iudicio
aque ignis
naturam, &
cū.

Bert. dub. 53.
Adunabun-
tur in finali
iudicio ele-
menta, vt in
reprobos in-
surgent, di-
uinamque
arrestabūr,
æquitatem.

*Aqua ardebunt igne, ut, salua diuini
verbi veritate, in improbos peccatores
possint insurgere. Summo equidem
iure diuinæ iustitiæ integritas adu-
natis elementis inundationem sup-
pliciorum parabit, vt puniat illos, qui
maledictum mendacium, furtum, &
adulterium contra Deum inundare
fecerunt; stabilientque tunc ele-
menta omnia diuinæ iu-
stitiæ æquitatem.*

(. .)

AD EADEM SACRI contextus verba.

Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis.

ANNOTATIO VI.

Eisdem creaturis , quas Deus homi-
num nutui, & dictioni subiecerat,
vtetur in finali iudicio , ad eorum
puniendam dementiam: & benefi-
cia, quæ in eos contulerat, illis in-
uerteret in supplicia acerbissima.

Nota studiosè concionator ad
huius doctrinæ comprobatio-
nem repugnantiam , quam duo sacri
contextus loca sibi ipsis facere viden-
tur. Reperies primum Genesis in cap.
1. secundum verd in libro Sapientiæ
cap. 5. Illic(ait Deus) hominem quem

Duorum loco-
rum apponitur
confilianda
repugnantia.

Gen. 1.

C formauerat, & mulierem simul allo-
quens. *Crescite, & multiplicamini, &
replete terram, & subiicte eam, & domi-
namini pisibus maris , & volatilibus
cæli, & vniuersis animantibus, quæ mo-
uentur super terram :* Ex quo loco iure
infert Chrysostomus ampliā iurisdi-
ctionem , latumque dominandi ius,
quod Deus Adamo , & posteris eius
concessit, & tribuit, ad reliquas crea-
turas dominandum. *Vide* (inquit ille) *Ioan. Chrys.*
inenarrabilem potestatem, vide Prin- ibi.
*cipatus magnitudinem , vide omnia
condita sub hominis potestate reda-
cta.*

E regione opponi huic loco vide-
tur sapientiæ locus, cap. supra citato,
sic enim habet. *Armabit creaturam ad
vitionem inimicorum, & pugnabit orbis* *Sapientiæ.*
terrarum contra insensatos. Quid est
hoc? (ait Alcoynus) qui ne sunt isti cō-
tra quos Dominus vniuersam creatu-
ram iubet armari? & in quos iubet in-
surgere? Nonne Adami posteri, quo-
rum

Codex 2.

rum nutui, & ditioni, ipse Dominus cūcta subiecerat? Quis dubitat quomodo ergo eisdem imperabit creaturis, vt in eosdem armentur, & insurgent? L'ei nostri profecto immutabilitati obuiari videtur hoc aliquo modo: desiceretne modus alter, quo impii punirētur, absq; eo, quod eadēmet creature, quæ corum obsequio addēta fuerant, in eosdem, quibus parere tenebantur, effrenatè insurgāt, illisq; sint instrumenta supplicii?

Confiliatur
loca ab Al-
coyno inter-
rogatione
46.

Accipe tamen (litterarū studiosè) ab eodem Alcoyno dubii solutionem, & habebis superpositæ doctrinæ probationem. *Iustum* (inquit) fuit, ut eadē creature, quæ didiscerant homini obtēperare, & subiici, in ipsum hominē in Authorē suum insurgentē insurgant. Ex quo clarè infertur nullam in Dei decreto contradictionem reperiri, tādiu enim decreuit, vt creaturæ reliquæ hominibus obtēperarent, quādiu ipsi ei, eiusq; mandatis obedirent: Ordo enim iustitiae poscit, exigitq; integritas, vt nō obtēperet illis, qui Deo omnium Authori obtēperare renuerunt. Et optimo quidem iure vtetur Deus in finali iudicio ad puniendum reprobos eisdem creaturis, quas ad eorū obsequiū destinauerat; cōuenientissimi enim erunt suæ ingratitudinis tortores ipsa in ingratos collata beneficia, à nulloq; iustiū inobediēs, ac insolens increpabitur, quām ab illo, qui superiori suo didiscit obedire.

Habes in eodem sacræ paginæ loco dubii etiam solutionem. *Armabit* (inquit) creataram ad ultionem inimicorum, & pugnabit orbis terrarum cōtra insensatos, Seu contra insanos (vt habet Vatablus) & qui euannerunt in cogitationibus suis, vt ad Romanos cap.

Vatabl. ibi
Paul. ad Ro-
man. cap..

Optima ad lecorū concordiam cōparatio. 1. loquitur Paulus: exemplo res patet. Generat pater filium, alit, bonis moribus inbuit, multa in illum beneficia confert, quibus deuinctus filius obtemperat patri, submissionemq; & obsequium præstat, vt genitori, fit au-

tem pater amens ab infirmitate, insanit, furit, atq; in omnibus à methodo recte operandi excedit. Ecce filius apprehensis virgis verberat genitore; quid hoc est? (dicet aliquis ipsius dementiæ ignarus) Insurgis in patrem puer? Submissionē denegas genitori audax, ingratus, & inobediens adolescentis? Non in patrē (respondebit) insurgo, sed eius dementiam cohibere exopto. Hoc itidem in finali iudicio continget: Pugnabit orbis terrarum contra insensatos. Quid hoc est Sol?

B. Quid hoc Luna? Quid hoc stellæ? Quid hoc elementa? In homines insurgitis, quibus ex Dei præcepto obdare tenebamini? Nō in homines (respondebunt) sed in eorum insaniam, dementiam, & vecordiam. Ecce consonat locus. *Armabit* creataram ad ultionem inimicorum, & pugnabit orbis terrarum contra insensatos, qui euannerunt in cogitationibus suis, cōtra quos idēc creaturæ insurgent quia Dei præceptis obtemperare renuerunt, iustum quippe est, vt contra illos, qui contra Deum suum insurrexerunt, insurgāt & ipsa quæ eius in eos benefiorum fuerunt testes, eorum ingratitudinis sunt vltores acerrimi: Neque ex hoc Deus mutare sententiam, si nolunt pecatoles mutare delicta, ex Augustino.

C. quippe est, vt contra illos, qui contra Deum suum insurrexerunt, insurgāt & ipsa quæ eius in eos benefiorum fuerunt testes, eorum ingratitudinis sunt vltores acerrimi: Neque ex hoc Deus mutare sententiam, si nolunt pecatoles mutare delicta, ex Augustino.

D. Accipe ab Alexadrino Clemēte huius doctrinæ solidū fulcimētū, ab illa columna desumptū, quā Deus in protectionē filiorum Israel per desertū itinerātum, Angelorū ministerio, efformari mandauit; de qua sic ait Sacer contextus, Exodi 13. *Dominus autem* Exodi 13. *præcedebat eos in columnam nubis per diem, & in columnam ignis per noctem.* Quomodo ergo (ait Clemens præfatus) eadem columna, & ignis esse potuit, & nubis? Nam vna, eademque proculdubio columna fuit, vt ex eo-

Sapienia s.
ad Rom. 2.

Nouit Deus
mutare sen-
tentiam, si
nolunt pec-
catoles mu-
tare delicta,
ex Augu-
stino.

Dubitatur
circa colum-
nam protec-
tione filios
Israel.

Exodii 14.

dem sacro contextu clare deducitur, nam capite 14. eiusdem libri, sic habet. *Et erat columnā tenebrosa, & illuminans noctem.* Non sufficit Hebræorum responsio, dicentium columnam versus Ægyptios fuisse tenebrosam; Versus autem Israelitas lucidam. *Erat (inquit eorum contextus) nubes obscura Ægyptis, Israel autem lux tota nocte.* Non sufficit, (inquit Alexandrinus) eorum responsio; id enim tantum locum habere potuit in illo euentu, in quo Deus Pharaonem, & eius exercitum populum Israelem insequentem in mare demersit, de quo sic habet noster contextus. *Respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum.* At columnam ignis, & nubis per totum iter comitata est populum, ut ipsem Sacer contextus asseuerat, dicens. *Nunquam defuit columnā lucis, & nubis, &c.* Si igitur nūquam defuit columnā, semperque lucis, & nubis fuit, iam procul dubio deficit Hebræorum solutio, quæ ait, nubem, respectu Ægyptiorum, fuisse tenebrosam; respectu verò Israelitarum lucidam; nusquam enim amplius Ægyptii comparare. Aliter nobis incedendum est (ait Alexandrinus Clemens) eandem puto columnam Israelitis ardorem pariter protulisse, & lucem: obedientibus lucem, non obedientibus ignem. Eadem igitur creatura, quam Dominus ad Israelitarum obsequium efformari mandauerat, quamdiu ipsi, ipsis Dei nutui, & præscripto obtemperabant, illis erat lux, & protectio singularis; quando autem in Moysem insurgebant, Deique non obtemperabant mandatis, nimio illos cruciabat ardore, & eadem creatura, quam Deus in eorum protectionem efformauerat, ad eorum punitionem vtebatur. Quod item in finali iudicio continget; eodem nat-

Hebræorum
responsio nō
rollit dubitā
di sundamē-
rum.

Exodii 13.

Ibidem.

Clem. Alex.
in adhorta-
toria ad gen-
tes rollit du-
bitandi fun-
damenta.Eadem
colonna vñ
braculū cre-
dulī incre-
dulī vero
ardor erat.

A que Sole, eadem Luna, iisdemque stellis, quas Dominus ad hominum obsequium deputauerat, vtetur tunc ad illorum punitionem, & supplicium, qui eius legē obseruare, eiusq; mandatis obedire neglexerunt.

B Postquam Moyses meminit creationis cœli, & terræ, reliquorumque omnium, quæ Deus optimus Maximus ad hominum commoditatē præfecerat, Genesis tandem 2. concludit dicens. *Perfecti sunt cœli, & terra, & omnis ornat⁹ eorum:* vbi sic habet Hebraicus contextus, perfecti sunt cœli, & terra, & omnis exercitus eorum. Pungit equidem locus, quæ enim conuenientia inter exercitus tumultum, atque horrorem, & domus optimè compositæ ornatum reperitur, vt illa omnia, quæ à Deo Optimo Maximo ad vniuersi pulchritudinem, & ornamentum creata sunt, ad exercitum componendum perfecta fuisse dicantur? Ne tamen mirearis (quæso) optimè equidem, &

C cum mysterio in contextu Hebraico dictum est: *Perfecti sunt cœli, & terra, & omnis exercitus eorum:* Nam ex omnibus, quæ Deus Optimus Maximus ad vniuersi ornatum, & pulchritudinem creauerat, vt hominē magnificenter collocaret, in extremi iudicii die exercitum componet, ad eorum vecordiam, & contumaciam punienda, qui eius præcepta obseruare despixerunt. *Armabit igitur creaturam sapientia s.* ad ultionem inimicorum, & ex Sole, ex Luna, & ex stellis, atque ex elementis, quæ in hominū obsequium efformauerat, eoru scelerum efficiet acerbissimos vtores; deicto namque supersilio Sol obscurabitur, & vt turbulentus miles effectus, maximum impiorum oculis supplicium inflinget, profunda namque tunc eos nebra occupabunt: Vt loquitur Sanctus Ephrem Cyrus libro de vita Regiosa.

D Luna subtracto item lumine horrorem mortalibus incutiet, & paucorem;

Genes.

Expendit⁹
locus.Ex benefi-
ciis, quæ De⁹
in reprobos
cōtulerat, cō-
tra eos in fi-
nali iudicio
exercitū cō-
poret.Ephren Cy-
rus de vita
Religiosa.

Matth. 24. uorem; *Non enim dabit lumen suum,*
(vt Matthæus Euangelista 24. atque
statur) Stellæ cadent de cœlo, & in
laistas iaculatorias conuersæ impe-
tent peccatores: illos vndique qua-
tuor elementa circuibunt, ita vt à di-
uinæ iustitiæ exactoribus euadere,
nullibi valeant, vt Esaias prædixer-
at capite 8. suæ prophetiæ diecens.

Ezra 8. *Resicet sursum, & ad terram deorsum*
intuetur, & ecce tenebrae, & tribulatio,
*& dissolutio, & angustia, & caligo perse-
quens, & non poterit auolare de angustia*
sua. Ad quem locum sic habet glosa:

Glosa ibi. *In nulla parte improbi habebut auxilium,*
sed ineuitabile tormentum. Assignat cau-
sam noster Paduanus vel potius Lusi-
tanus Antonius, dicens sermone
primo de Aduentu. *Tunc enim homo*
visitabitur de cœlo in tonitruo, in terra
commotione, à voce magna turbinis de
aere, & in mari tempestate. Quo ergo
(prosequitur idem Pater) *fugiet mi-
ser peccator? Si in cœlum voluerit ascen-
dere, tonitruo pulsabitur, si in æera, tur-
bine conteretur, si in mare intrare, fluctu-
bus expelletur, elementa utique vindici-
cabunt Auctoren: Ecce omnis mun-
di machina, & eius ornatus vniuer-
sus in vltorem exercitum inmuta-
tus ad eorum impudicitiam punien-
dam, qui diuina mandata toties con-
tempserunt.*

*Omnia ele-
menta in fi-
nali iudicio
in reprobos
insurgent.*

Inter multa, eaque maxima bene-
ficia, quæ Deus omnium Creator, &
Parens contulit in hominem, maxi-
mum vnum illud fuit, quod eius
plasinationem sibi ipsi reseruauerit;
propriisque cum manibus (vt ita di-
cam) efformauerit, dignitas certè, &
honor ipsis Angelis non concessa;
omnes namque tres sanctissimæ Tri-
nitatis personæ manum applicarunt
ad opus: *Faciamus* (inquit facer cō-
textus) *hominem ad imaginem, &*
similitudinem nostram. Ad quem lo-
cum, sic Eucherius: *Vt dignitas ho-
minis ostenderetur, dixit Deus. Facia-*

*Creaturæ ra-
tionalis ef-
formatio pre-
ceteris com-
mendabilis, &
à quo.*
Genes. 1.
Eucher. ibi.

mus hominem. Sed heu mē miserum!
A ex hoc namque, quod Deus contu-
lit in hominem beneficio, faciet in
reddenda ratione supplicium; tot
enim tunc habebit homo suorum
criminum exactores, quot habuit in
sua creatione sollicitos efforma-
tores (vt ad illa sacri cōtextus verba,
Genesis in cap. 1. *In principio creauit* Genes. 1.

Deus cœlum, & terram, & Icoynus, &
Oleaster annotarunt) que verba sic

*habent Græci codices, & Hebraici:
*In principio creaverunt Elohim cœlum,**

& terrar; Circa quam orationis con-
structionem numero nempè plurali,
idèò ait Oleaster, plurali numero
vsum fuisse Moysem; quia nomen
Elohim, quod Iudicem punientem
significat, singularem numerum non
admittit; semperque construitur in
plurali; quod idem Author probat
ex aliquibus sacræ Scripturæ locis,
& præcipue ex illo Hierem. 13.

Hierem. 13.

Peruertitis verba Elohim; id est (vt
*ipse commentatur) *Pernovatis ver-**

ba Deorum. videntur; Nouit igitur
Alcoynus duplex mysterium in eo,
quod cum Moyses de mundi crea-
tione, deque hominis efformatione
sermonem fecerit, nomine potius u-
dicis, quam Creatoris, vius fuerit;
Quaenam (vt prefatus Author obser-
uat) *inter creandi, & iudicandi actio-*

nes conuenientia reperitur, vt loco Crea-
toris ponatur nomen Iudicis punienti?
Seu de commissis criminibus pœnas ex-
gentis? Idque numero plurali? Infe-
runt igitur ex hoc loco prefati Pa-
tres huius nostræ annotationis pro-
bationem, aiuntque notanter, & cum
mysterio vsum fuisse Moysem ta-
li loquendi forma, in principio sta-
tim suæ narrationis de beneficiis à
Deo in hominem collatis; vt homi-
nibus omnibus innotesceret, tot se
suorum criminum exactores Iudices
habituros, quot in sua plasina-
tione habuerūt sollicitos efformatores;

Cur Moyses
opus creatio-
nis à verbo
Elohim e-
narrare ince-
perit.

D *ter creandi, & iudicandi actio-*
nes conuenientia reperitur, vt loco Crea-
toris ponatur nomen Iudicis punienti?
Seu de commissis criminibus pœnas ex-
gentis? Idque numero plurali? Infe-
runt igitur ex hoc loco prefati Pa-
tres huius nostræ annotationis pro-
bationem, aiuntque notanter, & cum
mysterio vsum fuisse Moysem ta-
li loquendi forma, in principio sta-
tim suæ narrationis de beneficiis à
Deo in hominem collatis; vt homi-
nibus omnibus innotesceret, tot se
suorum criminum exactores Iudices
habituros, quot in sua plasina-
tione habuerūt sollicitos efformatores;

Alcoynus interrogat. 3.

appono Alcoyni verba ipsissima: *judices (inquit) vocantur tres personæ facientes, ut intelligat homo, tot se habiturum suorum criminum exactores, quos fuerunt personæ, que tanta in eum beneficia contulerunt.* Et (ut homilia de tremendo iudicio, Dorotheus aduertit) hoc erit omnium terribilium terribilissimum; incidere nempè in manus Iudicium, quos toutes contemperunt; illud itaque, quod fuit in creatione beneficium, erit in reddenda ratione supplicium.

Accipe (studiosè contionator) ad eiusdem assumpti comprobationem, à Diuo Patre nostro Antonio Lusitano alteram comprobationem; qui dum eadem verba pertraet, de quibus agimus in præsenti. Erunt signa in Sole, sic meditatur sermon. 1. de Aduento Domini: Erunt (inquit) signa in Christo, qui Sol iustitiae dicitur; tunc namque quinque iustitiae signis apparet, quinque scilicet vulneribus adornatus; circa quæ verba iure quis dubitare poterit, quomodo vir iste Sanctissimus, & in diuinis mysteriis ab spiritu Sancto, vt qui maximè instructus, Christi vulnera, quæ illius erga nos benignitatis, & misericordiæ signa sunt, iustitiae signa audeat appellare? cum præsertim grauissimi, & illuminatissimi Patres, aliter sentire videantur, inter quos præcipui sunt August.

*Diuus Pater
noſter An-
tonius ser. 1. de
Aduento.*

*Dubitatur
circa sancti
Patris verba.*

*Aug. lib. con-
tra Marcio-
nem cap. 15.
Chrysost. ho-
de Cruce, &
Latrone.*

*Tertul. lib. de
Resurrec-
tione carnis.*

*Christi vul-
nera miseri-
cordiæ signa
ex Patribus
supra citatis.*

Iterumque idem Augustinus in Matali cap. 21. & 22. eadem Christi vulnera patentissima appellat misericordiæ signa, sic enim ibi. *Patienti mihi visera per vulnera, quoniam misericordia afflunt, nec defunt foramina per quæ fluunt; per foramina enim corporis patienti mihi arcana cordis, patienti viscera misericordiæ Dei nostri.* Quibus tamen minimè obstantibus, ait S. Pater Antonius, Christi vulnera, in finali iudicio fore signa iustitiae. *Tunc enim Christus quinque iustitiae signis apparet.* Bene quidem, nam illa eadem Christi vulnera, quæ vsq; tunc illius benignitatis, & clementiae signa erunt, tunc in finali iudicio, in iustitiae signa contra reprobos inuertentur, vt sententiæ processum, quam iustus Iudex contra illos ferret, attestentur, & eodem Sole, & eadem Luna, eiisdemque stellis quas ad mundi ornatum, & clararem efformauerat, tunc veluti quibusdam satellitibus vtetur ad reproborum oculos densissimis tenebrarum catenis adstringendos.

Consonat Signiensis Episcopus, qui homilia de tremendo Iei iudicio, sic ait. *Tunc inuertet Deus in signa iustitiae misericordiæ signa, qui filius Israel in egressu de Egypto iustitiae signa, in signa misericordia conuerterat.* Idque probat præfatus Pater aliquibus sacri contextus locis, conferens illa cum illo altero noui testamenti, Matthæi 24. *Tunc apparet signum filii hominis, & plangent omnes tribus terræ.* Apponamus loca à prædicto Authore adducta in suæ mentis confirmationem, discutiamusque, & postea cum loco noui testamenti conferemus. Sic igitur habet sacra pagina Exodi in cap. 17. *Virgam, qua percussisti fluum, tolle in manu tua, percutesque Petram, & exibit ex ea aqua, ut bibat populus.* Similiter, & Numerorū cap. 21. alloquens Dominus

*Soluitur du-
bitatio redi-
diturq; ratio ob quæ Chri-
sti vulnera in finali iu-
dicio iustitiae signa erunt,
Sol, Luna, &
stellæ, in illa die erunt reproborū fa-
tellites.*

*S. Brun. Sig-
nien. Episcop.
hom. de finie-
li iudicio.
Matth. 24.*

Exodi 17.

Num. 21.

Moy-

Moysen ait. *Fac serpentem aeneum, & pone eū pro signo, qui percussus aspicerit eum, vivet.* Pensitemus loca. Insurrexit in Moysen impatiens populus, & ad murmurandum procluimus dicens ei.

Exodi 17. Num. 21. Exodi 17. Ibidem. Ibidem.

Cur fecisti nos exire de Egypto, ut occideres nos, & liberos nostros, ac iumenta siti? Clamauit autem Moyses ad Dominum dicens. Quid faciam populo huic? adhuc paululum, & lapidabunt me at Dominus ad eum statim. Tolle virgā, qua percussisti fluum, percutiesque petram, & exibit ex ea aqua, ut bibat populus. Ad quid Dominus (ait prefatus Pater) præcipit Moysi, quo tempore in eum insurgit populus, vi virgam qua percussisti fluum, in manu tollat?

Forassī vi à perpetrato in se delicto vindictam samat? Mintniè quidem, sed vt petra virga percussa emittat aquas, ut bibat populus; & notanter dixit, tolle virgam qua percussisti fluum, ut clarus appareret, quod illa eademque virga, quæ antea eius indignationis, & iustitiae signum, & instrumentum fuerat, dum fluminis aquas vertit in sanguinem, nunc ipsas misericordiæ, & clementiæ signum perferat, dum populo sitienti ex petra aquas educit. Hæc ille. Vertit vtique tunc Deus in signum misericordiæ iustitiae signum.

Murmurat iterum de more populas, numerorum 21. contra Moysen, quin & cōtra Deum ipsum. Locutusq; est populus contra Deum, & contra Moysen, dicens. *Cur eduxisti nos de Egypto, ut moreremur in solitudine, &c.* Apriatus itaque Dominus ob gentis huius infidelitatem, & murmurandi detestandam consuetudinem, misit in populum ignitos serpentes; ob quorū plagas, & mortes multi venerunt ad Moysen, & dixerunt. *Peccauimus Domino. Fac (ait Dominus) serpentem aeneum, & pone eū pro signo, &c.* Ad quid (item ait prefatus Pater) iubet Dominus, ut eiusdem metu serpentis figuram, à quo percussi faerant, eleuet Moyses in signum? forassī ut terreat? in

signum forsan destructionis? seu vindictæ iterum subeunda? Nequaquam certe, sed ut qui percussus aspicerit, vivat, & ut id quod instrumentum fuerat vindictæ, esset suæ erga ipsos misericordia testis locupletissimus: in misericordiæ enim signa, conuertebat tunc Deus signa iustitiae contra antē inextremo iudicioz nā tūc inuertet misericordiæ signa, in signa iustitiae, ut non i testamenti præcitatns locus testatur, Matth. 24. Tūc apparebit signum filii hominis in cælo, & plangent omnes tribus terra. Quod, inquam,

B signum? proculdubio signum crucis, vt in sua Interlineali habet Laudunensis Ambrosius: & assueranter affirmant omnes ferè Patres, inter quos præcipui sunt S. Ephrem oratione de Apparitione Crucis, Hippolytus marty oratione de cōsummatione mundi: Cyrus Hierosolym. Cathec. 15. Chrysostom. homil. 55. & 77. in Matthæum: Origenes, Hieronymus, Hilarius, Theophilatus, Euthirnius, Beda ad hunc locum, item & Augustinus serm. 130. de tempore. Cur ergo plangent populi signum redemptionis, & misericordiæ conspicientes? nisi quia, vt ait semel, ac iterum prefatus Pater, *Tunc Dominus misericordiæ signum in signum iustitiae iure conuertet, seu inuertet, qui usque tunc iustitiae signa in misericordiæ instrumenta conuerterat.* Adamusim Origenes ad hunc locum. Apparente signo filii hominis plangent: quasi immutata signi illius virtute. Utique immutata; nam eadem Crux, quæ antea Christi amoris, & benignitatis signum fuerat, tūc eius rigurosæ iustitiae signum erit. Quod itē de Christi vulneribus protestatur noster Lusitanus Antonius, dum ait. *Erunt signa in Sole, id est erunt vulnera in Christo, qui Sol iustitiae dicitur, tunc namque quinque iustitiae signis apparet.*

Confirmat D. Thomas Antonii D. Thom. 3. mentē 3. p. q. 54. art. 4. vbi quinq; refert rationes, ob quas signa clauorum

In finali iudicio signa misericordie conuertentur in signa iustitiae.

Interlin. ad cap. Matth. 24. S. Ephræ, Cyrus de oratione Crucis. Hipol. mart. orat. de cōsummat. mundi, Cyril. Hierosol. Cathec. 15. Chrysostom. homil. 55. & 77. in Matth. Orig. Hieron. Hier. Hilar. Theophil. Eus. ad cap. 24. Matth. & Aug. ser. 130. de tempore pro signo filii hominis, qui in iudicio apparet crucem intelligunt.

S. Anto. Lusita. ser. 1. de Advent.

Signien. Episcop. loco superius allegato.

Conuertit Deus in cōgressa de Egypto signa iustitiae in misericordiæ signa.

Num. 21.

Ibidem.

Ibidem.

Ide. Signien. Episcop. vbi supra.

*Aug. lib. de
Symbolo.*

Christus Dominus in suo sacro sancto corpore reseruauerit: ibi enim quinto loco istam apponit, quam ex D. Augustino accepit, qui lib. de Symbolo, sic ait. *Inimicis Christus sua demonstraturus est vulnera, ut conuincens eos dicat; videtis vulnera, que infixisti: significatis latus, quod avernistis, & tamen intrare nolnisti?* Tunc concludit D. Thomas dicens. *Vulnera tua; illa tunc testabuntur, quam iuste impii dānentur.* E quibus iam assumpti nostri veritas patet; eisdem nempe beneficiis, quæ Deus in hac vita contulit in homines, ad eorum punitionem in extremo iudicio sibi vtendum fore.

Ezechielis 9. Aureus ad huius argumenti comprobationem mihi visus est locus ille Ezechielis in cap. 4. vbi de eodem viro, de quo primo dictu fuerat, quod pertransiret per medium Hierusalem, signans Thau frontes gementium, & dolentium: postea dicitur, quod eadē manu, qua hoc in mōrētes beneficū contulerat, prunas accensas super Cūtitatem ad inflammādum, & ad comburendum spargeret; aureus inquam mihi visus est locus iste ad argumentum præsens, si præsertim, cum altero Isaiae loco conferatur sūx prophetiæ in cap. 1. vbi sic eundem populum comminando locutus est Dominus: *Heu ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis, & conuertam manum meam ad te.* Ad primi autem loci delucidationem, in primis est aduertendum, per hominem illū, qui prius portans in manu Thau, signabat, confortabat, & consolabatur afflitos, & gementes, & postea eadem manu ciuitati ignem applicuit, intelligere omnes ferè Patres Christum Dominum: sic enim intellectus Ireneus 4. contra Hæreses; magnus Gregorius lib. moral. 22. cap. 13. & Rupertus ad hunc eūdem locum: quo posito, maxima circa locum istū exurgit dubitatio. Quomodo scilicet idem Dominus, qui se ante adeò

*Quis homo
ille, qui sig-
nabat Thau
gementes ex
Ireneo, ex
Gregorio
Magno, &
Rupert.*

mitem, consolatorem exhibuerat A ciuitati, virorum frontibus consolatorum illud signum applicans, nunc idem ipse, & eadem manu ignem vrentem super eandem Ciuitatem ad comburendum spargat? Nouit difficultatem martyr Bertarius, diliguitque supra posito Isaiae loco dices. *Continet visio grande mysterium; Christum scilicet ipsum, qui se se in primo Aduento adeò mitem, adeoque beneficū ostenderat, igne in secundo armandum fore ad ultionem inimicorum, idest impiorum, & reproborum omnium, ut ipse per Isatam testatur, dum ait. Conuertam manum meam, & excoquam ad purum scoriam tuam.* Circa quē locum Isaiae, aduertas, quæso studiosè Lector, ad emphasym, quam habent verba illa, *Conuertam manum meam.* Alludunt enim ad hominum consuetudinem, & morem, quando namque aliquis alicui blanditur, applicat capiti volam manus mitissimè. *Pone la mano con afabilidad por la cabeza.* Si autem ab eodem lēdatur, gyrat, seu inuertit manum, ut potè quæ à parte exteriori neruosa est, & nudosa, & acerbè percutit caput illius, cui antea blandiebatur, quod (*dar mandoble*) dicunt Hispani; id ipsum sonant verba Dominica *conuertam manum meā ad te.* Idest, ut exponit Vatablus, *more hominis irati, ob acceptam iniuriam, reuerti super vos faciam manum meam, donec deleuerim.* Illam igitur, eademque manum, qua Christus Dominus hominibus morigeratus est, hominum medendo vulneribus, & lacrymas abstergendo, inuertet in finali iudicio, ut impios acertrimè percutiat. (*Boluerà la mano, y darles ha un mandoble tan pesado, y tan rezio, que re nieguen.*) *Hoc itaque comminatur, dū ait: Vindicabor de inimicis meis, & conuertam manum meam.* Illa igitur eademque Dei manus, qua ipse Dominus in improbostanta beneficia contulerat, in finali iudicio inuersa armabitur

*Subtilis mat-
tyris Ber-
tarii, circa Eze-
chielis locū
dubitatio.
iusq[ue] Isaiae
locū solutio.*

*Verborū em-
phasim con-
sidera pru-
dens Lector.*

*Esaie 1.
Vatabl. ibi.*

*Quid indi-
cer manus
inuersio.*

bitur in illos, ex quo iam nemini mirum videri debet, quod omnes tunc creaturæ in illos, qui euanuerunt in cogitationibus suis, armatae insurgat.

Sapientia 5. *Armabit namque tunc Dominus creaturam ad ultionem inimicorum, & pugnabit orbis terrarum contra infensatos.*

AD ILLA VERBA contextus.

Et in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris, & fluctuum, aresentibus hominibus præ timore, & spectacione, quæ superueniet vniuerso orbi.

ANNOTATIO VII.

Multo magis afflictant, & terrent mala actualiter experta, quam longa præmeditatiæ præuisa: unde multo plus cruciabuntur reprobri in iudicio tormentorum, experta immanitate, quam antea cruciabantur eorum consideratione.

S. Greg. hom.
35. in Euang.

Notissimæ illæ Diui Gregorii sententiæ. *Minus iacula feriūt, quæ præudentur; obuiari videtur præsentis assumpti doctrina, quæ asserit, plus homines afflīctari, & angusti actuali malorum præsentia, quam eorum præmeditata consideratione; nā malorum præmeditatio, corū acerbitatē, & vim eneruare, & temperare consueuit: eorum siquidem cicatrices ante præuisæ, iterum, iterumque animo reuolutæ fiunt tanquam calo obductæ; & quia passim afflīctare consueuerunt, antequam actualiter accidunt, minus afflīctant, cum accidenti. Ab affuetis enim non fit passio (vt Philosophus loquitur) non tamē obuiat,*

A neque contradicit præsens doctrina tanti Patris sententia, qui ideo ait, iacula præuisa minus ferire; quia qui iacula in se emitti videt, corpus quoad potest, saltē declinare cōtentit, ne lataliter saucietur, si omnino declinare non valet: *Quis tamen vim quam ita vulneris consideratione, ac eius actuali inflictione cruciatus est? Audi(vertitatis contemplator) sanctum Patrem Augustinum de hac materia optimè Philosophantē. Ma-*

s. Augustin.
fir. 31. de tē-
pore.

B credulitatem meam cogit experientia, quam ubi fidem hortatur opinio. Optimè quidē de more Augustinus; quis enim aliquando malorum consideratione æquè, atque actuali corum perpessione est afflīctatus?

Optimus est ad hanc veritatem comprobandum locus Psalmi 136. qui sic incipit. *Super flumina Babylonis, illuc sedimus, & fleuimus, &c.* Vbi ex rigore grammatico, atque ex collocandorum verborum methodo, il-

Psalm. 136.

Expendi-
tur locus.
Psalmi.

C lud aduerbium *illuc* videtur redundare: solum enim sufficiebat dicere: *Super flumina Babylonis sedimus, & fleuimus.* Ad quid igitur adiūxit Psaltes, illud aduerbiū, quod barbarā potius, quam consonantem orationem reddit? non profectò sine grandi mysterio, cum (vt Sanctus Pater Petrus Chrysologus aduertit:) *Non nomina, non verba, non apices, non syllabæ, non litteræ in sacro contextu dñinis vacua sint mysteriis.* Non igitur sine aliquo mysterio appositum fuisse credidimus, illud aduerbium *illuc*, quod secundum grammaticalē phrasim (vt dictum est) redundare videtur. Non latuit Cassiodorum Dauidis in hac re animus, & intentio, qui ideo apposuisse ait aduerbium *illuc*, vt indicaret,

S. Pet. Chry-
sol. f. r. m.

quā acerbo dolore fuerint Israelite cruciati actuali exilii sui, & captiuitatis experientia, ab eo quo usque tunc eiusdem captiuitatis præmeditatione cruciabantur. Ideo apposuit

Exponitur
locus Psal. ex
mēte Casiōd.

Philoso. axio.

Psal-

Psalmista, illud aduerbum, illic (ait præfatus Pater) ut significaret, quām largiter ad Babylonis intuitum lacrymas effuderint captivi Israelite. Quod idem valet, ac si dixerit: Quos patria orbatores, & compedibus vincetos per longū itineris cursum, captitutatis continua recordatio lacrymas emittere non compulit illic, id est, in loco actualis seruitutis, & exilii, tam acerbi mali præsentia largiter deplorare coegerit. Multò plus enim afflictat calamitatum actualis experientia, quam eorum continua meditatio.

Præsenserat equidem Christus Dominus à primo suæ conceptionis instanti, in mortis quām erat subiturus, acerbissimum cruciatum, præmeditaueratque multoties, & ita aliquando præmeditauit intēnsè, ut largiter fleuisse testetur, & asseueret Euāgelista dicens. Videns Hierusalem, fleuit super illam. Quia nempē tormentorū quibus ibi cruciandus erat, recordatus est. Longè tamen aliter, timore concussus fuit, & afflictus, cum eiusdem

mortis acerbissimum cruciatum, iam quasi præsentē, intuetur. Factus nāq; tunc tanquam guttæ sanguinis sudor eius est. Cœpitq; pauere, & tædere, (vt Euāgelistæ testatur) nam, vt oratione secunda contra Iouinianum optimè obseruabit Nazianzenus, quod quis timere cœpit, iam passus est. Conciñne in hac materia locutus est

Signiensis Episcopus dicens. Quem mortis memoria aliquando impulerat in lacrymas, eius actualis presentia in sanguineum sudorem, quasi resoluti coegerit, timuit enim Christus, ut homo, acerbissime meritis cruciatum. Afflictat equidē

Timuit Christus, ut homo mortem subire ex Sā Bruno. homil. 1. de passione.

longè aliter actualis tormentorum experientia, quām eorum cruciat cogitatio præmeditata; vnde ex appositis Euāgelistæ verbis, iam habes (spiritualis concionator) quod auditoribus tuis de finalis iudicii tormentorum immanitate proponas; quorum si sic angit meditatio, & expectatio cru-

ciat, quantō magis cruciabit eorum actualis experientia.

A Depinxit aliquando Pierius arborē pinum, ex qua naues fabricare consueuerunt homines in valle radicibus fultam ventorum tamen vi, & impetu vnde quaque impetitam, concussam, & (ut ita dicam) afflictatam; hac apposita inscriptione. Quid erit in pelago? Ac si dixerit: si hīc arbor radicibus fulta ita impugnatur, & patitur, quantō magis in imenso pelago fluctibus, & vētis vnde quaque impetita patietur? à simili; si ita arescere, expauescere, & angi faciunt mortales extremi iudicii cruciatus, quid eorum faciet executio, & experientia actualis?

Pierius in Symbolis.

Optima finalis indicit tribulationis similitudo.

AD ILLA VERBA contextus. *Luc. 21.*

Virtutes cælorum mouebuntur.

ANNOTATIO VIII.

C Ex eo maximè in finali iudicio augebuntur reproborum pressuræ, quia in illos tunc non solum irrationalis creatura, sed etiam rationales, quin & intellectuales insurgent.

D N Emo vñquā in huius vitæ curriculo adeò fuit præsidio aliquo, aut protectione destitutus, vt nullum omnino in aduersitate haberet adiutorem, vel saltem consolatorem; vnde optimè Augustinus. Vnusquisque (inquit) homo habet duos populos, unum pro se, alium contra se. Afflicitus est gentilis Poëta istius asserti veritatem, dum cecinit.

Mulciber in Troyam pro Troya stabat Apollo, Equa Venus Teuchris, Pallas iniqua fuit. Oderat Eneam propriar Saturnia Turno,

Ille tamen Veneris numine tutus erat.

August. de cinitate.
Ovidius de trifibis.

Nullus in huius vitæ curriculo ab omni omnino præsidio distitutus.

Con-

Concludit tandem Poëta dicens:

Sapè premente Deo, fert Deus alter op̄t.
Quod idem valet, ac si diceret: nulla est absque solatione calamitas, nullus sine defensore causatus, nullus sine euasione conflictus. Aliter tamen in finali iudicio reprobis, & sceleratis proculdubio eueniendum est; ipsa namque infallibilis attestatur veritas, Matthæi 24. dicens. *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, usque modo, neque fiet.* Quæ Christi verba dum S. Ephren Syrus adducit, & exponit in suo lib. de Cordis compunctione, sic ait: *Ideo dixit Christus, quia in hora finalis iudicii, nemo alteri auxiliabitur, neque frater fratris, neque parentes filii, neque filii parentibus, neque (quod magis est) peccatoribus iusti.* Aliquid amplius, expōnens eadem Dominica verba, aduerit Origenes, quod magis adhuc huius euentus pressuram, & tribulatiōnem exagerat; non solum enim (inquit) non subueniēt cognati, & amici, neque intercessione iuuabūt iusti, & Sancti; sed tanquam leones ferociissimi in reprobos insurgent. Apponit Origenis verba, & apponam statim sacri contextus locum id ipsum attestantem. *Quæ maior (inquit) pressura esse potest, aut tribulatio, quam videre fratres nostros; quin & diuos ipsos contra nos moueri, & conturbari?*

Optimus est in hanc sententiam locus ille cap. 13. lib. Regum, qui etiā lib. Paralipomenon in cap. 2. inuenitur, vbi refert sacra pagina, quod iuferit sapietissimus Salomō sibi thronum fabricari, ex quo pro Tribunali sedens, sui populi causas audiret, iustitiamque administraret; quem sic *i. Reg. cap. 1.* ibi describit sacra pagina. *Fecit Rex Salomon thronum de ebure grandem, & vestiuit eum auro fulvo nimis, qui habebat sex gradus, & duodecim leunculi stabant super sex gradus, hinc, & inde. In omnibus ferè, quæ in hoc throno reperiebantur, adiuuenit Abbas Ru-*

In finali iudicio, nemo alteri auxiliabitur.

Matth. 24.

S. Ephren Syrus in lib. de cordis cōpunctione.

Origen. ad c.
Matth. 24.

Abbas Rup.
ad c. 2. Para-
lypomenon.

A pertus finalis iudicij adumbratas circunstantias: nam (vt ipse ait) etiam Salomon in throno, Christum in iudicio adumbravit. Audiamus Patrem. *Quis (inquit) est iste thronus tam grādis, & tam admirabilis, nisi altitudo Majestatis in illo die nouissimo magni, ac tremendi iudicii, grandis est thronus, quia grande iudicium expectamus: Duo-decim leones, duodecim sunt Apostoli, qui in extremo iudicio tanquam leones in reprobos peccatores insurgent;* Reliquis igitur omissis, huius throni adorationibus, ad praesentis argumenti confirmationem roborandam, solum nobis sistendum est in leonibus, per quos duodecim Apostolos figurari asseuerat. Rupertus.

B Valde equidem durum, & valde ab Apostolorum mansuetudine alienū videtur, ipsos per saeuissimos leones figurari, quid enim commune habet, cum leonum saevitia, & immanitatem, Apostolorum benigna mansuetudo? quā Dominus ouium man-

C suetudini comparauit, dicens: *Ecce Matth. 10.*

*ego mitto vos, sicut oves in medio luporū, ut illos dicat Abbas Rupertus in finali iudicio, tanquam ferociissimos leones in miseros peccatores insurrecturos? Numquid Petrus *onum pastor,* in lupum, seu in leonem dilaniantem oves conuertetur? Numquid Paulus, qui anathema à Christo pro Iudeorū salute esse cupiebat, tantam, tamque admirabilem charitatē, in leonis saevitiam commutabit? Numquid Apo-*

D stolus, & Euangelista Ioannes, cuius seper viscera charitatis ardore æstabant, vt illa eius verba ostendunt; *Followi diligite alterutrum,* leonis tunc induet immanitatem? Quid equidem durum! quid inexcogitabile! quid hoc videtur inauditum! Non tibi durum (inquit Rupertus) videatur, nec inauditum, audi Psalmistam dicentem: *Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lanabit in sanguine peccatorum.*

In Salomo-ne in thiro-no sedente Christus ad iudicandum sedens adū-bratus.

Apostoli per leones figu-rari.

Paulus ad Rom. cap. 9.

D. Hieron. de scriptoribus Ecclesiasticis.

Cur Aposto-
lorū māsue-
tudo in le-
nū sequitiam
in finali iu-
dicio con-
ueisa.

Iudicium 4.

Vt tamen Apostolorum, & iustorū omnium pietatis, in leonum sacerdotiū conuersa causam attingas; pensites, quæso alterum sacri contextus locū, qui habetur Iudicum in cap. 4. vbi postquam de pace, & amicitia, quæ erat inter Iabin Azotiorum Regem, & domum Haber Cinæi, expressa mensio fit; statim Sifaræ Ducis Iabin à Iacle Haber Cinæi vxore per dolū interēpti mortis memoratur, iis verbis. *Erat pax inter Iabin Regem Azor, & domum Haber Cinæi. (& paucis in- teriectis) Tulit itaq; Iael uxor Haber clavum tabernaculi, assument pariter & malleum: & ingressa absconditè, & cum silentio posuit supra tempus caput eius clavū, percussumq; malleo, defixit in ce- rebrum usque ad terram, qui soporem mortui consolans defecit, & mortuus est.*

Fauard. ad
hunc locum. *Quis (inquit Fauardensis noster) fa- dū hoc immane non iudicabit, insurgere nempe in federatum sibi hominem per- secutum ab hostibus, & afflictum? Non tamen pro inhumanitate iudicatum est, immo in eodē sacro contextu ap- probatum, atque laudatum (lege cap.*

5. eiusdem lib., & inuenies;) si autem rationem scire desideras, accipe ab eodem Fauardense, & forsitan ex eo- dem sacro contextu desumptam. Benè vtique factum est (ait) nam ubi Dei causa agitur, neque cognationi, neq; ami- citiae parcendum est. Adde claritatis causa; Azotios esse Israelitis infestissimos inimicos, causam autem Israel, esse causam Dei; vndē consonanter in contextu. Sic pereant omnes inimici tui Domine, &c. Neque ad cognatio- nem, neque ad sanguinem vtique in finali iudicio attendant sancti, sed ad instar leonum insurgent in reprobos, qui Dei honorem toties contempse- runt, cu us tunc causa agenda est.

Neque in hoc solum stabit repro- borum in finali iudicio tribulatio, sed ulterius protendetur, nam etiam intellegentes creaturæ in eos armabū- tur, & insurgent. Iubet Dominus Pro-

A phetæ Balaam, Numerorum 22. ne vadat cum Moabitis, neque maledi- cat Israel, quem ipse Dominus sibi elegerat in populum, dicens: *Noli ire cum eis, neque maledicas populo. Qui*

Numer. 22.

*non acquiesces Dei præscripto; ascen- dens in Asiam suam, cœpit ire ad Dei populum maledicendum. Quid autem illi acciderit, aduerte: & intel- lectualis, & irrationalis creatura si- mul in ipsum insurgunt. Ab irratio- nali, namque (vt Petrus loquitur) re- prehenditur, & ab intellectuali com- minatur, & districto gladio, perterre- tur. *Mutum animal (inquit Apo- stolus) prohibuit Prophetæ insipientiam;* & sic textus Sacer. *Vidit Angelum stā- tem in vii euaginato gladio. Non ne- vides irrationalē, & intellectualem simul creaturam in Prophetam in- surgentem, qui Dei præcepto contu- maciter resistebat?* Non tamen adhuc rem omnino attingimus: quisna fue- rit Angelus, qui in inobedientem Prophetam insurrexit, nobis est in-*

2. Petri c. 2.
Numer. 22.

C quirēdum, vt præsens locus adæqua- tè probet intentum: multum contro- uertitur inter Authores, quis ille fue- rit. Lyranus noster indubitanter te- net fuisse Angelum Hebræorum po- pulo in custodiā destinatum. *An- gelus (inquit) erat qui præerat exercitiū Abul. ibid.* Israel. Aliter tamen sentit Abulensis cum multis, qui existimat fuisse An- gelum Prophetæ custodiæ deputatū. Stando igitur in hac opinione, probe- mus assumpsum. Quomodo (interro- go) possibile fuit, quod ipsem Angelus, cui Prophetæ defensio, & cu- stodia commissa erat in ipsum euagi- nato gladio insurrexit morteque minaretur? Nullam prorsus aliam in- uenio rationem, nisi illam, quam ante ex Fauardensi assignavi. *Quod ubi Dei causa agitur, non sit attendē- dū carni, sanguini, aut amicitiae; adeò temere se getit Balaam, vt non solum Dei præscriptum non aduertat, quin & in ipsum, & in eius populum quo- dammo-*

Iyra ad c. 22.
Numer.

Abul. ibid.

Solutio-
bitatio circa
Angelum,
qui in Balaam
insurrexit in
via.

dammodo insurgat armantur, & insurgunt in eum, tam irrationales, quā intellectuales creaturæ, & adhuc illa, quæ usq; tunc illi motigebatur, & illius tutelæ fuerat deputata; ubi nāq; Dei causa agitur, nec cognitioni attendendum est, nec amicitiæ.

Vt tandem quidquid in loco est, quod ad præsens intentum pertineat propalemus, perpendendum nobis est, & impensè cogitandum, quam vehementer angeretur Balaam, cum viderit mutum, & irrationale animal ex Dei iussu verba promere, & illius insaniam redarguere, Angelumque qui districto gladio ipsi morte ministabatur, idque in via ad eò angusta,

Num. iv. 22. ut neque ad dexteram, neque ad sinistram potuerit deniari, (vt loquitur sacra pagina) non equidem maiorem video, quæ possit in vita, excogitari afflictionem; fuit tamen hæc, illius quam, in finali iudicio reprobi experientur tantum figura, seu umbra; cum nempe ante Dei tribunal præsentabuntur, à quo nemo poterit euadere, omnesq; viderint creaturem armata in eos manu insurgere: Erit equidem, erit tribulatio qualis non fuit ab initio mundi, usque tunc; quod ex eo vel maximè patet, quod diuersis nominibus vti necessarium fuerit, vt istius tribulationis vis, & rigor innotesceret.

Pressuram namque vulgata editio nominauit. Textus Syriacus *superem* dixit. Textus Græcus *desperationem* appellauit.

Optima est ad præsens assumptum confirmandum S. Gregorii Magni, & Abulensis obseruatio, circa Euangelici contextus verba: reddens namq; Euangelista pressuræ huius, de qua agimus, rationem, & causam ait: *Nam virtutes cælorum mouebuntur. Quid est, inquit, prædicti patres, quod Euangelista dicit. Virtutes cælorum mouebuntur?* Cum potius mouebuntur, vt videtur, dicere debuerit: agit nāq; ibi de Angelis orbium cœlestium

motoribus: Quod si Euangelista mēs fortassis fuit indicare corundem orbium cœlestium, in illo cœntu, dissonantiam, & motus inæqualitatem; id certè melius indicaret, si diceret: *Tūc virtutes cælorū, vel tardius, vel celerius cœlestes orbes moueturos, nō verò mouere se ipsos, & sic mouebunt, potius dicere debuit, quam mouebuntur.* Vnde latere in verbo mouebuntur, misterium aliquod non incongruè pensitarunt Patres; quod propalantes dixerunt.

Mouebuntur potius dixit, quam *mouebunt, ut significaret, quia tunc Angelis*

Abulensis.

motores zelo Des honoris stimulati, ab orbium motione cessabunt, & in reprobos peccatores insurgent. Exemplo res patet. Occupatur in suæ artis ministerio artifex; videt per plateam sui Patris occisorem trāseuntē, indignatione cōmotus; deponit statim opus, eripit arma, & insurgit in illum, qui insurrexerat in patrem, ac dolosè interfecerat. Id ipsum Angelis motoribus in finali iudicio continget; commouebuntur videntes reprobos, qui Deum toties communem omnium parentem, & actorem (secundum quod in se fuit) occiderunt, & ab officio cessantes in arma ruent ut de illis videantur: quod utique bene Euangelista expressit dicens. *Virtutes cælorum mouebuntur.* Id est, turbabuntur, & commouebuntur, vt ita dicamus, animo, videntes reprobos, & in eos insurgent, Dei iniuriatum vltores acerrimi effecti: ne autem erubescamus sine Authoribus loqui; accipite Eusebii, & S. Gregorii verba; hæc enim habet Eusebius, dum cunctem Euangeli locum exponit. *Virtutes cælorum mouebuntur, id est (inquit) Angelis, qui prasunt sensibilibus partibus orbis.* Ad quid verò mouebuntur testatur expressè Gregorius, dum ait: *Apparebunt tunc visibiliter Angelis, exiguae à nobis districte, quod Dens tunc equanimiter postulabit.*

Erit itaq; in terris in illa die presura

Lucas 21.
Cessabunt in
finali iudi-
cio, motus
orbium cœle-
stium, & cur-

*Euseb. de pro-
prietate Euange-
licæ ad cap.
Luc. 21. Grego-
rius ho. in
Euangelium
præsens.*

sura gentium, erit tribulatio, & angustia qualis non fuit ab initio mundi usque tunc: quia armabit Deus creaturam ad ultionem inimicorum, & quia tunc in nullo habebunt reprobri adiutorium, sed undeque tormentum ineuitabile.

AD ILLA VERBA CONTEXTUS SACRI. *Luc. 21.*

Tunc videbunt filium hominis.

ANNOTATIO IX.

Eadem Christi praesentia iustis grata, & reprobis in finali iudicio torquentia.

Nemini dubium esse debet praesens assertum, quod illa, scilicet eademque Christi facies, in quam desiderant Angeli prospicere Diuersimode à reprobis, quā à iustis in finali iudicio perspicitur: tollit asserti difficultatem, controuersia maxima, quæ inter duo sacrae Scripturæ loca reperitur: quorum unus est apud Esaiam suæ prophetæ cap. 59 ubi loquens Prophetæ in persona Iudeorū de Christo Crucis affixo (ut ad titulum Psalm. 44. Augustinus obseruauit, sic ait. *Vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorum.*) Alter verò apud Psalmistam Psalm. 44. quem omnes

Locū Psalm. ferè Patres intelligunt de eodem Christo cruci affixo, & præsertim S. Athanasius in id *Ex Deo Deus*, & Athanas. & Origenes lib. 1. contra Celsum, probantque ex Psalmi inscriptione, quæ sic habet. *Canticum in finem pro dilectione.* Vbi verba in finem, idem ibi significat (ut ipsi Patres obseruant) atque ad extremam vitæ periodum, quam proculdubio Christus egit in cruce; ita igitur habet ibi Psalmista. *Speciosus forma præ filiis hominum, &c.*

Difficultat, consiliatque loca Au-

gustinus lib. contra Iudeos cap. 4. & ait. *Quid fieri potuit, ut eam Christi facies Iudeis feda, & disformis: David autem, qui in spiritu contemplatus est, speciosa, decora, ac pulchra apparuerit, & statim consilians idem Pater loca, sic habet, Pulcher est Dominus Iesus, quo nihil pulchrius; & quasi fedus apparuit inter manus persequentium, iuxta illud Esaiæ: vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorum, & statim annexit. Ergo Christus fedus in cruce fuit absit. Persequentibus fedus, diligentibus verò pulcher apparuit.* Consonat in dubii solutione Bernardus dicens. *Niger est sponsus, sed oculis insipientium, nam diligentium oculis formosus est valde.*

BId ipsum, quod obediētibus, & diligentibus respetu Christi in cruce positi contigit; contingit in finali iudicio iustis, & reprobis: eandem nempe Christi praesentiam, & faciem, quā iusti læti contemplabuntur, & qua vehementer hilarescent, minacē improbi, & torquentam iudicabunt, experientur, & videndo expauescent: **C**benè vtique, sed à quo, vel vnde proveniet diuersitas hæc Christi Iudicis conspectus? Non ne omnes tunc videbunt filium hominis venientem in rubibus cœli cum potestate magna, & maiestate? Videbūt equidem: non ne omnes sacrosanctam Christi humanitatem intuebūt? Intuebuntur quidem. Non ne omnes Christum Iudicem vniuersalem agnoscent, & integrum? Agnoscent planè. Quomodo ergo conturbabuntur reprobri, & lætabuntur iusti? *Peccator (inquit Psalmista) videbit, & irascetur, dentibus suis fraret, & tabescet: & alibi, lætabitur iustus cum viderit vindictam,*

D&c. Accipe (curiosè Lector) à diuino Bernardo dubii solutionē. *Vnde peccator videbit, & irascetur, videns, quod amiserit, inde quoque iusti videbunt, & lætabuntur, videntes, quod obtinerint.* Quæ Bernardi verba sic sentio explicada. Eadem Christi facies, decor, & pul-

August. contra Iudeos cap. 4.

Difficultatur, consiliatur; loca ab Aug. & ex Bernard. ser. 45. in Cæsara.

Psalm. 57. Psalm. 111.

Solutur dubitatio à Bernardo. super Psalm. Qui habitat.

& pulchritudo, quam utriusque videbunt, id est, tam iusti, quam reprobis, istos acerbissime cruciabit in aeternum amittenda: illos vero intimè delectabit in aeternum possidenda, & perfruenda; vnde illi turbabuntur timore horribili; isti vero summo perfusi gaudio letabuntur valde, cum viderint; tantum enim affigit, & cruciat exoptati boni amissio, quantum eius recreat, & delectat certa possessio.

Adequatur rem dilectam amittendi metus, cum possidi certudine.

Confirmatur amplius praesens doctrina de reprobatione in iudicio finali timore, & de iustorum latitiae, & securitate.

Bona quidem à melliflui Patris doctrina deducta responsio, accipe tamen (ingeniosè Lector) ab Aygulpho Saxonio in suo tractatu de liuore subtile valde dubii solutionem. Difficultans ibi iustorum in finali iudicio latitiae, & securitatis causam, reproborumque terrorem, & animi amaritudinem, nullamque utrisque aliam inueniens, quam Christum Iudicem presentem intueri, sic ait:

Quomodo eadem Christi presentia, & ad iudicandum maiestas, simul laticabit, & perterebit, nisi quia aequè amor, & odium sunt pictores, ea tamen distinctione, quod semper pulchras, & inuidas amor depingit imagines: fadas vero, & truculentas odium soleat effigiare?

Amor & odium sunt pictores ex Aygulpho in de liuore.

Christi ergo presentia laticabit iustos diligentes, & perterebit reprobos odientes.

Solutio dubitatio ex Theologio dubium phylosophatum est; petamus tamen ab Scholastica Theologia etiam istius dubii solutionem. Diuersitas haec (inquit Theologi) ex eo proueniet, quia predestinati, & Sancti, non solum videbunt, tunc Christum in forma Iudicis, & tanquam filium hominis, sed etiam in forma Dei: reprobis vero solum in forma Iudicis, denegabitur enim istis illud lumen gloriae, seu concursus ille supernaturalis, qui ad videlicet diuinam essentiam omnino requiritur; qui concedetur predestinati, & Sanctis omnibus: ex quo procul dubio proueniet, quod iusti tunc Christi presen-

tia, hilarescant, & quod reprobis tristentur, & contabescant.

Adhuc tamen viget ratio dubitandi, quamquam enim reprobis Christū in forma Dei visuri non sint, videbunt tamen eius sacratissimam humanitatem, id est, corpus illud sanctissimum, immortalitatis dotibus condecoratum, quod illis simul, ac iustis non poterit latitiam non causare: immo respondeo, quod quanto magis pulchra, fulgidaq; tunc Christi Saluatoris nostri humanitas apparuerit, tantoq; magis eius aspectu cruciabantur; qui enim Solis claritatem oculis tetro humore oppressis contemplatur, quo magis resplendet, eo erit illi terribilior, & molestior.

Dubitat de iustorum latitiae in iudicio finali

Adhuc non est omnino soluta, quæ ex Davidis verbis prouenit dubitatio. *Latabitur iustus, cum viderit vindictam.* Non enim appetit cur sic hilarescent iusti presentia Iudicis integrimi, & seuerè nimis iudicantis, apud quem etiam, sicut reprobis, presentabuntur iudicandi, vt 2. Corinth. c. 5. Paulus testatur dicens, *Omnis nos manifestari oportet ante tribunal Christi,* vt referat unusquisque propria corporis, prout gessit. Cū præsertim idē Paulus, nihil mali sibi conscius tremens dicat.

Nihil mihi conscient sum, sed non in hoc 2. Corin. c. 4: iustificatus sum, qui autem iudicat me, Dominus est. Neq; miru, nā vt aliquando dixit Baldasuytas. Iob 25. *Nūquid iustificari poterit homo cōpositus Dei?* Aut apparere mundus, natus de muliere? Ecce Luna nō resplendet, & stella non sunt mūde in cōspectu eius, quāto magis homo putred. Si igitur unusquisque, iustorum, cum Christus pro tribunali ad iudicandum sederit, non adhuc erit de propria saluatione securus, optimèq; nouerit se etiam sicut exeteros, rigurosū Iudicis examen subiturū, quomodo Iudicis aequè rigurosissimi, atq; integrimi presentia laticabitur, vt verificetur id, quod ait Psalmista. *Leta- Psalm. 111: buis iustus, cum viderit vindictam.*

D Respon-

Excitatur dubiū aliud, & resolutar

Assignatur causa lætitiae iustorum in finali iudicio, & reproborum stolidorum.

Respondeo tamen obiectioni dicens, verum omnino esse, minimèq; posse inficiari, quod omnes terrebunt integerrimi Iudicis ad Tribunal aduocari, & in illo ad iudicandum præsentari: attamen quod tune reprobos acerimè cruciabit, id ipsum iustis gaudio erit, & fiducia; vtrorumque scilicet conscientia. Non mea est responsio, sed Pauli ad Roman. cap. 2. vbi sic ait. *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, inter se inuicem cogitantibus, aut accusantibus, aut etiam defendantibus, in die, qua iudicabit Deus occulta hominum.* Reproborum igitur conscientia illis paorem incutiet, & augebit timorem; nam (vt ad hunc Pauli locum Aquinensis Doctor annotauit) *Angustiabitur tunc eorum animus, non valens inuenire remedium contra mala, qua timet: & ideo turbabuntur timore horribili, & dentibus frement, Christi Iudicis faciem intuentes.* At è contra lætabuntur iusti; quia (vt Sapientis attestatur) *secura mens, iuge conuiuum.* Circa quæ verba ita consonanter Isidorus in suo de summo bono. *Nemo magis à timiditate liber, & reuera animosus, quam ille, qui nullius mali sibi conscius est.*

Sapient. 4. & s.
Isidorus de summo bono.
Aded est adæquata ad supra positam obiectionem responsio, vt non indigeat probatione, cum ab ipsamē infallibili veritate sit prolata in fine cap. 4. & in principio 5. lib. Sapientiae, vbi sic habet sacra pagina. *Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum.* De iustis autem sic. *Tunc stabunt iusti in magna constantia.*

Malachia 4. in cap. 4. Ecce (inquit) dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes iniquitatem stipulae, & inflammabit eos dies veniens, qua non relinquet eis radicem, & orie-

A tur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiae. Circa quæ Malachia verba sic habet Eusebius loquens in persona Christi. *Ipsa die qua malis exustio minitabitur, illis qui me amarunt, longè aliter continget.* Quasi si dicat; si rationem inquiritis, cur in finali iudicio reprobi frement, & tabescunt, iusti vero lætabuntur; aduertite, quod eadem tunc Christi facies, adeò illis terribilis, adeò truculenta, adeò incensa, & inflammata apparebit, vt ignis deuorans, & comburens, atque ad incendium paratissimus: at vero iustis læta, vt Sol resplendens: ab excætatione ergo perterriti expauescent reprobi; & à luminoso Solis splendore perfusi hilarescent iusti neque est de dicto dubitandum; quid enim mirum si Sol Iustitiae in semetipso efficiat, quod & in sole materiali tunc faciet, de quo dicitur Sapientiae 16. *Quod Sapientiae 16. ex ardebet in tormentum aduersus iniustos, & lenior fiet, ad benefaciendum pro his, qui in Deo confidunt.*

D Nemini denique videatur abs re ad calcem huius annotationis obiectionem quandam apponere, & delucidare, quæ ab eisdem Dauidicis verbis videtur resultare: *Lætabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Respicit namque hæc ad præsens argumentū dubitatio. Valde difficultat Bernardus loco superiori adducto istud, quod de iustis in extremo iudicio ait Psalmista, nempè: *Lætabitur iustus, Psalm. 111. &c.* Quomodo enim ait parentum, & propinquorum suorum damnatione, & tormentis lætabuntur iusti, quorum semper charitas alienis miseriis condolere consuevit, atque vt proprias sentire, & reputare? Quomodo *Ezodi 22. sanctus Moyses, cuius semper pectus tanta erga commissum sibi populum charitate extuavit, vt de libro vita pro eorum salute deleri audacter postulauerit, de corundem tunc damnatione lætabitur?* Vnde dè

Euseb. ad
preparatione
Euangelica.

Redditur
alii ratio cit
ea iustorum
in iudicio fi
nali latina,
& reprobo
rū paorem.

16.

de iustorum charitati aliquo modo obuiari videtur Dauidicum dictū.
Larabitur iustus, cum viderit vindictā,
 &c. ait Bernardus. Soluit tamen statim dubitationem dicens. *Non tibi durum videatur fore, quod dicitur: larabitur iustus, cum viderit vindictā,*
non enim quadam immanitate crudelitatis, in ipsa sibi immanitate complacēbunt, sed quia modus ipse pulcherrimus diuinæ ordinationis, ultra quam credi potest, iustitiae zelatorem, & amatorem equitatis oblectabit.

Iustorum in
finali iudi-
cio iustitia,
non ab im-
manitate cru-
delitatis, sed
à iustitia ze-
lo resultabit

fatus Oleaster putat ideo Deum è Paradysi regione Adamum collocaſſe, vt quoties intueretur, meminerit criminis perpetrati, & ingemisceret. *Aduerte* (inquit) ideo *Denn post peccatum, hominem extra Paradysum, & ante non longè collocasse, vt quoties ante se videret, ingemisceret, & peccatum suum ante se poneret.* Non displicet excogitatio: nam vt ad cap. 14. lib. Esther glosæ ordinariæ obseruauit Author) *Locus ubi quisque turpiter vixit, in conspectu mensis apponit, qua ibi cogitauit, aut gesit.*

*Cur Deu
Adamum
Paradyſo e-
ieſtū, ē Para-
dysi regione
collocauit.*

*Glos. Ordin.
ad cap. 14.
Esther.*

B

CIRCA EADEM VERBA contextus, *Luca 21.*

Tunc videbunt filium hominis.

ANNOTATIO X.

Deū videre, & perdere reprobos in finali iudicio, acerbè nimis cruciabit.

*Euseb. Emis.
hom. in 1. Do-
min. Aduen.*

DVM Emissenus Eusebius reproborum in finali iudicio acerbos nimis cruciatus secum aliquando penitaret, acerbissimum præ omnibus hunc præcipue iudicauit, Deū nempè ad omnino perdendum vide: *O quale* (inquit) *tormensum eris Deū videre, & perdere!* Et iure quidem; tanto enim acerbius, amissi boni cruciat experientia, quanto clariùs cognoscitur eius bonitas, & præstantia.

Genes. 3.

Eiecit Deus Adam de terrestri Paradyſo, & (vt omnes sentiunt Patres, & indicat contextus Sacer) habitat eum fecit è regione eiusdem Paradyſi: dubitant igitur iidem Patres, & præcipue Sanctus Pater Ioannes Chrysostomus, & Hieronymus ab Oleastro ad caput 3. Genesios, de Dei in hoc facto intentione. Præ-

Aliter incedit Chrysostomus, & magis fortasse ad intentum, ideo namque existimat Deum Adamum è regione horti deliciarum posuisse, vt quoties aspiceret, toties ob tanti boni amissionem cruciaretur; nihil enim acerbius vniuersiusque animalium excruciat, quam amissi boni præsens semper, ac quotidiana contemplatio. Remque optimam non ad possidendum, sed ad perdendum aspicere. *Eiecit* (inquit Chrysostomus) *Deus Adam, & habitare fecit* è *regione horti deliciarum*, sed cur è nisi *quia granissimum doloris spectaculum erat illi videre quotidie bonum, quod amiserat.* Ex quo iam aliqualiter potest inferri, quam intimè, & quam acerbè cruciabuntur damnati videntes Christum seruatorem ab illis amplius non videndum, & in eternum amittendum: *Eritis quidem omnium terribilium terribilissimum.* Ut loco su-

Dpra citato loquitur Emissenus, *Eritis tribulatio, qualis non fuit ab initio mundi usque modo:* vt infallibilis veritas attestatur.

*Iacob. Chry-
soft. ad cap. 3.
Genesios.*

Insalutato socero profectus Iacob, tulit secum liberos, & vxores, Lyam scilicet, & Rachelem, quæ loco mercedis à patre marito denegatæ, illi Idola (vt putat Hebræi) furata est. Nuntiatum est Labamo, & impatiens mora arripit iter: consequitur discedentem, & ait illi. *Quare ita egisti, ut clam*

*Emiss. obi-
supra.
Math. 24.*

*Ioan. Chrys.
Hierony. ab
Oleast. ad c.
3. Genes.*

clam me, ibigeres filias meas quasi captivas gladio? nec est passus, ut oscularer filios meos, & filias, &c. Quibus equidem verbis intimum animi mereorem, quo afflictabatur, indicavit; at in iis, quae statim annexit, incomparabilem cruciatum ostendit. & indiscibilem, à Deorū suorū amissione prouentū. Esto (inquit) quod ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi dominus patris tui, cur furatus es Deos meos? Quasi si diceret; multum doleo de filiarum, ac nepotum ausentia; longè tamen afflitor, ac crucior, meorum Deorum amissione, quæ cum dolore nullo, cù nullo cruciatu in comparationem venit; ita ferè Labam verba exponit Eucherius. Sed optimè Varablus.

*Eucher. ad c. Genesios 31.
Nulla mun-
dialitura, eu
De amissio
ne cōpia ad.
Emissen. vbi
supra.*

Furatus est etiam (inquit) Iacob cor Labam Syri. Vbi ad emphasis illius adverbii etiam maximè est attendendum: addit enim super dolorem maximū de filiarum, ac nepotum amissione alium dolorem intentiorem de Deorum ablatione prouentum, qui per eordis auulsionem significatur, cum dicitur, furatus est etiam Iacob cor Labam Syri. Si ergo ob factorum Deorum surreptionem, ita afflictatur, & exordatur Labam, quo afflictionis gradu ponendum est verum, & viuum Deum in æternū perdere. Erit quidem terribilissimum omnium terribilium, ut loquitur Emissenus.

*Iudicium 18.
Optimus est ad hoc argumentum locus Iudicum in cap. 18. vbi narrat sacra pagina, quod profecti sexcenti viri armati de cognatione Dan, venerint ad terminos vsq; ciuitatis Lais, invaserintque domum Michæ, ac deprædata omni suppellectili, abstulerint Deos simul, quos colebat;*

Qui cum pergerent, & ante se ire fecissent (ait contextus Sacer) paruulos, & iumenta, & omne quod erat pretiosum, iamque à domo Michæ essent præculi; viri qui habitabant in adibus Michæ contemantes secuti sunt; qui cum respexissent, dixerunt ad Micham. Quid tibi vis-

*Cur clamas? Nova translatio habet:
Quid tibi v? quod sic queritari: Pen-
sitate Michæ responsum. Deos meos,
(inquit) quos mihi feci, ultiſtis, & dicitis,
quid ubi est? Septuaginta dixerunt.
Quid amplius mibi? Textus Hebraicus.
Quid mihi ultra? Quasi si dixerit: que
maior animi afflictio, que maior an-
gustia, & deplorandi ratio mihi esse
poterit, quām Deorū meorum abla-
tio, & amissio, cum nulla alia compa-
randa? Ita Lazarus noster, ex quibus
benè infertur, acerbis nimis in finali
iudicio reproborum ex Dei amis-
sione, quem tunc videbunt, crucia-
tus.*

AD ILLA VERBA CON- TEXTUS SACRI. Matth. 25.

*Venite benedicti Patris mei, possidete
Regnum vobis paratum à con-
stitutione mundi.*

ANNOTATIO XL

*Plus cruciantur inuidi alienis prouen-
tibus, quām incommidis propriis,
vnde in maiorem reproborum pœ-
nam prius in finali iudicio pra-
miabuntur iusti, quām damnentur
reprobi.*

*P*riùs in finali iudicio iustos ad-
uocandos esse ad beatitudinis
Regnum, quām reprobos in ignem
æternum emandandos, aperte indicat
Sacer contextus, Matthæi in cap. 25. *Matth. 25.*
De causa autem diuinæ dispositionis
in hoc facto valde dubitat Abbas
mellitus; nam (vt ipse ait) æquius,
& conuenientius videtur, vt prius
contra reprobos sententia profer-
tur,

Ille.

*Nova trans-
latio Septua-
ginta.*

Text. Hebr.

Prius p̄destinatū al-
sumēdū sunt
in gloriam,
quā cōpobi
in ignē omā-
dādi, & cur.
Ex Bernar-
do.

Bern. ad Ps.
Dj habitat.
& ad Ps. 111
deiciantur in caminum ignis aeterni, ut
videlicet amplius doleant, videntes quid
amiserint; unde enim tunc impii tanto
furore tabescunt, nisi in Regnum summa
beatitudinis iustos videre introduci? inde
equidem dentium stridorem vehementia
tabescunt inuidiae extorquetur.

Causam inquirens Theodoretus
Caimi cruciatuſ, adiuuenit statim
in cōtextu. *Respxit Dominus ad Abel,*
& ad munera eius; *ad Caim verò non*
respxit. Frustra igitur cruciari (ait idē
Pater) Caimum circa negotium, cuius
remedium ipse facile inueniret, si
vellet, si namque de optimis, & ele-
ctis terræ fructibus, & eo animo offer-
ret, quo Abel de pinguisbus ouibus
obtulit; ad eius vtique Dominus re-
spiceret sacrificium, æqueque esset à
Deo, ac fratre ipsius dilectus, & ho-
noratus, testatur Dominus ipse dicēs:
Quare iratus es? & cur concidit facies

tua? nonē si benè egeris, recipies? Quæ
Dominica verba sic habet Hebræus
contextus. *Nonne si benè egeris, exal-*
tatio erit tibi? Quem locum, sic expo-
nit Vatablus. *Tu videris dolere, quod*
frater tuus sit elatus, at si studueris benè
facere, nonne extolleris ut ille? Quod
idem est, ac si Dominus Caimo dice-
ret, voluntarie, & sine causa cruciaris
de re, cuius remedium in manu tua
est, fac ut ille, & à me extolleris ut il-
le, at non equidem, quia non extolli-
tur, cruciatur, respondet Theodore-
tus: si id enim optaret, recte offerret,
& haberet intentum: sed ob id tantū
cruciatur, quia fratrem videt extollī;
nam inuidi plus cruciatur de alienis

A prouentibus, quām dē propriis infor-
tuniis. Accipe Theodoreti verba, in
expositione secundæ Pauli ad He-
bræos Epistolæ. *Concidit (inquit) eius*
facies, & cruciatur, non quia malè obtu-
lerat, sed quia fratrem viderat diuina ho-
noratum sententia, benevolentiam, &
oculos Domini minimè curabat, cum ta-
mene eos in Abelem conuersos videt, in-
uidet, & dolet.

B Acerbè nimis excruciat inuidos
aliorum prosperitas; non enim tantū,
quia non prosperantur, quātū quia
aliros vident prosperari, cruciantur:
optimam quandam in eodem Caimi
euentu Oleastri ponderationem in
præsentis assumpti ampliorem con-
firmationem accipite. Dubitat præ-
fatus Author, cur Deus sinistrā istius
in offerendo intentionem, & auaritiā
non punierit, aitque statim puniuit
equidem, & acerrimè: quomodo pu-
niuit acerrimè, si nullum illi suppli-
cium iniunxit ob scelus? iniunxit, in-
quit, & quidem maximum.

C *Quia ha-*
bet Dominus hoc peculiare, ut defectum
Oleastri ad
honoris sui inuidetia punias; Deus enim
punit faciendo bonum nobis coram ini-
micis nostris, quo vindictæ genere, eiſe-
nihil mali facere videatur, consumit ta-
men inuidorum præcordia, cum ante eo-
rum oculos emulos exaltat. Ex qua
Olestri obseruatione optimè appetet
ratio, cur Dominus in finali iudicio
prius iustos assumet in gloriam, quām
reprobos detrudat in ignem, ut scili-
cer ex aliorum prosperitate intentius
crucientur.

D Pro eduleo ex lentis aqua coctis,
libens vendidit Esau Iacob primoge-
nituram, quæ ad eum ætatis iure atti-
nebat; patrisque benedictionem, quæ
eodem iure primogenito debebatur.
Iacob dedit Esau panem, & quod ex len-
tis coxerat (ait noua sacri contextus
translatio, Genesis 25.) ille verò
comedit, & bibit, surgensque abiit,
vilique pendit ius primogenitorum.
At benedictione à Patre obtenta,

Inuidorum
proprietas
ex Theod. in
expositio z.
Pauli ad He
bræos.

accepit etiam Iacob primogeniturā, quam Esau parui penderat, cum tamen cognoverit Esau; irriguit (inquit contextus Sacer) clamore magno & consternatus ait. Benedic etiam & mihi pater mi. Quid igitur fieri potuit (ait Philon) vt Esau pro re ab ipso contēpta, ita afflictetur, vt dicant 70. quod ululauerit ululatu magno, & vehementer amaro? Et cur nunc sibi studiosè sollicitat, quod ipse paulò ante contempserat? Respondensq; idem Philon ait. Esau non tam cordi erat pater, ne benedictio, quam ne frater Iacob sibi preferretur, & in posterioribus bonis esset. Ita equidem intentius enim cruciantur inuidi alienis prouentibus, quam propriis incommodis, & infortuniis.

Clementissimè receperat indulgentissimus pater Prodigum filium (vt cap. 15. sui Euangelii sanctus Lucas enarrat) cum autem ex agro rediret senior filius, & appropinquaret iam domui, in qua pater cum Prodigo cōuerso epulabatur, audiensque symphoniam, & chorū, vocavit vnum de seruis, & interrogauit, quid hæc essent: qui dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem, quod numquam pater ei dederit hædum, vt cum amicis suis epularetur: filio autē Prodigo, & suæ substantiæ dissipatori vitulum saginatum occiderit.

Circa quod expendo, numquam seniorem hūc filium, hædum saltē a patre postulasse, nedum vitulum saginatum; nec istorum forsitan meminisse: cum autem vitulum occisum, in gratiam fratris audit, statim conqueritur, & inuidet. Optimè ad dubium respondet Petrus Chrysologus dicens. Hic senior redisse fratrem dolet; non dolet perisse substantiam, nec damni causa conqueritur, sed luoris. Ita planè: non enim tam cruciantur inuidi damnis propriis, quam prouentibus alienis; vnde prius in reprobo-

rum conspectu præmiabuntur iusti, vt illi ex inuidia acrius puniantur.

Optimè consonat illud, quod Pater Ioannes Chrysostomus in eventu illius diutis expendit, de quo Lucæ cap. 16. dicitur. Mortuus est dines, & sepultus est in inferno: eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius. Expendens (inquam) locū Chrysostomus dubitat circa verba illa. Eleuans oculos suos cum esset in tormentis. Quomodo nempè fieri potuit, vt dæmones tortores immanissimi oculos eleuare permiserint diuti, quomodoque eius oculos teterimus illius ignis fumus nō infestabat, ac deprimebat, quominus eleuari possint. Et respondens idem Pater ait. Oculos Ioan. Chrysost. ibid. in maiorem pœnam dæmones eleuare permittebāt, vt scilicet alterius letitia inspeclat, magis torqueretur. Quod itidem, & in finali iudicio continget reprobis.

AD ILLA SACRI CONTEXTUS VERBA. Matth. 25.

Discedite à me maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius.

ANNOTATIO XII.

Sedulò & officiosè intendit Deus iustorum præmia preparare, qui in parandis malorum suppliciis, quasi remisè se gessit, ut pote qui illud, & non hoc faciebat ex corde.

ESt equidem (studiosè concionator) in vtriusque Dei iudicio finali, sententiæ, reproborum scilicet, & iustorum, diuerfitatis tenore mysterium aliquod, quod cōsideres: cur nempè à Christo Iudice reprobis di-

Matthai 25. Etum non sit. Ite maledicti in ignem aeternum, qui ab origine mundi paratus est vobis. Sicut electis dixerat. Possidete Regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi? Est (inquam) in hac vtriusque sententiae diuersa prolatione grande mysterium. Sedulò nempe, & officiosè Deum iustorum premia preparare; at in parandis impiorum suppliciis, quasi remissè se gerere, & tanquam qui puniendi munere designatur, à mundi enim statim origine, de iustorum premiis cogitauit, qui in ultimi iudicii die adhuc locū, quo impii punirentur, destinatum nō habere demonstrans ait. *Discidite à me maledicti in ignem aeternum, qui paratus es diabolo, & angelis eius.* Quasi qui oblitus fuerat peculiarem illis ignem destinare, & à diuina iustitia instigatus ut puniat, illos alieno suppicio, cogatur mancipare, igni scilicet, quem diabolis parauerat: redit Psalmographus istius rei fundatum, & causam, Psalm. 29. dicēs. *Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* Quem locū sic ex Hebræo legendum putat Lorinus. *Supplicium in indignatione.* Quasi dicat Psaltes. Eaténus agit Deus de suppliciis inferendis, quatenus à nobis prouocatur, & statim indignatione transacta obliuiscitur, & de suppliciis inferendis non agit. Consonat S. Hieronymus, sic vertens. *Ad momētum ira eius.* Clarius autem, & ad nostrum intentum accommodatius Textus Caldaicus in eodem Psalm. 29.

Hieron ad eundē Psal.

Textus Caldaicus in eodem Psalm.

Sicut electis dixerat. Possidete Regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi? Est (inquam) in hac vtriusque sententiae diuersa prolatione grande mysterium. Sedulò nempe, & officiosè Deum iustorum premia preparare; at in parandis impiorum suppliciis, quasi remissè se gerere, & tanquam qui puniendi munere designatur, à mundi enim statim origine, de iustorum premiis cogitauit, qui in ultimi iudicii die adhuc locū, quo impii punirentur, destinatum nō habere demonstrans ait. *Discidite à me maledicti in ignem aeternum, qui paratus es diabolo, & angelis eius.* Quasi qui oblitus fuerat peculiarem illis ignem destinare, & à diuina iustitia instigatus ut puniat, illos alieno suppicio, cogatur mancipare, igni scilicet, quem diabolis parauerat: redit Psalmographus istius rei fundatum, & causam, Psalm. 29. dicēs. *Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* Quem locū sic ex Hebræo legendum putat Lorinus. *Supplicium in indignatione.* Quasi dicat Psaltes. Eaténus agit Deus de suppliciis inferendis, quatenus à nobis prouocatur, & statim indignatione transacta obliuiscitur, & de suppliciis inferendis non agit. Consonat S. Hieronymus, sic vertens. *Ad momētum ira eius.* Clarius autem, & ad nostrum intentum accommodatius Textus Caldaicus, qui sic habet. *Vna hora in dignatio eius, mallet non indignari; vita eterna bona voluntas eius.* Is itaq; est loci sensus. Ex eo Deus de iustis coronandis sedulò agit, & in suppliciis inferendis remissè, & quasi obliuiosè se gerit, quia de hoc non libenter, sed quasi inuitus, & coactus agit; de illo vero libeter, & gaudens; facilimè enim illius obliuiscimur, quod quasi per transennam, & inuiti facimus: de illo vero, quod nostræ con-

A gruit voluntati sedulò, & multoties cogitamus.

Clariùs adhuc ex sequenti versiculo Davidis intentum cognoscetur.

Ad vesperum (inquit) demorabitur fletus, & ad matutinum letitia. Quasi si In eodem Psal. 29.

dixerit. Adeò Deus noster tardus est in suppliciis inferendis; adeoque inuitus infert, ut vsque ad vesperum, id est, vsque ad finalis iudicii diem, demorari faciat impiorum punitionem, ob quam ipsi amarissimè flebunt, & vulabunt; nam Author operis Imperfecti per vesperum, extremam mudi diem intellexit, & ad matutinum letitia; id est non ita profectò in iustis coronandis, & laetificandis se gerit; manicit enim, ut laetificet, & coronet; nam ab ipsa statim mundi constitutione, de eorum premiis cogitauit, illisque Regnum parauit, quod ipse confirmat, dum ait. *Venite benedicti Patris mei, possidete Regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.*

Matth. 25.

C Hinc consequenter deducitur ratio, & causa, ob quam Dominus igne reprobis ab origine mundi, quemadmodum & iustis Regnum non parauerit; quia seilicet cū adeò inuitus puniat, puniendi instrumenta parata habere designatur. Valde certè ingeniosam huius veritatis confirmationem adintenies, si cum Mancio nostræ ætatis Authore grauissimo aduertas, ad quid præceperit Deus Moysi, tabernaculi formam præscribens, ut areæ summitatē ampla corona adornaret: & ad quid Salomon 3. Regum cap 6. ad vestibulum Templi, quod ad Dei cultum ædificare curauit, columnas duas posuerit, in quarū summitate coronas collocauit, & cur totam Templi parietem palmarum celaturis depinxerit; & si cum eodē Authore simul aduertas ad id, quod de eodem Templo dicitur 3. Regum cap. 6. quod cum ædificaretur de lapidibus quadratis, dolatis, atque perfectis; malteus tamen, & siccis, & omne ferramen-

Explicatur
Psal. versi-
culus ex mé-
te Authoris
operis Im-
perfecti.

*Exodi 25.
Regum 3.
cap. 6.*

mentum non auditum fuerit in eo. Ad
Mancius in quid Dominus (ait Mancius) totam ar-
 cap. 8. Ioseph.
 ce summitatem, ampla quadam corona in-
 bet circuncingit, & cur Salomon Templū,
 quod in Dei honorem adificare curauit,
 coronis ornari decreuit, & omne ab eo
 ferramentum procul arcere contendit: nisi
 quia in domo Dei, qui tam est ad prae-
 miandum pronus, quam à suppliciis in-
 ferendis alienus, coronas potius, quam
 necandi instrumenta conueniebat repe-
 riri. Legerat fortassis Mancius Cice-
 ronem 2. de legibus, vbi sic habet: B
 es, & ferrum arceto à delubris, duelli
 instrumenta non fani. Habet itaque
 Deus in domo sua coronam, qua præ-
 miat, sed non habet ferreum instru-
 mentum, quo vulneret, ut potè qui in
 benefaciendo, sibi maximè compla-
 ceat, & à puniendo abhorreat.

Optimus tandem est apud Esaiam
 cap. 7. locus, ad præsens argumentum
 confirmadum. Minatur ibi Deus Se-
 nacherib graui illo captiuitatis sup-
 plicio, quod contigit Regis Ezechiae
 tempore, & ait. In illa die rader Do-
 minus nouacula conducta in iis, qui trās

Esaia cap. 7.

A flumen sunt in Rege Assyriorum caput,
 & pilos, & barbam uniuersam. Erat
 equidem & tunc, sicut & nunc bar-
 bam, & capitis capillos radere serui-
 tutis signum: sed quod ad præsens
 intentum attinet, illud est; quod no-
 tanter dicitur, quod conducturus es-
 set Dominus nouacula ad huiusmo-
 di supplicium inferendum. Difficul-
 tit S. Bertarius locum, & ait. Quid
 fieri potuit, ut in domo Dei non reperi-
 tur nouacula quedam, ut illam conducere
 oporteret, & si ad præsens non erat, cur
 non potius emitur, quam conductitur? &
 dubitationem soluens ait. Quia Deus
 apud se puniendi instrumenta non ha-
 bet, nec vult habere. Ita planè ab ori-
 gine mundi, iustis præmium præpa-
 rauit. Possidete (inquit) Regnum, quod
 vobis paratum est ab origine mundi. Ad
 puniendum verò reprobos, adhuc in
 finali iudicio determinatum non ha-
 bens supplicium, igne quasi condu-
 cto iubet, ut puniatur, dicens: Disce. C *Ibidem*
 dite à me maledicti in ignem eter-
 num, qui paratus est diabolo,
 & angelis eius.

S. Martys
 Bert. in du-
 biis veterie
 testamenti
 dub. 87.

Matth. 25.

IN



IN SECVND A DOMINICA ADVENTVS DOMINI. *E V A N G E L I V M.*

Ex Matth. cap. vigesimo primo.

Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, mittens duos de Discipulis suis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an aliū expectamus? Et respondens Iesus ait illis: euntes renuntiate Ioanni, quae audistis, & vidistis. Cæci vident; claudi ambulantes leprosi mundantur; surdi audiunt; mortui resurgent; pauperes Euangeliabantur: & Beatus es, qui non fuerit scandalizatus in me, &c.

EXPLANATIO LITERÆ.



Ocasio legationis Baptiste ad Christum per Discipulos.

Isit Ioannes hanc ad Christum legationem, anno etatis suæ 31. iam quasi completo. Christi vero 31. incepto: hæc autem (ut fert communis sententia) fuit occasio: Audierunt, aut fortassis viderunt Ioannis Discipuli miraculum maximum, quod fecerat Christus Dominus in filium viduam à morte suscitando, & Magistro suo Ioanni in carcerem, Herodis iussum coniecto, retulerunt, ad quem ipse duos ex illis misit, ut interrogarent eum, an ipse esset Messias in lege promissus, & à cunctis gentibus audiisse & expectatus.

Tota huius loci difficultas in indaganda Ioannis mente, & intentione consistit; circa quam Tertuliani

A opinionē libro de Baptismo cap. 10. & lib. 4. contra Marcionem cap. 18. asserentis recessisse in hoc euentu à Ioanne spiritum prophetiæ, & dubio animo de Christo interrogasse, omnino reiicito; sicut eam reiicere consueuerunt Patres, omnesque istius loci Catholici Expositores.

B Nota, circa Ioannis mentem, piā Diuī Gregorii sententia hom. 6. in Euangelia, non dubitasse Baptistam de Christi persona, verūq; Messiam esse, nullo modo ignorasse, dubitasse tamen, an ipsem, qui à sinu Patris in terrā descenderat, esset etiam ad limbum descensurus, ut inde Sanctos Patres erueret, an alium ad hoc peragendum illuc esset missurus? Non dubitat esse mundi Redemptorem, sed querit, an sit ad inferni clausa descensurus? Assentit huic interpretatione

Inquiritur
Ioannis mens
& intentio.
Reiicitur
Tertuliani
opinio.

Hieronymus.

pretationi Hieronymus, qui sic habet ad hunc locum. Non dixit: Tu es qui venisti: Sed qui venturus es? Quasi dicat, debo ne te etiam inferis nuntiare, an aliun?

Sententia
Chrysosto-
mi.

Scio omnibus arridere Chrysostomi opinionem, seu Ioannis mentem interpretandi rationem; ideo nempe ad Christum Dominum suos Ioannem misisse Discipulos, ut ex miraculis ab ipso factis cognosceret, intelligeretur quod verum Messiam esse Christum, & Prophetam illum magnum in lege promissum, & ab antiquis Patribus desideranter expectatum, aeterno Patri consubstantialem suum verò Magistrum, illo multò inferiorem: tenaciter enim adhærebant Ioannis Discipuli eius doctrinæ, & illum omni alio Magistro sanctiore esse existimabant. Non sive, sed Discipulorum ignorantie Ioannes consulit, ait Hilarius ad hunc locum, Chrysostomi vestigiis incedens; quem etiam Euthimus, & Aymon sunt secuti. At fortassis, & hic tantorum Patrum interpretandi modus sua difficultate non caret: potest namque petere aliquis, cur omnes non miserit Ioannem, sed duos tantum, nam cum omnes idem de Magistro sentiebant, illumque omni alio Magistro superiorum reputabat, omnes in eadem veritate instrui pariter indigebant.

Hilarius,
Euthimus,
& Aymon,
affectionis
Chrysostomi.
Aliqualiter
dubitari po-
test de Chrys-
ostomi sen-
tentia.Iustini Mar-
tyris sententia.

Hoc tamen non obstante, huic tantorum Patrum sententiæ libenter adhæreo. Attamen fateor mihi non disdiscere Iustini Martyris interpretationem, quam habet libro de questionibus à gentibus positis, quest. 8. Dubitas se nempe Ioannem, an ea miracula, quæ illi referebant Discipuli, essent à Christo facta. An ab aliquo alio Prophetæ: Quoniam (inquit) diuersi rumores de miraculis Christi spargebantur, cum alii dicarent, Elias est, qui haec fecit: alii Jeremias; quidam aliquis alias ex Prophetis: audiens hos rumores Ioannes in carcere mittit Discipulos suos, qui scirent,

A num is qui signa faceret, is idem esset, cui ipse testimonium dixisset, an aliquis alius qui à multis diuulgabatur: Sequitur Lectio optimè sententiam, quæ tibi placuerit, dummodo Tertuliano non adhæreas.



CIRCA ILLA VERBA contextus Euangelici.

B *Ioannes in vinculis.*

ANNOTATIO I. MORALIS.

*Media quæ assumuntur ab improbis
in suorum scelerum tegumenta, sce-
lerum eorundem detectores sunt, &
præcones.*

C Arceri mancipatum, alligatum
in vinculis, ac cōpedibus detentū
Ioanne Baptistam, nobis hodie sanctus Mathæus Euangelista proponit;
virum ab omni crimine adeo immu-
nē, ut pleno ore de illo canat Eccle-
sia, quod neque leui saltē vitam fa-
mine maculauerit, virum à mundi
tumultibus adeo alienum, ut vrbium
rumores scalentis eremi habitatione
commutauerit: adeo pœnitentē, adeo
in se ipsum austерum, ut suæ carnis
mollitiem vestis asperitate, & luxu-
riæ vires, agresti cibo, ac vigiliis con-
tinuis edomauerit; cum denique ac
talem virum, cuius sanctitati, quia
Petrus Chrysologus parem non in-
uenit in terris, quæsivit è cœlo dicēs.

Nascitur maior horine, per Angelis: Petr. Chry-
sol. ser. de Na-
tivitate Bap-
tista. *Hunc (inquam) virum nobis hodiē
proponit Euangelista vinculis alliga-
tum; cuius rei nouitas, ubi primum
auribus percipitur audiētum, statim
ad eius fundamentum, & causam in-
quirendam animū compellit, & men-
tem, siisque tot habet huius rei faci-
noris*

noris perpetratores suæ dementiaæ testes, quot tanti sunt criminis auditores, & per vniuersum orbem omnium sonat in auribus iniustitiae, & impietatis crimen, quod Herodes, & Herodias suæ luxuriæ crimini addiderunt; atq; id ipsum quod ad suum tegendum adulterium excogitarunt, (ligare nempè veritatis præconem) eorum adulterium propalauit. Vndè

Petr. Chrys. fol. ser. 173. idem, quem retulimus, Petrus Chrysologus Herodem, & Herodiadem *sui sceleris testes* conuenienter appellat, & *sui ipsorum criminis accusatores*.

Ita equidem fermè contingit, vt media quæ assumuntur ab improbis in suorum scelerum tegumenta, sint eorundem scelerum præcones, & detectores. Luxuria agitata mulier Putipharis, oculos coniecit in serum, & adeò inordinatè in sui desiderii executione se gessit, vt (postposita verecundia) qua mulieres ex more naturæ in simili actu vti consueuerunt, iuuenem non solum inuerecundè inuitauerit dicens: *Dormi mecum*. Sed etiam apprehensa lacinia vestimenti eius, ad adulterium perpetrandum coegerit: cum tamen in casti, ac benè morigerati adolescentis pectore in Deum, & in Dominum suum fidelitas prævaluuerit. *Relicto in manu eius pallio fugit foras*. Dignus equidem locus iste est, qui millies pensaretur, & quod in eo primum ponderandum occurrit, nouum est victoriae genus; à vincentium consuetudine, & more omnino alienum; pallium nempè in manu relinquere aduersarii, & ab eo, terga vertendo, aufugere; quod Diuus Hieronymus *ravam victoriā* non incongruè appellauit.

Expenditur locus supra positus ex Ambros. lib. de Joseph c. 5. Dimissis tamē modo iis omnibus, multisque aliis pensatione dignissimis; vnum tantum cum Ambrosio expendamus, qui factum perpendens ait. *Reliquit vestimenta Joseph, & nudavit adulteræ inuerecundiam*. Miror equidem tanti Patris verba, modūq;

loquendi; non enim intelligo quomodo relinquens Ioseph pallium in manu mulieris, illius inuerecundiam denudauerit? Enim uero ex pallio in manu mulieris derelicto sinistre potius poterat de pallii domino suspicari, & fuisse illum impositi sibi criminis aggressorem aliqualiter comprobari. Addiderim insuper, quod pallium mulieri relinquere, operiendi potius scelus, quam propalandi fuisse signum: communis enim loquendi modus est illorum, qui rem aliquam tegere, seu operire volunt,

B dicere *operiamus rem pallio*, quod dicunt Hispani. *Echemos à esto una capa por encima*. Qui loquendi modus, seu rem operiendi metaphora, ab illo sacrae Scripturæ loco fuit fortassis de- sumpta, in quo refert sacra pagina, quod volentes Sem, & Iaphet, Patris sui pudenda operire, pallium desuper imposuerint. *Pallium* (inquit sacra pagina *Genesis 9.*) imposuerunt, & operuerunt verenda Patris sui. Quomodo ergo dicit Ambrosius, quod relinquens Ioseph pallium in manu dominæ suæ eius denudauerit verecundiam?

C Adhuc ex aliis eiusdem Patris verbis amplius accrescit dubitatio. *Mulier* (inquit Ambrosius) *ex. - Idem Amb. uit foras, & ipsa adulterii sui tentamenta vulganit; exaltans vocem suam, eo quod reliquo pallio Hebraeus aufugerit*, *Quod idem est, ac si diceret; ipsa met mulier sui adulterii testem ostendit, dum pallium protulit; quod puer Hebraeus eius dereliquit in manu: nota tu equidem digna res, vt dicat Ambrosius, quod pallium, quod ipsa in sui criminis operimentum laudabat testem; ipsiusmet criminis fuerat euidentis signum, & manifestum. Nihil tamen est, cur de Ambrosianis verbis dubitemus; idem enim valent, ac si ipse apertius dixerit, illud ipsum quod adultera mulier in sui adulterii operimentum sumpsit, ipsum adulterium*

Genes. 39.

Ibidem.

Ab hoste fugiendo honestum superare rara Victoria.

Hieron. ad Demetriadē.

Pallium super aliquid impone est idē, quod operatur.

Genes. cap. 9.

Idem Amb. ubi sup.

terium detexit, & propalauit: quod clarioribus verbis explicari non potuit, quām iis, quibus vsus est Ambrosius dicens: *Ipsa adulterii sui tentamenta vulgavit.*

Corroborari amplius potest assumptum, altero illo sacræ Scripturæ loco Danielis in cap. 13. in quo refert sacra pagina, id quod iniquis illis sensibus contigit, qui luxuria stimulati, castam Ioachimi vxorem conati sunt deperire: ipsæ namque eademque arbores, quas ad operiendum, tām Luxuriæ, quām falsi testimonii crimen vocauerunt in testes, perpetrati ab ipsis facinoris, steterunt detectores; nam cum vnum tantum peccaminosum cum adolescentे congressum castæ Susannæ imponunt, quem sub arbore commisisse dicunt, de arboris specie interrogati, vnuſ dixit *sub schino*, alter verò *sub pino*. Vndè ex ipsarum arborum diuersitate, quas ad facinus suum tengendum elegerunt, eorum mendacium fuit exploratum, & manifestum; vt noster Lyra supra locum annotauit dicens. *Recte de arborum, quas ad facinus perpetratum operiendum assumpserunt, circumstantiis interrogatur, quia ex ipsis appareat falsitas eorum, & contradic̄io.*

Maximè dubitatur ab Authore glosæ de fundamento, & causa, ob quam sanctus Euāgelista Matthæus, enarrans Christi humanam generationem, perueniensque ad Dauid dixerit. *Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ.* Cūm potius (vt videtur) dicere debuerit. *Dauid autem Rex genuit Salomonem ex Bersabéth:* Apposito expressè potius mulieris nomine, ex qua Christus traxit originem, quām Vriæ, qui ad eiusdem Christi genealogiam non spectabat. Scio communiter ad hoc responderi ita Euangelistam fecisse, vt peccatum Bersabéth aliquiliter regeret, illā nō proferendo ex nomine. Sicut & Lucas item Euangelista se gessit in enar-

randa Magdalena conuersione dicēs. *Ecce mulier, quæ erat in Civitate peccatrix.* Vbi quia peccatricem dixit, nomen non posuit. Alia tamen via incedit supra citatus Author, & ita factū fuisse ait, vt illud ipsum, quod Dauid assumpserat, in sui sceleris tegumentum, nempè Vriæ mortem, idem scelus patefaceret. Vbicumq; enim nomen Vriæ auditur, statim Dauidis scelus memoratur: appono Authoris verba. *Silentio nominis mulieris, quod turpe est tegitur: nomen autem occisi viri ponitur, ut immanitas sceleris memoretur.*

Cūm idem Euāgelista Matthæus, memorabili illud Magdalenę factū referret, pretiosi nempè vnguēti vas fractionem, & super Christi caput effusionem dicens. *Attulit alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis:* Statim annexit. *Discipuli indignati sunt dicentes. Ut quid perditio hec vnguenti facta est? potuit enim vnguentum istud venundari multo, & dari pauperibus.* Cūm autem eundem euentum Ioannes Euāgelista refert, indignationem, quam sanctus Matthæus de omnibus simul Discipulis affirmauit, soli Iudæ attribuit dicens. *Dixit unus ex Discipulis eius Iudas Scariotis. Quare hoc vnguentum non vendidit triginta denariis, & datum est egenis?* Quis hæc Iudæ verba audiens, in eius pectore intimam pauperum commiserationem residere non putaret? Quid autem idem Ioannes, ex illis intulerit (quæſo) ad uertite. *Dicit hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat.*

Bone Deus! Quomodo sic sinistrè de Condiscipulo sentit, & loquitur Euāgelista Ioannes? Quomodo murmurationem, quam Matthæus cunctis Discipulis tribuit, de uno solo Iudæ protestatur? Quomodo ex verbis pauperum, commiseratione plenis, fortunam infert, & latrociniū dicens: *Dixit hoc, quia fur erat, & latrō.* Ad pri-

Ambros. ubi
supra.

Daniel. 13.

Ibidem.

Lyra ad huc
locum.

Matthæi 1.

Dubitatur
de dicto Mat-
thæi.

Solutur du-
bitū lex Lu-
ca sūi Euā-
gelii ex c. 7.

Solutur 2.
eadem dubi-
tio ex glossa
ordinaria ad
cap. 1. Matt.

Matthæi 26.

Idem ibid.

Ioannes 12.

Dubium ex
Matthæi, &
Ioannis ver-
bis exortū.

solutior ex August. ad cap. Ioann. 12. primum respondet Augustinus dicēs; *Quamquam omnes idem dixerunt, non tamē eodem animo.* Benē quidem, & ad nostrum intentum valdē accommodatum; auaritia namq; infectum Iudas habebat animum, quem pauperum commiseratione operī curabat. Ita planè; ipsa ergo pauperum commiseratio, quam in sui sceleris tegumentum Iudas assumpsit; ipsius sit sceleris adeò euidens argumentum, vt ex illa inferat Ioannes latrocinium manifestum dicens. *Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum; sed quia surerat.* Sic de euentu iudicauit Chrysostomus dicens:

Quod Iudas sub pietatis obtentu reprehendit, eius auariciam manifestat.

Ipsa se prodidit cæca impietas ex Pte. Chrysol. firm. 174. Videur inesse contradicō. in his Chrysol. verbis, si cū verbis Bedæ cōparetur, quæ habet ad ea. Marci 6.

Adæquatam huius doctrinæ probacionem desumpsit S. Pater Petrus Chrysologus ex hoc (de quo agimus) Herodis, & Herodiadis facto dicens. *Quid agit incauta, & cæca semper impietas! omnes Herodes euocat testates, ut innumeros criminis sui testes assumat.* Pensate verba; videntur enim inuoluere repugnantiam, si præsertim cum illis conferantur, quæ habet Beda, dum loquitur de eodem euentu: *Vt (inquit) opportunitatem decapitandi Baptistam inueniret Herodes, fecit Principibus, & tribunis, & primis Galilea grande conniuinum.* Si igitur, vt scelus suum cohonestaret, coenam fecit, & Principes aduocauit (vt Beda testatur) quomodo ait Chrysologus, illos omnes vocasse, vt innumeros sui sceleris testes assumeret? Adiuicem ne contrariantur Patres? Minimè quidem: loquitur namque de Herodis intentione unus; alter verò de rei euentu: animo tegendi, & cohonestandi scelus, quod perpetrare decreuerat; omnes illos viros aduocauit Herodes (vt Beda testatur) sed aliter euenit; nam vt ait Chrysologus, quos cæca tyranni impietas vocauit, vt tegerent, detegerunt, fue-

B. *Ioann. ibid.* runtque facinotis testes, præcones, ac detectores, quod Petrus Chrysologus indicans ait. *Omnes euocat purestates, ut innumeros sui criminis testes assumat, testis & ipse criminis sui, sui facinoris accusator.* In quem etiam sensum addit Chrysologus Herodem alloquens, & Herodiadem. *Nunc Ioānes toto orbe clamat, totis seculis facinus vestrum cunctis refert, & ostentat in gentibus.*

C. *CIRCA ILLA SACRI contextus verba, Mat. 11.*

D. *Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi: mittens duos de Discipulis suis, ait illi. Tu es qui venturus es, an alium expellamus?*

E. *ANNOTATIO II.*

F. *Vnusquisque Christianus tenetur ex debito honorem suum in discrimen ponere pro Christo, qui suum pro nobis toties in discrimen posuit.*

G. *M*ultum cōtrouertitur inter Sāt̄os, & Patres de intentione, & animo, quo hāc Baptista legationem ad Christum per Discipulos miserit; quamquam enim omnes ferè conueniant in hoc, quod de Christi persona Ioannes non dubitauerit, dubitant tamen, qua intentione fecerit. *Omnes ferè dixi.* Ut vnum excipereim Tertullianum; qui lib. de Baptismo cap. 10. & lib. 4. contra Marcionem cap. 18 à reliquis Patribus discedēs dubio Ioānem de Christo animo hanc ad eum legationem per Discipulos miside aſſerit.

H. *Omnibus (circa hoc S. Patris Gregorii opinio nota est, qui Ioannē Christū verū Messiā esse nō dubitasse ait,* s. Greg. de re opiniō ho. 1. in Ezech. & 6. in Euāgel.

I. *E sed*

Petr. Chrys. sol. firm. 173.

Idē ser. 174.

Controver-
titur de Ioā-
nis legatio-
ne.

Apponit

Tertulliani

sententia lib.

de Baptismo

cap. 10. &

lib. 4. contra

Marcionem

cap. 18.

sed quod vtrum is ipse , qui de cœlo ad terram venerat , etiam ad inferni claustra aperienda descenderet, ambigebat ; cuius hæc sunt ipsissima verba. *Ioannes venisse in terris Redemptorem nouerat ; sed an per se ipsum ad aperiendum inferni claustra descenderet , ignorabat.*

Eiusdē sūt o-
pinionis Hic
ironymus, Be-
da, & Ambro-
sius, ad 2. ca.
Luca.

A Eandē amplexati sunt loci expositionem Hieronymus, Beda, & Ambrosius, quorū posterior, Ioannis potiū in Christum pietati, quām ignorantiae legationem hanc tribuendam esse ait. Satis enim fecisse Christum pro hominibus iudicabat, in eo, quod carnem sumpserat; quod verò & pro eisdem moreretur, tanto Redemptore iudicabat indignum. *Non tanquam dubius, (inquit Ambrosius) sed tanquam pius Vates;*

quem venisse crediderat, moriturum non credebat.

Ponitur Am
brosii fun-
damentum.

Chrysostomi
de loan. lega-
tione opinio,
hom. 37. in
Mattheum.
Sequuntur Hi
larius ad ca.
1. eiusdem
Matthaei, &
Cyrillus lib.
2. Thesauri
cap. 4.

Esaia 35.

Optimè quidem, & piè à Patribus relatis(vno excepto Tertuliano) dictū esse puto; omnem tamen(meo faltem iudicio) dubitandi occasionem tollūt Chrysostomus, Hilarius, & Cyrillus, qui omnes vnanimiter asseuerāt, idē Ioannem cum maximo suæ authoritatis discrimine, hanc per Discipulos suos ad Christum legationem misisse, vt ipsius Christi potentia , ac virtus, tam apud ipsos, quām apud reliquos omnes innotesceret ; & quod iste is esset Propheta cunctis gentibus exoptatus, & de quo scriptū erat, quod aperiret cæcorum oculos ; quod mutorum linguas dissolueret , & quod claudorum gressus dirigeret, & reformater incessus: *Ideò (inquit Chrysostomus) Ioannes per Discipulos Christū interrogat, non ut discat, sed ut ipsi vi-*

D *dentes opera Christi, illi fidem adhibeat,*
& verum esse Messiam Dei filium agno-
scant.

Optima quidem, pia, & vera interpretatio! Neque aliter de Ioánis animo iustum fuit sentire, qui Christum ardēti adeò amore prosequebatur, &

qui ad hoc venerat, vt de illo testimoniū perhiberet, ut omnes crederent per illum. Immò iustum . & rationi consentaneum fuit existimare de loanne; quod postposito illo (quod sinistrè fieri potuit) de propria autoritate iudicio , honorem suum in discrimen induxit , vt Christi honor, eiusque virtus, & diuinitas apud homines innotesceret, quod non Ioanni tantum, sed omnibus incubit Christianis; honorem nempè proprium, pro Christi honore in discrimē ponere, qui toties honorem suum in discrimen induxit B pro nobis, vt infra posita loca manifestissimè comprobabunt.

Ex itinere fatigatus, sedebat Christus ad Samariæ pütum , solus erat, (abierant enim Discipuli in Ciuitatem, Ioann. 4.

vt cibos emerent,) vt Euangelista Ioánes suæ historiæ Euāgelicæ in cap. 4.

diligēter annotauit. Venit mulier ha-

rire aquam, quam vbi primum Christus aspexit, longū cum illa sermonē exorsus, ait. Mulier da mihi bibere. Di-

gnum equidem factū, quod diligēter expédatur; sicut illud Rabanus expē-

C *dit, dicens. Iure mirabantur Discipuli, Raban. ibid.*

quod solus loqueretur cum sola, qui adeo erat de sui animi probitate sollicitus, & zelotypus de honestate : & statim respōdens idē Rabanus ait. Charitate duæzus mulieris salutem propriæ authoritati, & Discipulorum rumoribus anteposuit ; ac si diceret: nimia (vt ita dicamus) charitas, qua peccataricis mulieris salutē exoptabat Christus, ipsum ad eius colloquium (omni postposito authoritatis, & honoris respectu) insitauit.

In altero eiusdem Christi seruato-

ris facto adinuenit idē Rabanus istius doctrinæ fulcimentum: in illo nempè

quod Matth. 15. & Marci 8. Chri-

stum fecisse referunt; cum ex paucis

panibus, & pisciculis minimis multa

millia hominum satiauit; nam (vt

vterq; Euāgelista aduertit) Discipulos inter-

Anteponen-
da est corri-
dētiū dictis,
& rumoribus,
proximi-
morū salus.

Raban. ibid.

Matth. 15.
Marci 8.

interrogauit dicens: *Quot habetis panes?* Ponderat interrogationem præfatus Pater, & admiratur, quod apud tam ingentem hominum multitudinem, adhuc in fide hæsitantium, Christus de panibus interroget, ac si omnino ignoret, aut eum quidquam lateat; poterant enim inter se dicere, qui eum ut Messiam Dei filium sequebantur: fallimur equidem; fallimur; nam si esset Dei filius, sciret utique quot habent Discipuli panes, nec illi opus esset interrogare; similemque intulit apud Lucam Pharisæus illustrationem, cum eudem Christum à pectaculi muliere tangi permettere cōspexit dicens. *Hic si esset propheta, sciret utique qualis est mulier, quæ tangit eum.* Non latuit (responderet) hoc Christum neq; latere potuit; sed in discrimen propriam autoritatem, pro Discipulorum informatione, inducere non veretur. *Ad Discipulorum potius informationem, quam ad se ipsum attenit Christus.*

*Hiero. ad c.s.
Matthæi.*

Non debent proœctiones spernere, in rebus arduis infirmiores consulere. Obseruauerat etiam Hieronymus ante Rabanum obiectionem, & clarioribus adhuc verbis soluerat dicēs. Ideo interrogat, ut Discipulis, qui gentium Magistri futuri erant, tribuat documentum, non spernere cum minoribus consiliari, & de agendis quandoque eos consulere. Anteposuit itaque Christus Discipulorum commodum honori proprio, neque ad se sequentium opiniones attendit, dummodo Discipuli sui de agendis instruātur: eadem intentione ait Hilarius misisse Ioānem Discipulos suos ad Christum, cū propriæ authoritatis discrimine, ut scilicet ipsos ad veri cognitionem Messiae dirigeret, nā talia miracula fore Christum coram eis operaturum confidebat, ex quibus ipsi, in illo, Dei virtutē, Deiq; sapientiam agnoscerent, & intelligerent. Ioannes (ait Hilarius) non sue auctorati, sed Discipulorum ignorantia consulit.

Optima (fateor) est Hilarii de loā-

A nis legatione sententia; sed præcipuum, & adæquatum istius legationis intentum non attingit, quod iam superius tetigimus ex Chrysostomo, ut scilicet occasione præberet, qua Christi virtus innotesceret: & dum miracula operaretur, omnes in eo cognosceret, impletum illud, quod de vero Messia fuerat multo antea per Esaiam Prophetatū. *Deus ipse veniet, & saluabit nos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc salvet sicut ceruus claudus, &c.*

Esiae 35.

*Iterū Ioānis
in legatione
examinatur
intentio.*

B ut autem hanc fuisse Ioannis mentem demonstremus, iterum aduersus eundem Baptistam cū S. Patre Ambrosio ad 7. cap. Lucæ iuuat argumentari, & ab eodem petere, atq; inquirere, qua animi intentione, hoc per discipulos suos à Christo quæsierit, posteaquam ipse de eodem Christo testimonium perhibens, illumq; digito ostendens, dixerit. *Ecce agnus Dei, ecce Ioannis 3.* qui tollit peccata mundi. Ex quibus Ioānis verbis dubitandi occasionem oriendi loco supra citato ait Ambrosius, dicens. *Aut insolentia est, ei tribuere digna, quem nescis, aut perfidia est de Dei filio dubitare.* Quasi si sic argumentetur Ambrosius, dicatque; supposito, quod Ioannes dixerat: *Ecce agnus Dei,* &c. & quod nunc per Discipulos interrogat, vnam ex duabus non potest calumniā euitare: aut insolentia scilicet, at perfidia. Optimè ad Ambrosii obiectionem respōdet Aymon dicens. Neque vnum, neq; alterum esse

C de Ioanne sentiendum; sed quod solum (vt dictum est) de promulganda, & propalanda Christi diuinitate curauerit. *Quidquid de se ipso ab hominibus sentiatur, non attendit, dum Christi nomen manifestare intendit.* Bene quidē; id enim fortassis sonant illa eiusdem Baptiste verba Ioannis 3. *illum oportet crescere, me autem minui.* Ut hoc fuisse in hac legatione Ioannis intentum clarius appareat, illum Hieremias locum capit. 33. maximè iuuabit

D *Ioannes cōsulit Dei honorem, ad propriū non attendit.* Aymon in Lutetiam. *Ioannis 3.*

E 2 expen-

Expenditur
Hieremix
locus cap. 33
& ostenditur
et eo Ioan-
nis intentio;
& mens.

Isaia 35.

Matthaei 11.
Suarius tom.
1. disp. sed.
4.

Nihilo fecit
Ioannes pro-
priā authori-
ta ē, vt pate-
faceret Chri-
sti diuinitatē

expendere, in quo agens Propheta de beneficiis, quæ venturus Messias in homines erat collaturus, in ipsius persona sic ait *Ecce ego obducam illis cicatricem, & curabo eos, & erit mihi in nomen, & laudem*: Qui quidem locus ad amissim coheret cum altero illo Isaiae loco superius adducto. *Tunc aperientur oculi cecorum, & aures surdorum patebunt, &c.* Ex iis enim, & ex similibus operibus, supra naturæ vires, in hominum commoda à Christo factis, erat illi laus, & nomen prouenturum; vt igitur eius nomen, & gloria apud homines innotesceret, omnesque indubitanter cognoscerent eum esse verum Messiam, verumque Deum, ac verè naturæ Authorem; cui obtemperat natura, & cedit infirmitas; occasionem offert Ioannes talia perpetrandi, quæ ipsum eūdem esse, quem diximus, indicarent; quidquid de se ipso ab hominibus sentiatur nō attendens, vt ex Aymone iam diximus. Ex eiusdem Christi seruatoris ad Ioannis Discipulos responsione, infert Suarius, eiusdem Ioannis hanc in euentiū fuisse mentem: *Ite, (inquit Christus) renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis. Quasi dicat (ait Suarius) vt me esse Messiam promissum cognoscatis, in me, & per me impleta esse, quæ de Messia prædicta sunt, considerate.*

Parui ergo (vel vt melius dicam) nihilo fecit Ioannes suam autoritatem in discrimen adducere, dūmodo apud homines Christi virtus, & diuinitas innotesceret, quod itē vniuersi Christiani facere tenentur ex debito, siccq; legimus fecisse quamplurimos, ex quibus vnum, alterumq; in medium proferemus.

Regū 2. in cap. 6. refert eontextus Sacer, quod cum Rex Dauid ex domo Obededom, in locū, quem paruerat, Dei arcāt̄ reduceret, antequā vniuersus populus, chorēas ducens plaudebat, quod ipse quoq; Rex, Regia auctoritate, & decore postposito,

accinctus ephot lineo ante arcā Domini totis viribus psaltaret. *David Regū 2. ca. 6.* (inquit sacra pagina) *percutebat in organis armigallis, & psaltabat totis viribus ante Dominum.* Rēs equidem admirabilis: & pensitatione dignus euētus' quis enim Regē per publicas plateas saltantem aspiceret, qui illum à mente exceccisse non iudicaret? Iudicauit equidē vxor eius Michol, illiq; exprobrauit in facie dicens. *Quā gloriosus fuit hodie Rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi nudatur unus de scurris.*

B Nihilo tamen honorem proprium in discrimen inducere fecit Rex; dūmodo Deo exhiberet famulatum; & eius nomen & gloriā exaltaret; vt lib. moralium 27. capiteq; 27. Magnus Gregorius obseruauit dicens. *Cū David arcā Dei in Hierusalē reuocat, admixtus populis ante arcā saltat, & se in diuino obsequio per saltum rotat: non potestatem Regni in memoriam reducit, non subiectorum oculis vilescere metuit, sed solum attendit ad exhibendum Deo honorem.*

Adducit Dauid in discrīmē, propriū honōrem, vt Dei nomen exaltaret.

Greg. moral.
lib. 27. cap. 27

C Iniungit Isaiae Dominus, vt Egyp̄tis, atq; Ethiopis duram, ad quam in Assyriorum manu, venturi sunt seruitutem, denuntier, eo quod eius nomen, & gloriam despicientes, boues, & ligna coluerunt, & quia adhuc student idolis, in scelere suo contumaces; sed quia diuinis verbis fidem adhibere omnino renūt, præcipit Deus Prophetæ suo, vt vadat discalceatus, & nudus, vt qui tot admonitionibus non parebant, tantæ saltem rei nouitatem resipiscerent. *Vade, & solue fācū de lumbis tuis, & calceamenta tolle de pedibus tuis: & statim addit contex- tū, & fecit sic, vadens nudus, & discal- ceatus.* Expendit locum Cyrillus Ale- xandrinus, & ait. *Quid hoc est pru- dens, & bene morigeratus Prophēta? Nudus per publicas plateas, in- cedere non verecundaris? Vbi il- la est pudicitia tua antiqua? Vbi autho-*

Isaia 2.

Ibidem.

Anteponit
Isaias Dei
honore pro-
prie autho-
ritati.

authoritas? Vbi honoris obserua-
tio? Vbi denique verecundia, quām
in corporis denudatione natura ad-
hibuit? non ad proprium honorem
attendis? nonnē omnes qui sic te in-
cedentem viderint, amentem, & insa-
num iudicabunt, quem antea corda-
tum valdē, valdē pudicū, & verecun-
dum venerabantur? & tandem respō-

*Cyril. Alex.
ed c. Isaiae 20*

dens Cyrus sic ait. *Prudens sanè vir,
& modestus, omnique virtute cumulatus,
Dei honorem, honori proprio, anteposuit;
Centonem, calceosque deponens, nudus
vadit, ut spectatores duri nouitatem ad-
mirati resplicant, atque despectis idolis
Deum colant.*

*Aug. ad cap.
Ioannis 3.*

Nouit S. Pater Augustinus hunc in Ioanne animum, & ad
hanc eandem intentionem, eius
exemplo nos prouocans, vt proprio
honorī, Dei anteponamus honorem,
sic ait. *Crescat in nobis Dei gloria, &
minuatur nostra.*

CIRCA EADEM VER- ba contextus sacri.

Matth. 11.

Ioannes in vinculis.

ANNOTATIO III.

In Regum impiorum aulis, & tribu-
nalibus, liberè veritatem proferre
nimis pericolosum.

*H*abet assertum hoc libri Sapien-
tiæ caput 2. suæ veritatis ful-
fimentum; vbi sic habet sacra pa-
gina. *Circumueniamus iustum* (seu
vt habet glosa) *Veracem, quoniam ini-
tis est nobis, & contrarius est operibus no-
stris; mproperat nobis peccata legis, &c.*
Contumelia, & tormento interrogemus
*eum, & videamus si sermones eius veri-
sunt.* Expendit S. Bertarius iniquum
hoc impiorū discursum, & ait. *Si ve-*

*rax, & (ut fatemini) infusus est, & liberè
A veritatē propalat, quid opus est eum de
veritate interrogare? Suppliciis afficiun-
tur mendaces, & qui veritatem occultat,
non autem qui sponte proferunt, & ex a-
nimō, & aliquibus quibus rem aggra-
uat interiectis sic concludit dicens.
Sed certum est, quia non idē facitis, vt Pii Indices
verum dicat, sed quia verū dicit. Opti-
mē quidem à Patre dictum, & euidē-
tissimē in Ioanne Baptista confirma-
tum, quem Herodes vinculis pressit,
nō vt verum diceret, sed quia verum
dixerat.*

*S. Bertarius
mart. dub. 57
in vita te-
stamentum.*

Super modum (mea saltem senten-
tia) exagerat, aggrauatque crimen
hoc, & execrabile scelus, quod impi,
præsertim Reges, in sibi vera dicentes
perpetrāt, locus ille 2. Regum in cap.
12. in quo refert sacra pagina modū,
quem Propheta Nathan sibi excogi-
tauit, vt Dauidi peccati sui nebula
obcæcati veritatem proponeret; non
enim ausus est illam corā Rege pec-
catore, & innocentis Viri mortis im-
pietate fædato, liberè, & nudè profer-
re, ne capite plesteretur, sed ouina
illam pelle contexit dicens. *Duo viri* 2. Reg. 6. 12.
*erant in ciuitate una, unus diues, & al-
ter pauper. Diues habebat boues, & oves
multas; pauper autem unam pauperculā,
quam emerat, & nutriterat, de pane illius
comedens, & de calice eius bibens, & in
sinu illius dormiens, eratque illi sicut filia:
cum autem peregrinus venisset ad di-
uitem, parcens ille sumere de oib⁹, &
de bob⁹ suis, vt exhiberet coniuium pe-
regrino illi, qui venerat ad se, tulit ouinem*

viri pauperis, & preparauit cibos, &c.

Expendit Iosephus in suo de antiqui-
tatibus Nathan Prophetæ discursum,
& ait. *Quid est hoc, quod facit veritatis* Expendit
locus à Iosepho in suo
de antiqui-
tibus.

*præco, & Dei nuntius? Præcipit illi Deus
ut veritatē dicat, Danidiq; facinus per-
petratum ante oculos ponat; ille vero et si*

ponit, pelle tamen ouina opertam ponit? Non equidem tamē insipienter agit;
si namq; veritatē Regi nudam propo-
neret, vel certè Rex nō audiret, vel si

*Veritas oui-
na pelle cō-
tecta, vt in
Dauidis aulā
intraret.*

Idem ibid.

audiret, ipsum vinculis alligari præcipiter, & necare, tanquam qui rem perniciosa, & prohibitam in Regias aulas inuixerat. *Nathan* (inquit Iosephus) *cum esset vir urbanus, & sapiens, & cogitaret, quod Reges, quando arguitur liberè, in iram cōcitantur, & amplius eam, quam veritatis iura respiciunt; intimationes quidem Dei tacere decrevit, & alia verba loqui disposita. Si ergo in Regis aula (quamquam peccatoris, non tamen impii) sic contigit veritatis nuntio; quid in aula iniqui, & impii Regis Herodis veritatis libero, & audaci propalatori contingit? Carceri proculdubio mācipabitur, capiteq; plectetur. Nōne testatur Marcus, cum ait? *Misi Herodes, ac tenuit Ioannē, & vinxit eum in carcere propter Herodiadē, &c.* Dicebat enim Ioannes Herodi. Non tibi licet habere uxorem fratris tui: Ecce (inquit Chrysologus) unde Joannes offendit, ecce unde Herodes furit.*

Marci 6.

Petrus Chry-
solog. ser. de
decollatione
Baptistæ.

Regū 3.c.22.

Ibidem.

Ibidem.

Sistitur aliquando S. Propheta Michæas coram Achâ Rege impio, & de euentu belli, quod inire cupiebat, interrogatur, qui liberè veritatem protestans, ait. *Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, quasi oves non habētes pastorem, &c.* Quod idem fuit, ac si apertius diceret Regi: Morieris in prælio, & reuertētur tui dispersi sicut oves sine pastore, & (paucis interie-
tis) adiecit dicens. *si reuersus fueris in pace, non est locutus in me Dominus.* Quid ergo Dei Prophetæ, qui veritatem coram Rege liberè protulit, statim contigerit, audiamus. *Accessit Seudecias filius Chanaanna, & percusit Michæam in maxilla, neque hoc tantum coram Rege iniquo accidit veritatis præconiūam iussit insuper Rex illū carceri mācipari, & cibi, potusq; inedia præmi, dicens. Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pa- ne tribulationis, & aqua angustiae.*

Nunc rationes illas, & causas (cum Epiphanio) iuuat expendere, quas A-

A massias Prophetæ Amōs ante oculos posuit, ne in Bethel, in qua Rex Iero-boam Regni sedem constituerat, veritatem (vt Dominus illi præceperat) prædicaret. In Bethel (inquit Amasias) non adiicias ultra, ut prophete; quia sanctificatio Regis est, & domus Regni. Ac si diceret, non bonum, seu conuenientem locum eligis, ò Amos, vt veritatem prophetando, & prædicando denunties: cum sit hic curia Regalis, & Regni domus. Admiratur Epiphanius, & ait. *Quid veritati erat impedimento, ut in sanctificationem non introire?* Insuper addo: erat ne excōmunicationis tābe infecta, & perpetua veritas? erat ne dolosa aliqua Regni exploratrix? & inimica aliqua dolorum artifex, excogitatrix, & inuentrix, à cuius damnis cauere expeditabat? Immo, si credimus Apoloniū, veritati potius, quam mendacio patere debet in regalē domum ingressus; cum illiberalis sit ista, & illa nobilis: *Mendaciu[m] (inquit) illiberalē est vitium; veritas generosa virtus.* Nonne regum gloria in veritate inquirendā, & obseruanda consistit? Sapiens equidem Rex ipse testatur, Proverbiorū 25. *Gloria (inquit) Regum, investigare sermonem.* Seu, ut ibi habet Laudunensis Ambrosius, *Perscrutari veritatem.* Nonnè (vt Athanasius obseruauit) multum conuenit Regibus veritatē in omnibus suis, tam belli, quam pacis Concilis adhibere in sociam, ut conseruentur, stabilianturq; Regna? Attendite, quæ dicat, consulatque Episcopus Athanasius Imperatori Cōstantino. *Veritatem (inquit) tibi in Cōctium adhuc, quæ Regum, & Imperatorum tutela est, cum qua Regna, & Imperia tutissimè cōseruantur.* Si igitur hæc vera sunt, quomodo ait Amasyas Prophetæ Dei Amōs, ne veritatem pro-palet? *In Bethel non adiicias ultra ut prophetes, quia sanctificatio Regis est, & domus Regni.*

Petamus ab Hebræo contextu dubii

Amōs 5.7.

Epiphan. de
vita, & in-
teriu[rum] Proph-
tarum.

Mendaciu[m]
illiberalē vi-
tium, veritas
virtus gene-
rosa, ex Apo-
lonio apud
Strobæum.
Proverb. 25.

Veritas Reg-
norū tutela
ex Athana-
sio in Apo-
logeticō.

Amōs 7.

Contextus Hebreorum in cap. Amos 7. bii huius solutionem, qui Deum, seu Idolum, cui Ieroboam suffitum exhibebat, quod colebat, & adorabat, *Ridicum*, seu *Ridiculum* appellatum fuisse testatur: Quod obseruans Signienis Bruno, consonanter, & adæquatè ad quæsumum respondet dicens. *Vbi pro Deo r̄isus, & scurrilas veneratur, nō datur veritati locus.*

Bruno Sig. dien. hom. 5. Quod ad Iouinianum scribens, de veritate affirmat Hieronymus, optimè corroborat Brunonis sententiam, est (inquit) *veritas, amara, rugata frontis, nō insatis.* Aborrebit enim aulici ab iis omnibus tribus veritatis proprietatibus, valdeque distat vnaquæque earum ab eorum propensione pro vnius pomi dulcedine infallibilis veritatis assertum dimiserunt aulici Paradysi terrestris, & dulcuratis cibis vtuntur Principes, non amari; veritas ergo amara cum sit, Principū, & aulicorum displicet appetitui, idè ligatur, ne regali adsit conuiuio. *Ioannis in vinculis teneræ, pulchræque, ac speciosæ puellæ Regum desiderantur in aulis, non autem anus senio iam confectæ, ac frontis rugatæ.* *Querantur Regi puellæ speciosæ, & mittantur, qui eas considerent per Provincias, & accipiant mundum muliebre, &c.* Ait contextus Sacer: Quomodo ergo veritati, quæ rugatæ frontis est, aditus patet in aulam Herodis Regis, qui Herodiæ pulchritudine illectus iucundabatur, ligatur immo, ne intret.

Matthaii u. 2. *Ioannes in vinculis.* Risui, hilaritati, comediis, iocis, & canticis studetur in aulis: quomodo ergo ibi sustinebitur veritas, quæ (vt obseruat Hieronymus) tristis est: ligatur immo, ne intret. *Ioannes in vinculis.*

Postquam Salianus, in suis Anna libus anno præsertim mundi 3124. Isabellis Regis Assyriorum filia, & Achab Regis Israelis vxoris detestanda facinora memorauit, & præsertim Dei Prophetarum occisionis mēsionem fecit; statim causam tanti scelle-

ris apponit, dicens. *Oc̄cidit autem illos, quia cum veri Dei cultores essent, locuentes vera, illam increpabant:* Optime Ambrosius super primam ad Corinthios; adducens enim ibi in medium impium lezabelis factum, ait. *Liberè, & sine adulatore veritatem predicantes, & gesta prævæ vitæ arguentes, non solum gratiam non habent, sed periclitantur apud iniquos Reges.*

Lege Senecam libro suo de ira, & adiuuenies evidentem huius as- ira. *B* ferti probationem. Narrat enim ibi, quod cum ausus fuerit aliquando Praxaspes verus Cambisis Regis Persarum minister, ei veritatem ante oculos ponere, quæ illi, totoque Regno conueniebat, dicens. *Noli te nimio perdere vino, o Rex, ne tibi, & ciuibus tuis perniciosus sis;* Illum statim capite plectere imperauerit, eiusque filium ad perpetuum exilium miserit: lege denique in eiusdem assumptioni comprobationem apud Herodotum in Thalia: Quid Panthaleoni acciderit, dum veritatem Lirimacho Regi proponit, qui sibi veritatem dicenti, illico oculos eruere præcepit, & perpetuis vinculis alligari. Sed quid de te plura? *Misit Rex Herodes, & tenuit Ioannem, &c dicebat enim: non tibi licet habere uxorem fratris tui, &c.* & tandem decollavit eum in carcere. Periculum equidem est, in Regum impiorum aulis veritatem dicere, ob supra positas rationes, periculose inquam, sed gloriose. ():-



CIRCA EADEM VER-
ba contextus sacri,
Matth. 11.

Ioannes in vinculis.

ANNOTATIO IV.

Propria commoda, respectus, ac personarum acceptores, fermè sunt veritatis satellites, non tamen alligant, si semel in peccatis recipitur ab omnibus turpi lucro omnino alienum.

IN huius argumenti confirmationem duo iterum loca asserre necesse est, quæ iam superiori annotatione allata sunt; quorum primus *is* est, qui Regum 3. cap. 22 continetur, vbi quid Prophetæ Micheæ coram impio Rege Achab acciderit, enarratur refertque sacra pagina, quod postquam pseudoprophetæ, ut Regi mortigerarentur, prosperos bellorum exitus polliciti sunt dicentes: *Ascede, & iradet Deus Ramahot Galaa in manu tua;* Miserit Rex per nuntium vocare Michæam, ut quidquid circa bellorum evenitum sentiret, se coram proferret. Cū autem æquè, atque mendaces Prophetæ, nuntius qui missus ferat Regis animo, ac voluntati studuerit cōplacere; pro virili parte agens, veritatem in veri Dei Prophetæ pectori, vinculis nixus est alligare dicens. *En verba omnium Prophetarum uno ore bona annuntiant Regi;* quæ ergo te, ut sermo tuus ab eis non disentiat, loqua risque prospera. Nonnè vides, humaniusime Lector, impios istius nuntii contra veritatem conatus? Ex Regis beneplacito, compedes formare intētāt, quibus in pectori Micheæ veritas alligetur: Prophetæ tamen responsio nostrum verificabit acerūm. *Vi-*

Regū 3.c.22.

Ibidem.

*Nihil pertinet ani-
mus, ab omni lucro alie-
nus.*

Auit Dominus, quia quecumque dixerit mihi Deus, hæc loquar. Expendunt locum Theodoreetus, & Eucherius; cōponitque Eucherius pseudoprophetarum animum mendacem, cum Micheæ vinculis alligati, in veritate proferenda integritate, & ait. *Pseudoprophetæ, adulatores, & fallaces Regi veritatem occultant, & prospéra pollicen-
tur, ut ab eo mercedem accipiant;* quod tamen Prophetæ Domini omnino facere recusauit, ita ut neque in faciem casus, neque carceri mancipatus illam aliquatenus occultauerit; sive solutior erat veritas in pectori Prophetæ Dei, vinculis alligati, quam in ore pseudoprophetarum, Regis benevolentiam, & eius fauorem caprantium, &c. Ita equidem: nullus enim respectus, commodum tempore nullū, nullius personæ acceptio veritatem poterit alligare, seu detinere, quominus liberè proferatur, si in pectori Christiano & ab omni lucro immuni, & alieno, residere contingat, ut in Michæa Prophetæ ostendit Theodoreetus dicens: *Propheta Theod. q. 163
Michæas, et si seruus Regis, qui ad eum in lib. Regi,
missus fuerat, præcepisset denuntiare bona,
non tamen induxit in animum, ut
per mendacium Regi gratificaretur, neq;
fauore Principis, voluit à veritate decli-
quare.*

B C *I*ubet Dominus Prophetæ Amos, ut vadat in Bethel (sicut ipse in suæ Prophetæ cap 7. testatus est) ut Iero boamo Regi Israel, imminentia in eū, & in eius Regnum supplicia propalat in facie: obedit Dei nuntius, & profectus statim ingreditur Bethel, *Amos 7.* verè Prophetans, & liberè veritatem propalans. Occurrit ei Amassias, quæ Iero boam idoli sui præfecerat in ministrum, & Dei Prophetæ ministrans ait. *Fuge in terram Iudæ;* & prophetabis ibi, & in Bethel non adiicias ultra, ut prophetes, quia sanctificatio Regis est, & domus Regni. Duo veniunt consideranda ex loco, & expendenda; fundamentum scilicet, & causa, quam Amas-

*Eucherius ad
hunc locum.*

*Solutior ve-
ritas in pe-
ctori à lucro
immuni, vin-
culis alliga-
to, quæ in ore
hominis li-
beri questu
studenti.*

D *I*deam. *T*uo in hoc
sacra Sciri-
ptura loco
penitenda-
rias

*Duo in hoc
sacra Sciri-
ptura loco
penitenda-
rias*

sias Prophetæ proposuit, ut se se à veritate propalanda cohiberet: deinde intentio, & animus, quo veritatis propalatorem impedire conatus est. Primum superiori iam annotatione expendimus; nunc expendamus secundum: quomodo scilicet possibile fuerit, ut Amassias veritatem in Dei Prophetæ pectore religare, & detinere intenderit, ad quem ex munere Sacerdotali, veritatē liberē dicere spebat: pensitauit, & adinuenit statim fundamētum Theodoretus.

Theodor. ad hunc locum.

Idem ibid.

Amittendi in te, cruciatur cupidas, & nihil intentatū relinquit, ut questui inferiatur.

Amassias, ne Rex, & populus, verbis veritatis commoti desinerent Idolum colere, & ipse interim quæstus occasionem amitteret. Optimè quidem à Theodoreto annotatum; nam vbi primum quæstus, & turpis lucri mediat desiderium, & intentio, statim veritas, vel exulatur, vel alligatur.

Aliquid amplius in loco adducto pensitauit Hieronymus: vnde nempe prouenerit Dei Prophetæ Amassiae minas parui facere, eius concilium respuere, Regisque indignationem incurrente non vereri? immò Amassiae ipsi in se ventura supplicia intimare dicens.

Amos 7.
Supplicia ventura in Regem, in populo, & in quæstuolum Sacerdotem liberè profert.

Tu dicas, non Prophetabis super Israel; propter hoc uxor tua in Ciuitate fornicabitur, & filii tui in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur, & in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua. Pensitat (inquit) factum Hieronymus, & ait. *Quomodo Dei Prophetæ Amassiae minis non territur?* Quomodo à veritatis propalatione non deficiat? Et statim respondens ait. *Veritatem loquuturus, statim à diuino spiritu mervit armari.* Munitur itaque, & armatur veritas in pectore à lucro immuni, & ab illo penitus alieno, ita ut à nemine valeat propulsari, retardari, aut detineri. Aureus in huius argumenti confirmationem locus est

ille Naziāzeni Gregorii oratione 23. vbi agens de iis, qui pro veritate tuenda labores maximos exanthlantes victores euaderunt, sic eleganter ait. *Talia habens veritatis propagatorum alimenta, ut propagacula; quos non tempus, non potestas, non inuidia, non timor, non accusator, non calumniator, non is qui palam oppugnat, non qui clam insidiatur, non aurum tirannus occultus, qui res peruerit humanas, non obsequia, non vincula, non carceres comprehendere potuerunt.*

Hierony. ad hunc locum.

Armata, & secura incedit veritas, in pectore virtutis à turpi lucio alieno

B Expendentes Rabanus, & Chrysostomus illum inter Christum, & Pilatum euentum, de quo Ioannes 8.

Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in Ioh. 18.

mundum, (inquit Christus, ante Pilatum vinculis alligatus,) ut testimonium perhibeam veritati. Cui statim Pilatus. *Quid est veritas?* Vtramque nostri asserti partem corroborant isti Patres, esse nempe respectus, & personarum acceptiones, lucrique cupiditates, veritatis satellites, à nullo

Ibidem.

C tamen eorum alligari, si in pectore ab omni lucro immuni tutetur, ac custodiatur. Primam asserti partem probat Chrysostomus expendens supra posita verba Christi: *Ego ad hoc natus ibidem sum, &c.* coram Iudice iniquo erat Christus religatus, à populo tradutus, & tanquam mortis reus accusatus, & tamen se veritatis præconem intrepide cōficitur, & absq; eo, quod de veritate interrogetur, veritatem propalat, & missis tunc reliquis, ad

D quæ in mundum venerat, humani scilicet generis redēptione, & diuinæ iustitiae satisfactione) solum ad veritatem attestandam, se natum, & in mundum venisse protestatur. *Quid hoc est?* (ait Chrysostomus admiratus) quis te nunc de veritate, pie Iesu, interrogat? ut tam affectuosè illi perhibeat testimonium, dicens: *Ego ad hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati,* & respondens ait. *Etsi millies Pilatus*

Chrysost. in Iohannem.

con-

Veritas à iudice iniquo non agnita contristaretur, & in Christum insurgeret, adhuc non diceret Christus, quae ille affectauerat, sed veritatem. Optimè quidē; quomodo enim vitæ Author, & veritatis assertor, metu mortis, veritatem non intrepidè propalaret?

Ioannis 18. Quid autem veritati iniqui iudicis contingat in pectore, à Rabano audiamus. *Quid est veritas?* (inquit Pilatus) quasi qui veritatem non solū non colit, sed qui eam neque ex vulnu cognoscit: idque respectu Cæsaris, in cuius honorem conspirasse Christum protestantur Iudei dicentes. *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris,* qui se Regem facit, contradicit Cæsari: audiamus Rabanum. Per hoc (inquit) quod non expectauit Christi responsum, quando de veritate interrogauit, manifestauit suum intentum; quia timore Cæsaris, & respectu Iudaorum, à veritate declinare decreuerat, dando sententiam

Respectu huic mani auctoris Christi crucifixi. Liberè equidē Christiani pectus veritatem profitetur; ligat autem illā, & abscondit studens lucro, & respectibus: respectu Herodiae ligauit Herodes Ioannem, veritatis præconem: attestatur Marcus dicens. *Herodes tenuit, ac ligauit Ioannem, &c.*

Isaia 59. Consonat quidem (meo saltem iudicio) cum iis, quæ dicta sunt, pensatio quædam doctissimi cuiusdā Lusitani ad illa verba capititis, Isaiae 59. *Veritas non potuit ingredi, & facta est in oblinionem.* Non enim de eo, quod quis obliuiscatur veritatis, admiratur Author, sed de illo miratur, quod Propheta antea dixerat. *Veritas non potuit ingredi.* Dubitat enim, vbi, & cur ingredi non potuit, de loco scilicet, & de causa: iurè certe de loco dubitat, in quem enim locum intrare non valebit illa, cui etiam patuit in infernum ingressus? Ergo errauimus à via veritatis, dixerūt in inferno damnati, Sapientiae 2. Est insuper regina veritas, ita appellata, & conclamata libro Esdræ 3. cap. 3. Reginæ autem

Patuit veritati in infernum ingressus ex lib. Sapientiae cap. 2.

Ezdra 3. c. 3.

A nullibi non patet ingressus: Iure etiam de 2. dubitat præfatus Author, non posse scilicet ingredi, cum eodem loco dicatur. *Magna est veritas, & præualet.* Si ergo adhuc in inferno præualet, & ingreditur veritas; quomodo, aut vbi intrare non potuit? Dubitationem, & litem dirimens ait Hector Pinckus. *Non potuit ingredi in pectus indicis iniqui, apud quem muncribus illaqueatur.* Pungit solutio, pensita, & accommoda.

B Probemus tandem, quod pectus Regium pectus veritatis asylum.

vbi refertur, quod excitauerint Darii aulici de re omniū rerum fortiori quæstionem: Non defuit, qui vinū inter res fortes, fortius existinaret: mulierem alter fortiorē iudicauit: Regi alter inter fortes primatum tribuit; alias denique veritatem omniū fortium attestatus est fortiorē. Re-

3. Ezdræ c. 3.

C gem Darium eligunt iudicem, qui sententiam proferens litem dirimat. Scribentes unusquisque suum verbum, signauerunt, & posuerunt subtus cervicalē Regis Darii, & dixerunt; cū surrexerit Rex, dabimus illi scripta nostra, & quodcumq; iudicauerit Rex é tribus, ipsi dabitur victoria. Quis quoq; nō suspicaretur deteriorandum esse, in præsenti euētu veritatis ius, cuius dispossitio erat in manu Regis, qui sibi potius, suoq; honori potuit consulere, quam veritati? Ne tamen timeas (ait Ioannes Chrysostomus) nam pectus Regium asylum est veritatis. Exitus probauit euentum: in hanc enim formā protulit sententiā Darius. *Magna est veritas, & præualet.* Audiamus os di. aureum. Ministris (inquit) Regis Darii de præpositis quæstionibus certantibus ventum est usque ad sententiam Regis, & tandem iudicio Darii, & omnium Principum eius pronuntiatum est: fortior est veritas: plus enim voluit veritati assentire, quam ad proprium honorem at-

Ibidem.

Ioan. Chrysostomus. soft. ho. 1. ope-ris Imperforatus.

tendere. Nouit Ambrosius adæquatam huius asserti probationem in A loanne Baptista pro veritate profetæ, vinculis alligato. Potuit (inquit) Ioannes tacere Herodis crimen, nisi indecorum sibi iudicasset mortis metu verum non dicere.

CIRCA EADEM SANCTI Euangelii verba, Matthei II.

Ioannes in vinculis.

ANNOTATIO V.

Veritatem, quam Deus liberam esse voluit, vinculis alligare non solum iniustum est, sed etiam iniquum, & impium.

IMpietatis panē appellauit Sapiēs, C Prouerb. c. 4. illum, quo aluntur improbi. Comedent (inquit) panem impietatis. Ut autem ostenderet, quinam esset impietatis panis, dixit cap.

Prouerb. 20. Saa in Scho-
lii ad ca. 20. Pronerb.
Salazar in
Prouerbia. *20. Suavis est homini panis mendacii. Sed adhuc neque qui sit panis impietatis, neque panis mendacii appetet ex di-
ctis: clarè tamen ostendit glosa, quæ habet. Panis mendacii; id est panis impietate partus: ac si diceret; omnis ille panis, qui aliqua impietate comparatur, aut iniustitia, verè dicitur panis mendacii, quia, (vt ad caput vigesimū, eiusdem Prouerbiorum libri modernus quidam obseruat Author.) Omne (inquit) mendacium impietas est mani-
festas.*

Omne mendacium est impietas. Dubitatur de afferto, & confirmatur ex Cayetano infra citato. *Expendo nūc ergo Authoris respo-
sionem, & interrogo; quid commune habeat cum impietate mendacium? aut in quo ita vniuocè conueniant, vt omne mendacium sit impietas? Si enīma (vt Metaphysicè loquamur)*

diuersitas actus, à diuersitate obiecti desumitur, diuersa hæc vitia sensenda sunt; impietas siquidem idolatriā respicit; mendacium vero respicit falsitatem; falsitas autem, & idolatria non sunt idem; dubium tollit, itemq; dirimit Cayetanus, & ait, idem esse mendacium, atq; idolatriam, idemq; In Deū veri atque idolatrare, mentiri; cum enim mendacii officium sit veritati iniuriā irrogare, illamque quasi quibusdam vinculis alligare, Author autem veritatis Deus fit, in Deum veritatis citato.

BAuthorem peccat, qui mendacium profert, ex quo (ait Cayetanus) fundamento: *Omne mendacium est impietas.*

Alteram insuper addit idem Cayetanus rationem, ob quam omne mendacium sit impietas: est enim (inquit) mentiri, denegare hominibus illud, quo indigent per quam maximè; neque solum hominibus, sed patriæ, quæ communis mater est, id mētiendo denegatur, quo viuit, & sustinetur; negare autem proximis, & parentibus id, sine quo viuere non possunt, impietas est manifesta. Audiamus Cayetanum. *Impietas (inquit) contraria est pietati, quæ Deo, proximis, patriæque debetur: vnde qui illis veritatem occultant, mendaces dicuntur, & impii.*

Nunc patebit fundamentum, quo ductus Laudunensis Ambrosius, in sua interlineali, super illa Isaiae verba cap. 58. *Dissolue colligationes impietas, hæc posuerit. Disrumpere vincula mendacii.* Quia scilicet nihil, (post veri Dei cultus abnegationem) impius esse potest, quām proximis, patriæque veritatem denegare, qua viuunt, & sustinentur. Ex quibus omnibus profectò patet, quod tam conuenienter impii cognomen Herodi competitor, quia veritatis præconem vinculis alligauit, atque eius patri, cui quia innocentes occidit, impii Ecclesia dedit cognomentum dicens.

Hofstis

Assignatur altera ratio ex eodē Cayetano, ob quā impius sit omnis maxime dax.

Cayetan. in epist. ad Rom.

Isaia 58.
Interlin. ibi.

*Hoc Herodes impie
Christum venire quid times, &c.*

Habet præsens assertum in epist.
1. ad Romanos cap. 1. quoddam
validissimum fundamentum, vbi sic
habet gentium Doctor. *Renelatur ira
Dei de Cælo super omnem impietatem, &
iniustiam hominum illorum, qui veri-
tatem Dei in iniustitia detinent. Expé-
dit locum idem Cayetanus, & ait. Cur
veritatem detinere, iniustiam simul, &
impietatem vocat Apostolus; cum solū
iniustiam appellare sufficeret? nam ali-
quem absque culpa in carcere detinere,
iniustiam tantum communiter appel-
lamus.* Optimè respondet Origenes
ad quæsumum, quamquam ad præsens
intentum non omnino accommoda-
tè. *Impietas (inquit) in Deum peccare
est, iniustia in homines; in Deum ergo,
& in homines peccat, qui veritatem oc-
cultat.* Quasi si dicat Origenes. Ideò
totam mendacii perniciem solo in-
iustitiæ vocabulo, se non indicasse
exilimauit Paulus; quia qui veritatē
detinet in pectori, quam proferre de-
buerat; non solum in homines pec-
cat, sed etiam in Deum veritatis Au-
thorem qui dē se ait. *Ego sum veritas.*

Sicque quatenus vitium hoc Deo
opponitur, impietas est, & in quantū
hominibus, quibus aperienda erat ve-
ritas occultatur, iniustia dicitur.
Optimè responderet (vt dixi) Origenes
dubitacioni Cayetani; sed non omni-
no cōformiter asserto proposito: adæ-
quatè tamen Augustinus de verbis

Domi ni impu, & iniusti (respondet
Augustinus) *verè dicuntur, qui veritatē
detinent, quia illi iniuriā faciunt, vimq;
inferant, dum impediunt, ne exeat in lu-
cem, & ad effectum. Audiamus tandem
Cayetanum, ille enim propositum lo-
cum extricabit, & in nostræ senten-
tiae confirmationem adducet. Quæ
maior (inquit) impietas esse potest, quæ
alligare veritatem, quæ principiū magna
virtutis est, & regina?* Nonnè Regi-

*Paulus ad
Rom. 1.*

*Expenditur
locus Pauli
a Cayetano.*

*Origen. ad lo-
cum Pauli.*

Ioann. 14.

*Aug. de ver-
bis Domini.*

*Cayetanus
ad Pauli lo-
cū superiorius
appositum.*

Anam insontem vinculis alligare ma-
xima esset impietas? Impii ergo iure
dicuntur, qui reginam veritatem al-
ligant & occultant. Vnde impium, &
iniustum simul dicamus Herodem,
qui veritatis præconem vinculis alli-
gauit.

.....

CIRCA EADEM SA-
cri contextus verba,

Matth. 11.

B
Ioannes in vinculis.

ANNOTATIO VI.

*Fortior, & glorioſior ſemper fuit ve-
ritas alligata ſoluto mendacio.*

Adiuenit Iustinianus Lauren-
tius in ſuo de triumphali Chri-
ſti agone propositi aſſerti adæquatam
probationem in eo, quod gladiis, &
fūſtibus, armatisque militibus conti-
git, qui ad Christum veritatis Autho-
rem cōprehendendū, & ad alligandū
venerant, qui ad illius tantum vocē
retrorsum abierunt. *Quærerit enim ibi*
Laurentius; *quid fieri potuerit, vt cū*
tot eſſent, totque armis commoniti,
& antequam Petrus gladium exeme-
rit, ad vnius tantum hominis vocem:
(non enim Deum ſimul credebant)
ad quem vt reum alligandum vene-
rant, animo deficientes, ac stupefacti
in terram caderent? nonne ipſe ab eis
ita iam erat circuncinctus, vt euade-
re omnino non posset? nonne ipſi ar-
mis accincti, ipſe verò omni prorsus
præſidio deſtitutus? Quid igitur ti-
ment? Quid trepidant? Quid pedem
referunt? & quid in terram cadunt?
& respondens Laurentius ait. *Verita-
tis vocis, tanquam tonitruo perterriti, re-
trorsum abierunt.* Et quidem optimè:
præualet enim veritas impetita, om-
nique

*Matthæi 26
Vnde Chri-
ſti cōprehē-
ſoribus tan-
tus paor, vt
abierent re-
trorsum.*

*Iustinianus
Laurentius de
triumphali
Christiago-
ne.*

nique præsidio destituta, in mendacium armis commonitum, & fultum.

Dñ Nazianzenus Gregorius cuen-tum illum considerat, quem superio-ri annotatione ex Esdra retulimus, in quo contra mulierem, Regem, & vi-num, veritatem præualuisse mōstra-uimus, quæ omnia in mundo fortissi-ma reputantur; vehementer insultat, aitque. *Omnium etenim quemadmodū*
& Esdra, ita & mihi veritas videtur
fortissima. Quod idem est, ac si dixe-
rit, in eandem cum Esdra sententiam
venio, circa veritatis vim, & potentia-
super omnia, quæ in mundo fortissi-
ma reputantur: additque statim idem
Pater. Veritas enim neque tempore vin-
citur, neque amicitia flectitur, neque mē-
dacio retardatur.

Expendamus cūdem, quem semel, ac iterum iam retulimus apud Esdrā veritatis euentum, & cum euentu Baptistæ vinculis alligati componamus: insurrexerunt, (vt ita loquamur) in euentu illo, in veritatem, mulier, vinum, & Rex; in isto item, Rex, mulier, & vinum, in veritatis præconem; regali enim in conuiuio, vbi vinum abundabat mulieris interuentu, Ioannes, qui iā vinculis alligatus erat, occiditur: & ex utroque euentu, veritas viætrix eiusit; præualuit enim illuc in Regem; hic in Regem, in vinum, & in mulierem, vinculis alligatus, & capi-te diminutus Ioannes veritatis præco præualuit: Innuit Pater Petrus Chrysologus, dum Ioannis caput super omnes conuiui dapes appositum conté-platur, aitque. *Venit Ioannes, ut Index,*
in tribunali resplendens, & ut qui arguit
adulterium, ut exponeret, & damnaret

Iudem Chrysologus, sol. ser. 174.
Marci 6.
Homicidium: Hæc Chrysologus; qui
alibi eundem Herodem alloquens, &
ex suis ipsius verbis cōuincens. (Quæ
ego decollauī Ioannem, hic surrexit à
mortuis, & virtutes operantur in eo,) sic
ait. O Herodes quid egit gladius
tua? crudelitas tua, quid profecit? quo
procescit impietas tua: si (ut ipse dicas)

A reddit ad vitam, qui furore tuo putaba-tur occisus? Quasi diceret; inualuit equidem, inualuit in te (vt tu ipse fa-teris) præco veritatis: si namque post tui gladii districcionem adhuc viuit, & tuum, ac Herodiaz arguit, con-demnatque adulterium; in te, in Re-gio folio residentem, ipse præualuit religatus, & insurgit occisus: ita pl-a-nènam contra solutum mendacium præualeat veritas alligata: & capite Veritas alli-gata condé-nat impiorū nequitiam.

In eiusdem asserti confirmatio-nem valdè ingeniosus est locus a-pud Nazianzenum oratione decima-nona, si attentè pensitetur; postquam enim ibi multa dixit de intrepida animi constantia, qua sanctus Cy-prianus martyr in exilium relega-tus martyres per epistolas adhorta-batur, & veritatem publicè, ac in-trepide proferebat. Eundem Petram Nazianzen-orat. 19.
marinam vocat, dicens. Postquam Cy-prianus aggressionem omnem, tentatio-nem viriliter, ac generosè repulisset, non fecis ac petra marina incursions aqua-rum; tandem in exilium à Decio pulsus est. Non equidem statim apparerat ra-tio, & fundamentum, quo duetus Nazianzenas, diuum Cyprianum ma-rinæ petræ similem dixerit; eo præ-fertim tempore, in quo pro verita-tis promulgatione vexabatur. Rem tamen facile assequeris, si aduertas, quod petra marina radicata, & ligata, tumentibus, & solutis fluctibus

D resistit immobilis, ac præualeat in quoscumque, ad ipsam namque al-lisi franguntur; at petra semper integra perseverat: Quod itidem con-tingit veritatis propugnatori, qui etsi à veritatis detractoribus, & im-pugnatoribus continuò impetratur, in omnes præualeat; strident ipsi den-tibus, in eum insurgunt, inuadunt, veritatis tamen prolator, ipsis defa-tigatis, & confusis, victor euadit. *Iudas Tha-daus in epist.*
Ioanni vinculis alligati Herodi, &

F Hero-

Nazianzen.
*orat. undeci-
 mas.*

Idem ibid.

Præualuit
 Ioannes ve-
 ritatis præ-
 co vinculis
 alligatus, in
 Regē, in vi-
 num, & in
 mulierem.

Petr. Chry-
 sologus.

Marci 6.

Iudem Chrysologus, sol. ser. 174.
Marci 6.

Præualuit
 Ioannes oc-
 cisus in He-
 rodem viuū

Veritas alli-
 gata conde-
 nat impiorū
 nequitiam.

Nazianzen-
orat. 19.

Veritatis af-
 fector, cur
 marinæ pe-
 tra compa-
 ratus, ex Na-
 zianzeno, vbi
 supra.

Herodiæ veritatem liberè proferéti,
venustè satis applicari potest simili- A
tudo , si præsertim attendatur ad id,
quod in sua Canonica de inordinate
conuiuantibus Iudas Apostolus scri-
ptum reliquit : *In epulis (inquit) suis
maculae conuiuantes , sine timore semeti-
psos pascentes , &c. Fluctus feri maris
dispumantes suas confusiones : vel (vt
habet noua translatio) vnde feremar-
ris dispumantes sua ipsorum dedecora.*
Quid (quæso) ex his quæ Iudas hic
dixit , Herodi , & Herodiæ non com-
petit ? Inter conuiuandum in Baptistā
vinculis alligatum insurgunt , & tan-
quam fluctus feri maris in ipsum in-
surgendo sua ipsorum scelera dispu-
mant , id est , propalant , ac manifestat ;
præualet tamen marina petra contra
fluctus tumescentes , & viator euadit
veritatis præco contra adulteros in
ipsum insurgentes .

Iuuat ad calcem huius annotationis , in eiusdem comprobationem do-
ctrinæ afferre locum illum Abacuc
3. in quo ad literam agit de Christo
manibus , pedibusque cruci affixo , &
religato .

*Cornua (inquit) in manibus
eius . Vbi secundum diuum Hierony-
mus) vtitur Propheta figura Hippala-
ge atque illa est , qua vtitur Psalmista ,
cum ait . In sole posuit tabernaculum
suum : id est , posuit solem in tabernaculo
suo : Vnde id ipsum vult dicere Aba-
cuc , ac si dicat . Manus Christi ligata
erant in cornibus crucis . Attende igitur
quid sequatur . Ante pedes eius ibit
mors , &c. Vnde hic est loci sensus .*

Etiam si inter cornua crucis manus
Christi ligatae essent , tamen ligatis
manibus in communes inimicos in-
ualuit . Neque mirū , quod præualue-
rit Christus , qui veritas est , ligatus , &
cruci affixus in communes inimicos ,
mendaces , & falsos . Præualet enim
veritas alligata in solutum
mendacium .

Noua trans-
latio ibid.

Marti 6.

Abacut 3.

Hieronymi
loci interpre-
tatio .

Psalm. 18.

Vbi supra .

Cruci con-
fixus præua-
luit Christus in com-
munes ini-
micos men-
daces .

CIRCA ILLA EIVSDEM
sacri contextus verba ,
Matth. 11.

Cum audisset Ioannes in vinculis
opera Christi .

ANNOTATIO VII.

Sonant in vinculis , & carceribns ope-
ra Christi , & ibi audiuntur ab iis ,
qui ob eius amorem sunt alligati ,
ideò patiuntur lati , ac ferunt con-
stanter , neque distrahabuntur mente .

O Ptima est in argumentum præ-
sens , obseruatio quædam mar-
ginalis , quæ habet Vatablus in scho-
liis ad Psalmum centesimum quartū , Psalm. 104.
vbi agitur de Ioseph , pro castitate
tuenda vinculis mancipato . Humilia-
ueront in compedibus pedes eius , ferrum
pertransiit animam eius , donec reniret
verbum eius . Hanc ponit præfatus
Author obseruationem . Tentata fi-
des , & perseverans præsentiam Dei ex-
peritur . Quod idem est , ac si diceret :
venditus , calumniatus , carceriq; mā-
cipatus Ioseph , & in fide Dei perse-
verans , eiusdem Dei præsentiam , au-
xilium , & prouidentiam in vinculis
expertus est in se , & circa se mirabi-
lia operantem . Testatur diuina veri-
tas , Sapientiæ cap. 10. vbi de eodem
Ioseph loquens sic habet . Descendit Sapien. c. 10.
cum illo in foueam , & in vinculis non
dereliquit eum , donec offerret illi sceptrū
Regni , & potestatem aduersus eos , qui
eum deprimebant .

Quærerit ad hunc Genesis locum
Aygulphus , vnde iuueni tradueto , &
compedibus alligato , tanta prouene-
rit constantia , tanta animi tranquili-
tas , tantaq; securitas ? & respondens
idem Author ait : Benè quidē , & nō ad
insi-

Perseuerans
fiducia , Dei
auxiliū expe-
ritur .

Aygulph. Sa-
xon. in suo
vita Christi .

insipientiam illi; in se enim, & in vinculis, quibus perpeditus tenebatur, non A solum Regni sceptrum, sed Christi venturi triumphum praeuidebat, quod cruci affixus, de inimicis erat postea reportatus.

A sociat se Christus in carcere vinculis, & tribulatis.

Hæc ille. Vndē mirum non fuit Joseph adeò tranquillum esse in vinculis, vbi Dei præsentiam, & societatem experiebatur; qui cum ipso descederat in carcerem, & illum in eadem comitabatur. Idque de Ioanne dicendum pro veritate tuēda, & prædicanda vinculis alligato. Vndē plus de Christo, deque eius doctrina, & miraculis sciebat vincitus, quam Herodes regali in folio constitutus.

Genes. 39.
Joseph in carcere coniectus, vinculis alligatus, & inter duos Eunuchos constitutus, figura gessit Christi cruci affixi, & inter duos latrones collocati, ex Ruperto ad hunc locum.

Aliud in eodem Joseph vinculis alligato adiuenit Abbas Rupertus fundamentum ad præsens argumentum confirmandum. Figurasse nempe iuuenem hunc ferreis compedibus alligatum, & inter duos præpositos Pharaonis constitutum; (quorum unum saluandum prædixit, alterum verò damandum) Christum Dominum cruci affixum, & inter duos latrones constitutum, quorum unus salvatus, alter verò condemnatus est.

Ioseph (inquit Rupertus) inter duos eunuchos, quorum alterum sua interpretatione absoluit, alterum dñauit, figuram Christi gessit in cruce, inter duos latrones positi, quorum quidem alterum Paradyso destinauit, alter est aversus, & reprobatus. Ex qua tanti Patris loci interpretatione, iam vides (Lector humannissime) iuuenis alligati vincula, seu compedes Christi clavos, quibus cruci affixus redemptionis mysterium operatus est, figurasse, & tanto antea præsignasse, & indicasse, sonasseq; inter vincula martyrum, carceribus pro eodem Christo mancipatorum, eius opera mirabilia, ad quorum suauem concentum ipsi recreantur, & hilarescunt.

Compedes quibus martyres vincuntur, sunt tā-

ta ad quorum concentum eiusdem Christi opera perquam suauiter decantantur. In cuius rei confirmatione, optimus est locus ille Danielis in cap. 3. vbi refert sacra pagina, quod vbi primum tres illi pueri, Sydrach scilicet, Misach, & Abdenago, ferreis cōpedibus alligati in fornacem missi sunt, statim ad vinculorum concentum, Dei opera magnificare, & decantare cōperunt, dicentes. *Benedictus es Daniel. 3. Domine Deus Patrum nostrorum, & Laudabile, & gloriosum est nomen tuum in saecula; quia iustus es in omnibus, quæ fecisti, & universa opera tua vera sunt.* Attendite nunc ad ea, quæ circa locū istum S. Bertarius martyr obseruanda esse p̄sistauit. *Quomodo* (inquit) *ignis adiunctionem non sentiunt ut quomodo nō lamentantur de cruciatu?* *Quomodo lati inter crepitantes flamas intonant Dei laudes?* *Nisi quia flamarum crepitus, simul cum catenarum tinitu adeò suauē faciebant concentum, ut non solum pueros recrearet, sed etiā eos in diuinis laudes prorumpere incitaret?* *Sunt enim vincula, & compedes, ad diuinis laudes decantandas aptissima instrumenta: vnde de unoquoq; martyre pro Christo catenis alligato, illud Poëta congrue dici potest.*

Tibullus lib. Eleg. 2. Elegia ultima

Huc expectat id, quod in Apostolorum actis de Paulo, & Sila dicitur, qui cum essent Macedoniæ vinculis alligati, in interioremque carcerem detrusi, media nocte cōperint in diuinis laudes decantando prorumpere, ita ut ab omnibus audirentur. Media nocte Paulus, & Sila orantes laudabant Deum, & audiebant eos, qui in custodia erant. Hilarius ibi psallēdi verbo usus est dicens. *Psallentes laudabant Deum.* Iure quidem mirantur Hieronymus, & Cardinalis Hugo de successu, circa quem sic Hugo. *Quomodo Paulus cum socio, post tot verbera, vinculis alligatus, & carceris scalore*

F 2 mace-

*Hiero. ibid.
Hugo Cardinalis ibid.*

maceratus, diuinā laudes psallere potuerint, & statim causam assignā ait. *Christum secum simul alligatum agnoscabant.* Appono verba ipsissima. *Agnotuit Paulus cum Sila in vinculis Christi pedes cum suis simul alligari, & à suauī concentu, quem vincula à Christo tacta proferebant inuitati, diuinā laudes intonare cōperunt.* Iuuat Origenis obseruatio, qui ait. *Constituto in carcere mēbro mixtico, non est solutus à carcere, qui dixit. Cū ipso sū in tribulatione.*

Cant. 7.
Ad hoc idem argumentum confirmandum non parum iuuabit expēdere locum illum Cāticorum in cap. 7. vbi laudans sponsus spōsam suam, illiusque inculcans perfectiones ait. *Quid videtis in Sulamitide, nisi chorus castrorum?* Circa quem locum postquā desudarunt Patres, in varios sensus sunt dispartiti. Ego autē qui prolixitatem euitare exopto, id tantum circa pr̄fatum locum aduertā, quod pr̄sentī materiæ concernere iudicabo. Cōmuniōr loci sensus est (quamquam non omnino literalis) quod ibi per Sulamitidē, quæ pacifica interpretatur, intelligatur Ecclesia, de qua id iubet Christus considerare, quod nēpē sint in ea castrorum chori; mirantur de similitudine Expositores loci: videtur enim dissimilis comparatio.

Quæ enim cōuenientia reperitur inter choros, & castra, cū castra pugnatiū sint, chori autem, cantantium? Optimè ibi glosa. *Chorus Christi fidem decantando; castra usque ad mortem profide resistendo.* Ac si diceret, & chorus est Ecclesia, & castra simul; quatenus Dei laudes intonat chorus est; & quatenus impiis, & infidelibus resistit exercitus est.

Bene quidem; sed adhuc omnino non tollitur dubitandi ratio, cum dicat contextus Sacer; castrorum esse choros, id est, militantium esse voces istius chori: si ergo militant, quomodo canunt? & si canūt, quomodo militant? Solūt penitus dubitationem

Orig. ad Ps.

Cant. 7.

Communis
loci sensus.

Dubitatur
de loci similitudine.

Soluit dubitationem
Glos. ibid.

Ecclesia cho-
rus est, &
exercitus.

Dubitatur
adhuc de similitudine.

Ambrosius de obitu Valentini, & Iustus Orgelitanus ad hūc Cant. locum, quorum posterior sic ait. *Per castrorū choros, intelliguntur martyres, in certamine constituti, & Deo monente, semper inuiti; ideoque chorus similantur, quia ad compedium, quibus alligantur, suauem cōcentum, Dei laudes psallentes intonat.*

Habes ergo (studiosè Lector) duo ex loco. Martyrum scilicet hilarem, & constantem in laboribus pro Deo perferendis animum. Habes etiam (quod ad pr̄sens attinet institutum) vincula, & compedes quibus Martyres pro eodem Christo alligantur, esse musica quēdam instrumenta, Dei opera personātia. Audiebat equidem Ioannes, carceri mancipatus hāc musica instrumenta, Christi opera personantia, gaudebat, exultabat, & lætabatur, nuntiosque ad illum mittebat, qui pro doctrina, pro miraculorū patratione, pro infirmorum curatione, gratias agerent, id equidem sonat facri contextus verba. *Cum audisset Matth. 11. Ioannes in vinculis opera Christi, &c.*

Soluit dubitatio ex Ambrosio de obitu Valentini, & ex iusto Orgelitano ad cap. Cant. 7.

C *****
CIRCAILLA EIVSDEM
· sacri contextus verba,
Matth. cap. II.

Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi; mittens duos ex Discipulis suis, ait illi: Tu es qui veniturus es? &c.

ANNOTATIO VIII.

Ducunt in Deum, & in eius cognitionem carceres, vincula, tribulaciones, & pressura.

*T*anta fuit magni Ioannis auctoritas, tamq; eius in Christū nota fidelitas, ac viua fides, vt nihil aliud sit cogitare dubio illum animo hanc ad Christum per Discipulos suos lega-

Quasi quid errore est existimare dubitare. Baptizat de Christi persona.

legationem misisse, atque omnino cœcutire, & in meridie Solis claritatem non intueri: quamquam enim is Ioannes non esset, de quo tale pensare erroneum foret, sufficeret solum esse in vinculis, & pressuris constitutus, quando legationem hanc misit, ut proculdubio teneremus ipsum de Christi persona neutiquā dubitassemus habent enim vincula carceres, & pressuræ, quasi innatam proprietatem ducendi in Dei cognitionem;

*Magnus Gre
gor. moralium
7. cap. 3.*

ut lib. 7. Moralium cap. 3. magnus Gregorius obseruauit dicens. *Electorum mens, quo duriora pro veritate tolerat, eo audiens, ad Dei cognitionem, & fruitionem anhelat.* Vnde non solum Ioanni, sed & vinculis, atque pressuris iniuriam irrogat, qui illum in illis positum, de Christi persona dubitassemus asseuerat.

Probat assertum in sensu saltem *2. Reg. ca. 14.* mystico locus ille 2. Reg. cap. 14. vbi refert Scriptura sacra, quod cum Absalon semel ac iterum per seruos suos vocaret ad se Ioab, ille que venire recusaret. *Dixit* (ait contextus Sacer) *Absalon seruis suis: scitis agrum Ioab, iuxta agrum meum, habentem messem ordi. 2. Ita igitur, & succendite eum igne: succenderant ergo serui Absalon sequentem igne; & statim annexitur: surrexitque Ioab, & venit ad Absalon.* Expendit locum Eucherius, & ait.

Eucherius ad Cur ante non venit rogatus, & postea hunc locum. venit inuitus, nisi qui efficacior fuit ad trahendum damni pressura; quam urbana Absalonis supplicatio? In nostri assumpti confirmationem affert locum eundem Gregorius Moralium 17. aitque per Absalon Christum significari, ad quem potius pressuræ, ac calamitates deducunt, quam prosperitas.

*Magnus Gre
gorius mora-
lium 17.*

Quid (inquit Magnus Gregorius) per Absalon ibi, nisi Christus exprimitur, qui Ioab vocat, id est, peccatores quenque, dum Prædicatores suos ad prædicandum mittit, qui tamen quia obstinati venire recusant, ipsos, ipso-

A rumque substantiam igne tribulatum inflamat, ut ad ipsum accedant oppressi, qui toties recusarunt venire rogati. Ampliari potest præsens doctrina, & hæc moralis Sancti Patris Gregorii interpretatio, Sancti Petri Chrysologi verbis sermone de Prodigio; vbi de eius ad patrem regresfu loquens sic ait. *Fames reduxit, quæ saturitas exulauerat.* Ducunt equidem ad Deum, & ad eius cognitionem pressuræ, calamitates, vincula, & carceres: in quem sensum perbellè quidem dictum est à Ruperto. *Qua via calamitas, eadem Christi Domini cognitio intrat.*

Petr. Chrys.
sol. ser. 2. de
prodigo.

Probat adæquatè intentum totius Regis Manasses vitæ decursus, de quo sic habet contextus Sacer 2. libro Paralipomenon cap. 33. *Duodecim annorum erat Manasses, cum regnare cœpisset, & quinquaginta quinque annis regnauit in Hierusalen; fecit autem malum coram Domino, iuxta abominationes gentium; & construxit aras Baalaim, & fecit lacos, & adorauit omnem militiam cœli, & coluit eam, obseruanit somnia, sectabatur anguria, maleficiis artibus inserviebat, habebat secum Magos, & incantatores; sceptile posuit in domo Dei, &c.* Quo usque amplius poterat (peto) protendi hominis cuiusdā cœxitas, dementia, & à Deo alienatio? attende tamen (quæsto) ad vim, quam habent calamitates, & pressuræ ad adducendum homines in Dei cognitionem. *Superinduxit Dominus Ibidem* (ait contextus Sacer) *Principes exercitus Regis Assyriorum, cœperunt Manassem, & catenis vietum, atque comprehendibus duxerunt in Babylonem, qui postquam coangustatus est, cognovit, quia Dominus ipse est Deus; Res equidem admirabilis!* notissima catenarum proprietas, & afflictionum, ad adducendum in Dei cognitionem potuerunt siquidem adeò obstinati Regis, adeoque obcœcati oculos aperire, & eū in veri Dei cognitionē adducere,

Dirigunt in
Deum pref-
suræ.

Amb. lib. de pœnitentia cap. 2. optimè
obseruauit Ambrosius. *Manasses* (in-
pœnitentia, quit) *Deum in pœna constitutus agno-*
uit, quem in Regno positus abnegauerat,
vnde animæ profuit sanitati, quod infli-
ctum fuerat vanitati: Ex quibus Am-
broſii verbis ſic licet argumentari:
Si vincula illa, & catenæ, quibus in
ſui ſceleris punitionem ligatus fuit
Manasses, vim, & virtutem habuerūt,
vt illum in Dei cognitionem addu-
cerent; quomodo catenæ, quibus
Baptiſta Ioannes pro veritate prædi-
canda ligabatur, dubium eum circa
veri Meflīæ cognitionem eſſe pate-
tentur? potius igitur credendum eſt,
non dubitaffe de Christo, qui cate-
nis alligatus erat pro Christo.

Hanc, quam habent pressuræ ad
Deum cognoscendum, & inquiren-
dum proprietatem indelibilibus ca-
racteribus excuti peroptabat San-
ctus Iob dicens ſui libri in cap. 19.
Quis mihi tribuat, ut ſcribantur fer-
mones mei? quis mihi det, ut exarentur in
libro ſtylo ferreo, aut plumbi laminae? vel
certè ſculpantur in ſilice? Circa quaꝝ
Sancti Iob verba duo prius expendā,
antequam locum intentui præſenti
accommodem; primum, qui nam ſint
fermones iſti, quos Iob ſtylo ferreo
exarari desiderat? Secundum; ob quam
cauſam illos ſic perpetuari exoptet:

Expenditur locus Iob.

Diuus Tho. *Sermones* (inquit Diuus Thomas) qui-
bus amicis reuelerat labores, & afflictio-
nes, utque pressuras, quibus oppimebatur
ſtylo ferreo incidi peroptat. Habemus
primum. Secundum verò Iob ipſe af-
ſignat in contextu: *Scio enim* (inquit)
quod Redemptor meus viuit, & in no-
uifimo die de terra ſurrecturus ſum, &
rurſum circumdabor pelle mea; & in car-
ne mea videbo Deum Saluatorem meum:

vbi ſupra.
Aretha loci
interpret. Quaſi dicat (ut Aretha opinatur:) nonne iure perexopto, ut verba illa,
quibus recenſio labores, & pressuras,
quaſ patior, in perpetuum perma-
neant indelebili materia exarata; ut
venturi cognofcant, quanta ab illis

A bona prouenant; adduxerunt enim
me, non tantum in Dei viui cognitionem, ſed insuper in futuram carniſ resurrectionem; ita exponit, aperitque Arethaſ Iobi mentem, & intentionem; qui hanc eandem proprietatem, quam habent pressuræ ad adducendum in Dei cognitionem amplius exagerans, ſic ait. *In ſua car-*
ne puuſcenie Deum videbat Iob, &
ex vulnere corporis ſui, plague filio-
rum Redemptorem Christum, & malo-
rum omnium liberatorem odorabatur,
per optimè quidem; vinculoruſ enim,
& pressuraruſ emissiones Deum re-
dolent, & in illis Deum odoratur, op-
preſſus, & afflictuſ.

Pressuratu
emissiones
Deum redō-
lent.

Sunt equidem tribulationes, vin-
cula, & pressuræ quaſi calcaria; qui-
bus afflitti, carceribusque mancipati
in Dei cognitionem; in eiusque amore
impelluntur: eruit Augusti-
nus huius aſſerti veritatem ex illis
verbis Psalimi nonagesimi; vbi Deum
alloquens ſic ait Regius Vates. *Despi-*
cis in opportunitatibus in tribulatione;

Tribulatio-
nes, & preſ-
ſuræ calca-
ria ſunt in
Deū impel-
lentia.
Psalm. 90.

C quod idem prima fronte ſonare vi-
detur; ac ſi diceret. Quaſi remiſſe te
geris Domine, in ſubueniendis affli-
ctis, & pro tuo nomine tribulatis; ali-
ter tamen de verbis Dauid ſentit
Augustinus; id enim ait ſibi velle Da-
uidem, ac ſi dicat; opportunas ad te
inquirendum, & desiderandum facis
pressuras, & tribulationes; quibus tui
premuntur, & afflignantur, dum illis
ſubuenire quaſi diſſimulas: Appono
Patris Augustini verba: *Opportunè*

August. ibid.

*D (inquit) despicis, & facis tribulationes
ad inflammandos eorum animos deside-
rio tui: Optimè, & valde ad intentum
conſonanter Philon libro de cōgres-
ſu querēdæ, eruditionis, vbi ait, preſ-
ſuras, & tribulationes non eſſe appella-
andas caſtigationes, & ſupplicia; ſed
Dei vocationes, & eruditiones. Non
debemus (inquit) verbis ſeduci; neque
eorum occulta significata despicere; neque
afflictionem, & pressuram vocare caſti-*

Philon de
cōgres. quer.
eruditionis.

*gationem, sed iter in Deum, eiusque eru-
ditionem; adamussim tandem Gre-
gorius ad Psalmum 31. In divine (in-
quit) cognitionis claritate electorum mé-
res tanto magis proficiunt, quanto gra-
uiores rerum temporalium afflictiones
tollerant.*

*Gregor. ad
Psalm. 31.*

CIRCA EADEM SACRICONTEXTUS VERBA.

*Cum audisset Ioannes in vinculis ope-
ra Christi, mittens duos de discipulis
suis, ait illi. Tu es, qui venturus es,
an alium expectamus?*

ANNOTATIO IX.

*Iustus, & innocens, quanto magis op-
primitur, tanto securior redditur,
& animosior.*

*N*on timuit Ioánes pro veritate
vinculis alligatus veritatis Authorem inquirere, & propalare; quia
iusti animus vinculis cum corpore
minimè mancipatur, immò quo ma-
gis affligitur, & opprimitur corpus,
eo magis animus iusti redditur ani-
mosior. Probat assertum illud Gene-
seos 39. quod ait Sacer contextus
contigisse innocentì iuueni Ioseph,
cum domino suo Putiphare;

Gene. 39.

*N*icenium (inquit) credulus verbis uxoris
iratus valde tradidit Ioseph in carcerem,
ubi vinceti Regis custodiebantur, circa
quā innocentis iuuenis afflictionem,
& carceris mancipationem sic ait
Ioannes Chrysostomus. Erat Ioseph
liber inter vincitos; Pungū Patris ver-
ba: quomodo enim liber inter vincitos
erat Ioseph, qui sicut cæteri cōiectus
erat in carcerem, & sicut cæteri vin-
culis alligatus? Nonnè de illo loqui-
tur Regius Vates Psalm. 104. cū ait.

Chrysost. ibi.

*Expenditur
verba Chrysostomi.*

Humiliauerunt in compedibus pedes eius
A &c. quæ Psalmistæ verba sic expo-
nit Genebrardus. Ferreis vinculis eius
personam ligauerunt, & coniecerunt in
*carceram. Quomodo ergo ait Chry-
sostomus fuisse Iosephū liberum in-*
ter vincitos? pungunt (inquam) tanti
Patris verba; dispungā tamen anne-
ctens ea, quæ prosequitur idem Pa-
ter; Et si enim (prosequitur dicens) in-
nocentis corpus possit vinculis alligari,
innocens tamen animus vinculis non al-
ligatur.

Psalm. 104.

Genebr. ibid.

Idem Chrys.

soft. ibid.

Iulti con-

scientia alli-

gari nō po-

tent.

*B Optimè quidem dictū est à Chry-
sostomo; adeò enim animosa, adeò
libera est conscientia hominis inno-
centis vinculis alligati, adeoque im-
munis eius animus est; vt à nemine
timeat alligari: alii vinceti alligati erat
in carcere; Ioseph verò in eadem car-
cere vinculis alligatus liber erat, quia
illorum rea conscientia erat, istius au-
tem conscientia ab omni culpa im-
munis, id ipsum de eodem Ioseph
obseruauit Hieronymus ad Deme-*

Hieron. ad

Demetriadē.

C triadem scribens. Ingenitam (inquit)
animi nobilitatem, & internam quietem
vbiq, retinuit Ioseph, ac si dicat. Neq;
*in cisternam coniectus, neque vt ser-
vus venditus, neque in carcerem mis-
sus, ac compedibus alligatus animo*
consternatus est, immo quo magis
opprimebatur, eo liberior, & animo-
securior reddebat; ea enim est innocē-
tis conscientiæ vis, ea conditio, & na-
tura; quæ exultat oppressa, & præua-
let impedita.

Iusti con-

sciencie vires.

D Omnibus sacram Scripturam per-
callentibus notissimæ sunt pressuræ,
*& afflictiones, quas Dauid inobediē-
tis filii Absalonis causa passus est; ita*
namque audax iuuenis senem patré
*oppressit, vt illum discalceatis pedi-
bus fugam arripere aliquando coeger-
it; vt Regum 2. cap. 15. Sacer cōtex-
tus attestatur dicēs. Porro Dauid asie-
debat clivū olivarum, scandens, & flēs,
nudis pedibus incedens, & operto capite.
Si tamen quid significet nomen Ab-*

2. Reg. 15.

salon,

salon, cum Eucherio pensitauerimus, inter eius significatum; & Patris ab eodem passam tribulationem, repugnatiam, seu disconuenientiam maximam reperiemus: *A salon* (inquit Eucherius) *Patris pax interpretatur*; & dubitans de nominis conuenientia cum facto, statim ait. *Hoc quidem mirum videtur, quomodo enim Patris pax dicitur, qui Patrem bello persecutus est?* &

Absalonis interpretatio ex Eucherio.

Eucher. ad cap. 15. libri 2. Regum. statim annexit. *Bene quidem, qui Patrem bello oppressit, Patris pax dicitur;* innocens enim David animus, innocensq; conscientia reborabatur impetita, quiescebat cum impugnabatur, & sic cum inobediens filius pium patrem bello concutit, & persequitur, illius pax dicitur, quia tunc illius animum pacatum quietum, ac tranquillum reddidit.

Inter omnia, quæ Propheta Ezequiel se vidisse testatur cap. 43. in illa Templi structura, quæ sibi monstrata est, fuit Altare sacrificiorum, quod

Ariel appellari ait idem Propheta.

Ezech. 43. Ipsum autem Ariel quatuor cubitorum. Expenditur locus.

Dissonat nomen ab eius significatu; nam si consulas Nazianzenum de nominis *Ariel* significatu; seu mysterio, dicet tibi in oratione de funere Patris sui, representare perennem in rebus aduersis Sanctorum patientiam, quietem, & securitatem; quæ Nazianzeni interpretatio parum, vel nihil distat ab illa, quam libro 10. de Ciuitate Dei cap. 4. posuit Augustinus dicens:

Cornostis Dei Altare: in quo ei cruentas victimas offerimus, ex Augu. lib. 20. de Cini. quando usque ad sanguinem pro veritate animosè laboramus: Quibus præhabitis, accedamus iā ad nominis *Ariel* interpretationem, & maximam inueniemus repugnantiam, seu (vt melius dicam) mysterium abditissimum: Hebrei omnes! *Ariel* Dei leonem interpretantur. Bone Deus! quantum ab illo, quod hoc Altare adumbrabat, distat eius nominis significatum!

Nominis Ariel Hebreorum interpretatio.

quid enim leonis ferocitas, & seuitia commune habet cum martyrum

mansuetudine, & animi tranquillitate, qua pro Christi nomine patiuntur, vt Altare illud, quod eorum corda representabat, eorumque perennem patientiam presignabat, leo rugiens, & impatiens diceretur? maximum certè inter utrumque discrimen video: Ne tamen mireris (inquit) sanctus Isidorus, non enim à nominis significatione eius interpretatio dissentit. Nemo enim magis liber, & reue-

Isidor. in Era animosus, quam ille, qui nullius malitiamologiis.

Innocens leo simul & agnus.

B statim annexit. *Benè quidem, qui Patrem bello oppressit, Patris pax dicitur;* innocens enim David animus, innocensq; conscientia reborabatur impetita, quiescebat cum impugnabatur, & sic cum inobediens filius pium patrem bello concutit, & persequitur, illius pax dicitur, quia tunc illius animum pacatum quietum, ac tranquillum reddidit.

C Iussit Herodes Petrum Apostolum mitti in carcerem, & catenis duabus religari, die altera populo ad occidendum producturus; at Petrus sic religatus, sic morti adiudicatus quiete dormit, ac tranquille. *Quando illum producturus erat Herodes* (ait contextus Sacerdotum Actorum 12.) nocte illa erat Petrus dormiens inter duos milites ligatus catenis duabus; Pensat euentum Chrysostomus, & admiratur; aitque: *Vide Petrum dormientem, & nequaquam* Chrysostomus *in mentis agone constitutum, ipsa nocte in qua eum producturus erat, Herodes dormiebat: & statim annexit dicens: In hoc sua innocentia fortitudinem declaravit. Quod item de Baptistæ animo vinculis alligati dici potest. Nihil enim obstat, vt de Christo inquisierit, illumque verum, & expectatum Messiam esse propalauerit.*

CIRCA ILLA SACRI
contextus verba.

*Ite renuntiate Io anni, quæ audistis,
& vidistis.*

ANNOTATIO X.

*Nutant, in veritate attestanda, verba,
quæ non sunt operum fulcimento
roborata.*

*Amb. lib. 5.
in Luc. c. 29.*

DE mente Ambrosii est præsens assertum libro 5 in Lucam cap. 29. vbi sic ait. *Nutant plenumque di-
cta, sine factis ; & plenior fit fides gesto-
rum significationibus, quam verborum
sponsionibus ;* quasi dicat, verba, quæ operum exhibitione non confirman-
tur, ad instar sunt arborum tenerarū, omni prorsus fulcimento destitutarū ; quæ à ventis huc, ac illuc impulsæ, iam ad terram verti, iam verò ad al-
tum eleuari videtur : vndè nemo est, qui illis inniti confidat ; de quibus Poëta dixit. *Irrita verba volant.* Vndè optimè Sapiens, Proverbiorū 19. *Qui tantum verba sectatur, nihil habet, an-*
Verba absq; ope-
rieb⁹, nu-
tant Pro. 19
Noua loci
translatio.
nectens noua trāslatio. *Quia nō sunt,* id est, quia verba per se sola, & absq; operum exhibitione, nihil sunt ; seu nullam habent certitudinem, stabilitatem nullam : vndè est, quod etiam Deus, cuius verba deficere non pos-
sunt, omnia sua operum fulcimento stabilire consuevit ; vt scilicet verba illa, quæ in se verissima sunt, & cer-
tissima ; talia apud homines habeantur, dum statim suæ veritatis testes omni exceptione maiores secum ha-
bent.

Stabilire cō
suevit Deus
verba ope-
ribus.
Exodi 3. Mittit ipse Moysēm ad populum dura Pharaonis seruitute oppressum, Exodi 3. & simul cum legationis te-
nore adiungit operum exhibitionem.

A *Vade (inquit) & cōgrega seniores Israël, & dices ad eos. Dominus Deus Patrum vestrorum apparuit mihi dicens ; visitās visitabo vos. Dubitat, non sine fundamen-
to, Moyses, Exodi 4. & ait. Non Exodi 4. credent mihi, neque audient vocem meā.*
*Quis enim vnius rustici, & balbutiē-
tis pastoris verbis fidem adhiberet ?* at Dominus statim suis verbis fulci-
mentum adhibuit, Moysis (scilicet) virgam vertens in colubrum, & in le-
profam eiusdem manum sanam, di-
cens. *Si non audierint tibi, nec audierint Exodi 4.*
B *vocem signi prioris, crēdēnt verba signi
sequentis : Quod idem est (ait Vata-
blus) ac si dixerit Dominus. Si verbi Vatabl. ibid.
tuis nō adhibuerint fidem, certè credent,
cum per opera miraculosa illis fidem fece-
ris. Vbi notanter aduerteñdum est ad
illas Domini locutiones : *Vocem signi
prioris: verba signi sequentis,* circa quas expendo, & peto, quæ nè vocem au-
dient, quæ ve verba credent ? baculi,
ne, an serpentis ? loquitur ne baculus ?
an loquetur iterum serpens ? minimè
quidem ; sed loquentur opera, quæ, il-
lis mediantibus, Dominus erat ope-
raturus : habēt enim opera voces suas,
veritatem attestantes, quod verba per
se sola non faciunt.*

C Innato, solitoque sui ingenii acu-
mine pensitauit Bernardus locum il-
lum Canticorum 2. in quo loquens sponsus cum sponsa, illique persuadens, vt exeat è domo, & in campum properet, absq; eo, quod vereatur hy-
berni temporis inclem tam. Sic ait.
*Surge, propera amica mea, veni, iam enim Cant. 2.
hyens transit, imber abiit, & recessit, &
annectit amplius. Flores apparuerunt*
Expendit
locus à Ber-
nardō.
in terra nostra ; vox turturis audita est,
&c. Pensitat, expenditque locū Ber-
nardus, & ait. Ad quid tam longa pe-
riphrasi vtitur sponsus, vt de hyberni
temporis recessu, de vernique aduen-
tione certam, & indubiam reddat
sponsam ? nonne sufficeret dicere, *iam
hyens trāsit,* verbisque solis vti, absq;
eo quod signis addiderit confirmare,
quod

quod dixerat, florum nempè & vocis turturis? adeò ne incredula spōsa est? Adeò apud eam sponsi authoritas imbecillis, quæ tot fulcimentis indigeat, vt credatur? &, esto quod voluerit sponsus suam apud sponsam commendare veritatem; non sufficeret vti signo solo vocis turturis? an ad quid addidit signum floris? Flores (inquit) apparuerunt in terra nostra, vox

Tacet turtur hyberno tē pore.

Præuale o- perum testi- moniū, testi- monio vo- cis.

Bernad c.2. Canticorum. Ex auditu fi- des, sed ex visu fidei c.2. firmatio.

Inter multa alia, quæ de mysteriis illis animalibus ad diuinæ Maie- statis currum asportandum destinatis annotauit Propheta Ezechiel suæ Prophetiæ in cap. 1. duo præcipue conuenit penitare, quæ maximè cōducunt ad huius argumenti confirmationem. Primum est, demississe à se animalia quasi scintillas æris canden- tis. Secundum verò, manus hominis gestasse sub alis: Scintillæ quasi aspe- ctus æris canden- tis; & manus hominis sub pennis eorum (ait contextus Sacer.)

Ad quid (expendo) tot manus habe-

A bant animalia? quod multos pedes habuerint nō miror, quod item multas alas non miror; ideo namque tot pedes habuisse puto, vt firmiter incederent, ideoque tot alas, vt celesti- ter mouerentur, sed ad quid tot manus haberent penitus ignoro; nam ad manducandum, minimè indigebant; neque manibus (sicut nonnulla alia) nitabantur, aut ambulabant; ad quid ergo manus habuerint, non video: at ne quid superfluum putes habuisse manus, audi Magnum Gregorium, &

Magn. Grig. ibid. Verbi Dei concionato- res per 4. a- nimalia de- signati.

Quid per scintillas, quas demit- tebat, & per manus, quas habebat, de- signatum.

C per manus autem operationes designan- tur: Ecce mysterium adapertum: da- tur nempè intelligi debere verum verbi Dei concionatorem verba, quæ prædicat, operibus comprobare, & idèo animalia, quæ verbi Dei concio- natorum figuram gerebant, non tan- tum scintillas æris canden- tis demit- tebant ex ore, idest verba inflamma- ta, sed etiam manus habebant, id est opera: Est insuper aliquid amplius in loco, quod cum Abbe Ruperto pē- sitemus; cur nempè adiunxerit Pro- pheta statim manus cum scintillis, cū (vt videtur) conuenientius ageret, si de manibus loqueretur, quando egit de alis; ait enim scintilla quasi aspectus æris canden- tis, & manus hominis sub pennis eorum; benè tamen, & cū my- sterio scintillis adiunxit manus, vt ostenderet verba operibus fulciri esse omnino necessariū: audi Rupertum.

D Adiunxit Propheta manus scintillis; Debet verbi Dei concionatores ful- fire verba o- peribus, ex Ruperto.

Ezech. 1. Expenditur locus.

Ad quid (expendo) tot manus habe-

mentorum perpessione; cum namque ad eorum tertium ventum fuit, ab eoque postulatum est, ut linguam abscondendam proferret, linguam protulit, simul & manus extendit abscondendas: *Linguam postulatus* (inquit contextus Sacer) *cito protulit;* & manus constanter extendit, expendo istius adolescentis factū; & quero ad quid, seu quorsum plus obtulerit, quam ab eo postulatum est? postulat linguam abscondendam crudelis Antiochus, ipse verò in diuinæ legis conformatiōnem, non linguam tātum profert, sed insuper & manus; optimè ad dubium respōdet Isidorus Pelusiota lib. 2. Epistolarum, epistola 114. *Fabule enim viderentur verba sine operibus, quæ per manus designantur.*

Dum Theophilatus expendit verba illa, quibus sanctus Euangelista Marcus narrationis suæ finem impo-
suit, istius asserti probationem adinuenit. *Apostoli* (inquit Marcus vltimo) *profecti prædicaverunt, ubique Do-*
mino cooperante, & sermonem confor-
mante, sequentibus signis: cooperabatur (inquit) *Dominus, in Euangelii promul-*
gatione cum Apostolis; eorum prædicati-
nibus addendo opera mirabilia. Expendo locum cum Theophilato, quē retuli, & inquirō, ad quid requirebātur miracula, vt Apostoli gentibus Dei Euangelium prædicarent, & per-
suaderent: adeò ne friuola, adeò inefficacia erant eorum verba, vt non ha-
berent persuadendi vim, & virtutem
absq; miraculis? nonnē à pectoribus illis producebantur, & illis linguis promebantur, quas spiritus Sanctus in linguis igneis descendens inflam- mauerat ad quid igitur in eorum do-
ctrinæ cōfirmationem miracula per-
petrata? accipe à Theophilato dubii solutionem: *Etiam (inquit) diuinus sermo amplius apud homines per opera confirmatur:* Assentit Bernardus ad caput Cāticorum 2. vbi eadem Marci verba adducens, sic ait. *Intonat tu-*

ba salutaris, coruscant miracula, & mun-
dus credit.

A Optimè, & adæquatè probat præ-
fens argumentum, ea, quæ habet Ru-
pertus in explicatione Baptisæ men-
tis, & intentionis; quam habuit, dum
Discipulos suos, cum hac interroga-
tione ad Christum misit. *Tu es qui*
venturus es? an alium expectamus? Ad
quos Christus, postquam coram eis
multa opera mirabilia operatus est,
ait. *Ite, renuntiate Ioanni, quæ audistis,* Matth. 11.
& *vidistis: Ecce* (inquit Rupertus)

B *quod cupiebat Ioannes, nēpē ex ore ipsius* Christi *auditum esse testimonium maius* testimonio suo: Ac si dicat; ea fuit Ioā-
nis mens, & intentio, cum Christum
per Discipulos interrogauit; vt scili-
cet daret Christus de se ipso genti-
bus illis, quibus prædicabat, maius, &
evidenter, certiusque testimonium,
quam fuerat testimoniū illud, quod
ipse Ioannes de illo dederat, dicens.
Ioannis cap. 1. *Ecce agnus Dei, ecce qui Ioannis.*

C *tollit peccata mundi.* Obseruo ergo ego Expenduntur
nunc Ruperti verba, eaque expendēs
interrogo. Quod nam testimonium, verba Ruper-
ti.

suo testimonio clarus, & evidenter
desiderabat Ioannes dare Christum
de se ipso, quam erat illud quod ipse
de eodem Christo iam dederat, dicēs.
Ecce agnus Dei? &c. Nonnē tunc gra-
uior erat apud populum Ioannis au-
thoritas Christi autoritate? grauior
planē; ideo namque Ioanni messiatū
ipsi obtulerunt Principes Phariseorū;
quem usque ad extremam vitæ

D periodum Christo Domino denega-
runt: quomodo ergo testimonium,
quod Christus Dominus proferret
de se ipso, maius, & evidētius esse po-
terat apud turbas, quam Ioannis te-
stimonium, quem maximè obserua-
bant, & cuius apud populum grauissima
erat authoritas? nonnē Ioannis
testimonium minus suspectum erat,
quam Christi testimoniū, quod ipse
de se ipso dabat? nonnē ipsi Pharisei
dixerunt postea. Ioannis 8. *Tu de te ipso* Ioann. 8.
testi-

Marci vlli-
mo.

Theoph. ibi.

Expenditur
locus.

Theoph ibid.

Bernard. ad
capit Cāt. 2.

Optima Ioā-
nis mētis in
legatione in-
terpretatio,
ex Rup. ad
caput Matth.
undecimum.

Expenduntur
verba Ruper-
ti.

testimonium peribes, testimonium tuum non est verum? Quomodo igitur ait

Rupertus, quod ea intentione miserit Ioannes discipulos suos ad Christum, ut ipse maius, & euidentius testimonium de se ipso daret eo, quod Ioannes dederat: quod nam (peto) testimonium istud est maius, certius, & euidentius Ioannis testimonio auget dubitandi fundamentum id, quod postea Christus Dominus Phariseis

Ioann. cap. 5. Vos missis ad Ioannem, & testimonium perhibuit, veritati, ego autem habeo testimonium Ioanne maius: Quod nam testimonium istud est, testimonio Ioannis maius?

Res equidem intellectu difficillima hæc est. Tollunt tamen omne prorsus dubitandi fundamentum Christi verba ad Phariseos, Ioannis 8.. Opera (inquit) que ego facio testimonium perhibent, de me; Ac si dicat veritas infallibilis; vultis scire, quod sit testimonium illud, quod Ioannes exoptabat, ut ego de me ipso darem maius, & euidentius testimonio suo: operum vtique

Operunt testimonium omni exceptione maius.

Opere testimonium est; nam apud populum adeò incredulum, & apud Ioannis discipulos de Magistri sui reputacione, & honore adeò sollicitos, ne dicam inuidiosos, non erat omnino sufficiens

Verborū testimonii nō est omnino sufficiens ad veritatem a- struendum.

Ioannis testimonium, verbis vt potè solis prolatum, maius namque ad hanc veritatem astraendam, & certius testimonium requirebatur, operum scilicet exhibitione confirmatum: Hoc

igitur (ait Rupertus) exigebat Ioannes, ut Christus de se daret Discipulis ab eo missis, & hac ad eum illos misit intentione; nam verba per se sola, etiam unius Baptiste veritatis praconis, non perhibent adequatum omnino veritatis testimonium, si non fuerint operum attestatione fulciti; & ideo Christus nō verbis, sed operibus respondit Ioannis Discipulis. Hæc omnia Rupertus, paucis perspicuitatis causa mutatis: ac si diceret Christus (ait idem Pater:) ite, & renuntiate Ioanni, quod vidistis hic

A confirmatum operibus, quod illic au- dieratis sermonibus attestatum.

Optimè in hanc sententiam Ambrosius ad cap. 7. Lucæ. Plenum sanè *Amb. ad ca- put 7. Luca.* testimonium, quo Dominū Ioānis Discipuli cognoscerent; eorum scilicet visus, & surdorum a... s; de eo enim fuerat Prophetatum. Dominus soluit compeditos; Dominus illuminat cacos. Totam denique istius illusionis probabilitatem paucis verbis astrinxit Cyrillus, dicens. *Testimonium Ioannis non re- Cyril. ad ea- pulit Christus tamquam inutile, quem put Matt. 21.*

B miserat ad clamandum. Parate viam Domini; sed ad maiora scandit, ne nempè ad opera; quia vocem hominis, etiam sancti, calumniari quisquam posset.

CIRCA EADEM SACRUM CONTEXTUS VERBA.

Itē, renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis.

ANNOTATIO XI.

Operatur Deus ore; suntque opera eius verba.

A Liquid amplius in verbis Ru- Penitamus perti conuenit pensitari. Affe- iteri, & ex- ramus igitur iterum illa, & pensite- penduntur verba Ruper- imus. Ecce (inquit) quod cupiebat Ioan- ti.

nes, nempè ex ore ipsius Christi auditum esse testimonium maius, testimonio Ioannis: Si ergo ex ore Christi, ex Ruper- ti mente testimoniu exoptabat Ioannes, non operum, sed vocis testimo- nium peroptabat, opera enim non vo- ce exequuntur, sed manu: præsentis asserti doctrina cueret dubitandi funda- mentum. Operatur namque Deus ore; suntque verba eius opera: ipse enim dixi, & facta sunt omnia, Psalm. 148. vel ipse inbente facta sunt; vt ha- bet noua translatio: vel vt habet Caf- fiode-

Nous trans- siodorus; ad eius vocis imperium crea-
lato: Casiodo. ibi. ta sunt omnia: Cōsonat Petrus Chry- A
Petrus Chry sologus sermone 90. vbi sic habet;
solog. ser. 90. Dei dixisse, fecisse est; uius promisisse, est
præstissime.

Exodi 20. Deuteron. 4. Obseruauit Iudeus Philon libro
legis allegoriarum, sacræ Scripturæ
loquendi modum Exodi 20. & 4.
Deuteronomii; vbi loquens Moyses
de verbis Domini ad populum sic
ait. Ne obliaiscaris verborum, quæ vi-
derunt oculi tui; & iterum: cunctus
autem populus videbat voces apertissi-
mè: Improprius visus est Philoni hic B

Expenditur loca cū Philo- , libro legis allego-
riatum.

Vox hu-
mana per-
cipitur audi-
tus: diuina vi-
su cōspicitur
Dei verba
sunt opera.

Cantic. 5. Intimis sponsi sui videndi desi-
deriis premebatur sponsa, Cantico-
rum 5. & ita anxiè premebatur, vt
nullum aliud haberet solatium, præ-
terquam de illo cum amicis confa-
bulari; cum igitur eisdem aliquan-
do intimauerit quid, si fortassis in-
uenirent, illi de se ipsa referrent di-
cens. Si inneneritis dilectum, nunti-
ate ei, quia amore langueo; Statim
tāquam ex abrupto annexit dicens:

Expenditur locus , cum Apponio. Vox dilecti mei. Quid hoc est? (petit Apponius) adhuc, ò sponsa dilecti
tui absentia cruciabaris; & illicē eum
loquentem audis? Ultra quam, quod
nulla ex sodalibus, quæ tecum simul
sunt, vocem eius audit; quomodo ex-

go tu sola sponsa vocem sponsi per-
cipis, quam nemo percipit? & statim
respondens ex eiusdem sponsæ per-
sona ait. Ecce iste venit saliens in mon-
tibus, transiliens colles; Ac si dicat/ ait
Apponius) Ne miremini, ò sodales
charissimæ, dum sponsi vocē, de qua
loquor, auribus non percipitis; percipi-
tis effectu; nam si se venturū pro-
misit; Ecce venit: cius namque loqui,
venire est; & eius promissio, operatio.
Vox dilecti/ ecce venit: Concludit tan-
dem dicens ex propria sententia præ-
fatus Author. Ita planè: non enim vo- Apponius ad
ce, sed operis exhibitione, quicquid Chri- caput s. Cantic. 5.
stus promittit, attestatur.

Placet iterum ex eiusdem sponsæ
verbis eandem doctrinam, seu veri-
tatem comprobare; nam quæ multoties
experta est, multoties quoque
testata est. Anima mea (inquit Canti- Cantic. 5.
corum 5.) liquefacta est, dum sponsus
loquuntur est. Expendit sponsæ verba,
& quero sit ne sponsi loquutio ignis;
& cerea sponsæ anima, vt ad illius
C perceptionem liquefiat? ita equidem,
responde Gilibertus Abbas ad hunc
locum; Nam loquutio verbi, infu-
sio est doni, & idem est loqui, atque in-
fundiri.

D Adinuicem Dei verba, eiusque o-
pera mēsurantur, & adæquantur, pro-
bat assertum locus ille Regum 3.
cap 8: in quo alloquens Regius Vates
Deum, sic ait. Ore loquuntur es, & mani-
bus perfecisti; ac si dicat, dicunt homi-
nes, & non faciunt, sicut dicunt; Tu
verò Dñe facis sicut dicas, & ita in te
conueniunt verba cum factis, vt idē
tuum dicere sit: atque facere; sic
Theodoreus ad locum; Ore loque- Theodor. ad
ris Domine, & perfici manibus, non
hominum more, qui, quod promittant,
non faciunt.

Confirmat denique propositum
superius assertum hic, de quo loqui-
mur, euentus inter Christum Domi-
num, & Ioannis Discipulos: ipsi
G nam-

adæquantur
adinuicem Dei
verba, & e-
ius opera.

Theodor. ad
hunc locum.

*Matth. 11.
ibid.*

namq; interrogant. Tu es, qui venturus es? an alium expectamus; Operatur Christus Dominus mirabilia coram eis; & postea ait. Ite, & renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis: Ac si dicat (vt Clemens Alexandrinus interpretatur) Regredimini ad Ioannem, & dicite ei: Magister sicut audiimus, sic vidimus; nam omne illud, quod tu nobis de Messia ore retuleras, ipse operibus confirmauit; Tu nobis de illo loquutus es ore; ille de se apud nos loquuntur est opere.

Ad complementum tandem istius asserti veritatem, illud Agæi cap. 1. iuuabit pensari. Factum est verbum Demini in manu Agæi Prophetæ, nam improprius videtur loquendi modus, verbum in manu, nam in aure potius dicendum erat, vt propriè loqui videretur contextus Sacer; Benè tamen (ait Author glosæ) in manu dictum est, nam Dei verba sunt opera.

*Author glo-
sa ad cap. 1.
Aga.*

CIRCA EADEM SACRICONTEXTUS VERBA.

Renuntiate Ioanni, quæ audistis,
& vidistis.

ANNOTATIO XII.

Non conuenit affirmari tanquam omnino verum, quod non percipitur visu: apponuntur incommoda, quæ proueniunt ex contrario.

*Philon lib.de
Iudice.*

AVditus minus fidei habet, quam visus, (ait Philon libro de Iudice; quod de fide humana est, proculdubio, intelligendum; de qua

tantum est præsens assertum: absit enim quod à Paulo deuiemur, qui ad Romanos cap. 10. ait. *Fides ex au-* ditu, vbi de fide, quæ Ecclesiæ articulis, ac decretis exhibenda est Apostolus loquitur; assertum verò præsens ad humanam tantum fidem extenditur; de fide igitur humana loquens dico cum Philone; multò debiliorem, & incertiorem esse illam, quæ prouenit ex auditu, illa, quæ resultat ex visu: illa siquidem, vt plurimum, fallax est, & incerta; hæc autem certa, & infallibilis, quod item libro de confusione linguarum obseruavit, ac tetigit idem Philon dicens. *Qui auritos testes accipit, potius vanè, quam sanè accipit.*

Optimam, ad hanc doctrinam confirmationem, probationem inuenies apud Petrum Chrysologum sermone 84. vbi disquirens illa sancti Thomæ Apostoli verba, Ioannis 20. *Nisi video in manibus eius fixaram clauorum, &c. non credam;* Ait non fuisse verba hæc animi diffidentis, sed veritatem, quam postea attestatus erat, disquirentis. Erat testificatus gentibus omnia, quæ Christus passus fuerat; item quod ab inferis resurrexerat, portans in corpore suo gloriose clauorum, lanceæque foramina; ideo voluit oculis intueri, quod postea verbis erat attestatus, vt potius oculato, quam aurito testi fidem facilius præberent audientes: *Pradicaturus hæc in gen-* Petr. Chrysolog. serm. 84. *tibus* (inquit Chrysologus) *quemadmodum tanta fidei strueret Sacramen-* log. serm. 84. *tum, ex equitor strenuus requirebat: O-*culatus, itaque debet esse testis, vnde Discipulis Ioannis dixit Christus Dominus; *Ite, renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis.*

Duo præcipua mala (præter alia multa) proueniunt ex eo, quod facile assentiatur iis, quæ solus testatur

Duo mala,
quæ prouenient ex eo,
quod fides
præbeatur
non visis.
Ecclesiast. 12

Expenditur
locus ab Ori-
gine super
epistolam Pa-
uli ad Roma-
nos.

Qui ex solo
rumore lo-
quitur, fer-
mémentitur.

*Calday. con-
textus.*

tur auditus, falli nempè fermè, qui credit, & deteriorari fama illius, qui profert; vtrumque affuerat Rex sapiens, Ecclesiastes in cap. 12. *Qui te-
stis* (inquit) est repentinus linguam ha-
bet iniustam. Expendit Origenes locum super epistolam Pauli ad Ro-
manos, & ait: vt quid iniustam appelle-
lat Sapiens illius linguam, qui teme-
rè, & ex solo rumore profert senten-
tiam? seu qui illa, quæ audit, & non videt, testatur vt vera? non proprius dixerit dolosam, seu mendacem? aut saltem falsam? & respondens ait. *Be-
nò viisque iniustam dixit; nam iniusti-
tia maxima est peccare in homines;* & in illos peccat, qui illis mendacium loqui-
tur; qui autem ex solo rumore loquitur, fermè mentitur.

Confirmat Originis loci interpre-
tationem Caldaycus contextus, qui sic habet *Festinus testis, lingua falsita-
tis* Ex quo patet cognomen, quem sibi vendicat ille, qui ea, quæ ex audi-
tu tantum, & ex solo rumore per-
cipit, vt vera statim profert. At vi-
deamus nunc, inter quos numeran-
dus is sit, qui facilè assentitur dictis, quæ ab aure tantum proueniunt.

Qui citò credit, leuis est corde, ait idem Sapiens, Ecclesiastes in cap. 19. duo-
bus itaque noscer testis auritus, & sibi falsa fermè proferenti; & facilè fidem adhibenti; falsitatis siquidem ille, iste verò leuitatis crimen incur-
rit.

Probat vtrumque sacrae Scripturae locus, 2. Regum cap. 23. vbi refert sa-
cra pagina Amnonis Dauidis filii mor-
tis successum, Absalonis fratris sui iussu interempti. De quo cum rumor ex aure, in aurè vires acquireret, cum ad Dauidis aures peruenit, non Am-
nonem tantum, sed omnes ipsius fi-
lios affirmauit interemptos. *Fama* peruenit ad Dauid (inquit contextus Sacer) dicens, percussit Absalon omnes filios Regis: Obseruat locum Lyra-

A nus noster, & mendacem appellat illum, qui Dauidi retulit, tamquam verum, quod audiuit, & non vidit; *Non mirum* (inquit) in talibus namque casibus plus communiter dicitur, quam sit in veritate. Ac si dicat, vt pluri-
mum contra veritatem loquitur, qui aliquid ex solo rumore, seu auditu profert. Ecce titulum, quem sibi ac-
quirunt, qui attestantur tāquam ve-
rum illud, quod oculis non intuētur.

Videamus nunc quid Dauidi con-
tigerit, qui rumoribus istis fidè adhi-
buit, testantur certè excessus, quos fecisse narrat contextus Sacer: *Sein-
du* (inquit) *Dauid vestimenta sua, &
cedidit super terram:* Acquisiuit equi-
dem Dauid sibi (secundum Salomo-
nis filii sui sententiam) leuis homi-
nis nomen: nam, vt illè ait, *Qui citò
credit, leuis est corde.* Et tanquam qui rem leuitati tribuendam fecerat, à Duce suo Ioab increpatus fuit. *No
estimet* (inquit) *dominus meus Rex;*
*quod omnes pue*i* Regis mortui sint:* vbi annexit glosa. *Compescens eum* ab excessu; neque mirum, à men-
te enim exceedere videntur, qui ex auditu loquentibus, fidem præ-
stant.

Obseruarunt Lyra noster, & Phi-
lon verba illa contextus sacri, Ge-
nesis cap. 11. vbi postquam comme-
morantur temerarii Noe filiorum
conatus, de turri cœli culmen tan-
genti ædificanda, statim additur.

Descendit autem Dominus, vt videret cinitatem, & turrim; Admiratur Ly-
ramus, & iure quidem; opus ne Deo erat de cœlo in terram descendere,
vt videret turrim? & vt de audaci istorum conatu certus fieret? nonnè è cœli cœlorum summitate omnia intuetur? vt psaltes Psalm. 32. atte-
statur. *De cœlo* (inquit) *respxit Do-
minus, vedit omnes filios hominum;* Dubitandi tamen fundamentum e-
uertit statim idem Lyra dicens: *Hoc*

*Qui, quod
non vident,
affirmat, me-
daci*i* crime
incurrent.*

Ecclesiast. 19.

Reg. 2. ca. 23.
Glosa ibid.

Ecclesiast. 19
Leue se pre-
bet, qui fa-
cilè credit,
quicquid au-
dit.

Duobus no-
cet testis au-
ritus, sibi sci-
licet, & cre-
denti.

Reg. 2. cap. 23

*Qui ex aud-
itu credunt
à mente ex-
cedere vidé-
tur.*

Lyra ad caput Genes. ii. autem dicitur, non quod Deus indigeat

descensu ad videndum ea, quae sunt in terra; sed ut per hoc instruantur fideles iudices, ne procedant ad sententiam; donec causam examinaverint oculatum;

Ac si dicat Lyra, voluisse Deum per hoc factum illorum audaciam retardare, ac dementiam cohercere;

qui absque prævio oculorum examine assensum præbent rebus, quæ solo rumore referuntur. Adhuc ad nostrum intentum accommodatus loquitur de hac re Philon libro de confusione linguarum; vbi eundum locum disquirens sic ait. *Dicitur Deus descendere; qui locum non mutat, & cuncta perlustrat, ut doceamus, monemurque, ne quis homo de absentibus rebus, in certis pueri se pessè certam conjecturam facere; visus enim certus, potius quam fallax auditus testis adhibendus est: & tandem concludit dicens. Docet igitur hoc factio Dominus, quod ad manifestam veritatis perceptiōnem, longè minus, quam visus, idoneus est auditus, cum sit refertus rumoribus, & vanitatibus;*

Ex quibus Philonis verbis nostri asserti veritas satis valde confirmatur; non expediti, nempe, affirmari tamquam verum id,

quod oculis non percipitur; vbi vero auditui visus præbet experimentum, falsitas non reperitur. Itē, (inquit Christus Dominus Baptista Discipulis) renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis, ac si diceret; iam absque hæsitatione illa affirmare poteritis de me, quod sim verus Messias in lege promissus; siquidem non tantum ex ore Ioannis audistis, sed etiam ex operibus cognovistis, oculisque intuiti estis; vbi enim auditus visu corroboratur, nullum amplius restat dubitandi fundamen-

Non decet affirmari, vt verū, quod non percipiatur visu.

Math. xi.

tum.

Loco supra posito cohæret locus alter eiusdem libri cap. 19. probatque tam Philonis dictum, quam hoc no-

strum assertum. Loquens enim ibi Dominus de Sodomorum flagitiis sic ait. *Clamor Sodomorum, & Gomor-* Genes. 19.

ba multiplicatus est, descendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Ac si dicat,

Expenditur locus.

descendam ad terras, ut ipsimet oculis meis perspiciam, utrum Sodomitæ scelus, de quo apud me cau-

santur, reuera tale sit. Quod est hoc? quæro Domine, si ipse (nostro vtens loquendi modo) afferis adeò validè

insoniare istorum hominum scele-

ra, ut tuas obſtruēt aures, ad quid exactiores requiris informationes, ut

certus fias de eorum delictis? Opti-

mè, & ad nostrum intentum respon-

det Laudunensis Ambrosius. Vi (in-

terfess. illæ

quit) à præcipitatione iudicii homines

compesceret, prius voluit probare viden-

do, quam iudicaret. Non itaque rumo-

ribus, aut dictis commouetur Domini-

nus, neque ad supplicium inferen-

dum impellitur, sed oculatum exa-

minat, non quia illi opus sit uti testi-

bus oculatis, ut iuste iudicet, sed ut

eius vtamur exemplo, ne facile fi-

dem præbeamus auditui.

Adeò euidens, & certa est hæc

præfens doctrina, ut etiam apud gen-

tileis locum habeat. Probat hoc illa-

tales Miletii responsio, quam libro 8.

suorum apothematum refert Eras-

mus dixisse, nempe cuidam à se per-

contanti, quantum distaret veritas à

mēdacio; tantum scilicet distare,

quantum ab oculis distant aures, ac

si dicat, esse omnino falsum, quid

auditur, & verum tantummodo ha-

bendum esse illud, quod oculis in-

tuetur.

Quædam tamē ex dictis, & nō le-

uis exurgit obiectio, quam maximè

conuenit eneruare; appono, & sol-

uum iis, quibus potero solutioni-

bus. Si non est adhibenda fides (di-

cet aliquis) nisi iis, quæ oculis conspi-

cimus, quomodo vult Deus, ut in iis,

quæ

Erasm. li. 18.

Apothemat.

Optima Mi-

letii respōsio.

Ad Rom. c. 10 quæ ad nostram salutem necessaria sunt, auditis potius credamus, quam A viisis: *Fides ex auditu* (ait Paulus ad Romanos cap. 10.) vrgit obiectio (fateor) afferam tamen aliquas eius solutiones, & accipio primam ab ore sanctæ matris Ecclesiæ; quæ de fide præstanda sacrofæcto Eucharistiae mysterio lata canit:

*Quod non capis, quod non vides,
animosa firmat fides,
præter rerum ordinem.*

Quod idem est, ac si diceretur; assensus ille, quem intellectus præbet rebus diuinis, & præcipue in hoc sa-

Affensus, quem intellectus, & voluntas præbent rebus diuinis non viisis, plus est quā natura- lis.

Assensus, quem intellectus, & voluntas præbent rebus humanis, est namque præter communem rerum ordinem; si enim secundum communem rerum ordinem procedendum esset, non ex auditu, sed ex visu, assentire debemus; & sic panem, & vinum, quorum species intuemur illic esse, credendum erat; præter communem itaque rerum ordinem procedit intellectus, dum rebus diuinis assensum præbet ex auditu; nam illustratur lumine supernaturali, vt credat; vnde assensus ille, quem intellectus, & voluntas præbent rebus diuinis, non est dicendus merè naturalis; neque secundum naturæ ordinem, sed præter rerum ordinem, assentit siquidem intellectus rei, quam non videt.

Quod si rationem scire exoptas, ob quam disposuerit Deus, vt rebus diuinis assentiamus ex auditu; & præter communem intellectus, seu voluntatis assentiendi modum, dicam, vt cumque; nam in rebus à Deo præordinatis, tota ratio facti est potentia faciemis (vt ad caput Ioannis 6. Augustinus obseruauit.) Ideò igitur puto dispositissime Deum, vt in rebus diuinis assentiamus ex auditu, & præter communem assentiendi modum nostrum; vt nempè nostrum

augeret meritum; quanto enim maiori cum repugnantia intellectus, & voluntas assentient non viisis, & contra naturalem ordinem; tanto maiori mercede digni sunt: totum Abrahæ meritum ab hoc infert Paulus prouenisse fundamento; credit enim non tantum non viisis, sed contra visa præter rerum omnino ordinem. *Credit* (inquit Apostolus ad Romanos 4.) *Abraham Deo, & re-putatum est ei ad iustitiam;* & ab eodem etiam fundamento probat Ambrosius eiusdem Abrahæ meritum prouenisse dicens. *Reputatum est Abraham ad iustitiam; quia rationem eorum, qua videbat, non postulanit; sed promptissima fide credidit, quod à Deo audierit:* Ac si dicat Ambrosius; Benè vtique assensus, quem Abrahæ præstit verbi Dei, illi ad iustitiam reputatus est, clauso siquidem mentis oculorum obtutu fidem adhibuit non viisis, contra visa, captiuans intellectum, & voluntatem in obsequium Dei, & fidei; concludit tandem Ambrosius dicens. *Consentaneum igitur, & iustum est, vt in rebus diuinis rationem præueniat fides, ne tamquam ab homine, ita à Deo rationem exigere videamur.* Sufficiant hæc ad supra positi dubii solutionem; reliqua ad Theologos speculatiuos expectant.

Soluta igitur vtcumque dubitatione proposita, reuertamus iterū ad nostri asserti amplificationem, ostendamusque damna, & incommoda, quæ proueniunt ex eo, quod fidem facile præstemus non viisis, sed ex solo rumore prolatis. Obseruo igitur, quod omnia mala, quæ Ioseph pertulit in carcere Pharaonis, ab hoc capite prouenerint, nempè ex eo quod assensum præbuerit Putiphar verbis uxoris, & assentierit non viisis: *His audiitis* (inquit sacra pagina Genes. 39.) *& maritus nimiū creditus verbis uxoris, iratus est valde, tradiditque Ioseph*

*Prima ratio,
ob quā dispo-
suerit Dns,
vt in diuinis
rebus fides
præbeatur, nō
viisis.*

*Ambros. ad
Iunc. Pauli
locum.*

idem Ambr.

ibidem.

*Recententur
mala, quæ
proueniunt ex
eo, quod fa-
cile fidē præ-
beamus nou-
viisis.*

Expenditur
locus.

in carcere: Expendo verba illa, *His auditis nimium creditus*, & dubito de eo, quod appellat contextus Sacer credulitatem nimiam assensum illū, quem præbuit Putiphar verbis vxoris suæ, conieeturis adeò evidentibus confirmatis, & in materia adeò pungenti: equidem si in simili materia credendum non esset rumoribus, dictis, & conieeturis, non vnum tantum haberemus Putipharem, sed quamplurimos adulteræ enim mulieres nō ante suorum virorum oculos adulterii crimen perpetrare consuescunt, sed in occulto; vndè circa hoc crimē, vel dictis, & rumoribus assentiēdum est, vel certè patienter hæc iniuria tolleranda est; credidit Putiphar verbis vxoris; aliàs si non credidisset, à tam acri innominia minimè pungi significasset. Quomodo ergo nimium creditus dicitur, *His auditis*? optimè ad dubitationē respōdet Iudæus Philon libro de Iudice. *Credit* (inquit) *Putiphar ex evidentiā signorum, & falsus est*; ideo sacra Scriptura docet, *ut moneamur, caueamusque, ne facilē adhibeamus fidem auditui, & rumori, nisi fuerit visu roboratus*; Vincula igitur, & carcer, quæ Innocens iuuenis per duoru plus annorum spatium passus est ab in credendo facilitate, id quod oculis intuitum non fuit, certè profluxerunt.

Illustratur
Genes. loc.
& pueri
Joseph ex-
plū, exemplo
Joseph Bea-
tæ Virginis
sponso.

Matt. cap. 1.

Inuenies equidem in Joseph, altero firmius adhuc huius discursus fundamentum; in illo scilicet, quem Pater aternus sui proprii filii putatiū elegit in patrem, in nutricium, & in altorem, & in intemeratæ virginitatis custodem. Quæ maiora (considera) D ex cogitari possunt incommoda, quæ illa, quæ sequentur, si nimium credulus extitisset vir iustus; quæ euidentiora signa, & suspicandi fundamenta dari possunt, quam illa fuere; quæ vir iste sanctus, & iustus habuit amissæ in muliere virginitatis? fœtam scilicet intueri, & eius ventrem in dies

A intumescētem cōspicere? adeò equidem fuerunt evidentia; vt nè quis ipsorum evidentia falleretur, statim, vt enarrauit Euangelista, dixit *invenia est in utero habens de spiritu Sancto*. Nunquam tamen sanctus Virginis sponsus se se omnino persuasit, ita vt castissimè Virginis sponsat suæ virginitatem deperditam crederet, sed semper cum vehementi oppositæ partis formidine de negotio cogitauit.

B Perpende igitur (quæso) damna, quæ toto orbi prouenirent, si Ioseph de facili crederet, Virginemque vt adulteram traduceret; lapidibus impetita interficeretur Virgo Sanctissima, & tantam, ac talet amitteret orbis parentem, nisi Deus aliter de negotio prouideret. Audiamus ex Augustini ore iusti viri cordatā mentem.

C *Aestuab* (inquit sermone de Natiuitate Domini) secum dicens; si affirmo, *vitium nimiae credulitatis incurro*; vbi glosa; *Timebat, ne videretur propalare, quod ignorabat*; mira verba tam Augusti, quam glosæ! Nimiam credulitatem appellat Augustinus assensum rei tot signis, & per tot dierum spaciū confirmatæ: & rei incertæ propalationē dicit Interlinealis; & quæ ignoratur, illius manifestationem, cui ultra tot signa, ipsa etiam oculorum acies præbebat evidentiam? ita quidem, & iure optimo; nam si sic iudicaret Joseph, à veritatis scopo penitus aberraret, vndè docemur, ex eius facto diu deliberari in incertis, ne peccemus temeritate, ait Laudunensis Ambrosius.

D Maximè suo damno huius asserti veritatem sunt experti Dauid, & Miphobos, 2. Regum cap. 16. dum ob facilitatem in credendo vnu amisit prædia, & alter leuitatis crimen incurrit: quia scilicet Sibæ verbis de facili fidem adhibuit; patet ex sacra pagina loco citato; vbi dicitur, quod cū David ab Absalonis facie timeret, fuge-

Exāplifica-
tio sancti Io-
seph sine-
ritas, ac cō-
scientia q̄u-
morata.

Aug. ser. de
Natiuit. Dñi
Glos. ibid.

Diu delibe-
randum est
in incertis.
Interlin. in
caput 1. Mat.

Reg. 2. cap. 16

fugeritque, cumque illum omnes sui domestici comitarentur, solusque remanserit Miphiboset; quia cum (ut rotat contextus Sacer) debilis esset pedibus, Regem comitari non valuit, exierit Siba memorati claudi seruus obuiam Regi lasso, & angustia presso, obtuleritque cibaria; & à Rege de Miphiboset interrogatus, fraudulenter respōderit. Remansit in Hierusalem, dicens. *Hodie restituet mihi Dominus Regnum Israel.* Assensit Dauid statim verbis Sibæ, & absque ullo eius verborum examine, protulit statim cōtra innoquum sententiam, dicens. *Tua sint omnia, quæ fuerunt Miphiboset:* expendit Lyranus noster locum, & ait. *Ecce Dauid sanctus in sanctum fuit deceptus verbis Sibæ detrahatoris, quod sine verborum eius examine dederit ei hereditatem Domini sui:* Et quale detrimentum Dauid ex hac in credendo prouenerit facilitate, ipse fatetur Psalmo 115. dicens: *Credidi, propter quod loquutus sum; ego autem humiliatus sum nimis;* id est, loquutus sum facile contra Miphiboset, quia facillimè credidi Sibæ deceptoris voci; & ideo nimis meam famam, autoritatemque minoravi nimis; ad hunc enim successum allusisse Dauid in hoc Psalmo dicunt Hebræi.

Increbuit iā mos credendi, quod oculis nō intueretur.

Gadalupensis Hieronymi optima obseruatio.

Admodū certè huius asserti despesta est nunc in mundo doctrina; nam increbuit mos affirmandi pro vero, quod oculis non intuetur; & quod ex solo rumore percipitur; pernicies equidem detestanda, & laxis (vt aiūt) habenis fugienda; & quæ maximam arguit in nobis discursus deficientiā; si nairque (vt ex modernis cordatus quidam obseruavit) vtrū numus verus sit an falsus, nō ex tinitu tantum, sed visu etiam examinamus; quantò magis conuenit, veritatem oculorum examine indagare, & comprobare? Appono relati moderni Christianif-

sima verba: *Quemadmodum (inquit) num, non solum ex tinitu cognoscit, sed ipsum inspicere vis, ne fallaris;* sic cū verba audis contra proximum quēpiam; non facile fidem adhibeas, sed oculis prius intueri stude; nam multi sunt, prob dolor: leuiores foliis, quæ vel lenissima aura mouentur: vix enim quippiam audiunt proximi honorem obscurans, & statim illud, ac si verissimum esset, omnibus referunt.

Addiderim equidem in hoc argumento, maius malum isto priori inueniri; non solum nempè affirmare, vt verū, quod auditur; & nō videtur; sed illud insuper quod suspicatur, aut somniatur; somnia persuaderunt Pharisæorum Principes militibus Christi corpus custodientibus, vt tamquam rem veram, & certissimam testarētur: *Congregati cū senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes. Dicite, quia Discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, vobis dormientibus;* Matthæi 28. detestāda certè nequitia, ab iniquissimis Pharisæorum Principibus primo inuenta! Si dormierunt (inquit ibi Augustinus) quomodo viderunt? & si non viderunt, quomodo testes esse possunt? Ne igitur Ioannis Discipuli in hoc crimen incurrent; voluit Christus, vt prius oculis intuerentur, quicquid de illo Esaias prædixerat, esse adimpletum, vt id ipsum postea testarētur: & postquam illos ex oculorum testimonio reddidit securos, ac certos; tūc dixit;

Ite, & renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis.

Malū apposito malo peius: pro vero nempè affirmati, quod suspicatur, seu somnia-

Matth. 28.

August. ibid.

C

Matth. 28.

Ita nequitia, ab iniquissimis Pharisæorum Principibus primo inuenta! Si dormierunt (inquit ibi Augustinus) quomodo viderunt? & si non viderunt, quomodo testes esse possunt? Ne igitur Ioannis Discipuli in hoc crimen incurrent; voluit Christus, vt prius oculis intuerentur, quicquid de illo Esaias prædixerat, esse adimpletum, vt id ipsum postea testarētur: & postquam illos ex oculorum testimonio reddidit securos, ac certos; tūc dixit;

Matthæi 11.

D

Ite, & renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis.

(. . .)

August. ibid.

Obiectum

IN
TERTIA DOMINICA
ADVENTVS DOMINI.

EVANGELIVM.

Ex cap. primo Ioannis.

*Miserunt Iudei ab Hierosolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem, ut interro-
garent eum. Tu quis es? & confessus est, & non negauit, & confessus est; quia
non sum ego Christus : & interrogauerunt eum. Quid ergo? Elias es tu? &
dixit. Non sum. Propheta es tu? & respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis
es, ut responsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? ait: Ego
vox clamantis in deserto : dirigite viam Domini; sicut dixit Esaias Prophe-
tas & qui missi fuerant, erant ex Pharisæis, & interrogauerunt eum, & dixe-
runt ei : Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Pro-
pheta? Respondit eis Ioannes dicens. Ego baptizo in aqua : medius autem
vestrum stetit, quem vos nescitis : ipse est, qui post me venturus est : qui ante
me factus est, cuius ego non sum dignus, ut soluam eius corrigiam calceamen-
ti. Hæc in Beishania facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans.*

EXPLANATIO LITERÆ.

Quando Ioā-
nes prædicare,
& baptizi-
zare incepit



Acto super Ioā-
nē Dei verbo anno
ætatis suæ vigesimo
nono cum di-
midio, exiit ab e-
remo, & prædica-
tionis suæ, ac bap-
tismi initium fecit. Transactis igitur
aliquibus diebus, eius baptismi, &
prædicationis fama ad Hierusalem
vsque perueniens, omnium aures oc-

A cupauit ; impulitque gubernatorum
animos, ut ad eum legatos mitterent;
qui sollicitè disquirerent, quis esset
Ioannes; in varias enim iam populus
ferebatur sententias : quidam namq;
eius vitæ sanctimonia, & doctrina
persuasi, illum promissum in lege, &
Prophetis Messiam esse omnino pu-
tabant: alii verò Eliam esse autuma-
bant: veniunt igitur ad Ioannem le-
gati, missi à concilio seniorum; quod

Cur misi ad
Ioannem le-
gati.

Syne-

Baronius in
annalibus.

Clarè, interrogat, an sit ipse Christus: ex Cayetano, Ianzenio, & Toleto.

Chrysost. ad
hunc locum.

Chrysost. ho.
11. in Matt.

Quo animo
missi sunt le-
gati, & inter-
rogant: ex
Chrysost. &
Theophil.

Theophilati
mēs, & sen-
tentia.

Aug. senten-
tia tract. 4. in
Ioannem.

Euthimii iū
sententia.

Synedrim appellabant (ut putat Baronius in Annalibus) interrogantque primò, vtrum ne sit ipse Christus? ut ex Ioannis responsione optimè inferunt Cayetanus, Ianzenius, & Toleto: cū enim (vt ipsi aduertunt) respōsio debeat respondere interrogationi, responderitque Ioannes. Nō sum ego Christus. Benè colligitur ipsos Ioannem interrogasse, an esset Christus: Neque multum dissentiunt præfati Patres à Chrysostomo, qui ait, ad eorum intentionem respondisse Ioannem: nam si ad eorum intentionem respondens dixit se non esse Christū; eorum (proculdubio) intentio fuit sciare, an Ioannes esset Christus.

Vtrum autem syncero, an doloso animo interrogauerint, dubitant Patres, & in varias sententias diuiduntur. Nam diuus Ioannes Chrysostomus, & Theophylatus ad hunc locū existimant, doloso animo fuisse missos hos legatos ad Ioannem, vt scilicet ex eius responsione occasionem arriperent, vt illum reprehenderent, prohiberentque ne baptizaret, neq; prædicaret. Occasionē (ait Chrysostomus) qua aliquid reprehenderent, quærebant; insidias ei in interrogatione posuerunt, vt si Ioannes aliquid loqueretur ad accusandum, repētē consurgerent; Quod ex liuore, & inuidia profluxisse sentit Theophylatus: Neque (inquit) Ioannē pro Christo haberi Iudei mihi velle vi- dentur, sed ex liuore, & inuidia interro- gare eum. Tu quis es?

Aliter tamen sentiunt Augustinus tractatu 4. in Ioannem: Euthimius ad hunc locum, & ipse quoque Chrysostomus hom. 15. in Ioannem; qui omnes asserunt, tam Iudæorum, quā legatorum intentionem fuisse vanæ gloriæ amore Ioannem allicere, ipsi persuadere, vt sibi Messiae munus adscriberet; quod in odium Christi intentabant: Ut Ioannis gloriæ amore illectus (inquit Euthimius) Messiam se effateretur, vehementer exoptabant, vt

A deinceps fama Christi, quem oderant, per famam Ioannis, veluti infusa aqua ignis accensus, restingueretur.

Quod si quæras, cur Iudæi Ioannem potiū, quām Christum Messiam esse exoptauerint, accipe à Ioanne Chrysostomo hom. 15. in Ioannem; ait enim ibi, Iudæos Ioannem potiū Magistrum habere voluisse. quām Christum, quia Ioannes claris erat ortus natalibus, & rerum humanarū despitientia erat in signis: Christus verò fabri filius existimabatur, ex ignobili patti Nazareth; neque vita asperitatem sectabatur.

B At hæc Euthimii, & aliorum Patrum sententia stare non potest; quo enim tempore hæc ad Ioannem legatio facta est, nondum Christus miracula faciebat, neque eius fama diuulgabatur, neque ipse se Messiam esse dixerat, vt Iudæorum odium, & inuidiam cōcitaret neque ipsum adhuc Iudæi nouerant, vt ipsem et Ioannes testatus est dicens: *Medius autē Ioan. cap. 1. vestrum stetit, quem vos nescitis, &c.*

C Potius igitur tenendum est legatos sincero animo fuisse missos ad Ioannem, vt ex eodem (cuius apud omnes magna erat authoritas) certo scirent, esset ne ipse Messias eorum Patribus promissus, & à multis temporibus expectatus; effulserat namq; in Ioannis nativitate miracula, & ipse asperrimam vitam agebat, vnde apud eos grauissima eius erat authoritas, ac opinio sanctitatis, ideo ab eo edoceri exoptabant, de re apud se adeò dubia, cum præsertim evidentissima signa viderint, ex quibus inferri possint, iam Messiae aduentus tempus aduentasse.

D At obiicies Iudæorum Principes, à quibus hi legati missi sunt, esse in scripturis sacris satis versatos; sciuīseq; Messiam ventum in Bethleē, & ex Tribu Iuda nasciturum fore; Ioannem verò in Montanis Iudæ, & ex Tribu Leui fuisse ortum, vnde igno-

Cur Iudæi
Ioannē po-
tiū, quām
Christum
Messiā esse
exoptau-
rint, ex Ioā-
ne Chrysost.
homil. 15. in
Ioannem.

Obiicitur
contra Patrū
sententiam.

Legatos sin-
cero animo
missos fui-
se placet.

Obiicitur
contra sen-
tia quam se-
quimur.

ignorare non potuerunt Ioannem nō esse Messiam in lege , & Prophetis promissum,& ab omnibus expectatū: ad quod respōdeo, benē potuisse existimare Ioannem esse Meſſiam; quia aliqua ex parte ad Tribum Iudæ pertinebat : aliter enim Christi Domini consanguineus non esset:& in confinibus Bethleēm fuisse ortum ; nam montana Iudæa non multum distant à Bethleēm: Pontifices itaq; Iudæorū, & reipublicæ moderatores , ad quos expectabat examinare , vtrum Ioannes esset Meſſias expectatus , & præcavere ne populus deciperetur legatos suos miserunt viros Sapientes, vt potè Sacerdotes , & Leuitas , qui Ioannem de officio,& doctrina interrogarent.

Circa autem Ioannis Euangelistæ verba , quibus ponit responſionem Baptiste , ad primum legatorum in-

Cōfiteri idē terrogatum. Confessus est , & non negat, quod nō gauit, & confessus est, quia non sum ego Ruperto ad Christus ; Aduerte idem esse cōfiteri, hūc locum.

ac non negare; vndē optimè Rupertus ad hunc locum : Eodem (inquit) dicto Ioannes Christum confessus est , & Christum non negauit , ac proinde verus hoc in loco Ioannes Christus Confessor claruit: Hæc Rupertus: sic autē Gregorius hom. 7. in Euangelia. Confessus est se non esse Christum ; & non negauit se vocem esse Christi : Adequate tamē respondebis, si dicas morē esse Scripturæ sacræ, per vnam affirmationem, per vnamque negationem puram, sinceramque veritatem declarare; vndē illud Job 15. Sapientes confitentur , & non abscondunt patres suos.

Sacri Scripturæ loquēdīmos. Job 15.

Ioann. 1.

Si quæ fortasse circa literalem cōtextus seriem desideraueris, in moralibus annotationibus, quæ sequuntur adiuuenies; & præfertim in annotatione decima, vbi dubia illa verba pertractantur: *Medius autem vestrū stetit, quem vos nescitis; ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est, &c.*

Respōdetur obiectioni.

A

AD ILLA SACRI contextus verba.

Miserunt Iudei ab Hierosolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum. Tu quis es?

ANNOTATIO I. MORALIS.

Qui, relieto verbo, in sequuntur vocem plusquam pueris qui despectis veris, & permanentibus, facile peritura seellantur, plusquam cacci.

Qui locum vnū primi libri Regum in cap. 3. cum diao Gregorio, & cum Rabano, & Theodoreto expenderit, adiuueniet huius asserti validissimum fulcimentum ; ibi refert sacra pagina, quod cum Deus puerum Samuelem ante tabernaculi lucernam excubantem noctu , bis, iterumque vocaret, ipse ad Heli Sacerdotem iuerit, dixeritque. *Ecce ego, 1. Reg. cap. 3. quia vocasti me;* Expendit euentum Theodoretus, & ait. *Pluris fecit Deus* Plus facit Deus senilem pueri iuuentutem , quam Sacerdotis caniciem; volens enim supplicia sua nuntiare , relieto annoſo ſene , pueruli utitur ministerio ; Pensitemus hæc Regum.

Contra. *Deus ſenilem pueri iuuentutem, quam Sacerdotis caniciem; volens enim supplicia sua nuntiare , relieto annoſo ſene , pueruli utitur ministerio ; Pensitemus hæc Regum.*

Theodoreti verba, & inquiramus in quo Dei puerum vocandi, & eligendi stetit fundamentum ; pueriliter namque egisse in hoc euentu Samuel videtur; dum precepta Dei vocantis, voce, non ad Deum vocantem, sed ad Sacerdotem tunc fortassis dormientem iuerit? quomodo ergo plusquam ſeniliter egit, qui adeò puerili- Samuel ſenilis puer ex diuo Gre- gor. adeundē locum.

ter egit, vt ad quem iret non cognoverit? quomodo ex hac puerili actione eligitur, ex qua(ut videtur) merito

tò poterat reprobari ? Ex iis, quæ Pater Gregorius (præsentem locum perpendens) annotauit, dubii huius verna solutio est. Ait enim, *Deum, qui nullius vocis sono exprimitur, tunc Heli Sacerdotis vocis tenore puerum vocasse; ut ab ipso vocari existimaret, & ad illū ire;* Placet Theodoreto sententia, &

Cur Samuel assignat rationem dicens. *Quia oportebat, ut certò sciret Heli puerum à Deo vocatum; ne haberet suspectam Dei per illum de supplicis sibi inferendis legationem.* *Quoniam (inquit) Deus Heli mala erat prædicturus per Samuelem, ne videretur Samuel finxisse reuelationem, rem Deus dispensat.*

In quo stete Benè vtique; sed nondum appareret, in quo steterit cordata illa, & senilis Samuelis mens, ob quam à Deo Gregor. *ubi supra.* eligitur, & à Theodoreto laudatur; dicam ex mente sancti Patris Gregorii. Stetit in eo, quod audita, & precepta Dei vocantis voce ad Heli vocis tonum efformata, non vocem fuerit insequutus, aut illa contentus, sed ad illum statim recurrerit, quem vox se proferentem ostenderat; reliquit itaque vocem, & insequutus est pro-

Relicta Samuel voce insequutus est prolatorem; despexit sonum breuissimè transiuntem, & permansurum quæsivit illum, quem vocis existimauit efformatorem. Enimvero satis pueriliter ageret, si sono vocis illectus, non inquireret personam vocantis; plusquam pueri igitur sunt ciues Hierosolymitani, & qui illos imitantes relitto verbo sectantur vocem, & inse-

Iudæi plusquam pueri, dū relicto Christi insequuntur Ioannem, de quo audiunt: optimè sibi complacent in sono mox perituro, & Deum relinquunt in æternum duraturū, puerilis equidem inscitia, cæcitas manifesta.

Optimè mea saltē sententia) horum, & similius cæcitas cum Heli Sacerdotis cæcitatem, ex Rabani men-

te comparatur, de quo ait contextus Sacer, quod non poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur. Ergo videbat extintam? videbat utiq; illi namque qui humore capitis perpeditos tantum, læsosque habēt oculos, & non sunt omnino cæci umbra gaudent, fastidiunt lucem. Despecto **O**culus hu- Christo, qui lux erat illuminans omnem more læsus hominem, & qui ante eorum oculos lucem odit, umbritis gau- versabatur, insequuntur Iudæi Bap- tistam, qui illius vox erat, & umbra.

BNon enim erat ille lux, sed testimonium Ioann.cap.1. perhibebat de lumine, umbra enim de corpore testimonium perhibet, item & vox de proferente; nō solum ergo, **I**oānes Chri- vt pueri, despecto prolatore, vocem sti non solū sunt insequuti, sed ad instar cæcu- tientium, umbram (despecto corpore) insequuntur. Nō erubescam sine Au- thore loqui, audite Rabanum in ex- positione capituli tertii primi Regum libri. *Cæcitas (inquit) Heli, significat cæcitatem Iudeorum, qui præsentem Saluatorem non cognoverunt, neque eius fulgorem miraculorum, neque do-ctrinam.*

Addiderim insuper Hierosolymitanos ciues cuiusvis peccatoris in hoc euentu egisse figuram, seu personā: quid enim aliud qui peccat facit, præterquam se (despecto Creatore) ad creaturam conuertere? Duo qui- dē sunt in peccato (vt 1. 2. quæst. 87. art. 4. diuus Thomas annotauit) auer- sio nempè à Deo, & ad creaturā con- uersio; auersio ab incommutabili bo- no, & ad commutabile cōuersio; duo item mala perpetrarunt Iudæi dum despecto verbo, vocem sunt insequuti; auerterunt se ab incommutabili bono, & in æternum permāsuro, qualis est solus Deus, & ad bonum statim discessurum, qualis est homo, cō- uersi sunt; *Omnis (inquit Esayas) caro fenum, & omnis gloria eius, quasi flos agri, exiccatū est fenum, & cecidit flos; verbum autem Domini manet in æternum, duo igitur hæc mala perpetra- runt*

Rabanus ad caput 3. pri- mi Regum.

Duo quæ re- periuntur in peccato, ex diu Thomas 1. 2. quæst. 87. art. 4.

Duo itē ma- la perpetrarunt Iudæi, dū despecto Christo, Ioā- ne quærunt.

Esayas c. 40.

runt Iudæi, dum verbo despecto, vocem sunt inseguunt.

Prædixerat Dominus istius gentis, & omnium simul peccatorum hanc amentiam, & de illis cōquestus fuerat, Ieremiæ 2. dicens; *Quid innuerant patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem?* quem locum dū Augustinus pensitat, sic ait.

Quid non summa bonitatis inuenitur in Christi? quid in creaturis non vanitatis? quid in eis stabilitatis? quid dulcedinis, quod pro summo bono non sit flocci faciendum? voces sunt creature mox evanescentes; at Dei verbum Christus aeternum est, & aeternis bonis affluit, aeternaque voluptate sectatores suos perfundit.

Qui igitur relicto Christo, eius voces insequuntur, id est, res omnes caducas, benè Iudæis comparantur; qui (despecto verbo) sectati sunt vocem, dum per legatos suos Ioanni offerunt honorē, & munus, quod soli Dei filio debebatur, ad instar quidem cæcorum, qui deciduae voci, quam audiunt, potius intendunt, quam corpori, quod non vident, et si manibus contractent.

Sed iam remedium, quod tantæ huic cæcitatæ fit adhibendum, addiscamus ab eisdem Iudæis: et si enim à veritate aberrarunt, ut cæci, in eo quod (relicto verbo) per legatos suos inseguuti sunt vocem; cordatè tamen egerunt in nuntiis, quos mitterent, eligendis. *Miserunt* (inquit Euangelista) *Sacerdotés, & Levitas ad Ioānem,*

ut interrogarent eum: Tu quis es? Nobiles igitur, & sapientes eligunt, mituntque nuntios, qui nec falli possint, neque fallere. Ex quo Iudæorum facto infert quidā huius loci expositor modernus tempore, non autem in sacris literis interpretandis, & declarādis; non modernus contionandi munere; non equidem morum probitate, non virtute, & pietate, Sebastianū Barradas (dico) Societatis Iesu intersydera fulgentia fulgentissimum sy-

dus, notum totius Lusitanæ decus; inclitæque Olysonis honorem, & singulare ornamentum; infert (inquit) præfatus Pater superpositæ cæcitatæ remedium singulare; nō esse nempè vulgares, & abiectos Ministros eligendos, quales communes sunt sensus, sed sapientes, & nobiles, quales sunt intellectus, & fides, qui quam sint voices, id est res humanæ, aducæ, quāq; solidæ sint diuinæ, prudenter inquirant, nobisque fideliter referant. Appono præcitatæ Patris verba. *Sensus* (inquit) & *appetitus abiectissimi serui sunt, hos si mittas, ut querant à pecunia, à voluptate, ab honore: Tu quis es?* Sanè eximium quippiam, & suauissimum esse renuntiabunt; nobiles, ac Sapientes legati sunt intellectus, & fides, hi quid sunt caducæ res, & quid aeternæ diligenter disquirrent; illudque Salomonis nuntium referent: *vanitas vanitatum, & omnia vanitas;* & illud denique Chrysostomi. *Talia sunt humana, & carnalia, qua nō dum rectè aduenerunt, & iam auolarunt;* Quibus (meo iudicio) addi potest, ad instar sunt vocum, quæ simul efformantur, proferuntur, audiuntur, & finiunt.

In rebus, quæ ad nostram salutem spectant, nō sensibus adhibenda est fides, sed intellectu: intellectus, & fides nobiles sunt, & veraces; sensus verò serui abieicti, & fallaces.

Carnalia omnia sunt caduca.

Ioann. Chrysostom. hom. 1. in Genesim.

CIRCA E A D E M S Acri contextus verba,

Ioann. 1.

Miserunt Iudai ab Hierosolymis Sacerdotes, & Levitas ad Ioannem, ut interrogarent eum:

Tu quis es?

ANNOTATIO II.

Aliena disquirere, & proprius non intēdere; vulgaris cæcitas, & inscitia.

Ita est cæcorum propria interrogatio hæc. Tu quis es? ut ex illa tam,

Propria cæcorum enuntiatio. Tu quis es?

Ierem. 2.

Augustin. in soliloquii.

Omnes creaturae voces sunt citò evanescentes, ex Augusti. ubi supra.

Iudæi cæci, & cæcorum more interrogant: Tu quis es?

Ion. 1.

Iudæorū in nuntiis eligendis non despiciendū iudicū.

Sebastianus Barradas ad caput Ioann. 1.

tum Iudæorum cæcitas possit dignosci: offendat te cæcus quisq; in platea, A statim manibus à restat, & interrogat. Tu quis es? cōprobat dictū euentus ille, quem Genesis 27. refert sacra pagina, Isaac cū Iacob filio accidisse.

Genes. 27.

Alligauerant oculi eius, & videre nō poterat: accessit filius, obtulit cibos, quibus libēter vescebatur, attractat illico senex iutienē, & interrogat. *Quis es tu fili mi?* cæcorum equidem hæc enuntiatio est. Tu quis es? & ita ferè cæcum indicat, atq; hominem resibilitas: vndē Iob palpabunt, vt cæci parietem: Ecce prophetiæ complementum; orta luce, quæ illuminat omnem hominem; lucem non vidēt, & cæcutientes Ioannem palpant, & interrogant.

Iob 5.

Tu quis es? de se nihil, de Ioanne multa disquirunt, *Tu quis es? Propheta es tu? Helias es tu?* cæcorum vitium aliena disquirere, & propriis nō intendere.

Optimè probat assumptum locus ille Genesis 34. vbi refert sacra pagina sinistrum Dinæ, cum filio Regini Cychimitarum euentum. *Egressa est* (inquit contextus Sacer) *Dina filia Lya, ut videret mulieres regionis illius,* quam cum vidisset Sichen filius Hemor, adamauit eam; rapuit, & dormiuit cum ea vi opprimens virginem. Ponderant, disquiruntque locū Pater Gregorius Magnus, & Laudunensis Ambrosius, dicuntq; illorūq; in hoc euentu, figuram gessisse Dinam, qui ad propria non attendentes aliena inquirunt; ita namq; super nomē *Dina* habet Laudunēsis Ambrosius in sua interlineали. *Quæ postpositis propriis, aliena negotia curat:* Optimè Laudunēsis, sed adhuc melius, & sentētiosius Pater Gregorius par. 3. curæ Pastoralis, vbi sic habet. *Dina, ut vident mulieres aliena regionis, egreditur, quando unaquæque anima sua studia negligens, & actiones alienas curans extra propriam ordinem vagatur:* Desumitur, itaque ex loco (secundum tantorum Patrum

mentem) illorum fuisse Dinam figuram, qui spretis propriis, aliena negotia curant. Sed ad id, quod pungit in loco, nondum accessimus, pensitemus iterum cum Signiniensi Brunone sacri cōtextus verba. *Egressa est Dina filia Lyæ, &c.* Et inuenimus occultum mysterium: Qui nam loquendi modus is est (interrogo) quo vtitur Sacer contextus, dum Dinam Lyæ filiam vocat, non Iacob? potius enim nominanda erat à patre, quam à matre; à notioribus

B namque quis innotescit, notior autem quam Lya Iacob semper extitit. Vndē potius dicere debuit tex- à matre potius Sacer *Egressa est Dina filia Iacob.* vñs quam à Et si ideo fortassis fecit, vt inter Parte nominatur, illorū significat cæ citatem, qui aliena dis quiriunt, spretis propriis: ex Bruno ad hunc locum.

C erat, nullam Iacob in Rachele genuisse filiam: Ne amplius crucieris (ait Signiensis Episcopus) dicam mysterium. *Dum sic Dina cæcutiens, & ad sua non attendens, alienos mores inquirit, non Iacob, sed Lyæ filia dicitur,* quam lippis fuisse oculis sacra Scriptura testatur: Discutite Patri's verba, & inuenientis præsentis asserti fulcimentum; vt ostenderet (inquit) filiæ cæcitatem, quæ spretis propriis aliena negotia curat; apponit cæcutiente matrē contextus Sacer: quasi innuēs, non posse à cæcutiente matre, nisi cæcutientem filiam prouenire. Quis ambigit fuisse Lyam Synagogæ, sicut Rachelem Ecclesiæ typum, & figurā; à cæcutiente igitur matre Synagogæ filii cæcutiunt, dū ad propria nō attēdetes aliena inquirūt. Dū interrogāt. *Tu quis es? Helias es tu? Propheta es tu?*

D Vidistis Iudæorum, & similium, qui sua nescientes aliena disquirunt, cæcitatē, corundē nunc videte insci-

H iam

Lya Synago
gæ typus Ra-
chel vero
Ecclesiæ.
Cæcutiūt Iu-
dæi à cæ-
cuenti Syna-
goga eorum
matre.

Iean. i.

tiam, & animi vilitatem. *Indica mihi, ubi pascas, & ubi cubes in meridie;* ex pos-
tulat ab sposo sponsa, Canticorum

Canticorū i.

in cap. i. cui statim respondet spōsus.
Si ignoras te, o pulcherrima mulierum,
egredere, & abi post vestigia gregū suo-
rum, &c. equitatui meo in curribus Pha-
raonis assimilari te. Admiratur, discu-

Discutitur
locus ex Am-
brosio, & ex
Laurentio Iu-
stiniano.

tiuntq; Origenes, & Iustinianus Lau-
rentius duram nimis sponsi ad spon-
sam respirationem, & iure quidem
mirantur Patres; illa namque de eius
cubiculo, & quiete amanter interro-
gat ille verò respondens, illam mu-
lis, & equis, quibus, non est intelle-
ctus, quasi irreuerteret assimilat grande secretū! inquiramus primū, quid
sua illa prece sponsa postulauerit,
discutiemus postea dilecti responsio-

Ambros. in
Exam. cap.
7. & 8.

nem; *Petrus* (inquit Ambrosius) carnis
adhuc infirmitate circundata, claram di-
uinæ essentia visionem. Ita se res ha-
bet: iure ergo ab sposo reprehendi-
tur; potius enim auxilia ad carnis, seu
peccati famē edomandā, quibus maxi-
mè indigebat debuit postulare spō-
sa, quam claram diuinæ essentiæ vi-
sionem, quam in statu huius viæ ne-
mini datum est intueri, & benè bru-
torum animantium omni ratione ca-
xētum inscitiae cōparatur, eius (dum
sic petit, inscitiae) optimè ad intentum
in suo ligno vitæ Laurentius Iusti-
nianus.

Luurent. Iu-
stinia. in lig-
no vita.

Ilorum (inquit) turpis est cu-
rius, qui scire volant, eo tantum fine,
vi seiant alienū ignorantes seipso, con-
sonat Magnus Gregorius in nomen,
clatura, seu cognomine huius insci-
tiae. *Turpe curiositatis* (inquit) est vi-
tium aliena inuestigare, se nesciens; quā-
tò enim quisque peritus sit alieni meriti,
tamò sit ignarus sui.

Aliena dis-
quitere, &
sua neglige-
re inscritia
turpis, ex Pa-
tribus citatis
supra.

Iure increpauit Xenophon quen-
dam, cui (dum in foro aliena publicè
diuinaret) omnem (quā habebat) do-
mi latrones furati sunt supellestilem.
Hens (inquit) flulte, cum alienarum re-
rum prædictiones profiterere, cur tuas ne-
gligebas? Turpe igitur vicium, & vul-

Xenophōnis
Philosophi,
consonans
sententia.

garis inscitia est aliena disquirere, &
ad propria non attēdere, vulgaris (in-
quam) inscitia, quia non ingenuæ, sed
abiecta mentis est vitium, ut dū locū
supra positum discuteret obseruavit
Origenes dicens. *Si te ipsam, o sponsam,*
ignoraueris, & vi cōmune vulgus, agere
volueris, eris in vestigiis gregum. Quod
idē est ac si diceret: si vt communiter
agunt plebei homines, & vulgares,
tui despecta cognitione, aliena inque-
sueris, non tantū quos pascis, verū &
equis, ac mulis, quibus nullus est in-
tellectus similabere, vulgarium qui-
dem, & non ingenuorum hominum
vitium est aliorum actiones disquite-
re, propriis autem non intendere.

B Valde equidem subtilis mihi visa
est circa præsens assumptum moralis
quædā diuī Basilii Philosophia, quam
habet hom. 9. in Exameron, circa pro-
priam cognitionem. Quosdā (inquit)
esse homines, qui se ad instar oculorū
habent, quosdam verò ad instar Dei,
nō est certè intellectu facilis hæc Ba-
silii Philosophia, quæ enim quorundā
dam hominum ad oculos similitudinē
est: & quæ quorundam cum Deo co-
uenientia? vt quosdam oculis, quosdā
verò Deo assimilari dicat Basilius?
ipse se ipsum explicat dices. *Oculi* (in-
quit) *omnia exteriora cū videant, seipso*
tantum non vident, sed ipsa mens etiam
nostra peracutè perspiciens alienos erro-
res, tarda est, & cūctatior ad proprios de-
fectus suos cognoscendos; at verò viri suæ
salutis amatores, non oculorum, sed Dei,
qui semper se ipsum intuetur, similitudi-
nem gerunt.

C Concordat cum hac sancti Basillii
Philosophia obseruatio quædam sati-
eti Gregorii Magni; circa illa Ezechie-
lis de animalibus verba. *Vnumquodq;*
ante faciem suam gradiebatur. Pensitat
verba Pater præcitat, & dubitat
de modo, quo posset vnumquodque
istorū animalium ante semetipsum
ambulare? & ad moralem sensum
statim de more recurrens ait. *omnis*
instus

Aliena discu-
tere, & sua
negligere,
abiecta, &
vulgaris est
mē-
tis, ex Orig.
hom. 2. in Că-
tina.

Qui aliena
inquirunt, &
al sua non
attēdunt, as-
similāt o-
culis, qui ve-
rò intuentur
se ipsos, Dei
similitudinē
gerunt.

Ex Basili bo.
9. in Exam.

Ezechie. c. 1.

Quid sit iustus, qui vitam suam sollicitus aspicit,
coia sciam
bulata ex & diligenter considerat, quantum quo- A
Magno Gre. tidie in bonis crescat, aut decrescat; iste
gorio ad 1. gori se ante se ponit, coram se ambulat:
Ezech. caput Quisquis verò sua vitæ custodiam ne-
gligit, & discutere, qua loquitur, quæ cogi-
gitat, aut despicit, ut negligit; coram se
iste pon ambulat, quia qualis sit in suis
moribus, ignorat.

Amplificari potest hæc eadē moralis de propria cognitione Philosophia, ex iis quæ ad caput 4. Apocalypsis habet Rupertus. Ponderat ibi iste Pater illud, quod de quatuor illis animalibus de quibus superius actū est refert Ioannes dicens. *Antea, intus, & retrò plena sunt oculis.* Sistit Rupertus in tanto oculorum numero, & ait, ad quid tot oculos habebant animalia ista? *Ante, retrò, & intus ple- na sunt oculis!* Et esto, quod ante haberent oculos, ut secure gradirentur; esto quod retrò, ut à tergo pericula cuitarent, ad quid intus quoque plena sunt oculis? superfluè certè ha-

Apocalyp. ca. 1

Discutitur
locus à Ru-
pertio Abbatte

Animalia il-
la iutorū fi-
gura.

Rup. ad cap.
1. Apocalyp.

buisse videntur; immo (respondet) cum omnibus indigerent, iis ad intus indigebant vel maximè; virorum enim iutorum figuram gerebant, qui oculis undeque pleni, omnes in se ipsos coniiciunt, & nullos in alios: appono Abbatis Ruperti verba. *Pleni (inquit) sunt oculis viri iu-
sti, retrò, videndo quales ex se fuerint,
antea cogitando quales tunc facti sunt
per gratiam, intus autem attendunt ad
suam propriam originem.* Hæc ille; cū itaque tot oculos haberent omnes in se ipsos, nullum in alios coniiciebant: discutiebant se ipsos, de aliis non curabant, vñusquisque attendebat, quis esset, & nullus alterū interro- gabat: Tu quis es?

Quid superius mihi visum est il- lud, quod quemdam monachum, virtute, & aetate prouectum fecisse dici- tur in vitis Patrum; libro cui titulus est. Non oportet iudicare quemquam, qui cum à grauissimis heremi Patri-

bus vocaretur, vt cum ipsis simul cu- iusdam delinquētis monachi causam iudicaret, sacco terræ pleno onustus, se coram illis presentauit; & quid portaret interrogatus, respondit. Por- to peccata mea, quæ quia vix ferre non possum; mulio minus aliena iudicare pos- sum.

Pro totiù sapientiæ fundamento posuit Philon, nō obliuisci quemquā suæ ipsius vilitatis, ita namque haberet libro de somnis. *Principium totius sa-
pientiæ est, non oblinisci sui ipsius, &
habere semper pœ oculis suas origines.* Amplificat, corroboratq; idem Philon sententiam suam, loco illo Nu- merorum 19. in quo iubebat Domi- nus, quod quoties Sacerdos Sancta Sanctorum pro populo deprecaturus intraret, se totū cinere, & aqua spar- geret: quid hoc erat? ait Philon cine- res aqua madefacti nonnè lütum ef- ficiebant, quo preciosæ admodum Sacerdotis vestes polluebantur? ad quid igitur hæc obseruatio? nisi ad doctrinam hæc de propria sui cogni- tione indicandā, & astriuendā (respō- det ipse Philon dicens.) *Cōsideremus, phil. ubi sup.
quomodo quoties Princeps Sacerdotum,
ritè immolatus prescriptas victimas
accedit ad altare, ante omniacinere, &
aqua lustrari sacra lex inbet, ut in sui
memoriam, & cognitionem redeat.* Hæc Philo: ex quibus clare infertur quan- tum vnicuique conueniat de se priùs agere, quām de aliis seque interro- re. Quis sit, antequam alium interro- get: Tu quis es?

Illustrari amplius poterit hæc do- trina, & ampliari illo altero sacri contextus loco Exodi 38. in quo re- fertur, quod fecerit Moyses labrum æneum de speculis mulierum, quæ excu- babant ad ostiū tabernaculi. Noua equi- dē res, & pensitatione digna; labrum ad abluendum se. Sacerdotes ex spe- culis potiū, quām ex communī ære conficeret; pensitat Gregorius locum, & ait fusile in hoc facto Moysis in

Optima cir-
ca temerè iu-
dicantes alios
ad ipsos nō
attendent
sententia, in
vitis Patrum
lib. quod rō
oportet iu-
dicare que-
quam.

Proprie vi-
litatis cogni-
tio, totiù sa-
pientiæ fun-
damentū ex
Philon.lib.de
somm. illu-
strat ipse sen-
tentia ex lo-
co, Numero.
cap. 19.

Illustratur
Philonis in-
terpretatio,
à diu Gre-
gorio Mag-
no altero sa-
cerdotiæ Scripu-
re loco,
Exodi 38.

Speculum
propriæ cog-
nitionis in-
strumētum.

Greg. Magn.
homil. 17. in
Euangel.

Canticor. 1.

Propria cog-
nitio sp̄ ca-
lum nō fal-
lēs. ex Aug.
ad ca. 1. Cāt.

animo, huic (de qua loquimur) Sacerdotum, & Leuitarum inficiæ, & cæcitati remedium adhibere; vt antequam, scilicet, ad aliorum negotia, cum Deo astuti accederent; se ipsos intuerentur, propriasque fortes prius absteggerent, quām de alienis curarent; vtens sanctus Legislator à Deo edocitus speculi figura ad propriam cognitionem indicandam: audiamus Patrem. Moyses (inquit) labrū de speculis fecit, ut ostenderet, quod propria cognitio peccatorum maculas exhibet; qua, si diligenter intendimus, internæ imaginis maculas videmus, & videntes compungimur, & compuncti quasi in labore lachrymis lauamur.

Accommodatiū ad præfens intētum loquitur S. Pater Augustinus, dū locum illum, Canticorum 1. exponit, quem superius iam adduximus, & cū Ambrosio, & Iustiniano Laurentio exposuimus; si ignoras te, à pulcherrima mulierum, egredere, & abi post restigia gregum tuorum: Vtitur Augustinus in expositione istius loci etiam speculi metaphorā ad innuendam propriā vniuscuiusque cognitionem, & ait. *Nisi te metipsum cognoveris in speculo, quod te falso nitare nō fallit, eris in vestigiis gregum. Quod idē est, ac si dicat; si (quēadmodum ille qui proprios vultus defectus ad speculū intuetur) semetipsum propriæ cognitionis luce intuitus quisque non fuerit de eadē, de qua sponsa redarguetur inficiā, & cæcitate.*

Si quis ergo voluerit præfatae cætitati; seu inficiæ conuenientem adhibere medicinam supraposita tanto-rum Patrū vtatur doctrina: de se potius, quām de aliis, quis sit inquirat; Dei potius, quām oculorum similitudinem gerere impensè studeat; qui cetera cum videant, se ipsos non vident, in propriæ suæ cognitionis speculo, quod falso nitore non fallit, intueatur se ipsum, de seque disquerat, Quis sit néminemq; interroget;

Oculi eæte-
ria, cū videat
se ipsos non
videat.

A Tu quis es? Hoc enim pharmacum ad animi sanitatem conseruandam præscripsit aliquando Abbas Panuntius Iosepho Monacho percontanti, quid sibi faciendum erat, ut probè viueret, & quietè. Si in omnibus (respondebat) causis dicas, quis sum ego? & ne iudices quemquam.

~~~~~

CIRCA ILLA EIVSDEM  
sacri contextus verba,

Ioann. 1.

**B** Confessus est, & non negauit; & confessus est, quia non sum ego Christus.

### ANNOTATIO III.

Sedulè, soliciteque est à quoq; Christiano præcauendum ab occasione lœdendi Deum, deficiendiq; in eius obseruantia mandatorum.

**C** **A** B anticipata Ioannis ad Hieronymianorum legatos responsione: Non sum ego Christus, de quo usque tunc interrogatus non fuerat, præfens hæc doctrina deducitur; de quo ita Rupertus. Verax itaque veritatis præco cauit sapienter diuini nominis adulterium.

Ioann. 1.

Optimus est ad hoc argumentum roborandum locus ille Psalmi 136. si attente cum Hieronymo pensetur: Super flumina Babylonis (filiorū Israel personam agens inquit Psaltes) illuc sedimus, & fleuimus, &c. in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra; quia illuc dixerūt nobis, qui captiuos duixerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Syon: Vbi primum (inquiunt) egerūt Babylonici de recitando à nobis in eorum obsequium Dei carmina, ad persoluendas ipsius Dei laudes tantummodo composita, & quæ extra

Rupert. ibi.

Psalms. 136.

Expenditur  
locus à Hiero-  
nymo.

extra sanctam Syon nefas erat cantare. Statim, & absque ullo temporis interuallo musica instrumenta deposuimus, & in salicibus suspendimus, ut omnem prorsus Deum nostrum laetandi occasionem fugeremus. Pen-

*Hier. ad hunc* sitat Hieronymus factum, & ait: *Cito  
locum I's. 136 nimis musica instrumenta deponunt.* Et  
benè, nam (ut cōmune ait proloquiū)  
*Malum à facti executione diffat ver-*

*Commune proloquiū. borum probatio.* Multum equidem à constringentia distabat militum supplicatio, seu inuitatio; & illorum præcipue, qui non sui causa, sed ad illorū leuamen ad cantica inuitabant. Sic saltem cum nonnullis putat Gene-

*Genebrar. ad brardus. Per commiserationem (inquit)  
hunc locum dixerunt, & quasi hortantes eos ad se co-  
einsidē Psal. solandum patriis canticis; vnde celeri-  
ter nimis musica instrumenta depo-  
suisse videtur; sufficeret enim se se  
itineris lassitudine, apud milites excu-  
fare, aut saltem sui miseri status for-  
te, & conditione; dicentes, id quod à  
Salomone didiscerant. Musica in lucta  
imporiuna narratio: Leuat tamen illos  
à culpa ipse, qui imposuerat, Pater*

*Ecclesiast. 22 Hieronymus, dicens. Cordatè deponūt,  
Hieron. vbi vt protinus occasionem tollant. Sunt fer-  
supra. mē dominorum preces, præcepta, quę  
Superiorum vrgent; antequam igitur militum in-  
preces distri- solentiu preces, in districta præcepta  
cta sunt mā- transirent, musica instrumenta depo-  
data. nunt, vt omnem omnino Deum læ-  
dendi viam intercludant, quod simi-  
liter Ioānes fecit, cum antequam in-  
terrogaretur, an Christus esset? respō-  
dit. Non sum ego Christus. Cauens sa-  
pienter Diuini nominis adulterium.*

Discutitur locus obscurus 1. cap. li. bri Iudic. 15. Inter sacræ Scripturæ loca, de quibus dubitat martyr Bertarius, vñus ille est, qui Iudicum in cap. 15. continet, vbi refert sacra pagina, quod cum Sāson, cum parente, vtroque in Tarnata vxorem ducturus iter faceret, ad oppidique vineta perueniret, catulum leonis, quem obuium repetit, interfecerit. *Descendit itaque Samson cum patre suo, & matre in Tarnata,*

(inquit contextus Sacer) cumq; venis-  
set ad vineas oppidi, apparuit catulus  
leonis saevis, & rugiens, & occurrit ei;  
irruit autem spiritus Domini in Samso-  
nem, & dilaceravit leonem, quasi hedum:  
& annexit statim sacra pagina. Et hoc  
patri, & matri noluit indicare: Iure e-  
quidem dubitat Bertarius sanctus de  
vltimis his sacri contextus verbis;  
quomodo inquit possibile fuit, quod  
infcio patre, & matre, qui cum Sāso-  
ne simul pergebant, ipse leonem in-  
terfecerit? Nunquid (ait) leo pateat,

B *seu calex erat, que digitis comprimitur,*  
*& necatur? aut quomodo fieri potuit, vt*  
54. in *vetus*  
*testamentū.*

*eius pater, & mater ad filium cum leone  
decertatem non aduerterent? Respōdit  
ex mente Abulensis Bertarius, vel ex  
mente Bertarii Abulēsis; quod (cum  
Samson leonem interfecit, iam à pa-  
rentibus discesserat, & reliquo vinea-  
rum itinere, per nemus transgredere-  
tur; & assignantes huius discessus fun-  
damentum, asserūt, ideo fecisse Sam-  
sonē, ne per medias vineas incedēs à*

C racemorū pulchritudine illectus manum porrigeret, & comederet; quod secundum legem maximum esset nefas, quia Nazaræis (qualis Sáson erat) vuas edere, & vinū biberè lege cautum erat: vt igitur Deum lädendi occasionem fugeret, & omnino evitaret, parentes deserit, & iter periculose arripit, volens potius cum leone, quam cum occasione rem agere, audiamus Bertarium: *Tutius indicauit* T  
venire ad leonis congressum, quam sein l  
occasionem frangendæ legis desiderio saltem iniicere: Cordatè quidem; potius enim de occasione, quam de leone timendum.

Adiuenit Basilius in occasione Occasionis  
quandam cum Basilisco similitudinē proprietas  
ob quam maximē fugiendam esse cum basilici  
docet, aspectu scilicet suos interfice- proprietate  
re spectatores; occidit enim Basilicus cōuenientis ex  
intuitu: occidit occasio intuita: audia- Basilio ad  
mus patrem, sagittam planè exitiam- caput Esa. 4.  
lem (inquit) emisit occasio, cuiusmodi

*obtinet rumor de basilisci natura, quam dicunt solo aspectu corrumpere suos spe-ctatores : Si autem hanc occasionis proprietatem, quam (vt Basilius obseruat) cum basilisco habet communem, amplius volueris inter concionandum ampliare, corroborareque, optimè facies, si locum illum 2. Regū cap. 11. expēderis; in quo lapsus Dauidis cum Bersabe Vriæ vxore sacra Scriptura cōmemorat ; Vidi ( inquit contextus Sacer ) Mulierem se lauanię super solarium suum ; erat autem mulier pulcra valde, &c. missis itaque Dauid nuntiis, tulit eam : Optimè factum hoc perpendens, ait Magnus Gregorius ; Fugienda est, & cauenda occasio, alioque sunt oculi auertendi; quia intuire non conuenit, quod concupiscere non licet : Interficit equidē occasio aspectu ; si enim Dauid oculos à muliere se lauante auerteret ; non haberet postea toties ingemiscendi rationem.*

*Delucidatur & illustratur locus supra positus alterius scripturæ loco. 1. Reg. cap. 17.* Adhuc subtilius de occasione fugienda philosophatus eris, si hunc, quem retulimus, sacræ Scripturæ locum, cum alio eiusdem sacri contextus componas, in quo sic apud Saulem loquitur Dauid ipse. *Pascet seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel ursus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebat eos, & persecutiebam, eruebamq; de ore eorum; & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos: nam & leonem, & ursum interfecit seruus tuus:* Benè vtique (credo) sed quomodo ipsi Dauidi cum occasione contigit, qui ursum, & leonem interficerat ? interrogo : de feris victoriam reportauit, & ab occasione vincitur; vnde tutius cum leone quā cū occasione res agitur ; leones vincit Dauid, & ab occasione vincitur ; solo aspectu lēsit illū occasio, cui vngula leonis nocere non potuit.

Optimum eruit Cyprianus ad hāc

moralem Philosophiam fulcimentū, ex casti, innocentisque Iosephi euētu, cum luxuriosa Putipharis muliere; composite cum Dauidis euētu ad mulierem Ethaei Vriæ, de quo superius egimus ; sistens enim præfatus Pater in utroque euētu, dubitat de hoc, quod superauerit tentationem Ioseph toties impetus, & è propè (ait enim Scriptura, quod non semel tātum, sed multoties incitauerit mulier adolescentem ad peccandum. *Huiusmodi verbis per singulos dies mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum;* (ait contextus Sacer) *at verò Dauid fortis robore, & cor datus semel tantum tentatus, & à lōgē illicē subcubuerit; vbi primum enim mulierem vidit, statim concipiuit, & misit nuntios, & tulit eam; non ne utroque in euētu affuit Dei ad resistendum auxilium? non ne utroq; Spiritus sancti ad peccatum declinandum motio? quomodo ergo unus vincitur, & aliis victor euadit? & statim respondit idem Cyprianus dices, lib. de singularitate Clericorū; idē sic contigisse; quia Ioseph semper occasionem cauit, & ab ea Laxis, (vt aiunt) *habenis* aufugerit; & ita celeriter, quod pallium demiserit, vt expeditus, ac celerius curreret: at verò Dauid à fronte occasionem spectauerit. *Custos* ( inquit Cyprianus) *nobis datus est Spiritus sanctus, sed ut occasiones declinantibus subueniat, non ut illas querentibus faueat, nec ut voluntarios, & pronos ad illas tutet, sed ut ab eis nitentes separari confirmet; qui enim amat periculum, peribit in illo.* Fauit igitur Spiritus sanctus Ioseph efficaciter, quia occasionem fugit, & hāc idē fortassis efficaciam Dauidi non concessit, quia ab occasione, vbi primum se obtulit, illico non declinavit : satis ad rem consonanter loquitur Augustinus sermone de tempore 250. vbi sic habet. *In occasione peccandi apprehende fugam, si vis inuenire vi-ctoriam;**

Cōp. n̄it  
Dauido n̄ē-  
tus, cū euē-  
tu Ioseph, cū  
muliereque  
Putipharis.

Genes. 39.

2. Reg. ca. 11.

Aug. serm. de  
temp. 250.

*storiam; nec tibi vere eundum sit fuge-  
re, si palmam desideras obtinere.*

Satis ad rem illud Magni Alexandri factum; quod in suis noctibus atticis Gellius narrat noluisse, nempe superati Darii vxorem videre, de cuius pulchritudine mirabatur omnes: quod factum cum altero Africani Scipionis componens Gellius, quan- dam subtilem excitat quæstionem, cui cum à militibus suis in Carthaginis euasione quædam valde pulchra puella præsentata esset, ut ea potiretur, ipse carnis petulantiam edomās, puellam proprio parenti tradi iussit: excitat igitur Aulus Gelius quæstionem. *Quis horū animosius se gesserit; Scipio, qui ad præsentiam pulcherrimæ mulieris carnis petulantia edomauit, an Alexáder, qui nè Darium offenderet, eius pulchram uxorem non fuit ausus intueri? non defuerunt, qui Scipioni victoriæ palmā tribuendam esse iudicarunt, qui cum occasione ex vultu congrediens strenue superauit; attamen pro Alessandro stant Basilius, & Augustinus, dicuntque egisse prudentius, & cau-*

*Aug. ubi sup.  
Magnus Ba-  
silii ser. ad  
adolescentes.* *tius; Prudenter (inquit Basilius) occa-  
sionem cauit; quia turpis sumum sanè fo-  
ret, qui Reges vincerebat, à muliere superari:  
à longè itaque lèndendi Deum fugiē-  
da est occasio, ad Ioannis exemplum,  
qui ab illius umbra declinavit; & an-*

*tequā, an Christus esset? interro-  
garetur, respondit. Non  
sum ego Chri-  
stus.*

*Ioann. 2.*



A      :::: :::: :::: :::: :::: :::: :::: :::: :::

CIRCA EADEM VERBA  
contextus Euangelici,  
*Ioann. 1.*

*Confessus est, & non negauit, & con-  
fessus est, quia non sum ego  
Christus.*

ANNOTATIO IV.

B

*Vera serui Dei fidelitas ad propria  
commoda non attendens, Dei tan-  
tum honori intendit, sedulitusque  
cauet diuini nominis adulterium,  
& in eo quod caueat, suam ponit  
lætitiam, ac iocunditatem.*

C

*Q* Vamquam huius assumpti do-  
ctrina nō nullis sacræ Scriptu-  
ræ locis comprobari possit; duobus  
tamen comprobabo; quibus commu-  
niter vtuntur Patres, ut ostendant in  
quo stet vera serui Dei fidelitas: ostē-  
damq; eidem, quam fuerit Christi  
præcursor Ioánes Baptista Christo fi-  
delis, quantumque vnicuique Chri-  
stiano conueniat; omni prorsus, pro-  
prio despecto commodo, in Deum se  
fidelem, & veracem exhibere.

D

Cum sanctus Patriarcha Abrahā  
de eligenda Isaac filio suo uxore so-  
licitus cogitaret; seruo suo Eleazer no-  
mine negotium cōmisit, dicens: *pone  
manum tuam super fænum meū, ut adiu-  
rem te per Dominum Deum cœli, & ter-  
ræ, ut non accipias uxorem filio meo de  
filiabus Canaanarum, sed ad terram, &  
cognitionem meam proficiscaris, & inde  
accipias uxorem filio meo: Et annexit  
statim contextus Sacer: Posuit ergo Ioh.  
sernus manum sub fæmore Abrahæ  
domini sui, & iurauit illi super sermo-  
ne hoc; ita igitur in agendo negotio  
fideliter se gessit Eleazer; ut nec api-  
cem*

*Genes. 24.*

cem à domini sui præscripto fuerit transgressus; sed quæsitam Isaac vxorem (quā prudēter indagauit) in illius potestatem securè tradiderit;  
*Rup. Chrysostom. Amb. & Augustin. ad locum.* Ruperto, & à Chrysostomo seruus fidelissimus appellatur, seu fidelissimus legatus.

Sistamus ergo paulisper in hoc venerabili cognomine; quo præfati Patres Eleazerum condecorarunt, & in inquirendo à quo ex omnibus, quæ egit fundamento occasionē sumpserunt, vt illi fidelissimi legati nomen imposuerint. Tres adiuuenit Lypomanus in hac legatione exercenda virtutes, ob quas sic à Patribus commendatur; *quia scilicet* (inquit) diligenter, maturè, & fideliter domini sui mādata peregit: quia gesit se vt seruus solicitus, vt vir prudens, & vt minister fidelis. Benè vtiq; omnibus nāq; his titulis ornari conuenit huiusmodi legatus, & qui adeò feliciter negotium gessit; à celeritate nempè, qua illud expedituit, iūlē diligēs appellatur: à maturitate benè dicitur cor-datus; sed à qua negotii circumstātia dicitur fidelissimus legatus: inquirit Rupertus; quia nè quod super fœnum domini sui iurauit, omnimodè adimpleuerit: minimè quidē; ab hoc enim verax potius dicendus est, quā fideliſſis;

*Iuramentum veritatis tu-tela, & com-plementū ex Psal. 8. & ex Psalm. 13.* iuramentum enim veritatis est fulcimētum: vt patet ex Psalm. 8. Sicut iurasti David in veritate tua, & ex Psalmo item 13. vbi sic: Iurauit

Dominus David veritatem, & non fru-strabitur ei: Attenderunt fortassis Patres, cum Eleazer tam honorabilitudo condecorarunt, ad fidelitatem, quam in tradeido Rebeccæ inaures aureas, & reliqua dona obseruauit: non: quamquam enim ab hoc etiam facto potuit fidelissimi nomen sortiri; tamen cum de iis parum curabat, qui miserat non ex eo præcipū funimento illi huiusmodi nomenclatura prouenisse putādum est; dicat igi-

tur iam Rupertus ipse, vndē nam A sumpsit fundamentum, vt Eleazer fidelissimi legati cognomine insigniret; *Nunquid Eleazer cum seruus esset* In quo stere  
*Isaac, si ipsum Isaac se esse mentiretur* rit Eleazer  
*puella pulchritudine delectatus, & do-* Abrahami  
*mino suo præiperet eius amplexus;* erit serui fidelitas, ex *Rup.*  
*aliquis, qui nesciat execrandum hoc esse* ad cap. lo. 8.  
*facinus, cuius ob magnitudinem meriti* puniretur: at è contrario seruilem nunc conditionem supergressus est, fidelitatis honore: & idcirco magnus, & fidelis in domo nuptiarū sponsi nuncupatur. Hæc

B Rupertus, ex quibus clarè iam patet, in hoc præcipū stetisse Eleazeris fidelitatem, quod non potuerit allici, neq; à Rebeccæ pulchritudine; neq; à carnali aliquo delectamento, seu mundi commodo, vt à suæ fidelitatis obseruantia, & à Domini sui obseruando decore deturbaretur; immo despiciens totum illud, quod ei occasio offerebat, seruū se esse Abrahæ, & non filium protestatus est, dicens.

*Seruus Abraham sum: Legatus utique* Genes. 24.

C fidelissimus Ioannes præcursor domini fuit; qui ad præparandam eius spōsam cum venerit, & in sponsum ab eadem acciperetur confessus est, & nō

In quo præ-cipū stetit Baptiste fidelitas ex-  
*negavit; & confessus est, quia non sum ego Christus.* Ac si dicat, ne Eleazer reputetis Isaac, neque seruum dominum esse existimetis, neque vocē verbum, neque me, qui eius sum præcursor, Messiam reputetis, *Quia non sum ego Christus;* verax utique veritatis præco cauit sapienter diuini nominis adulterium (ait Rupertus) & quia pa- Rup. ubi sup  
*ranympnum se esse sciebat, sponsum se esse mentiri noluit.* Benè equidem, nā vera fidelitas etiam vimbras in fidelitatis cauet.

D Optimè probat locus assumptum; sed est & eadem in sacra pagina locus alter, quo idem assumptum adæquatius fortassis comprobatur; maximè scilicet præcaendum esse Christiano, nè propter aliquod huius mudi delectamentum, siue honorem, aut propter Vera fidelitas ab umbris infidelitatis cauet.

Genes. 39.

Moralis do-  
ctrina desu-  
pta ab even-  
tu Ioseph,  
cum domi-  
na sua.

Ibidem.

Exponitur  
Iosephi ver-  
ba.Impossible  
iudicat ve-  
rus fidelis,  
aliquid ad-  
uersus Dei  
honore per-  
petrate.

Genes. 39.

propter utile bonum quoduis, lædat Christi honorem; eiusq; minuat gloriam; *Ingesit dominas sua oculos in Ioseph, & ait, dormi mecum.* Ait sacra pagina Genes. 39. nota est historia, inquiramus analogiam, seu loci moralitatem. Terribilis equidem tentatio! occasio valde certe periculosa! periculū cūdēns! à muliere scilicet pulchra, diuite, & Egyptia, quæ efficax proculdubio esset in precando, ad libidinosum actum incitari; quid tamē æquè fidelis, ac castus iuuenis respōderit, audiamus; *Nequaquam auquiescens operi nefario, dixit ad eam. Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat, quid habeat in domo sua; neque quicquam est, quod in mea non sit potestate; prater te, quæ uxor eius es; quomodo ergo possum hoc malum facere?* Ac si dicat. Absit à me, vt infidelis sim domino meo, qui talia, ac tanta in me contulit beneficia, neque permittat Deus, quod tantum apud me valeat tuæ pulchritudinis species, & decor, tantumque inualeat in me iuuentutis petulantia; vt in aliquo inglorium faciam illum, qui me seruum suum in domo sua adeò glorirosū fecit: quin & addit in suæ fidelitatis fulcimentum: *Quomodo possum hoc malum facere?* Ac si dicat, rem à me postulas impossibilem; & quam facere omnino non possum; quomodo facere omnino non potes? (interrogo) nonnè tu, ò Ioseph, in tuæ es iuuentutis flore, in qua carnis viget luxuria? nonnè pulchra mulier est, quæ ad libidinosum actum inuitat? nonnè estis soli, & absque ullo, qui impedit actum, ac propalet? equidem maximè, vt ipse Sacer contextus asseuerat, dicens. *Accidit autem quada m die, ut intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret; mulier apprehensa lacinia vestimenti eius, dixit. Dormi tecum; Si igitur nihil est, quod impedit; quomodo ergo dicis rem impossibilem à te mulierem postulare?* *Quomodo possum hoc*

*malum facere?* Scis à quo retardatur, & à quo impossibilitatur? respondet *Ibid.* Bernardus, à sua ipsius fidelitate, quā obseruare tenebatur erga Dominum, à quo tanta beneficia acceperat: *Mulierem, inquit, nouerat gloriam esse viri, & inicuū sibi visum fuit, inglorium facere eum, qui se fecerat gloriosum:* Ac si dicat; optimè intellexit Ioseph Domini sui honorem in vxoris suæ probitate consistere; illi verò dedecori futurum esse, si aliter contigisset, & ex fidelitate quam habebat in pectore omnino impeditus, dicebat. *Quomodo possum hoc malum facere?* Frænabat itaque carnis petulantiam, fidelitatis memoria; *O fidelitatem! o gratitudinem servi!* (exclamat Chrysostomus dum factum perpendit) quem neque iuuentus, neque mulieris diuina persuasio à fidelitate distracta erunt.

Mulier pro-  
ba, viii sui  
gloria, ex  
Bernard. scr.  
13. in canticis.

Exagerat  
Chrysosto-  
minus, Iosephi  
erga Domi-  
num fidel-  
itatem, hom.  
27. in Genes.

Iterū (si placet) verba sancti iuuenis pensitemus, quibus excusatur à perpetrando peccatum; *Quomodo (inquit) possum hoc malum facere, & pecare in Deum meum?* (ac si dicat) de re agis, ò mulier, omnino impossibili, & quam facere nequaquam possum; Deū scilicet offendere; optimā equidem pensatio, se impossibilitatum reputare, ad Dei offendit, modūque lædendi Deum omnino nescire; Equidem si Israelis filii in illa semper essent opinione, in qua erant, quādo ad prophana diuina cantica fuerunt à Babylonis inuitati, nunquam profecto in Deum crimen aliquod cōmisissent: *Quomodo (inquit) cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Ac si dicat; rem (ò milites barbari) rogatis, nobis omnino impossibilem, & de qua ignoramus, quomodo fieri possit. *Quomodo cantabimus, canticum Domini in terra aliena?* ac si apertius dicerent (ait Lyra) *Nullo modo potest hoc fieri; quia nimis grauis cōtra Dei honorem est culpa;* Nonnè confideras, (ò Lector) quomodo seruorū Dei verba conueniunt; vnuus dicit,

Iterū discu-  
tiuntur vet-  
ba Ioseph,  
Genes. 39.

Illustratur  
locus Gene-  
sis, alio loco  
Psalm. 130.

Exponuntur  
à Lyra ver-  
ba Psal. 167.

que-

Genes. 39.  
Psalm. 136.

quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum? alteri dicunt. A Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Et utrique protestantur, modum Dei honorem laudendi se omnino nescire, & quod nullū sit cōmodū, nulla voluptas, quæ eos ab hoc proposito valeat amouere, ut scilicet fideles esse desinant erga Deū, cuius sunt seruitio mancipati; nouit hoc Philon, dixitque libro suo, cui titulus est. *Quis rerum diuinarum hæres?* Ille fidelis est seruus, qui magis gaudet se esse verum Dei famulum, quam si absq; villa contentione adeptus esset imperium mari, terraque in omnes gentes.

Nullū est cōmodū, nulla voluptas, quæ Dei seruū fidelē ab eius seruitio valeat amouere, ex Philon. li. *Quis sit diuinarū hæres?* Mulier Putiphatis Synagogæ typus ex S. Iſidor. apud Ly pom. in Cate Genez. 39.

Optimus est locus iste, quem usq; adhuc pensauimus ad comprobandum Ioannis Baptistæ in Christum fidelitatem, si præsertim paulisper fistimus in eo, quod circa eundem locum S. Iſidorus annotauit fuisse nempe Putipharis uxorem in hoc congreſſu cum Ioseph figuram Synagogæ quæ toties Deos ligneos, & lapides apprehendit, ut relicto Deo vero) mæcharetur cum illis; appono Patris verba: *Hoc mulier (inquit) figura fuit Synagogæ, quæ sapè (sicut scriptum est) machata est cum Diis alienis.* Quaproposito dico in hoc istius mulieris euētu, significatum fuisse euentum Synagogæ cum Ioāne Baptista, quæ per legatos suos illius apprehēdit palliū dicens: *Dormi mecum, id est te, relicto vero Messia, sponsum volo, eligo, & amplector;* Iosephum autem qui relicto pallio aufugit, & adulteriū cōmittere omnino recusauit, Ioannem Baptistam proculdubio figurasse cū dixit. *Non sum ego Christus;* quasi celeriter fugientem, & præcauentem, sollicitè diuini nominis adulterium, totque in Synagogæ nuntios sagittas emittētem, quæ sunt verba, quæ iteratis vicibus respōdit dicens *nō sum;* ut optimè ad cap. Ioannis 1. Abbas Rupertus annotauit, dicens: *Protinus ex cutiens hirtas animi sagittas, pilis ca-*

*melorū, quibus exterius erat cōtextus muliō asperiores, non sur, inquit, ego Christus;* & statim concludit Rupertus dicens: *Et sic canit sapienter diuini nominis adulterium:* Neque aliter sentiendum, aut sperandum erat de fidelissimo Præcursori, præterquam quod nullum proprium commodū, nullus honoris affectus, utilitas nulla illius possint fidelitatem inuadere; cū munus fidelis cuiusvis serui sit, non solum domini sui honorē sibi adscribere, sed etiam oblatum non accipere, ut sanctus Pater Ioannes Chrysostomus, hom. in Ioannem 25. annotauit dicens, *Hoc fidelis seruī officium est, non solum domini sui gloriam non auari, sed à multitudine tributam propulsare.*

B Non quidē obliuiscar vltimæ nostræ assumpti partis probationem, seruos nempè Dei fideles in cauendo Dei honoris adulterium, lētitiam suam, suumque gaudium collocare, in cuius rei comprobationem optima mihi visa est sancti Martyris Bertarii obseruatio circa illa sapientis verba, Proverbiorum 21. *Gaudiū iusti est facere iudicium.* Quod nam gaudiū (inquit Bertarius) inueniat visi iustus in iudicando ceteros non intelligo; cum semper periculose fuerit de alienis rebus iudicium facere, & Paulus ait, in quo alium iudicas, te ipsum condemnas. Si ergo alterum iudicare, idem est, atq; semetipsum condemnare, iure dubitat Bertarius; quid enim gaudii reperiatur iustus in sui ipsius condemnatione? Respondet tamen idem Pater, & ait: *non idem est iudicium facere; atque alium iudicare sed idem atque iustitiam exercere, ut in hoc iusti hominis gaudiū positiū esse ait sapiens, cum dicit, gaudiū est iusto facere iustitiam:* Consonat Lyra nostra, qui rationem assignans, ob quam gaudet iustus iustitiam exercere, sic ait. *Quia delectabile est unicuique secundum habitum operari.* Ac si dicat, iustus ideo gaudet exercere iustitiā;

Fidelis seruī  
proprietas,  
ex loā. Chry  
sof. hom. 25.  
in Ioann.

Cōfirmatur  
2. assumpti  
pars, ex loco  
Prouer. c. 21.

Pronorb. 21.  
Expenditur  
locus à diuo  
Bertario lib.  
dubiorū ve  
teris testamē  
ti dubio 79.

Paul. ad Ro  
man. 2.  
Non idē est  
facere iusti  
tia, atq; aliū  
iudicare; sed  
idē est, atq;  
iustitia exer  
cere.

Lyra ad ca  
put Pron. 21

quia

Iosephus in euentu cum muliere, figurauit Ioāne in euentu cū nūtiis Synagogæ.

Ioan. 1.

Ioannis ad Synagogæ legatos responſiones hirta sagittæ, quibus à se vanā gloriā propulsabat, ex Ruper. ad caput Ioan. 1

Summa iustitia est debitum Deo honorem reddere. Gaudium fideliter agere

*Ioann. 3.*

*Expenditur Baptista verba à Ioanne relata, ex Rup. ad hunc locum.*

quiā suæ naturæ conformis est actio. Quæ igitur maior iustitia esse potest, A quam non auferre à Deo honorem, atque illi, quod suum proprium est reddere? & quid deletabilius fideli seruo, quam se domino suo fidelem exhibere? quo ergo iustior, & fidelior quis fuerit, eo audiens gaudebit in domino suo honorem debitum tribuendo. In Baptista Ioanne hanc veritatē ostendit Rupertus, ex illis eiusdem Baptista verbis, ab Euangelista Ioanne relatis, suæ Euangelicæ historiæ in cap. 3. *Hoc autem gaudium meū amplectum est.* Ac si dixerit, iam habeo perfectum, & consummatum gaudiū: sicut in his verbis Rupertus, & interrogat à Ioanne. *Quod gaudium?* (idest) de quo gaudio loqueris, o Baptista Ioannes, & de quo ita letum, & iocundatum te p̄t̄bes? & statim pro Ioanne, respondens ait Rupertus: Simile est Ioannis gaudium, gaudio illo magno, quod habuit Eleazer, quando domini sui sponsam Rebeccam aquam hauriētem adiunxit; & quādo illam Isaac marito suo fideliter p̄fēt̄auit. Appono Ruperti verba ipsissima.

*Rup. ad cap. Ioan. 3.* *Hoc gaudium meum, quia primitinam Discipulorum Christi Ecclesiam Baptismi mei aquas hauriētem alloquuntur; armillis honorum operum adornaui, & in aures appendi, dicēdo: appropinquat Regnum Dei, & sic usque ad unigenitum filium Dei Patris fideliter perduxi, dicēdo. Ecce Agnus Dei.*

## CIRCA EADEM EIVS. dem sacri contextus verba,

*Ioann. 1.*

*Confessus est, & non negavit, & confessus est, quia non sum ego Christus.*

## ANNOTATIO V.

*Fidelis amicus, ac verax cum de his*

*agit, quæ ad amicum spectant, ad propriam vtilitatem non attendit.*

**O**feruarunt Patres, & p̄cipue

Beda, & Oechumenius verba illa Euangelistæ Ioannis, quæ habet suæ 2. epistolæ in cap. 1. vbi agens de filiis Electæ ait. *Quos ego diligō in veritate.* Et iure optimo obseruarunt supradicti Patres hæc Ioanniis verba: cū enim is, qui intimo amore astuat,

*Expendit late, quid sit, in veritate diligere.*  
*2. Ioann. 1.*

**B** seu fauciatur, emphaticè semper loqui consuescat, emphasis magnam in istis dilecti, & diligentis verbis includi non incongruè pensarunt; p̄fīstarunt equidem, & summo studio, & cura sunt indagati, non tamen fuerunt eorum mysterium, & emphasis omnino consequiti; id enim esse in veritate diligere; atque verè diligere, dixerunt, additoque tantum Ioanniis verbis. Hoc aduerbio verè calatum suspenderunt; locum ita ac antea erat

*Sermō diligētis semper emphaticus.*

**C** mysteriis plenum relinquentes: quis enim dubitat, illos verè diligere; qui in veritate diligunt; non stat profecto in hoc difficultas, ac verborum emphasis; sed in eo, quod sit verè diligere, seu diligere in veritate. *Quod equidem Patres p̄fati non exponunt:* Attendas tamen (quaeso) Lector humanissime, ad distinctionem, quā inter veros, & fictos amicos ponit Plutarchus in vita Periclidis, & ex ea, quid emphasis habeant Ioannis verba fortè percipies; nam in obscuris plus sāpē cōspicit noctua, quā perspicit aquila: Dum igitur Plutarchus loco citato sermonem de amicis facit, in duplice eos differentia ponit; quosdam enim veros, quosdam verò fictos esse protestatur: dicens. *Verus amicus gratis; fictus pretio amicitiam colit:* Per has itaque differentias, gratis nēmpè, amare, & amare pretio, fictos à veris amicis distinguit Plutarchus, atque ex consequenti illos fictè diligere ait,

*In veritate diligere, id est, quod verè diligere, ex*

*Oechumen. & Beda ad cap. 1. 2. Ioan.*

**D** fictus amicus pretio, verus gratis amicitia colit, ex Plutarcho in vita Periclidis qui

*Fictus amicus pretio, verus gratis amicitia colit, ex Plutarcho in vita Periclidis*

qui pro suæ dilectionis scopo propriam ponunt vtilitatem, illos verò verè diligere, qui nullum aliud suæ dilectionis præmium quærunt, præter amati commodum; ex quibus iam clare patet emphasis verborum Ioannis. *Quos ego diligo in veritate; id est, quos ego non propter aliquod meum commodum, aliquamvè vtilitatem diligo; sed potius propter ipsos met rātummodo, ipsorum bonum exopto; adamussim in suo de summo bono loquitur Isidorus, cum ait. Non sunt fideles, ex Isidoro in de summo bo.*

*Qui in amicitia nō sint fideles, ex Isidoro in de summo bo.*

Subtilis valde, ac plena lepore mihi visa est Bernardi responsio ad illos (qui inquirunt) cur sint nonnulli, qui cum diligent, tamen in veritate non diligent, seu gratis non diligent: sed sua semper spectata vtilitate. Ideo Mercenarius (inquit Bernardus) Mercenarius in propriā tantum querit vtilitatem, ex Bernard. in Cant. Ezech. diligendo non rapitur in contemplationem vere dilectionis; quia propriam tantum querit vtilitatem: Quasi si dicat, qui propter mercedē diligit, de minutissimis istis dilectionis circumstantiis minimè curat, sat habet, si idquod accipit, qualicumque dilectione persoluat: *No se cura el que por interes ama de las finezas de amor.*

Non adhuc mysterii profunditatem, quod in verbis Ioannis continetur, omnino exhaustimus; adhuc pelago immergimur, adhuc ad littus nō appulimus & instat namque aduersus assignatam diligentium, seu amicorū

Omnis homines alio, & ait. *Omnes homines lucrum amat, quo proposito bono a morte in ali quæ impartiatur, ex Plauto in Hypar-*

*co.* & distinguit amantes in veros, & fictos, ex eo quod eorum quidam gratis, quidam verò pretio diligant. Nullus enim est, qui gratis diligat: omnes lucrum amant: quis nos à tam profundo pelago liberabit præter Bernardum? qui quia sibi transfit, facile exitum demonstrabit; verus

A *amor præmium habet (ait meliusus Pater) sed id quod amat, ac si dicat: nō est nobis putandum nullum omnino præmium suæ dilectioni proponere illos, qui verè diligunt; proponunt equidem, & non exiguum, at non proprium commodum, sed dilecti: nullus itaque est, qui omnino gratis amet, sed sunt qui in suæ dilectionis negotio propriam quærunt vtilitatem; sunt & alteri, qui non ad proprium, sed ad dilecti commodum potius attendunt, quād ad proprium; de illis B igitur ait Plutarchus, cum dicit, *sicut plurar. vbi amicum prelio amicitiam colere; de istis supra.* verò cum assuerat, verum gratis suā in aliquem dilectionem collocare; & sic verum etiam est, quod ait Plautus, *Plautus vbi omnes nempē homines lucrum amare, supra.* siue boni, siue mali sint: amant, enim qui in amicitia fideles non sunt, commodum, & vtilitatem propriam; at verò in amicitia fideles ad propriam non attendentes, de suorum amicorum commodis sunt solliciti, illudq; habent pro adæquato obiecto suę dilectionis. Testem laudo, & inclamo *Ioann. cap. 1.* Ioannem, qui de Christi honore potius, quād de proprio cogitauit, dices. *Non sum ego Christus, medius autem vestrum stetit, qui post me venit, & ante me factus est, cuius ego nō sum dignus corrigiam calceamenti soluere: Verus amicus sponsi, verè sponsum diligit, idcirco eius honorem proprio honori anteposuit.**

D Expedamus iterum, & illustremus supra positam diui Bernardi sententiam: *Verus amor præmium habet, sed id quod amat, quod idem est ac si dicat, præmiū illius, qui verè diligit, est vtilitas sui dilecti; suam enim propriam esse putat: illustrat hanc diui Bernardi assertionem locus ille Zachariæ 9. vbi agens Propheta de Mefisia ad saluandum vēturo, sic ait. Ecce Zachar. 9.*

*Rex tuus veniet tibi iustus, & Saluator.* Ita vulgata; at Hebræus contextus habet. *Ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & Sal-*

*Premiū v-*  
*ræ dilectio-*  
*nis, bonū di-*  
*lecti, Beatoe*  
*dus de dili-*  
*gendo Deo.*

*Ioān's Baptū*  
*stave ē Chrī*  
*stum dilēxit*  
*ideò eius ho-*  
*norē proprio*  
*honorē ante-*  
*posuit.*

*Expendit*  
*Bernardi de*  
*Vera dilectio*  
*ne sententia*  
*lib. de diligē-*  
*do Deo.*

*Hebraicus*  
*contextus.*

*& Saluatus.* Sistit Pater Hieronymus  
in Hebræa loquutione, & ait. *Quo-*  
*modo Saluatus, qui saluari nunquam in-*  
*diguit? indiguit aliquando Verbum sal-*  
*uari velante, vel postquam incarnatus*  
*est,* (ait Hieronymus) *ut dicant Hebrei*  
*saluum esse venturum?* & ut magis ad-  
huc augeat, corroboretque Hierony-  
mus dubitandi rationem, adducit  
quandam Rabbinorum glosam com-  
muniter acceptam, quæ ad caput 3.  
Genesios, ita habet. *Salus Israel, Salus*

*Dei:* Viget adhuc magis dubita tio:  
Nam si solum dixerint Rabbini, quod  
impensè egerit Deus de Israelita-  
rum salute, benè vtique dixissent; sa-  
tis enim sollicitus de eorum fuit sal-  
uatione; enim verò dicere sitam esse  
Dei salute in Israels salute, omni-  
no non intelligo; intellexit tamen  
Hieronymus ipse, qui dubium exci-  
tauit, & diluens dixit *Suum reputat*

*tus, & dedit eam David, & reliqua ve-*  
*stimenta sua usque ad gladium, & arcu-*  
*sum, &c.* Cum igitur aperte videret  
Saul, metueretque nè David Regni  
sceptrū obtaineret, quod Ionathæ po-  
tiùs competebat, vtpote qui Regis  
filius erat; acerbè nimis tulit, adeò  
Ionatham esse in Dauidem propen-  
sum, tantaque in illum quotidie con-  
ferrè beneficia; acriterque obiurgans,  
ait ad illum: *Numquid ignoro, quia di-*  
*ligis filium Esay in confusionem tuam?*  
*omnibus diebus, quibus filius Esay vixe-*  
*rit super terram, non stabilieris tu, neque*  
*Regnum tuū:* Ac si dicat, cæcutis equi-  
dem, dum Dauidē sic ardenter amas,  
à quo tibi Regni sceptrum eripiendū  
fore potiùs debebas formidare, tibi q;  
attendere, & propriam vtilitatem il-  
lius dilectioni anteponere, qui ta-  
men Patris consiliis non acquiescens  
de Dauidis incolumente solicitus  
cogitabat. Obseruat factū Eucherius,  
& ait: *Nemini hoc certè mirum videri*  
*debuit. Diligebat enim Ionatha Danide*  
*sicut animam suā;* ideo de eius potiùs in-  
columitate, quām de Regno cogitabat:  
Optimè quidem ab Eucherio respō-  
sum est; verus enim amicus ad pro-  
priam commoditatē non debet at-  
tendere, cum amici sui tem agit.

Eucher.ad  
ca. 18. 1. Reg.

Dicet fortassis aliquis (suspicio)  
benè vtique de vero amico usque ad-  
huc philosophatum esse, sed nōdum  
præsens assumptum confirmatum:  
quod afferit fidelem, verumque ami-  
cum non debere ad propriam vtili-  
tatem attendere, cum amici sui ne-  
gotium agit. Respondeo. Sufficenter  
valdè, apud viros doctos esse asser-  
tum præsens ex proposita doctrina  
confirmatum; sed quia sapientibus,  
& insipientibus cum Paulo debito-  
res sumus omnes librorum actores;  
dilucidius iterum sacræ paginæ locis  
comprobabo.

Cōfirmatur  
assumptū fa-  
ctæ Scriptu-  
ræ locis.

Obseruauit Saul, Regum 1. cap.  
18. quām verè filius suus Ionathas  
Dauidem deligebat, quantaque in  
illum dilectionis signa præbebat; nā  
vt ibidem sacra pagina refert. Expo-  
liauit se Ionathas tunica, qua erat indu-

I cum

Discutitur  
locus à Hie-  
ronymo.

Glos. Rabbi-  
norū ad cap.  
3. Genes.

Suum repu-  
tat Deus suo-  
rū cōmodū,  
Hiero. ad ca.  
Zachar. 9.  
Ber. ubi sup.

C

Ad Rom. c. 1.

Reg. 1. cap 18

cum Deo de populo liberando contendis; vereris enim, quod (destruto populo) non habeas quibus præfis; ne verearis tamen, ipse enim Dominus pollicetur, dicens.

Exodi 32.

*Faciam te in gentem magnam. Quod idem est (ut suo libro de Principatu, Cayetanus exponit,) ac si dicat: etiam si deleam hunc populum, cui præs, ego te faciam Principem alterius longè majoris. Si ergo, o Moyses in populi extinctione nihil amittis, & impediendo supplicium in maximum tē crimē iniicis, delendi nempè à libro Dei, cur te in negotium ingeris? soluit idem Cayetanus dubium eadem responsione, qua & nonnulli alii Patres, præcipueq; Hugo Victorinus ad cap.*

*Exodi 32. vbi sic habet: Loquitur Moyses impetu vera dilectionis: Ac si dicat, impulit illum in dilecti sibi populi commoditatem vera dilectio, quæ ad propriam utilitatem non attendit, dum de dilecti commoditate agit: opportunè quidem, & spectatè Bernardus sermone 12. in Cantica. Loquitur (inquit) diligenter affectu, quæ nulla potest deleare felicitas, afflictis, quos diligit: Hoc itaque est veræ amicitiae intentum, hic eius actionum scopus, de dilecti utilitate agere, propria spreta utilitate.*

Multum infudatum est Patribus, circa expositionem illorū Pauli verborum ad Romanos cap. 9. Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, &c. Quod idem est, ac si dicat; adeò ardenter, & verè diligo fratres, adeoque intensè eorum salutem exopto, ut à Deo summo bono per aliquod tempus separari libenter ferrem, dummodo ipsos Deo coniungerem, charosque redderem: Admiratur Nazianzenus vehementer de verbis Pauli, & ait; *Quid hoc Paule, quid hoc quod dicas? à mente equidem omnino videris excedere, dum talia verba depromis; rem optas vique maxi-*

Paul. ad Ro-  
man. cap. 9.

*Difficultatur locus à Nazianzeno in Apologetico Paul. ad Ro- man. cap. 8. ba depromis; rem optas vique maxi-*

mè inconuenientem, & cum qua tuam erga Deum minus, incusas, & infamas dilectionem; quin & in hoc tibi ipsi contradicis, nam dixeras in eiusdem epistola antecedenti capitulo, certum te esse; quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neq; altitudo, neq; profundū, neq; creatura aliqua possit te separare à charitate Dei: Quomodo ergo nunc dicas exoptare ab illo pro fratribus separari aliquid equidem ultra quam fas est, auctor est Paulus exoptare pro Iudeis, (ad- dit Nazianzenus Gregorius:) præsto tamen adest os aureum, ut Pauli honorem tueatur, eiusque firmam, & veracem in fratres inculcat, commēdetque dilectionem: & ait. *Ab illius nè dilectione separari desidera: ibit; sed ab illius fruitione ad tempus; multi sèpè parentes pro filiis istud optarunt, volentes ab ipsis separari, ut honores, & dignitates illis consequerentur. Obseruat autem, ponderat, & expendit Chrysostomus, verba illa Pauli. Optabam ego ipse: Superflua (inquit) videntur verba illa. Ego ipse: quid est ego ipse? Et statim pro Paulo respondens ait. Ego ipse, qui Doctor omnium constitutus sum; ego ipse, qui docui, quod vera charitas nō querat, quæ sua sunt: Ego ipse exopto anathema esse à Christo pro fratribus meis: in quo à mente nō excedo, neque quid mihi indecorum exopto; sed meam, & in Christum, & in fratres commendō dilectionem, Optimè quidem, proprium enim semper fuit veræ dilectionis ad proprias non attendere cōmoditates, cum de suorum fratribus, seu proximorum utilitatibus agit.*

*D* Postquam omnes ferè sancti, & Patres illa Ioannis verba obseruarunt sui Euangeli in cap. 13. *Cum dilexisti suos, qui erant in mundo; in finem dilexit eos: Post quamque ab eisdem verbis mysteria profundissima eruit: accedit Sygninensis Bruno, & eadem*

Expenditur  
& approba-  
tur Pauli de-  
siderium à  
Ioan. Chry-  
sostom. hom.  
16. in epist. ad  
Roman.

Chrysost. vbi  
supra.

1. Cor. cap. 3.

Ostendit  
Paulus ope-  
re, quod do-  
cuerat ore.

Ioann. 13.

Expenditur  
locus à Bru-  
no, hom.  
de pedū lo-  
tione, & ad-  
ducitur in  
cōfirmatio-  
nem assum-  
pti.

eadem verba perpendens ait. *Quid  
nouū inculcat Euāgelista Sacer, cum ait.*  
*Christū suos Discipulos, immo, & mun-  
dum uniuersum in vita suā confinio di-  
lexisse, cum ipsemet Euāgelista ibidem  
dicat, iam antea dilexisse quin, & ipse*

*Dominus per Prophetam in charitate  
perpetua dilexi te. Et statim annexit  
idem Pater: Nisi forte à verbo Græco  
Teleon, quod consummare sonat, atq[ue] per-  
ficere samatur Euāgelistæ mentis in-  
terpretandæ fundementum. Quod igi-*

Vera istius  
verbi Græci  
(Teleo) sig-  
nificatio.

tur (interrogo) fundementum à verbo  
Græco sumere necesse est, vt men-  
tem Euāgelistæ attingere valeamus;  
quam habuit, cum de Christo dixit;  
*Cum dilexisset suos, qui erant in mundo,  
in finem dilexit eos?* Attentè rem pen-  
sita benignus auditor: *Teleon*, idem  
sonat (vt iam dictum est) atque perfis-  
cio, consummo, omnimodèq[ue] rem absoluo:  
Vnde voluit equidē illis verbis Euā-  
gelista significare Christum in suā  
vitā, mortisque confinio, amorem

Consumma-  
uit Christus  
in suā mor-  
tis confinio  
sūā in suos  
dilectionē,  
& in quo, ex  
Brunone v-  
bi supra.  
*Ioan. 18.*

quem semper habuit in suos omni-  
modè cōsummasse. Benè vtiq[ue]; sed in  
quo adhuc non apparet, dicam ego  
(ait Signiniensis Bruno.) *Quia tunc*

*de eorum potius, quam de propria inco-  
luntate cogitanit dicens. Si me rultis  
comprehendere, sinite hos abire: Quid  
ad rem conuenientius potuit obser-  
uari? dum milites collum, manusque  
astringunt fune, nihil in contrarium  
agit, non conquiritur, nō pro se sup-  
plicat, sed de suorum incolumitate  
solicitus deprecatur, dicēs. sinite hos  
abire. Veræ equidē, & perfectæ ami-  
citiae proprium est ad propriam com-  
moditatem non respicere, dū de qui-  
bus diligit, intentat cōmoditatem.*

*Ioan. 3.*  
Quanto cū  
iure possi-  
deat Ioānes  
nomen ami-  
ci sponsi, ex  
nostro Lyra  
ad ea. *Ioan. 1.*

Clarè equidē ex præsentis assum-  
pti doctrina perpicitur, quanta cum  
ratione, quantoque cū iure possideat  
Ioānes, nomen amici. *Amicus spōsi,*  
*qui stat, & audit eū gaudeo, gaudet, &c.*  
de quo optimè Lyra noster. *Non suā  
gloriam quæsivit, sed Christi honorem.*

A *.....*

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Ioann. 1.*

*Elias es tu? & dixit, non sum; Pro-  
pheta es tu? & respon-  
dit, non.*

## ANNOTATIO VI.

B

*Humilitas, ac sui ipsius despicientia;*  
*certum iter ad alta.*

**O**ptimè in hanc sententiam Au-

*Augustinus.*  
*3. in Ioan.*

*Tutam, (inquit) veramque sublimitatis  
viam molitur humilitas. Probat Augu-*

*Genes. 2. 3.*

*stini assertum, locus ille Genes. in cap.*

*23. vbi agēs Abrahā cum filiis Heth,  
de obtinēda ab eis sepultura, qua vxo*

*Ibidem.*

*ris suę Saræ corpus conderet, sic ait:*

*Aduena ego sum, & peregrinus, date mi-  
hi ius sepulchri vobiscum, vt sepeliam*

*mortnum meum: Cui ipsi statim. Audi  
nos domine; Princeps Dei es apud nos;*

*ac si dicant, ideo, quia de te ita humili-  
liter sentis, vt peregrinum, & aduenā*

*esse iudiceris, te Principatu dignum  
iudicamus, & apud nos in Principem*

*te eligere statuimus: obseruant lo-  
cum Lypomanus in Catena, & Au-  
thor glosæ Græcæ, & admirantur ho-*

*norablem ad Abraham filiorū Heth  
rēsponsionem, dicuntque non aliam  
meruisse humilem sancti Patriarchæ*

*supplicationē: Humilis (inquit Lyp-  
omanus) postulatio, honorabilem res-  
ponsionem meruit, & non minus con-  
uenienter præcitatae glosæ Author,  
dum ait, Abraham se ipsum incolam  
appellat, illi verò cum Principem vo-  
cant; qui enim se humiliat, exaltabi-  
tur. Tutam equidem ad Principatum*

*Quantū me-  
runt humili-  
tas Abrahæ  
ex Lypoma-  
no in Catena  
ad cap. Genes.  
Et ex autho-  
re gloso Græ-  
cæ ad eundē  
locum.*

I 2 viam

Gloria mundi ad instar umbræ est, quæ fugit, si inseparabis, & quæ te insequitur, si fugis: optimè Hieronymus in vita Paulæ. *Fugiendo* (inquit) *Paula gloriam, gloriam merebatur, quæ virtutem, velut umbra sequitur contemptores, & appetentes fugit.* Consonat Augustinus hom. 13. ex 50. Honor (inquit) te querere debet, non illum tu.

Exod. 6. ibi.

Attentè perpendit Rupertus, humilem Moysim cum Deo contentiōnem de non acceptanda ad Pharaonem legatione, & ex ea præsentis asumpti eruit probationem. *Loquere ad Pharaonem Regem Egypti* (ait Dominus ad Moysem) omnia, quæ ego loquor tibi; cui statim Moyses: *En incircumcis labitis ego sum; quomodo audiet me pharao?* ac si dicat, quænam Domine electio hæc est, quam facis de me adeò balbutiente, & imperito? tam equidem hoc indignum tui videtur intellectus, quām ego indignus sum tanto munere; vis ut alloquuturus Regem potentissimum, vti & peritissimum vadat homo imperitus, inelegans, oreq; præpeditus? sic se res habet? sic de te, o Moyses humiliiter sentis, & iudicas? ait Dominus: Ecce constitui te Deum Pharaonis; ad altiora apud me per humilitatem semitam preparasti; usque tunc legationis tantum munere ad Pharaonem mittebaris; nunc vero ex humilitate meruisti, vt ad illum Dei titulo mittaris: *Ecce constitui te Deum Pharaonis*, habet emphasis illud.

*Ecce;* semperque in Scriptura sacra emphaticum esse solet, innuitque ex eo Deum optimum maximum Moysem Pharaonis Deum constituisse, quia ipse se indignum iudicauit, qui ad illum legatus mitteretur. Admiratur Rupertus magnopere de efficacia humilitatis, quam habet ad exaltandum humiles, & ait. *Gloriosa Regi-*

Moyses pet  
humilitatem  
in Deum Pha  
raonis ele  
ctus.

Exodi 7.

Humilitas  
virtutis Re  
gina, ex Ru  
per ad cap. 7.  
Genes.

na virtutum humilitas, quæ in cælum volare consuevit loquuta est in Moysi, diente se incircumcisum esse labiis, & idcirco dignum, ac pro sua reverentia magnificum accepit responsum, ut audit et homo prius regnantis hominis se esse Deum: Tutam equidem sublimitatis viam molitur humilitas.

*Artificium promerendi, obsequium est* Tertul. in de  
(ait Tertulianus) *obsequii autem disciplina, mortifica, & humili subiectio; ac patientia.* Obsequi, promerendi artificiū: obsequiū disciplina, subiectio, ex eodem Tertul. ubi supra.

*Bernard. super missus est.* Humilitas sedes gratiae.

*C 27. de verbis Domini, loquens de Magdalena ad pedes Domini humiliata: conducunt enim maximè ad intentum præsens: Quanto humilis* Aug. ser. 27. de verbis Do  
mini.

*(inquit) sedebat, tanto altius accrescebat.* Optimus ad huius argumenti confirmationem ille Psalmi 83. locus est, *Psal. 83.* vbi sic ait Psaltes. *Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo dispositi, in valle lachrymarum in loco, quem posuit, siue quem exoptauit* (vt habet Genebrardus; rarus, & unusquis loquendi modus: *Posuit apud se ascensiones in valle: Conuenientius* Genebr. ibid. *equidem loqui videretur, si diceret, Descensiones apud se dispositi in valle;* non enim ascensio, sed descensio fit in valle: auget dubitandi rationem verbum *mitto*, quo in loco isto usus est Psaltes, quod *elevari*, seu exaltari propriè significat; nam nemō dum, in valle est, se dicet exaltatum,

Aug. tract. 3.  
in Ioannem.

Genebr. ibid.

Dilexit ut  
locus Psalmis

tatum ; & eleuatum , immo de-  
presso. Quod si dicas ysum fuisse A

humiliari, quod ascendere; Ambitio  
(inquit idem Pater) Deprimit montes,  
id est superbos ; & humilitas exaltat val-  
les; id est humiles; testatur veritas, ipsa  
cum ait. Qui se exaltat humiliabitur, &  
qui se humiliat exaltabitur : Ecce ascen-  
siones in valle.

Superbi per  
montes, hu-  
miles autem  
per valles  
designati à  
Grigor. vbi  
supra.

*Isaiae cap. 40*  
per valles hu-  
miles designati.  
Descendere  
humilitatis  
proprium.

*Petrus Chry-  
sologus rela-  
tus à Lorino  
ad Psal. 40.*

Diluit Chrysologus Petrus  
dubitandi rationem, & ex loco con-  
firmavit præsentis assumpti veritatē,  
dum ita legit. Ascensus sui in corde B  
eius in humilitate dispositus. Quod idē  
est ac si dicat, statuit apud se non nisi  
per humilitatem ascendere posse ad  
sublimia: Hoc autem est disponere in  
corde suo ascensiones in valle, id est,  
per vallem; seu per humilitatem: cor-  
roborat Chrysologi interpretationē  
Augustinus, dum illa Psalmi verba  
64. explicat, valles abundabunt fru-  
mento: vbi sic habet. Montes terrarum,  
tumores sunt : valles autem humilita-  
tes.

C

Eundem istorum Psalmi verborū  
sensum prosequutus est Magnus Gre-  
gorius, dum 7. Psalmum Pœnitentia-  
lem exponit ; affert enim ibi eadem  
præcitatī Psalmi 83. verba. Ascen-  
siones in corde suo dispositus in valle, &c.  
& ait Beatus vir, quem non grauat cupi-  
ditas, quem ambitio non deprimit ; sicut  
scriptum est. Ascensiones in corde suo dis-  
positus in valle, &c. Disquiramus Gre-  
gorii verba, sunt enim emphatica;

*Gregor. vbi  
supra.* Beatus (inquit) vir, quem non grauat  
cupiditas ; quem ambitio non deprimit ; D

pungunt verba ista posteriora : Quem  
ambitio nō deprimit. Ambitio elata est,  
& suos equidem sectatores elatos fa-  
cit ; nam ambire honores, idem est,  
quod ad superiora anhelare; quomo-  
do ergo, ait Gregorius, quod deprimi-  
mat, & deiiciat ? benè vtique, & cō-  
uenienter satis loquitur Pater ; nam  
idem est ambire, quod cadere, idem  
eleuari, quod deprimi : idem autem

Optimè quoque in eandem sen-  
tentiā loquutus est sanctus Pater Ioā-  
nes Chrysostomus homilia 3. in Mat-  
thæum , cum dixit. Si bona tua vis  
magna facere , noli ea magna putare:  
Consonat Augustinus, dum verba il-  
la Centurionis ad Christum ponde-  
rat: Domine non sum dignus , ut intres  
sub tectum, meum Matthæi 8. Breuiter  
enim, appositè, & sententiosè loquens  
ait. In sua indignitatis cognitione fa-  
ctus est dignus. Quod idem est , ac si  
diceret ; quando Centurio nouit se  
non mereri , vt Christus domum suā  
intraret; tunc meruit vt intraret ; &  
tunc dōnum suam Domini ingressu  
dignam reddidit , quando iudicauit  
indignam.

*Ioan. Chry-  
sost. hom. 3. in  
Matth.*

*Matth. 8.  
August. ibid.*

Dum Pater Gregorius Magnus  
istiusmet Centurionis factum cum  
facto Reguli , Ioannis 4. componit,  
iterum nobis confirmat præsens af-  
fertum: dubitat enim Pater de causa,  
seu fundamento , cur Dominus in  
domum Reguli non introierit inui-  
tatus , & instingatus : Dicebat enim;  
Descende priusquam moriatur filius  
meus; in domum autem Centurionis  
non inuitatus intrauerit. Quid est (ait  
Gregorius) quod Reguli filio per corpo-  
ralem præsentiam Dominus non digna-  
tur adesse ; Centurionis vero seruo non  
dignatur occurrere? Ac si dicat, quid  
fieri potuit, quod maiori cura, & sol-  
licitudine intenderit Christus Do-  
minus vnius ducis serui sanitati; quā  
filii vnius Regis ? & potius illius,  
quām istius domum voluerat sua  
præsentia honorare: & statim respon-  
dens ait. Superbia istius retunditur, &  
illius modestia præmitur; optimè, &  
compendiosè loquitur Pater ; adeò

Cōponit  
locus supra  
positus Mat-  
thæi cū altero  
loco.  
*Ioan. 4.*

*Gregor. hom.  
28. in Euann.  
gelia.*

*Ideas Pater  
ibid.*

*Psalm. 83.  
Gregor. ad 7.  
Psalm. Pœni-  
tentiale.*

Quid sit am-  
bire.

Ambire idē  
quod cadere  
ex Gregorio  
vbi supra.

enim arroganti animo postulauit Regulus Christum, ut veniret in domū suam, ut potius imperasse, quām postulasse visus fuerit; & adeò de se, & de domo sua superbè cogitabat; ut ex eius ingressu aliquid honoris Christo proueniēdum esse putaret: sonāt, indicantque eius verba imperatiua.

*Cur Dominus in Regu  
li domū filiū  
sanatus hō  
intravit.*

*Ioan. 4.  
Cuc in do  
muin Cētu  
rionis libe  
ter intraue  
rit.*

*Descende prius quam moriatur filius  
meus: Aliter vērō Centurio de se, &  
de domo sua sensisse videtur; ait enim  
se, suamque domum fore indignam  
Christi ingressu, dicens Domine non  
sum dignus, ut intres sub tectum meum.*

*Matth. 18.  
Gregor. ubi  
supra.*

*Posuit hic ascensiones in valle, & ho  
noratus est; intumuit ille, & ideò  
despectus est: concludit tandem Gre  
gorius, & ait; itaque, quæ alta sunt ho  
minis, despicienda sunt; & quæ despecta  
sunt, despicienda non sunt: In Ioannis  
Baptistæ cum Sacerdotibus euentu  
adinuenit idem Pater assumpti præ  
sentis confirmationem: ponderans  
enim eius ad interrogata responsio  
nes; *Helias es tu?* & dixit, non sum:  
*Propheta es tu?* & respondit, non. Sic*

*Gregor. hom.  
7. in Evange  
lia.*

*concludit Pater; si ergo magnus unus  
quisque studeat, necesse est, ut cognoscat,  
se nihil esse, ne dum sibi magnitudinem  
arroganter tribuit, amittat intus, quod  
erat.*

*Ioan. 1.*

## CIRCA EADEM SACRI CONTEXTUS VERBA.

*Ioann. cap 1.*

*Helias es tu? & dixit, non sum. Pro  
pheta es tu? & respon  
dit, non.*

## ANNOTATIO VII.

*Inordinata ambitiosi desideria, superba  
præsumptio, & mentis tumor cui  
dens casus ad infima, & quicquid*

*vt alleuetur excogitat, ipsi fermè  
vertitur in ruinam.*

*O ffert nobis Regius Vates hu  
ius assumpti probationem, dū  
de superbis, cum Deo, loquens ait,  
deiciisti eos, dū alleuarentur: quæ Psal  
mistæ verba, dum ponderant, disqui  
rūtq; Augustinus, & Laudunēsis Am  
brosius, in maximam nos ingerūt dif  
ficultatem: nam Augustinus sic habet:*

*eleuatio casus est: Laudunēsis vērō sic.*

*Efferri iam cadere est, ac si dicant, nul  
la certior ad ruinam, & casum occa  
sio, seu via, quā eleuatio est, ac mentis*

*tumor; parum dixi, quid enim plus  
sonant istorum Patrū verba; id enim*

*significant, quod una, eademque res*

*fit, Ambire, atque amittere: eleuari, ac  
deprimi; efferri, ac cadere; eleuatio de  
nique idem, quod depresso;*

*in quibus omnibus maximam contradic  
tionem reperit intellectus: quomodo*

*enim percipi, seu intelligi potest, elationem,  
quæ ad superiora tendit de*

*C pressionem esse, quæ est quasi quidā  
descensus ad infima, quædamque re*

*migratio: quomodo efferri cadere es  
se potest, si efferri est in altum suble  
uari, cadere vērō ad ima deprimi? vñ  
dē impropriè loqui videntur Patres,*

*dum dicunt, quod eleuatio casus sit, &  
quod efferri sit cadere.*

*Ad Hebraicum contextum nobis*

*recurrendum est, ut rem certissimè*

*attingamus: nam ibi loco horum no  
stræ vulgatae verborum. Deiciisti eos,*

*dū alleuarentur, sic est: in lubricitati  
bus pones pedes eis, si alleuetur; ad quo*

*rum verborum faciliorem intelligentiam  
aduertendum est ex eodem Au  
gustino ad Psalmum 120. animam*

*quemadmodum, & corpus suos pro  
prios habere pedes, quibus graditur,*

*quibus ascendit, & descendit, qui*

*sunt eius affectiones, corpus (inquit)*

*monetur pedibus, anima vērō mouetur  
affectionibus: quo præhabito, accedamus*

*iam ad supra citatae Psalmi verba: De  
iciisti*

*Discutitur  
verba Psal  
mi ab Au  
gustino, &  
a Laudunēsi.  
Eleuatio  
inter ad iai  
nam certis  
sum.*

*Dubitatur  
de asceti ve  
ritate.*

*Auctores  
qui supra.*

*Solutur su  
pra posita  
dubitatio ex  
verbis He  
brei cōtex  
tus, ad Psal  
72.*

*Affectus ani  
mæ pedes ex  
Augustino  
ad Psal. 120.*

*Psalm. 72.*  
Præcitat  
Partes ibi.

Explicantur  
verba He-  
brei cōtex-  
tus.

A Patribus  
supra citatis.

Vbi supra.

Illustratur  
supra posita  
sententia Au-  
gustini, casu  
Luciferi.  
*Isai. 14.*

Ricard. lib.  
de virtio mu-  
tabilitatis, &  
7.

ieciſti eos, dum alleuarentur: Et ad ea quæ præcitat. Authores in eorum ex- positione dicunt. *Elevatio casus est; Efferri, iam cadere est.* Idem igitur va- lent, indicantque, ac significant verba Hebraici contextus, *in lubricationi- bus, siue in lubricitatibus pones pedes eis, si eleuentur.* Idem (inquam) significat, ac si dicerent: facies Domine, & per- mites ut qui elato sunt corde, & am- bitiosi affectus suos ponant in rebus adeò lubricis, & labilibus, statim ut suæ animæ pedes in illis ad ascēdēdū posuerint, elabantur, & cadant, idēq; sit optare, atque amittere, idem ad il- la velle ascendere, atq; cadere; idem per istas res lubricas, idest honores, quos optant, velle efferri, atq; ad ima deprimi, & humiliari; ita ut *effeſſi, iā cadere sit, & elevatio casus sit:* quemadmodum illis contigit, qui peracli- ue lubricum, ac labile iter scandere nituntur, qui quo maiori conatu vo- lunt ascendere, eo maiori impetu re- trorsum remeant caduntque, & ad terram prosternuntur: ex quo optimè præsens assumptum confirmatur, in- ordinata scilicet ambitiosi hominis desideria, euidentem esse viam ad ca- sum; & quod omne id quod, ut ele- uetur, excogitat, ipsis vertatur in rui- nam, siquidem *elevatio casus est, & ef- ferri iam cadere.*

Illustratur, & amplificatur supra- posita doctrina casu Luciferi; *In cœlū (inquit) confendam; super astra Dei exaltabo solium meum; similis ero Altissi- mo;* Sic efferri contendis, o Lucifer! in lubricitatibus ponis pedes tuos? cades, equidem cades: nam *elevatio casus est:* cades equidem, & turpiter D cades; nā efferri, iam cadere est; deiicie- ris illicō, ut alleuaberis; optimè ad locum Ricardus lib. de virtio mutabi- litatis cap. 7. istius ambitiosi ascen- dendī conatum incusans, atque irri- dens ait. *Ecce Angelum exuens non so- lum non volat ad supera, sed iacet in in- finiis:* Ac si dicat, nonnè videtis an-

bitiosum Luciferum, cui eleuatio ca- sus fuit, & efferri cadere? Nihil simile *Ton. 1.* Baptistæ contingere profectò timen- dum est, qui eleuari adeò recusauit, & in se solide consistere adeò impen- sè studuit, & laborauit dicens. *Non sum;* de quo Gregorius Magnus ho- *Greg. Magn.* milia 7. in Euangelia. *Elegit Ioannes homil. 7. in Euang.* solidè subsistere in se; ne humana opinio- ne raperetur inaniter extra se.

Optimus ad hoc argumentum lo- *Expenditur Aman ruina* cus est libri Esther in cap. 6. si attentè *Æſther 6. &* pensitetur, vbi Aman casus, deturba- *adducitur in* tioque refertur, ostenditurque, quod *cōfirmatio-* *nem affert.*

B omnes quotquot posuerit gressus, ad- inuentionesque excogitauerit ad ho- noris in Assueri Regno primatum; tot sibi parauerit præcipitia; interro- gatus enim à Rege; quomodo possit Rex virum quandam honorare, & omnibus sui Regni viris anteponere:

*Quid debet fieri viro, quē Rex honorare* *Æſther 6.* *desiderat?* Existimans autem ambitio- fus se proculdubio fore, respondit.

*Debet indui vestibus Regis, & imponi* *Ibidem.*

*super equum, qui de celia Regis est;* &

*accipere Regium diadema super caput*

*suum, & primus de Regiis Principibus*

*teneat equum eius, & per plateas ciuita- tis incedens, clamet,* & dicat: *sic honora-*

*bitur quicumque voluerit Rex honorare;*

Nonnè, vides humanissimè Lector,

quos sibi gradus ad ascendendū pro-

posuit? quos adinuenit eleuandi mo-

dos? quos in lubrica mundi gloria po-

suit gressus? si tamen ad sacrum con-

textum aduertas, inuenies tot sibi pa-

rauisse casus, tot præcipitia: nā statim

ad eum Rex: *Festina, & sumpta stola,* *Ibidem.*

*& equo, fac, ut loquuntus es, Mardoch.eo:*

*cane ne quicquam eorū, quæ loquutus es,*

*prætermittas:* Optimè successum pō-

*derans ait Fulengius; ipsa ascendendi* *Fuleng. ad*

*cupiditas eum à gloria, quam exoptabat,* *Psalm. 72.*

*turpiter disturbauit, & omnes quos po-*

*suit ad ascēdendū gressus, retrocedere fe-*

*cit: elevatio equidem, isti casus fuit,*

*& efferri, cadere à Regni primatu,*

*quem obtinere, intētauit ad vili cu-*

*iusdam*

iusdam, publicique præconis officiū, & dum alleuaretur, deiectus est; penitemus iterū Luciferi casum, & cōponamus cum verbis illis Eliæ 4. Regum cap. 1. ad nūtios Regis Samariæ; qui ibant ad consulendum idolum de Regis sui valetudine: *Nūquid* (ait Propheta) non est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beelsēbub Deum?

*Accaron* & quod idem est, ac si dixerit;

ad consulendum Deum, muscam sterilem;

Beelsēbub enim muscam sonat, Accaron

autem sterilitatem: Pungit locus: nam

cur Propheta diabolū, qui in illo ido-

lo colebatur muscam sterilem appellauit, non apparet;

si namque sterilem tantum dixisset, non dubitarem;

nam postquam gratiam amisit, spiritus

malus sterilis redditus est; sed

musca cur dicatur ignorc, cum tantæ

fuerit magnitudinis, ut de eo dixerit

Ezechiel; tantas, ac tam pulchras ha-

buiſſe alias, ut terram totam tegeret,

& in Cherub extensus, & protegens, &c.

Mysterium aliquod grāde in re suspi-

cor; & autumo in eodem capite Pro-

phetæ Ezechielis dubitationis meæ

responcionem inueniri, ex qua possit

etiam assumptum præsens confirmari:

*Eleuatum est cor tuū in decore tuo* (ait

Domitus alloquens eundem Luciferum)

*perdidisti sapientiam tuam, in ter-*

*ram proieci te*: Attende quæſo Lector

ad illa verba, *eleuatum est cor tuum*; &

ad illa *in terram proieci te*; & inuenies

rationem ob quam Lucifer ex ampla

Cherub magnitudine, ad perexiguae,

& vilissimæ cuiusdam muscæ parui-

tatem redactus sit; eleuatus est, ideò

deiectus est, & tāta fuit deiectione, quā-

ta vtiq; eleuatio fuit; optimè, & valdè

ad intentum accommodatè Proco-

pius. Ille (inquit) qui ambitione ductus

ipsius Dei amplitudinem ſibi adſcribere

cintatus eſt; ad perexigui, & vilissimi cu-

iusdam vermis figuram redactus eſt.

Congruenter satis loqui mihi vi-

fus eſt Basilius, dum ambitionem ap-

pellat pestē à diabolo hominibus per-

Componi-  
tur Luciferi  
casus cum  
verbis Eliæ  
ad nūtios  
Regis Samariæ, 4. Reg.  
cap. 1.

Beelsēbub  
musca, Acca-  
ro sterilitas  
interpreta-  
tur.

Ezech. 28.

Ibidem.

Cur Lucifer  
vili, & steri-  
li musca cē-  
paretur.

Procopius ad  
4. Reg. lib.

halitum communicatā. Ambitio (in-  
quit) diabolica pestis eſt, & sine dubio,  
qui in huius vitii potestate eſt, eodē cum  
diabolo morbo laborat; ascendendi cu-

piditate semper diabolus laborauit, &  
inde ad ima ruit, qui igitur, ascēdere

cupit, ſibi ipſi ad instar Luciferi ruinā

parat; nam eleuatio casus eſt; Illustrat

Theodoreetus aſſertū in caſu primo-

rū parentum; qui cum ad altiora, quā

par erat, ascendere inten tarunt gratię

bonis ſpoliati ad misera peccati luē

deuenerunt: Primorum hominum na-

Theodoreetus

tura ad diuinam ſimilitudinem facta, &

ad cap. Gen.

vita paradysi digna effecta, cum maiora

concupiſceret, etiam a bonis, que dono ac-

ceperat excedit (ait praefatus Pater; nō

August. ad

mitor, nam eleuatio casus eſt, ut loqui-

Psalm. 72.

tur Auguſtinus.

Attentè diſquierū Hieronymus, Expenditū

& idem quē modo retulimus Theodore-

Nabucodonosor casus

Nabucodonosor euētum; à Hierony-

mo, & à Theodore-

to.

ad bruti formam ex Regio ſolio re-

daſtus fuerit, & ad brutorum cōſue-

tudinem, & morem: Ex hominibus ab-

iectus eſt (inquit contextus Sacer.) &

Dan. cap. 4.

fanum, ut bos comedit, & rōre cæli corpus

eius infectum eſt. Quæ igitur tāta fuit

cauſa ruinæ: inquirit Hieronymus; &

ſtatim indicat ex ipſiusmet Nabu-

Hieron. ad

chodonosor verbis in cap. 14. Iſaiæ:

Iſai. 14.

Ascendam ſuper altitudinem nubium:

cogitas, de aſcenſu Rex ſuperbe: moliris

ruinam: (ait Hieronymus) quid autem

ſubtilius addit Theodoreetus, eleuādi

nempè deſideriū adeò vicinum eſſe

D ruinæ, ut non ſolū cum exercetur,

ſed adhuc, dum ſomniatur, impellat

ad caſum; Quia ſomniavit ſe eſſe Dēū,

immo & Deo ſuperiore, ademit illi Deus

humanam cognitionem, & à tanta ſubli-

mitate deiecit in brutum: Ne miremur,

Eleuatio e-

tiā ſomniata noſcet ex

Theodor. ad

cap. Dan. 4.

nam eleuatio caſus eſt, & ad mensurā

elationis caſus fuit, non hoc in Ioan-

ne timendum;

qui ut loquitur ſemel, ac multoties citatus Gregorius. Ele-

gor. hom.

git ſolidè ſuſſtere in ſe, ne humana ope-

7. in Euang.

nione raperetur inaniter extra ſe.

AD

ADILLA VERBA  
contextus sacri. Ioann. i.

Elias es tu? & dixit non sum; Propheta es tu? & respondit, non.

## ANNOTATIO VIII.

*Modestiae Christianae proprium est, nolle videri, quod est; diabolicae vero elationis velle videri, quod non est.*

**Q**UAMquam prima huius asserti pars modestissimis Ioannis responsionibus satis, ac superque comprobetur, illa tamen, tam sacram Scripturæ locis, quam sanctorum Patrum sententiis, amplius comprobare non grauat, ad quod illam modesti Christiani descriptionem quam ad Donatum scribens ponit Cyprianus, in medium affere non piget: *Verè (inquit) modestus, quidquid virtutis alios in se habere gloriantur, intra se habere laborat, sed satagit occultare.* Hæc ille: & optimè quidem, nam verè probus, & verè modestus, tam laborat sanctum esse, quam sanctū esse occultare; vnde optimè, & conuenienter Psalmista, dum Psalm. 44. de cuiusvis iusti anima ait: *Omnis gloria eius ab intus;* vbi sic legit Hieronymus: *Omnis gloria eius intrinsecus abscondita;* quam Hieronymi lectionem sic in expositione prædictati Psalmi explicat Pamphilianus: *Idest (inquit) omnem suam gloriam ponit, in abscondendis virtutibus, quas habet.* Benè equidem, sed ecce statim in hanc Hieronymi interpretationem insurgit obiectio ex illis apostoli verbis ad Philippenses 4. *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.* Si ergo (inquit aliquis) nota debet esse modestia, quæ virtus quedā est, quomodo virtutes occultare modesti animi est: parum virget obiectio (ait Ambrosius) in modo ex virtutum absconzione modestia nota est; nam sa-

tis se modestum præbet, qui virtutes, quas habet, humiliter abscondit. Ap-  
pono Ambrosii verba lib. 1. officiorū Diluciter ob-  
iectio ex Am-  
bro. offic. 1.

*Modestia (inquit) nota sit, virtutes occulta, detegat videntem modestè, sed non ostēt iactantiosè; satagit potius sanctum esse, quam videri; omnis itaque gloria eius ab intus.*

Non leuis altera contra assertum presens, & contra Psalmistæ verba ad Hieronymi mētem exposita exurgit obiectio ex Christi Seruatoris verbis, Matth. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, &c.* Contra quæ Christi verba ille omnino agere videtur, qui virtutes, quas operatur, abscondere nititur; ab abscondita enim virtute, neque Deus laudari, neq; proximus instrui potest, neque ad Deum glorificandū incitari. Soluunt obiectiōē Bruno Episcopus homilia de sectāda humilitate, & Magnus Gregorius homilia vndēcima in Euangelia; ille ex ipsis met Christi verbis, quibus contra presens assertum obiectum est; iste

**B** verò ex apposita ab eodem Seruatore parabola de thesauro abscondito, Matth. cap. 13. audiamus Brunonem Solutio ex  
Brunone ho-  
miliadē dā  
humilita-  
te, & ex Gre-  
gor. hom. 12.  
in Euang. prius; & statim Magnum Gregorium audiēmus: *Nonni (inquit) & ipse Sal-  
uatoris verbis apparet, quomodo humili-  
quisq; opera bona sua debet abscondere,  
quomodoque illi sanctum esse potius con-  
uenit, quam videri. Sic (inquit) luceat Matth. 5.  
lux vestra coram hominibus, ut videant  
opera vestra bona, &c. id est, talia agite,*

**C** *que ipsa de se ipsis perhibeant testimoniā, non vos de ipsis lux ipsa luceat, vos non manifestetis: homines videant, vos non indicetis.* Dubium item ponit Magnus Gregorius loco citato, & toluit statim, dicens: *Sic autem sit opus in  
publico, quatenus intentio maneat in occul-  
tum, ut & de bono opere proximis pre-  
beamus exemplum, & tamen per intentionem, qua soli Deo placere querimus,  
semper optemos serenū: ex quibus om-  
nibus iam patet asserti veritatē Chri-*

Magnus Gre-  
gor. vñ sup. *stii*

Modestie  
Christianæ  
descriptio, ex  
Cypriano ad  
D. natum.

Psalm. 44.

Hieronymi  
lectio.

Explicatur  
Hieronymi  
lectio a Pā-  
politanu ad  
eundem Ps.

**44.** Obiectio  
ad aerius Hie-  
ronymi le-  
ctio ien et  
verbis Pauli  
ad Philip. 4.

Ioan. 5.

sti verbis non obuiari; immo appetit eius ex Ioáni facta confirmatio. Lucebant equidem opera eius coram hominibus, neque mirum, erat enim lucerna ardens, & lucens; ipse tamen modestè tegere conabatur dicens. Nō sum Elias: non sum Propheta: Modestia enim Christianæ proprium est nolle videri, quod est.

Neque ad præsentis asserti confirmationem minus congruit locus ille alter eiusdem libri Exodi 26. vbi refert sacra pagina, quod iussit etiam Dominus Moysi, ut tabernaculum, quod intus & foris aureis laminis ornatum erat, cilicinis fassis operaret. Facies, & saga cilicina undecim ad operiendum tectum tabernaculi. Hunc enim eundem locum affert idem Signiensis Episcopus homilia eadem in sua doctrinæ confirmationem: Ad quid (inquit) iubet Deus tabernaculi fulgorem sagis ex caprarum pilis intextis tegere, & occultare? vis dicam & au-

Anima iusti rea debet esse Christiani hominis anima Dei tabernacula; sed pretiositatem suam & debet, quod poterit, operire. Optimè quidem, & ad intentum satis conuenienter. In tabernaculo cilicinis sagis operu Ioannis figuratus camelorum pallibus teatus.

Iusti anima mulier fortis, ex Aug. serm. 217. de tempor. Augusti, vbi supra. Nazianzen. carmine de virtu. hum. c. 8

Accipe tandem (studiosè auditor) subtilem valde eiusdem asserti prioris partis confirmationem ab Augustino serm. 217. de tempore ex illo, quod de muliere forte dicitur, Proverbiorum 31. Quæsinit lanam, & linum, & operata est: Docet ibi Augustinus, esse per mulierem fortem intelligendum cuiusvis veri Christiani animam, quæ virtutes quas intus habet, maximè studet operire; ait itaq; p̄fatus Pater: Ex lino vestis interna conficitur, ex lana vero externa, hoc operatur illa; lanam ergo, & linum net, qui virtutes, quas intus habet, quo adpotest, operire studet. Concludamus denique asserti præsentis priorempartem Nazianzeni Gregorii sententia, quam

posuit in suo carmine de virtute humana cap. 8. curandum tibi est (inquit) ut sis, non autem ut videaris optimus; Curauit equidem Ioannes se optimū reddere, dum scalantis heremi ab infantia antra petiuit, ne leui saltē maculare vitam famine posset: curauit item operire, dum an esset Elias, seu Propheta interrogatus, respondit, Nō sum.

Transeamus ad secundæ nostri assumpti partis comprobationem, ostendamusque quomodo diabolicæ elationis sit velle videri, quod non est. Et de externis tantum apparentiis cogitare. Nonnè diabolicæ elationis illa vox est, quam refert Isaías suæ prophetiæ in cap. 14. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo Ad quem locum optimè Procopius, & præsenti intento admodum consonanter; Ad quid (inquit) super altitudinem nubium elevari contendit superbus Lucifer? fortassis, ut Dei virtutes imitantur: absit ad quid igitur, nisi ut, quod non erat videretur? Appono citati Patris verba. Non Dei bonitatem imitari, sed eius similitudinem concupiuit, nec esse Deum, sed videri: Nouerunt adhuc gentiles hanc in animo elato proprietatem, cæcinitq; eorum quidam elatus, dum describit, dicens:

Introrsum turpē, speciosum pelle decora. Horat. 1. lib. epist. 16. Bern. ser. 6. in Cant.

Optimè de similibus Bernardus sermone 6. in Cantica: Boni volunt videri, non esse; mali non videri, sed esse. Acutè nimis obseruavit Beda Pharisæi illius, qui Templum oratus ascendi Lucæ 18. orationis initium: Non sum (inquit) sicut cæteri homines. Benè incipit à non esse, (ait p̄fatus Pater) qui non est, quod appetet; unde cōparauit Seneca, ambitionē laudum, & honorum scenæ, in qua nemo est is, qui appetet: Ambitio (inquit) laudis scenam desiderat, in qua aliud videtur ab illo, quod est, Epistola 95.

Optimus in assumpti confirmationem

Ecclesia in Hymno.

Secunda al- sumpti pars.

Velle ascen- dere diaboli proprium, & superborum. Procop. ibi.

Non vult elatus esse sanctus, sed vidi.

Horat. 1. lib. epist. 16. Bern. ser. 6. in Cant.

Luca 18. Beda ibid.

Ambitio idæ atq; scena, ex Seneca epist. 95.

*nem est locus ille aliquantulū obscurus Ieremiæ cap. 22. vbi agitur de A Sella quarto Iosia Regis filio, qui æstuans regnādi cupiditate; quia Rex esse non potuit, saltem videri satest, regales ædes, amplaque Palacia ædificans, ad quem ita Propheta. Numquid regnabis, qui confers te cedri? Subobscurus est locus, & metaphoricus;*

*Ierem. ca. 22.*

*Salomō cedri nomine designatur (vt Author glosæ diligenter annotauit) qui Regiam magnificētiam in cōstruendis ædificiis maximè ostentauit; vnde is est loci sensus: Externis nè tantum Salomonis apparențiis Rex vis haberi, cum non sis?*

*Dilucidatur Ieremīæ locus. Appono Authoris glosæ ordinariæ Glosa ord. ad verba ipsissima. Regnabis, quia assimilariis Salomoni in ædificando potentissimo: Quasi si dicat, solis externis apparențiis est iactantiosus satisfactus: satis habet, quod videatur, quamquā non sit: consonat Vatablus in scholiis,*

*Neq; opes, vbi sic locum interpretatur; Rex vis neque ædes amplissimæ Regis faciūt, sed iustitia ex Vatabl. ad cap. 22. Iere. tiam; ædes non faciunt Regē, sed iustitia.*

*Cōsonat Christi Domini de iactatiōtis Pharisæis sententia, Matthæi 6.*

*Matth. cap. 6. Exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieunantes: Quasi dixerit, sancti esse nolunt, sed videri: id est annectit Christus receperunt mercedem suam; quam nè interrogo mercedem suam (respondet veritatis Author, id est fictam, & apparentem; qualis eorum virtus erat, hominum scilicet, laudem quam voluerunt, (ait ad locum*

*Hypocritarū Laudunensis Ambrosius) nō adoptio- mēties, vana nem filiorum. Merito quidem; nam ap- hominū laus ex Laudun. parenti, & simulatae virtuti appetens ad c. Mat. 6. tantum merces, qualis est hominum laus; & non in æternū permanfura debebatur, qualis est Dei filiorum adoptio.*

*Obiicitur cōtra Ioānis responſiones. Non leuis adhuc obiectio restat circa Ioānis ad interrogata responſiones: Non sum Elias: non sum Prophe-*

*ta; cum de eo dixerit veritas ipsa, Ioannes ipse est Elia: Dico vobis plusquam Matth. 11.*

*Propheta. Dum namq; Ioannes, quod est, occultat, à veritate (vt videtur) declinat, quod item de quo quis modesto dici potest, qui satagit nō videri, quod est, sicut fecisse legimus Amōs; qui Amasīx se Prophetam non esse ait; vt ipse refert suæ prophetiæ in cap. 7.*

*Non sum (inquit) Propheta. Pro dubii huius solutione ad veritatis diffinitionem, quam communiter tradunt Philosophi nobis, recurrentum est.*

*Amōs cap. 7. Soluitur dubitatio. Philosophica diffinitio veritatis.*

*Veritas (inquit) est conformitas rei intellectæ, ad intellectum concipientem, Propheta erat Amōs; & Ioānes plusquam Elias, & plusquam Propheta;*

*sed neque ille, neque iste tale quid habebant in mente, neque se mereri putabant; vt pote qui de se ipsis humiliissimè sétebāt, cōformatus igitur eorum intellectus vilitati sui, quam habebant, verū eorum respectu faciebat id, quod aliter se habebat; ab eo quod ipsis de se ipsis negabant, dicentes Prophetas non esse: hanc fortassis innuit Magnus Gregorius dubii solutionem, quando dixit. Quod Christus fatetur de spiritu, hoc Ioannes denegat de persona.*

*Aliter equidem circa illos, qui volunt videri, quod nō sunt, nobis Philosophadum est: modestus enim ideo occultat bonum, quod habet, quia existimat non mereri: elatus vero vi- dens, quod non habeat, tamen habere simulat, vt decipiens persuadeat; optimè, & consonanter Innocentius libro de vilitate conditionis humanæ.*

*Ambitiosus humilitatem simulat, honestatem mentitur affabilitatem exhibet foris, quam non habet in corde. Consonat Magnus Gregorius, dum ait: hoc hominum genus ultra naturæ vires agere, vt quod intus non sunt, foris videantur, quod sint. Cum (inquit)*

*Omnis ambitiosus mendax, ex Innocentio. De humana vilitate, ultra naturæ vires agit ambitiosus laudis*

*elati videri semetipsis altiores cupiunt, Magn. Greg. lib. 8. Moral. cap. 36. miris inuentionibus excrescere nituntur; cogit namque illos tumor mentis agere contra*

*centra naturæ vires, quia quod negat vigor valetudinis, amor imperat laudis.* Tradidit nobis totius huius doctrinæ confirmationem Busæus in suo Ilanapion, siue arca medica verbo, gloria vana; vbi ponderans illud Apostoli

*Ad Galat. s. Discrimen inter vanâ, & verâ gloriam a Busæo in sua arca medica, verbo, vana gloria.*

*gloriæ cupidi:* Dubitat, quæ sit gloria inanis, seu vacua, & discrimin ponit inter eorum gloriam, qui probi cum sint, videri non gestiunt; & illorum, qui cum non sint, satagunt existimari: *Quid est* (inquit præfatus Author) *gloria inani?* dicam vobis, gloria, quæ ab extrinsecotantū est, gloria vacua, seu inanis est; gloria vero, quæ ab intus est, gloria vera, & plena est; vndē de humili quaq; anima dicitur: omnis gloria eius ab intus. Plena ergo Ioānis gloria fuit; quæ tota ab intus fuit, quia multo plus sanctū esse laborauit, quam videri; immo equè laborauit esse, ac non videri: semper occultando, quod erat, & dicendo: *Non sum. Non sum.*

### AD ILLA EIVS DEM sacri contextus verba,

*Ioann. 1.*

*Quis es? vt responsum demus his, qui miserunt nos? quid dicis de te ipso?*

### ANNOTATIO IX.

*Adulatorum tela lathalia cum sint, summa celeritate ad Ioannis exemplum declinanda sunt.*

**P**ericulosa tela adulatorū fuisse hæc Sacerdotum, & Leuitarum verba in Ioannis Baptistæ interiora emissa, præter multos alios Patres existimauint Chrysostomus, & Rupertus, & adeò periculosa, vt nulla periculosiora possint excogitari; in tantū enim illi blanditi sunt, vt adoptionem afferrēt eligendi qualemq;

A ipsi placuerit dignitatē, siue Messia, siue Eliæ, siue Prophetæ, siue qualēcumque aliam voluerit obtinere; idē enim sonant eorum verba: *Quis es? vt responsum demus his, qui miserunt nos, quid dicis de te ipso?* Ac si dicant.

Tantum tua apud nos viget autoritas; tantum morum sanctimonia; tantum innocuæ tuæ virtutæ probitas, vt quemcumque tu ipse, te ipsum feceris, te esse sine hæsitatione testemur apud eos, à quibus missi sumus. *Tantum ei tribuebant, vt de se ipso crederent,* B quicquid dixerit; (ait Iannes Chrysostomus) qui statim exclamans annectit. *O periculosa adulatorum iacula!* offerunt, persuadent, & mereri protestantur, vt insolescat. Quid autem respondeat, à Ruperto audiamus: *Protinus excutiens hirtas adulatorum telas ait.* *Ego vox:* Ac si dicat: Nihil sum; nam vox sonus quidam est; sonus autem, nihil ferè est: Hic nobis discutiendū venit illud Baptistæ, de quo agimus, ab Angelo memoratum encomium,

C *Lucæ 1. Vinum, & siceram non bibet.* *Non enim facilè patet, ratio ob quam Angelus de re tam parui momenti Baptistam laudauerit. Nam & vinum in moderatè bibens sanctus, & pœnitēs esse potuit; consultit namque Apostolus Discipulo suo Timothæo, vt vatur parum vini propter cōtinuas stomachi infirmitates; vndē parum referre videtur, quod Iannes siceram, vel biberit, vel non biberit; quæ minus substantiosa, & deliciosa, quā vinum est.*

D *Audi tamen Originem, & inuenies quid maximum de Ioanne his verbis dixisse Angelum; siceram (inquit) non bibet: nam idem fuit, ac si dixerit, adulacionem non aspirabit; idem namque apud veteres erat dicere (vt aduertit Origenes) *Ne bibas siceram, atque, nè aspires adulacionem;* vndē frustra laborarunt Iudaici Sacerdotes, & Leuitæ, dum Ioanni, siceram, vt bibat, persuadere conantur; siceram enim non bibet, idest adulacionem*

Expenditur  
verba Sacer-  
dotiū ad Ioā-  
nem.  
*Ioann. 1.*

*Chrysost. ad  
hunc Ioann.  
locum. —*  
*Idem ibid.*

Periculosa  
adulatorum  
iacula.  
*Rupert. ad  
caput 1.  
Ioannis.*

*1. Ad Timot.  
cap. 5.*

*Lucæ 1.*

tionem non aspirabit. Vnde de illo in hoc euentu illud optimè dici potest. Frustra iacit rete ante oculos pennatorum, seu ante alatam auem, vt habet noua translatio.

Excutit Iesu  
nes adulato-  
rum tela  
quam celeri-  
ter.

Adulatorū  
verba ani-  
mo, & men-  
ti valde pe-  
riculosa.

Adulator,  
inimicus  
suavis, &  
gratus, ex  
Basil. hom. in  
Psal. 61.

Proverb. 18.

Ad exemplum ergo Baptiste sedulitū nobis praeuenienda sunt adulatorū iacula, & maximē præcauēda; nam ventosa, cum sint, nocent capiti, animos namque, ac mentē inflant, & intumescere faciunt; omniaq; decorant ornamenta virtutum, & cō perniciosius, quō suauius: vnde adulator à Magno Basilio, *sua vis inimicus non incongruē diffinitur blandiens enim, & morem gerens venenosa tela emittit in mentem, vt fallat, & in peccatis, vt occidat, testatus est Sapiens Proverbiorum 18. Verba (inquit) adulatorum mollia, feriunt autem interiora ventris.*

Omnibus  
humani cor-  
poris parti-  
bus nocet  
adulatio.

Paulinus ad  
Selantiam  
scribens.

Nocet oculi-  
lis adulatio  
ex Antiste-  
ne apud  
Strobæum.

Nocet cor-  
di adulatio,  
omni fera  
perniciosa.

Plautio in  
Phædro.

Bians Phi-  
losophus.

Nocet pedi-  
bus adul-  
atio.

Plautio in  
Phædro.

Bians Phi-  
losophus.

Nocet pedi-  
bus adul-  
atio.

Proverb. 29.

Nullæ non nocent hominis parti adulantium tela; non ventosa cū sine nocent menti, vnde ad Selantiam scribens, ait Paulinus. *Nihil est, quod tam facile corrumpat mentes hominum, quam adulatio:* Nocent oculis temacia cū sint; vnde illud Antistenis apud Strobæum: *Melius est incidere in cornu, quam in adulatores; illi enim non nisi mortuis hominibus oculos erunt;* isti autem viuis; tanta enim est adulatoris vis, vt hominem excæcte: Pestifera cum sint nocent cordi: vnde illud Plautonis in Phædro; *Adulatores fere sunt pestilentes:* congruit Biantis responso; qui interrogatus à quodam, quæ nam animalia homini essent perniciose, respondit, *inter feras tyranus, inter māsueta adulator:* cū sint dolorosa nocet pedibus; vnde illud Sapien- tis Proverbiorum 29. *Homo qui blandis, fictisque sermonibus loquitur cum proximo suo, rete expendit pedibus eius:*

Rapacia cum sint tam corporis, quam

animæ substantiæ nocent: vnde il-

lud Basili in constitutionibus Mo-

nachorum cap. 11. *Adulatio dulcis*

Adulatio  
omnium bo-  
norū depræ-  
datrix, ex  
Basil. in co-  
stitut.

spiritualium, & corporalium operum de-

A predatrix.

Amplificemus omnia hæc adulan-

tiū nocimenta aliquibus sacræ Scri-

pturæ locis: *Nocet adulatio capitii.* No-

uit hoc Regius Psaltes, dum Deum

deprecans, vt à nocentibus liberet,

seruetque, vnum hoc præcipue inter

alia exposcit; nè scilicet permittat,

quod adulatorum verba eius intelle-

citum obtundant, ne qualis sit, intelli-

git: *Corripiat (inquit) me iustus in mi-*

*sericordia, & increpabit me; oleum autem*

*B peccatoris non impinguet caput meum;*

*ad quem Psalmi locū sic habet Cas-*

*fiodorus. Oleum peccatoris est dilectio*

*simulata verborum, quæ adulacionibus,*

*& blanditiis nostras mentes, velut olei*

*pinguedo leniter ingrediens, rigorem ve-*

*ritatis emollit. Quod idem est, ac si*

*dicit; postquam adulatio, quæ ad in-*

*star olei subtilis est, caput ingredi-*

*tur, ita impinguat intellectum, hebe-*

*temque reddit, vt minimē valeat in-*

*telligere veritatem: consonat glosa,*

*C vbi sic; Oleum peccatoris caput impin-*

*guat; id est obtusum reddit intellectum*

*adulatorum laus ad cognitionem sui;*

*Congruit Ambrosii lectio, quæ sic*

*habet; oleum autem capitum non impin-*

*guet caput meum; & explicans idem*

*Ambrosius, quod nam sit oleum ca-*

*pitis adulatorum laudem esse ait, &*

*mundi gloriam. Vnde is est præcita-*

*ti Psalmi sensus; Obsecro Domine nè*

*permittas, quod adulatio, seu vana ho-*

*minum gloria meum ascendat in caput,*

*obturetque intellectum, nè cognoscere*

*valeam vilitatem meam.*

Literalem esse putant Hierony-

mus, & Augustinus hanc huius Psal-

mi loci expositionem, quam attuli

ex Cassiodoro, ampliatque, & illu-

strat illam Hieronymus alio sacræ

loci.

Scripturæ loco Osee ex c. 12. vbi sic

ait Propheta Ephraim pascit ventum,

Osee 12.

& sequitur astum, tota die mendacium,

& vastitatē multiplicat, & fadus cum

K Assy-

Illustrantur  
omnia, quæ  
de adulatio-  
ne dicta sūt.  
Psal. 140.

Quid sit  
oleum pec-  
catoris, &  
quando ca-  
put im-  
pinguat, ex  
Cassiod. ad  
Psal. 140.  
Glos. ad huc  
Psalmi locū.  
Diuersa Am-  
broſi lectio  
explicatur  
ab ipſo.

Sensus ver-  
borum Psal-  
mi cirati se-  
cundū Am-  
broſi lectio  
nem expo-  
ſitorum.

Emergit du-  
bitatio ex  
præhabita  
verborum

Psalmi ex-  
positione.

Illustratur  
Psalmi lo-  
cus ab Au-  
gustino, &  
Hieronymo  
alio Osee

Scripturæ loco Osee ex c. 12. vbi sic

ait Propheta Ephraim pascit ventum,

Osee 12.

& sequitur astum, tota die mendacium,

& vastitatē multiplicat, & fadus cum

Hieron. ibi.

*A* Assyriis iniit, & oleū in Egyptum ferebat, ad quem locum sic Hieronymus.

*Oleum in Egyptum fert, qui peccatoribus adulatur, ut ab eis fauores aucepatur. Aduertit autem Vatablus, in quo posita similitudo sit. Inter oleum in Egyptū ferre & adulari: Caret (inquit) Egyptus oleo omnino, unde de alieno viuit; sic qui adulantur, laudes, & honores applicat il-*

*Quid sit o-*  
leū in Egyp-  
tu ferre, ex  
Vatablo in  
Scholiis ad  
hunc locum.

*lis, qui omnino non habent cur laudetur, seu honorentur, illisq; vendūt, quod suū non est, neque ad illos pertinet; unde et*

*tum pascere iure dicuntur. Hæc ferè omnia Vatablus.*

Ques. 12.

*Quod autem in Osæ loco maximè ponderandum, & discutiendum est: illa sunt verba. Mendacium, & vanitatem multiplicat; Quæ tantum valent, ac si dicat Propheta: Qui oleum in Egyptum fert, id est, qui per adulatio-*

Hierem. 21.

*nem tribuit alicui, quod non ha-*

*bet; nihil aliud facit, quam eius va-*

*nitatem moliri; nam foris inunctus,*

*intus vacuus, & populari tantum au-*

*ra plenus euanescit, & frangitur: con-*

*uenit cum hac Osæ metaphora, alia*

*qua vtitur Diuus Gregorius homilia*

*21. super Ezechielem, vbi pertractas*

*illum Hieremiac locum cap. 21. Oli-*

*uam vberem, & pulchram vocavit Do-*

*minus nomen tuum; à vocè loquela grā-*

*dis, ignis exarsit in ea, & combusta sunt*

*fruteta eius. Ex hoc enim loco, & me-*

*tahora ostendit præfatus Pater,*

*quam sit adulatio perniciosa, quæ no-*

*tantum improbis nocet, sed illis etiā*

*qui benè operari consueuerunt, quos*

*nomine oliuæ pulchræ, & vberis sig-*

*nificari, ait Gregorius; audiamus illū.*

*Vox (inquit) loquela grandis, est fauor*

*adulantis; fruteta verò ad vocem gran-*

*dem pereunt, quando bona opera non pro-*

*Dei amore, sed propter adulantium lau-*

*des fiunt.*

*Oleum itaque in Egyptum aspor-*

*tantes adulatores sunt, qui tribuunt,*

*quod non conuenit, & disperdunt*

*bonum, quod conuenit: vndē satis*

conuenienter per oleum peccatoris intelligunt præcitatii Patres adulato- rum blanditię, à qua liberari exoptas Regius Psaltes, Deum deprecabatur dicens. *Corripiat me iustus in misericordia, & increpabit me; oleum an-*

*tem peccatoris non impinguet caput Psalm. 140.*

Adulatores  
per oleū in  
Egyptū as-  
portantes de-  
signati.

*Nouerunt tamen Augustinus, &*

*ipse quem nuper retulimus Cassiodorus in ista Psalmi expositione dif-  
ficultatem & repugnantiam ad il-  
lud Dominicum documentum præ-  
sertim attendentes, Matthæi 6. Tu*

Emergit du-  
bitatio, ex  
præhabita  
verbōū Psal-  
mi exposi-  
tione.

*autem cum ieiunas, vnḡ caput tuum.  
oleo (vt est in Græco contextu: Quo-*

Matth. 6.  
Græcus con-  
textus.

*modo ergo ( inquietūt præcitatii Pa-*

*tres ) oleum à suo capite omnino a-  
moueri expostulat Regius Vates,*

Diluit Aug.  
& Cassiodo-  
rius dubita-  
tionem.

*cum consulat Christus caput oleo  
inungi? & ad dubium respondens  
idem statim Cassiodorus, ait esse in-*

Oleūduplicē  
vanæ gloriæ,  
& pietatis ex  
Cassiodo. ad  
præcitatii Ps.  
verba.

*ter oleum, & oleum distinguendum;  
est namque ( vt ipse aduertit) oleum  
pietatis, & mansuetudinis; & est oleū*

Psalm. 44.

*vanæ gloriæ, & adulacionis; illud  
inungit, & humile, ac solidum caput*

Psalm. 140.

*redit; istud in crassat, ebetescit, ac  
recalcitrarem reddit hominum mē-*

*tem, ad instar obesum taurorum qui  
increasati, & impinguati, intumescūt,  
& furiunt, de humilitatis oleo lo-*

Oleū pietatis,  
& oleum vanæ gloriæ  
in oleo, quo  
vtræq; vic-  
gines sum-  
pserunt figu-  
ratum.

*quitur Psalmista Psalm. 44. cum ani-*

*ma iusti, dicens. Vnxit te Deus Deus  
tuus oleo latitia, &c. de oleo verò elationis cum ait. Oleum autem peccatoris*

*non impinguet caput meum: Hæc ferè  
omnia Cassiodorus: Acutè nimis ampli-  
ficat, illustratq; Augustinus hanc*

*olei differētiā in oleo, quod vtræq;  
virgines, tam fatuæ, quam prudentes  
in vasis suis sumpserunt; ab oleo*

dia-

*enim, quod quædam illarum aspor-*

*tarunt in lampadibus, prudentes ef-*

*fectæ sunt, ( vt vterque præcitus Pater obseruat) & ab oleo etiam,*

*quod earum quædam reperunt in*

*vasis fatuæ fuisse perhibentur; au-*

diamus Augustinum. Potest (inquit) illud euangelicū his huius Psalmi ver-

August. in illud euangelicū his huius Psalmi ver-  
quest. 2. 59.

Bis satis conuenienter adaptari, quod quinque virgines, quae actus suos probatissimos Domino dedicauerunt, & conscientias lucidas obseruantes charitatis oleo referre, semetipsas tamquam lampades ardentissimas Domini conspectui obtulerunt, quia fuerunt à iustis hominibus misericorditer reprehensa: reliqua vero alia quinque virgines, quae adulantium vocibus infelici sorte crediderunt, caput earum factum est in sua deceptione pinguissimum, & ideo extinctis lampadibus non sunt receptae, idest à propria cognitione aliena, à Domino non sunt

Virgines fatuæ crassi, & agnita. Hæc Augustinus: fuerunt ita infirmi capi que virgines fatuæ crassi capitum multis mulieres lieres, & infirmi adulantium oleo inunctæ: in hanc etiam sententiam loquitur idem Augustinus epistola 120. quæ est ad Honoratum, vnde ad eandem fatuarum virginum alludens parabolam sic ait: Adulatores laudem suam tamquam oleum venditant

Adulatores olei veditores, ex Aug. stultis: Ad præfati etiam Psalmi verba attendens Pater Gregorius hom. 12. in Evangelio. magn. Greg. 120. epist. 120. hoc. 12. in Evangelio. dixit. Impinguat caput oleum peccatoris, cum demulcentem fævor adulantis: Nocet itaque adulatio capit.

Nocet oculis: Adinuenit asserti comprobationem idem Pater Gregorius Moralium 12. in fine, dum ibi locum illum Deuteronomii 16. attente disquirit: Munera obsecrant oculos: Distinguit enim præfatus Pater inter munus, & munus, & ait: Ali quando munus à manu, aliquando vero ab ore porrigitur; nam qui nūmum tribuit, munus ex manu dedit; qui autem verbum laudis impendit, munus ab ore protulit; excæcat oculos munus à manu, idest pecunia, ceteraque huiusmodi: excæcat etiam munus ab ore, hoc est laus, &

Est munus à manu, & munus ab ore.

Laudem, ut puluerem in puluerem emitit adulator in oculos, ut strat idem Pater, quod dixerat sola-

rum scilicet radiorum, qui quo maiorem lucem in oculos immittunt, eo amplius lucem eripiunt; ita (inquit) adulatores, quo magis laudent, eo magis obsecant: appono Gregorii verba. Solares radii in oculos immisisti lucem dum afferunt, eripiunt, sic assentatorum lades.

Optima inter adulatores, & folates radios similitudo, ex Gregor. viii supra.

Ne autem in diffamandis adulatorum nocumentis multis sim; uno tantum loco ostendam omnia, quæ inferunt damna. si te (inquit Sapiens Proverbiorum 1.) lactauerint peccatores, ne acquiescas eis; quod sic exponitur in gloso. si te decipere voluerint adulatores blandis verbis, ne audias eos: Quem locum, ut intelligamus, necesse prius est inquirere, quæ inter lac, & adulacionem similitudo reperiatur; quod ex illo Iudicum loco in cap. 4. facile perspicitur; in quo refert sacra pagina, quod postquam Iael blandis, & adulatoriis verbis exceptit Sisaram dicens. Intra ad me Domine mihi, &c. dederit ei poculum lactis, & postquam sopiuit, posuerit super tempus capitum clavum, percutsoque malleo, defixerit in cerebrum, & tandem occiderit. Ponderat sanctus Prosperus locum in libro de sententiis Augustini; & ait. Adulatio ad instar lactis hominem totum sopit, & ad interitum disponit; Vnde congruerter sapiens ait, Fili si te lactauerint peccatores, idest, si te decipere voluerint adulatores, ne acquiescas, ne fugas, adulacionis lac: sopit enim intellectum, obsecrat oculos, obstruit aures, totumque disponit hominem ad interitum.

Quæ inter lac, & adulacionem similitudo, ex loco Iude. in c. 4.

Quanta autem sollicitudine, & cura, quantaque celeritate evitada sint, & declinanda adulatorum iacula, adeo venenosa, & nocua à Christo Dominino addiscendum esse, ait Tertullianus lib. de patientia, & libro de corona militis, vbi obseruat adulatorem alapam Christo dedisse, & adulacionis causa spinis coronatum fuisse: nam

Prosper in libro de sententiis Augusti.

Dæna adulacionis.

Tertul. lib. de patientia, at lib. de corona militis.

volens minister per adulacionem se gratum facere Pontifici, dedit alapam Christo, dicens. *Sic respondes Pontifici?* Ex adulandi potius consuetudine, quam ex muneric Pontificii obseruatione actū est, ut Christo alapa infigatur, neque Præsidis iussus, sed militum adulatio illi coronam spineam imposuit, ait Tertullianus, quod autem idem lib. de patie tia specialiter obseruauit, illud fuit; quod cum Christus Dominus omnia opprobria patientissimè sustinuerit, ad omniaque obmutesceret, ad alapā tantum responderit, dicens. *Si male loquutus sum, testimonium perhibe de male: si autem bene, cur me cedis? volui* (inquit Tertullianus) *statim reprimere assentoris improbitatem; & gressum illi- cò retardare:* Fugienda igitur adulatio summa cura est, quæ adeò perniciofa est, vt etiam Christo aliquo modo nocuerit.

### AD ILLA SACRI CONTEXTUS VERBA. Ioann. 1.

*Medius autem vestrum stetit, quæ vos nescitis, ipse est, qui post me venturus est; qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus corrigiam calceamenti soluere, &c.*

### ANNOTATIO X.

*Non sunt Christiano viro metienda opera propria breui, & deficiente mensura, neq; eorum valor falsa statera ponderandus.*

Apponitur, & soluitur dubitatio, circa Ioānis verba. Ante me factus est

**A** Pertæ veritati repugnare videtur hæc Ioannis verba. Qui ante me factus est; Siue enim de Christo loquatur, vt Deus est, siue vt homo est, numquam Christū ante se factū dicere potuit; nam vt Deus est, factū fuisse credere fides prohibet. Genitū enim à Patre, & nō factum, credendū esse iubet; hoc quippè irrefragabili fū

damento usus est Augustinus, vt Ar- rium conuinceret. *Quomodo (inquit)* Aug. træt. in Ioannem.

*poteſt fieri, ut verbum Dei factum ſi, per quæ facta ſunt omnia?* Si verò Ioannes de Christo loquitur, propt̄ homo est, neutiquā verificari potest eius assertū, cum de Christo cōcipiendo Angelus ageret cum Maria, de Ioannis concepione mentionem faciens dixerit.

Luca 1. *Hic mēſis est ſextus illi, quæ vocatur ſte-*

*rilis; Vndè quoquo modo Ioannes de Christo loquatur, ſiue propt̄ Deus est, ſiue propt̄ homo est, ſemper hæc eius verba, ante me factus est, à veritate declinare videtur; quāquā omnes ferè Patres, & iſtiū loci expositores, dubiū hoc, & excitarint, ſoluerintq; accuratius tamē Emissenus Eusebius, hom. 3. Aduētus Dñi, & in ſua interlineali ad hunc locum Laudunensis Ambroſius: Antea: hoc loco (ait Emissenus) non temporis, ſed dignitatis prioritatē ſignificat; Vndè hūc efficiūt ſenſum Ioannis verba, multo me incōparabilius perfectus est Meſſias, quæ*

**C** quæritis; hic enim modesti hominis loquutionis est modus, cum de altero agit, quæ ſe nobiliorem, & perfectiore cognoscit: *hic vir prior me est*, id est antecellit me virtute, nobilitate, & morū probitate; cōsonat Laudunēſis, qui ſic intermittit in gloſa: *Ante me factus est; id est mihi præpoſtus est dignitate;* Ac ſi dicat Ioannes, nulla in re poſſum ego comparatiū Meſſia, quæ quæritis, & quæ me eſſe putatis: Ego enim ſum vox; verbū ille; ille Domi- nus, ego ſeruus; ille qui mittit, ego miſſus; & adhuc conſiderata eius ex- cellentia, multum mihi adſcribere vi- deor, dū me illius ſeruum dico: *Non enim dignus ſum, ut eius calciamēti corrigiam ſoluā:* Sic Ioānis mentē inter- pretatur Lyra noster dicens. *In hoc cognoscit, & fatetur de ſe Ioannes nō eſſe dignum exhibendi Christo etiam mini- mum famulatum.*

*Satis, ac ſuperq; diluta eſt verborū Ioānis difficultas à præcitatib; Patrib;*

Emiſſe. hom.  
3. Aduentus  
Domini.

Expenditur  
Ioannis ver-  
ba, & diluitur  
obligatio  
ſupra poſita.

Interl. ſuper  
hūc Ioān. locū

Lyra ad eū  
dē Ioān. locū.

at Magnus Gregorius mysteriorum indefessus indagator non quieuit, usque dum pretiosam quadam margaritam, qua vita probitas exornetur, inuenierit in thesauro a Deo locuplet-

A Ioannis ti, dixitq; voluisse insuper Baptista ver bis optima his verbis: *Ante me factus est, & post me veniet*, nos edocere, ut metiamur ruta a Magno Gregorio homil. 7. in Euan-

gela. Nam exigua: neque decipiatur eorum pretio, & valore exiguum: nam exigua ad maxima comparata clarius apparent exiguiora: adeo se exiguum Ioannes cognovit, quia cum gigante ad viam currerat accincto se ipsum compositus audiamus moralitatem parentem sanctum Patrem Gregorium homilia 7. in Eu-

Gregor. vbi supr. gelia. Non quibus iam superiores, sed quibus adhuc inferiores suis aspicite, ut dum meliora vobis exempla proponitis, ad maiora semper ascendere ex humilitate valeatis.

Obseruauit disquisiuitque Augustinus sermone 36. de tempore verba illa Pharisaei orantis in Templo. Lucæ 18. Non sum sicut ceteri hominum, raptiores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus, &c. Dixitque Augustinus:

Aug. ser. de tempore 36. Ex publicano maior proueniebat Pharisæo tumoris occasio: Ac si diceret: ex publicano fundamentum assumebat

Pharisæus amplius superbiendi: ò infortunatus publicane! quid, ultra tua infortunia, tibi obuenire poterat, quia ut culpam tumoris, & elationis Pharisæi tibi adscriberet Augustinus: optimè in te illud commune proloquiū competit. Para los desdichados, todos los Lunes son Martes: Non enim sat

Hispanum proloquium. fuit inter latrones, inter iniustos, & adulteros numerari, insuper & Pharisæi tumorem tibi obiicit Augustinus dicens: Ex publicano proueniebat Pharisæo maior tumoris occasio. Solare tamen publicane, solare, non enim in te coiicit Augustinus Pharisæi tumorem; immo ex tua fortassis humili-

litate illius arguit arrogantiam, & cōdemnat elationē. Adeo enim superbis, adeo arrogās, & iactantiosus Pharisæus erat, ut etiam ex publicani defectibus accrescere intentaret, cum illius fragilitate, & miseria compōnes iustitiam suam, ut sic iustior, & beator videretur; vnde consonanter Chrysostomus. Extollitur per aliena Crisost. ad hunc locum.

B liscumque enim iustitia cum horum iniustitia cōparata grandis videbitur quia igitur tā deficiēt mēsura Pharisæus suam iustitiam metiebatur, idēt fallebatur; vnde non quibus in aliquo superiores, sed quibus in omnibus inferiores sumus comparari debemus, ut quantum ad iustitiæ metam attingendam nobis deficiat, agnoscamus; si profecto Pharisæus iste se non cū raptoribus, sed cum his, qui sua pro Deo pauperibus distribuunt, componeret, & suam cum illorum iustitia metiretur, quantum sibi, ut iustus es, deficeret, proculdubio intelligeret; idēt ergo falsus est, quia in æquali se, & deficiente cubito mensus est; optimè Lyra noster: Qui se per alios deteriores iudicant, altius eorum fatuitas innoscit.

D Attribuit Faustus hereticus ad instar canis rabientis inter dētes verba illa, quæ de Thamar nuru sua dixisse Iudam refert cōtextus Sacer, Genef. 38.

38. Iustior me est: & arguit obcæcatus omnino heresiarcha, incusatque sacrum contextum, quod iustum dixerit mulierem incestuosam; irridet illum Eucherius, dum locum disquirit, & ait; vnde colligis, ò stulte, iustum Thamar sacrā Scripturam appellasse, quæ tantummodo in veritate refert verba, quæ Iudas dixit. Iustior me est, si heretice incusasses, Iudæcōparationē inter se, & Thamar, fortassis attingeres scopum veritatis:

Ex aliorum defectibus acerescere intentat iactantiosus.

Chrysost. ad hunc locum.

Mag. Greg. ubi sup.

Iustitiā suā ex improbō tu iniustitia velle cōmen date fatuitas maxima, ex Lyra ad cap. Luca 18.

Genef. 38.

Falsum Fausti heretici fundamentū ad incusandam sacræ Scripturæ ritatē, eueretur, ab Eucherio.

nam Thamaris iustitiam, cum iustitia sua mensus est, & suam cum Thamaris, cum vterq; incestuosus esset, vnde fecellit se Iudas, si namque se, & Thamar cum casto Ioseph, & cum Susanna sancta, & casta compararet, & Thamar suamque iustitiam cum Ioseph, & Susannæ iustitia metiretur, nō iustitiam, sed iniustitiam proculdubio esse cognosceret: breuissimis quibusdam verbis totum dixit Eucherius: *Quid mirum si peccatrix à peccatore laudatur?*; Fallaci mensura se, & Thamar mensus est Iudas, ideoque falsus est, scripturæ sacræ semper salua veritate, quæ tantum refert, quod gestum, & dictum est.

*Mendaces filii hominum in statenis, ut decipient de vanitate in ipsum*, ait Regius Psaltes Psalmus 61. Quod idē est, ac si dicat, in hoc vel maximè mendaces reputandi sunt homines, quia illud assumunt in fallendi, seu decipiendi medium; quod ad veritatem demonstrādam fuit inuentum, videntes nempè dolosa statera, ut decipiāt, quam ad tollendum, potius quam ad inferendum dolus inuenērunt antiqui: aliter legit Hieronymus, & ad nostrum intentum fortassis accommodatiū; *Mendaces filii hominum in statenis, ut vanitate decipientur in id ipsum*: Opponitur lectio lectioni; nam vulgata habet, *ut decipientur*. Hieronymus verò, *ut decipientur*, decipi autem, & decipere opponuntur; passio quippe unum cum sit, actio verò alterum: non ita (ait noster Lyranus) immo dum ipsi seipso decipiunt, decipiuntur; assumunt enim dolosam statera, ut virtutes suas apud alios exagerent, hominum nempè impiorum actiones, & sic dum alios decipere intendunt se ipsos decipiunt; quod equidem non continget, si vera, æquale statera, siue mensura metirentur, & opera sua, eorumque valorem ponderarent; appono optimam in hanc sententiam Lyrani verba.

Eucher. ad  
ca. 9. Gen. 38

Psalm. 61.

Expenditur  
Psalminverba

Statera ad  
exitādā frau  
dē adiuēta.  
Lech. Hieron.  
ad Psal. 61.

Obiectio ex  
diuersa, Psal  
mi lectione.

*In libra (inquit) simulata iustitia facilimè decipientur in ipso, in quo creduntur æqui:* Adhuc clariūs, & expeditius loqui mihi videtur Genebrardus: *Mendaces (inquit) filii hominum in statenis, (aduertite) non in statera dixit, sed in statenis;* distinguunt enim statera, ab statera, dolosam nempè à vera; quando enim opera sua dolosa ponderant statera, qualis est impiorum, & perditionum hominum vita, videtur æqui, videntur iusti, ac sancti: quando vero diuina iustitia æquali libra, seu statera eadem ipsorum opera pöderat, inuenit minus habentia, & ipsa leuitate leuiora; ita ferè Genebrardus, cuius aliqua appono verba. *Mendaces filii hominum in statera iustitiae; nam si ponatur in altera libra parte inanitas, in altera ponantur isti; profectò inanitas ipsa preponderabit, ipsaque apparebunt leuitate leuiores.* Maximo suo damno expertus est Balthasar, qui quando se cum reliquis hominibus comparabat; ita amplum, & plenum reputabat, ut totum ab eo mundum impletri posse crediderit; cum vero in libra iustitiae ponitur, minus habens inuenitur; non sic Ioannes, qui ad veram iustitiae libram sua merita pöderans ait. *Cuius ego non sum dignus, ut corrigiam calceamenti soluam.* Hac Ioannis via incedunt homines cordati, & iusti: lata enim séper, & superexcedente mensura metiuntur, ut quantum ad veram, perfectamque iustitiam sibi desit, intelligent. *Maior me, Ante me.*

Dum Signiensis Episcopus librū Numerorum explanaret, illa verba obseruauit, quæ cap. 13. eiusdem lib. promissionis terrę exploratores, dixisse refert sacra pagina. *Vidimus möstra quadam filiorum Enach: quibus comparati, quasi locustæ videbamur;* Ac si dicant, inter multa, eaque admirabilia, quæ terram lustrantes cognouimus, fuerunt gigantes quidam processæ adeò magnitudinis, ut unusquisq; nostrum

Deleant ob  
iectio ē Ly  
ra, & Gene  
brardus di  
stingēdo sta  
terā ab sta  
tera, veram  
nempè à do  
losa.

Genebrar. ad  
Psal. 61.

Dan. cap. 5.

Ioann. 1.

Numer. 13.

Disquisitur nostrum ad illorum vnumquemque locus à Brunone, & adducitur in præsentis affecti confituationem. A comparatus, exigua quædam locusta videretur: Disquirit igitur præfatus Pater, cur nō cū reliquis illius regio- nis hominibus, sed cū solis gigantibus comparauerint se exploratores; habi- tabant enim ibi præter gigantes, Amalechitæ, Ethæi, Amorrhæi, & Iebusæ, qui (quamquam ferocissimi) erant tamē cōmunis staturæ homines erat cur (inquit) cum Amalechitis, aut cū aliis hominibus non sunt comparati, sed cum solis gigantibus? Et statim dubium soluit dicens. Quia prudentium est, in fortiorum robore propriam deprehendere fragilitatem, & edoceri, ut temerè non agant; ne postea irrideantur, ut fatui: Benè vtique Ioannes. Maior me, Ante me.

*Idem Bruno ibid.*

### CIRCA ILLA S A cricontextus verba. *Ioan. i.*

*Post mes Ante me.*

### A N N O T A T I O X I .

Vnde quaque metiri, expoliri, & ad- quari vero conuenit Christianos ut cælesti ædificio coaptetur in lapi- dem.

*Psalm. 121.*

Nota omnibus metaphora est, qua vtitur Ecclesia, dum cælestem patriam nomine ciuitatis Hierusalem lapidibus cōstructam vocat: desumpfit fortassis Ecclesia meta- phoram à Psalmo 121. vbi eadē vsus est Psaltes Regius dicens. *Hierusalem quæ ædificatur, ut ciuitas, &c.* Benè au- tem, & congruenter dicitur cælestis patria, ut Ciuitas ædificata; quia sicut Ciuitas quædam terrestris, ut pulchra sit, & spectabilis, sectis, & expolitis lapidibus ædificatur; ita & Hierusalē cælestis, quæ in quadro posita est, ex quadratis, & vndequaq; expolitis la-

pidibus, idest sanctis viris, & perfectis cōstruitur: testatur Ecclesia ipsa, dum canit.

Vnde cæle-  
stis patria Ci-  
uitas dicitur.

*Vrbs Beata Hierusalem  
dicta pacis visio,  
quæ cōstruitur in cælis  
viuis ex lapidibus, &c.*

Ecclesia in  
hymno de-  
dicationis.

Et paucis interiectis annexit statim dicens:

*Tunsonibus, pressuris  
expoliti lapides  
suis coaptantur locis  
per manus artificis.*

B Quo præhabito, non incongruè lo-  
quar, si dicam, esse vnumquemque Christianum istius ædificii lapidem, cui ut coaptetur, necesse est, quod vnde quaque poliatur, & adæquetur, ut proprio suo congruat loco; ex vtraq; enim facie expoliri consueverunt la-  
pides, ut pulchrum, & cōgruens ædi-  
ficium construatur; aliter enim ædifi-  
cio apti non sunt, sicut neque Chri-  
stiani cælestis patriæ ædificio con-  
gruunt, si vnde quaque perfecti non  
sunt; optimus in hanc sententiam lo-

Vnde quisq;  
fidelis cæle-  
stis Ciuitatis  
lapis, si pri-  
fus ex poli-  
lietur, a-  
liter enim tā  
to ædificio  
non cōnit.

C C

Amos 7.  
Hebræorum  
lectio.  
Noua trans-  
latio.

Amos est Amos in cap. 7. si præsertim cum recentioribus Hebræis proferatur: Ecce Dominus (ait vulgatus con- textus) stans super murum litum, & in manu eius trulla cémentarii, quem lo- cum sic legunt Hebræi, & præsertim recentiores. Ecce Dominus stans super murum perpendiculari, & in manu eius perpendiculari, seu norma, ut est in noua trâslatione, quæ idem quasi est, quod perpendiculari; utroque enim examinatur ædificii paries, excedat

D ne an deficiat, ad quem locum opti- mè Vatablus in Scholiis, *Perpendicu- lum habebat Dominus in manu, ut vi- tia, & defectus muri inquireret; ita &* peccata emendanda sunt, & defectus om- nes perpēdiculo in stitia: Si ergo Deus ita de ædificio cælestis patriæ solici- tatur, ut semper habeat in manu nor- mam, seu perpendiculari, ne quid in eo excedat, vel deficiat, proculdu- bio necesse est, ut vnde quaque expo- liti

Quid sit per  
pēdiculū, &  
ad quid, ex  
Vatablo in  
Scholiis ad  
hunc locum  
Amos.

*Ioānes istius ædificij lapis unde quaque expolitus.*

*Corinth. 9.*

*Ezech. c. 1.  
Apocal. 4.*

*Ad quid mystica illa quatuor animalia ante, & retrò oculata.*

*Ezech. 1.*

*Animalia non reuerti idem, quod retrò non flecti, ex Theodo reto ad Ezechie lis cap. 1.*

*Viri sancti, & iusti per quatuor hęc animalia designati*

*Ad quid retrò, & ante à oculis plena animalia ex Ruperto ad caput Apocalyp. 4.*

liti, & mensurati sunt lapides apponendi: solicite equidem, & vnde quaque se mensurabat Ioannes, à parte scilicet ante, & à parte post *Ante me*; & post me; cum enim Dei ædificatio esset, eiusque structura, timebat, ne deficeret, aut excederet: optimus in huius doctrinæ confirmationem locus est Apocalypsis in cap. 4. vbi describens Ioannes quatuor illa animalia, de quibus iam Ezechiel suæ prophetiae in cap. 1. multa dixerat; inter omnes earum, quas posuit circumstantias, hanc præcipue memorauit. *Ante sci licet, & retrò* habuisse oculos: Quod equidem mirum est, & mysteriis adhuc plenius, quam ipsamet animalia oculis; & quam quod percipere potest intellectus sublimius: non enim facile percipi potest ad quid retrò haberent oculos: nam quod haberent antea esto; vt scilicet diuinam essentiam contemplaretur, erant enim ante diuinum conspectum; sed ad quid retrò plena fuerint oculis, non intellico; cum præsertim apud Ezechielē lego, retrò numquam reuerti: *Non reuertebantur cum ambularent*, ait Prophetas; quod idem est (vt Theodorentus commentatur) ac si diceret; *non flectebant se retrorsum*; si igitur (interrogo) non flectebant se retrorsum ad quid retrò plena sunt oculis? Sistat dubitatio (ait Rupertus) ostendam mysterium. Adumbrantur in his animalibus viri iusti, & sancti; quorum semper mos fuit, & intentio, non solum quales de præsenti sunt attendere, sed etiam quales fuerunt antequam à diuina gratia iusti, ac sancti fierent; quod idem est atque retrò aspicere, & ante vnde ante, & retrò plena sunt oculis: audiamus Patrem: *Ante, & retrò animalia plena sunt oculis*, id est viri iusti, & probi, ut sciant vnde venerunt, & quo vadant; quoniam de nihilo veniunt, quod illis profecit ad humilitatis custodiā, & hoc retrò oculis aspiciunt, ante ut videant, quod vadant ad glo-

riam filiorum Dei, quod eis profecit ad fortitudinem; Ita equidem non solum enim aspiciunt viri perfecti, & iusti, neque solum contemplantur quales nunc sint, sed quales fuerunt, & se ex vtraq parte ante scilicet, & retrò expolire, & adæquare laborant, vt cælesti ædificio aptè conueniant: Fecit *Ioannes Baptista* Ioannes, quem *regulam sanitatis*, satis conuenienter appellat Chrysologus; non solum enim se adæquata mēsura mēsus est, Christus nēpē; sed vnde quaque id est ante, & retrò: *Ante me factus es; post me venit.*

Nunquam equidem Paulus tam congruenter, & aptè cælesti ædificio (ac conuenit) conueniret, si se antea solum cōsideraret, & metiretur; Apostolatus scilicet dignitate, ad quam se euctū cōspiciebat; at id est sic adaptatus ad illus constructionem factus est lapis, qui ante, & retrò mensus est. Vide, & considera, Lector, lapidem se ipsum retrò metientem, & adæquantem: *Ego (inquit) sum minimus Apostolorum*; ac si dicat, minor sum lapis,

*i. Corint. c. 1 s. Ibidem.*

qui tā sublimi conueniam structuræ; cur Paule? *quia persequutus sum Ecclesiam Dei*: Id est, quia quamquam dum meam præsentem vitam considero, nihil mali mihi conscius sim; tamen adhuc tanto ædificio aptus nō sum; adhuc me retrò adæquare, adeò expoliri, & metiri necesse est. Dū enim meam ante actam vitam considero; me contumeliosum, & blasphemum fuisse cognosco: vnde quamquam ante a lapis huic tanto Ecclesiæ ædificio aptus videar; tamen retrò cū aspicio, quam illi ineptus sim cognosco, & iudico; ita Pauli mentem interpretatur Lyranus nocte. *Contumeliosum, & blasphemum se nouit fuisse in verbis; Pauli locū.* acerrimum persequutorem se nouit in factis, & ideo indignum se Apostolatus honore iudicabat, inquit Lyra.

Consideremus insuper Prodigum iuuenem (de quo Christus in parabola Lucæ 15.) se ipsum vnde quaque me-

Filius prodigus adæquatus cælesti ædificio.

metientem, & adæquantem, vt Patris domo adaptaretur in lapidem: Peccati (inquit) in cœlum, & coram te: non sum dignus vocari filius tuus; Vndè filii Patris tui beneuolè recipientis te cognoscis indignum (interrogo) cordate iuuenis? quia me retrò aspicio, & considero, & dissipasse me substantiam Patris, & meam luxuriosè viuendo considero. Optimè, & admodum consonanter ad hunc locum Rabanus ad cap. 15. Luc. Rabanus: Ad filii (inquit) affectum aspirare non præsumit; quia ante acta vita discursum meditatür: Ita se res habet, cordate iuuenis? retrò oculos cōiicis, retrò tua facta metiris? ex vtraq; facie expoliris? optimus in cœlestis Hierusalem ædificium lapis adaptaris, dum non tantum antea, quā retrò tu te ipsum examinas, & adæquaris.

### CIRCA ILLA SACRI contextus verba. Ioan. 1.

*Cuius non sum dignus, ut soluam eius corrigiam calceamenti.*

### ANNOTATIO XII.

*Quo maiora, & altiora sunt iustorum merita, eo ipsi de se humilius sentiunt, & loquuntur modestius.*

De se humiliiter sentire sublimis est virtus.

Illustratur Abrahæ Patriarchæ exē plo.

Genes. 18.  
Chrysost. ibi.

**E**X intenta cura, & solicitudine, qua se se viri iusti vnde quaque examinant, eisdem prouenit virtus ista sublimis, maximè commendabilis, de se nēpē humiliiter sentire, & loqui: optimè in Abrahamo multarum gentium Patre hæc veritas D comprobatur: cui cum nihil deesset, vt se magnum, & beatum reputaret, cum illi in valle Mambre Dominus apparuit, tamen de se modestissimè sentiens ait. *Loquar ad Dominum meū cum sim puluis, & cinis?* Admiratur Chrysostomus modestum eius loquendi modum, & ait: Nonnè cū hæc

dixit Abraham quinque iam Reges superauerat? ingentemque ab eis prædam abstulerat? maximè. Diuisis (inquit Sacer contextus) sociis, irruit super eos nocte, percussitque eos, & persequitus est Chrysost. ibi. usque Hoba reduxitque omnem substaniam, &c. considera (ait ipse Chrysostomus) magnitudinem, & fortitudinem animi Abrahæ; non enim perculsus est animo cum audiret tantorum virorum fortitudinem, &c. Nonnè poterat extollti Abraham se à Sacerdote Melchisedech, considerans publicè benedictum? Benedictus (inquit) Abrahæ à Deo excuso: Nonnè poterat ex familiari cum Deo amicitia gloriari? cum quo loquebatur Dominus quasi homo homini, & quasi amicus amico? (vt eiusdem Chrysostomi verbis vtar) attamen, his minimè obstatibus, puluerem se dixit, ac cinerem: Admiratur etiam & Magnus Gregorius eiusdem sancti Patriarchæ modestiam, & ait. Considera in quo se loco ponerat apud Chrysost. ad ea. Genes. 14. se; qui puluerem, ac cinerem etiam quando cum Domino loquebatur se estimabat.

**C**Ac si diceret, quanta fuerit Abrahæ Patriarchæ modestia, ac sui ipsius despiciens, ex eo vel maximè potest cognosci; quod neque ab inimicis reportata victoria, neque Sacerdotis benedictione; neq; quod multo magis est, Dei familiaritate, & obsequio induci potuit, vt de se sublime aliquid cogitaret; immo quo maius, & euidentius ad hoc habebat fundamē tum, eo, de se humilius sentiebat, & loquebatur. Non aliter se gessit Ioannes, qui à Christo publicè commendatus, & à Sacerdotibus, & Leuitis Messiam, Heliam, & Prophetam inclamatus, tantum abest, quod inde superbiret, vt de se potius humiliissimè sentiens dixerit, nō esse dignum, qui Christo exhiberet minimum famulatum.

Magn. Greg.  
Moral. 3.c. 23

Abrahæ Patriarchæ summa modestia

Matth. ca. 11  
Ioannis Bapt. titiæ animi modestia.

Ioann. 1.

Adinuenit Pharaonis filia Hebræum infantem ad ripam fluminis, lactari iubet, & educari, usque dum ado-

Moyses vir  
omnibus nu-  
meris abso-  
lutus.

Basil. in  
Exam. bo. I.

Exodi 3.

Moysis ani-  
mi submis-  
sio  
Ibidem.

Rup. ad cap.  
Genes. 3.

Idem Rup.

adolescat, adultumque bonis moribus imbui satagit, ac aulicis instrui ceremoniis; addit insuper, ut diuersa percaleat idiomata; & ita in omnibus consummatus euadit puer, ut nullus illo consummatior reperiatur, testē laudo Basilium in Exameron hom. i. cuius refero ipsissima verba: *Moysem sibi adoptatū filia Pharaonis in filium; magnifico, & Regio impendio curauit educandum, & ad se accitis Sapientibus Egyptiorum, inque Magistris perfectis puerum tradidit erudiendum, fuitque omni sapientia preditus.* Hæc omnia B Magnus Basilius: Adolescit infans, ducit vxorem letri Sacerdotis filiam; pascit socii gregem; vocatur à Deo, ut mittat ad Pharaonē. *Veni* ( inquit ad eum Dominus;) *Et mittā te ad Pharaonem: vt educas populum meum filios Israel de Egypto:* Attentè perpēdas, deprecor, curiosè Lector, modestissimam sancti viri responcionem: *Quis sum ego, ait, vt vadam ad Pharaonem?* Admiratut Rupertus magnopere, & ait. *Quid est hoc, o Moys? quid nouum, siue inusitatum audis à Domino, vt sic admireris, & sic respondeas? nonnè viri aulici, & linguarum periti legati ad Reges mitti consueverunt? nonnè omni sapientia preditus es? nonnè aulicis moribus imbutus? quid ergo admiraris ex eo, quod à Deo ad Pharaonem Egyptiorum Regem in nuntium eligaris?* Respondit, itaque Rupertus dicens: *Bonum quidem, & imitatione dignum exemplum humilitatis, Deo vocante ad tantum, atq[ue] tam gloriosum ministerium dicere. Quis sum ego?* Hæc Rupertus: ego autem nō miror, loqui enim de se modestissimè consueverunt iusti, & sancti viri; & eo magis, quo maius habebant virtutum, & sanctitatis vestigia.

Cum sanctum Dauidem attente considero, nullam in eo non inuenio, tam corporis, quam animi dotem, ut ad Regis Saul filiæ connubium aspiraret, quippè qui ex nobiliori Tribu erat, quam Saul: Ex Tribu nempè lu-

da à Deo electa in radicem, & trum-  
cum Regum populi sui Israel (vt pa-  
tet ex Genesis capite 49.) vbi sic de  
hac Tribu Vaticinatus est Iacob. *Iu-  
date laudabunt fratres tui, manus inae  
in cernicibus inimicorum tuorum, adora-  
bunt te filii Patris tui; non auferetur  
scenptrum de Iudeo, &c.* Saul autem ex  
minima Tribu Israel, vt ipse corā Sa-  
muele fatetur dicens. *Numquid non  
filius Gemini, ego sum de minima Tribu  
Israel, & cognatio mea nouissima inter  
omnes familias de Tribu Beniamin.* Si  
vero de reliquis bonis agatur, tā gratiæ, quam naturæ; nonnè fuit David  
electus in millibus? erat in primis  
rufus, & pulcher aspectu, (vt ait con-  
textus Sacer) decoraque facie; insuper  
musicus, & Poëta, ac Psaltes eximius,  
vt præfati Saulis seruus coram ipso  
attestatur dicens. *Ecce vidi filiū Esai  
Bethleemitidē, scientē psallere, & fortis-  
simum robore, & virum bellicosum, &  
prudentem in verbis, & virum pulchrū:*  
C Benè equidē fortissimus robore, qui  
ab incunabulis didiscit, & ausus est,  
vros, & leones interficere; quid ergo  
decerat iuueni omnibus numeris ab-  
soluto, vt Saulis filiam vxorem duce-  
ret? cum tamē se se occasio offert, de  
se modestissimè sentiens ait. *Quis ego  
sum? & quæ est vita mea? aut generatio  
patris mei in Israel, vt fiam gener Regi?* D *quid est hoc, quod ait ( interrogat  
Magnus Gregorius) iste iuuenis, qui  
tanta virtutum munera perceperat, &  
qui in omnibus adeò strenuè se gesserat?* Et statim respondens ait. *In omnibus  
fortuer se in humilitate sternabat; quem  
enim non extolleret ora leonum fran-  
geret, vrsorum brachia dissipare reproba-  
to Rege, in Regem vngi? horrendum Go-  
liath uno lapide sternere? cum tamen ad  
honores accitur, se se non idoneum in-  
genue confitetur: Ego vero non equi-  
dem miror, ita namque de se, & de  
rebus suis consueverunt sentire, &  
loqui viri sancti, & iusti, iā cōproba-  
tur hoc in Baptista Ioanne, qui cum  
erat*

Genes. 49.  
David ex  
Tribu Iudea.  
Reg. 1. cap. 9.  
Saul ex Tri-  
bu Béiamin.  
1. Reg. 16.  
Recensetur  
Dauidis, tā  
corporis, quam  
animi dotes.  
1. Reg. cap. 16.  
1. Reg. 18.  
Dauidis ani-  
mus mode-  
stissimus.  
Greg. ad hunc  
locum.

Ioannis hu-  
militas.

esset ex Tribu Leui, Templi Dei Sa-  
cerdotis filius; Christo Seruatori con-  
sanguinitate coniunctus; tamen dum,  
quis sit, interrogatur, respondet in-  
dignum se esse, qui Christo exhibeat  
minimum famulatum dicens. *Cuius*

A *ego non sum dignus, ut corrigiam cal-  
ceamenti soluam: Regta sanè humilitas,*  
*(ait Ephren Cyrus) quæ tantis virtutum encomiis non extollitur.*

Humilitas  
virtutū Re-  
gina, ex E-  
phren Cyo.



# IN QVARTA DOMINICA ADVENTVS DOMINI.

EVANGELIVM, EX CAP.  
tertio *Lucas.*

Anno quinto decimo Imperii Tiberii Cæsaris, &c.

## EXPLANATIO LITERÆ.

**L**ITERALIS ratio, ob-  
quam Sacer Euan-  
gelista tot temporū  
circūstantiis, totq;  
personarum distin-  
ctionibus, nomini-  
bus, ac muneribus usus est, cum Ioan-  
nis Baptistæ prædicationem enarran-  
di initium fecit, ea fuit, (vt ad hunc  
locum obseruant Patres) vt scilicet  
historiæ veritatem corroboraret. De-  
scribitur (inquit Lyranus noster) tem-  
pus prædicationis Ioannis per nomina, &  
tempus Imperatoris tunc regentis, &  
Præsidis Indeæ, & Tetrarcharū, ad ostendendam certitudinem historiæ, & auth-  
oritatem prædicationis eius. Mos equi-  
dem hic semper sacris Scriptoribus

Lyra ad ca.  
3 Luca.Mos, omniū  
scriptorū cō-  
munis.

A fuit, temporum nempe differentiis,  
& Regum nominibus, historiæ veri-  
tatem fulcire, eundem enim hūc mo-  
rem seruauit Isaias, suam siquidem  
prophetiā incœpit dicens. *Visio Isatae 1saia cap. 1;*  
*filii Amos, quam vidit super Iudam,*  
*& Hierusalem in diebus Osiae, Iothan,*  
*Achaz, & Ezechiae Regum Iudæ: Sic Hierem.ca.1.*  
*Hieremias: Verba Hieremiae filij Hel-*  
*ciae de Sacerdotibus, qui fuerunt in Ana-*  
*thath in terra Beniamin, quod factum*  
*est Verbum Domini ad eum in diebus*  
*Iosiae filii Amon Regis Iudæ in tertio de-*  
*cimo anno Regni eius, &c. Sic Baruch,*  
*sic Ezechiel, sic Daniel, sic Amos sic*  
*denique Prophetæ omnes scripta sua*  
*roborare consueuerunt; sic item Lu-*  
*cas Euangelista volens historiā Ioan-*  
*nis*

Baruch ca. 1.  
Ezechiel ca. 1.  
Daniel ca. 1.  
Amos cap. 1.

A signatur causa, ob quam Prophetæ nominibus Regū Israel, Lucas verò Imperatorum vñi sint ad veritatem historię cōprobādā.

nis roborare, tempore Imperatoris, tunc imperantis, & eius reliquarūq; personarum nominibus, tunc illius Prouinciae clauum tenentium vñs est dicens. Anno quinto decimo Imperii Tiberii Cesaris, procurante Pontio Pilato Iudeam, &c.

Dubitabis fortasse, cur Prophetæ nominibus Regum Israel, eorumque temporibus sua monumenta roborarunt; Lucas verò Romani Imperatoris tempore, & nomine, dicam breuiter; quando Prophetæ scriperunt, adhuc à suis Regibus gubernabatur Regnum Israel; quando verò hoc, quod Lucas scribit, actum est; iam amissum Regni nomine, & libertate, ad Prouinciam redactum Romanorum parebat Imperio. Aliam item accipe ab Origene rationem hom. 26. in Lucam. Quando (inquit) ad Iudeos tantum sermo Propheticus mittebatur, Iudaici Reges ponebantur in titulo: quando verò in toto orbe erat Euangelium disseminandum, totius orbis ponitur Imperator.

Tempus in quo Ioannes prædicare cœpit eiusque ætas.

Iuc. 1.

Tempus Christi natiuitatis. Tempus Imperij Augusti Cesaris. Successit Tyberius Augusto, & Imperavit annis 23.

Tempore Augusti summa vidit orbis nato.

Tempus in quo Ioannes ex eremi latebris exire à Deo missus est, & in hominum conspectu prædicare cœpit, fuit anno à Christi nativitate vigesimo nono, ipsius verò Ioannis vigesimo nono cum dimidio antecedebat enim Ioannes Christum ætate mensibus sex, vt patet ex verbis Angeli ad Virginem, Lucæ 1. Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis, natus est Christus anno 34. Imperii Augusti Cesaris, qui (vt Author est Eusebius in Chronicon) 56. annos Imperio potitus est, & vixit idem Christus Saluator, Augusto Imperante, annis quatuordecim. Mortuo Augusto Cæsare, successit Tyberius, anno autem Tyberii 15. agebat Christus annum 29. Baptista autem 29. cum dimidio.

Quod si quis fuerit iste Tyberius interroges, cuius tempore Ioannes prædicare cœpit? dicam etiam bre-

uiter. Successit Augustus Cæsar Julio Cæsari primo Romanorum Imperatori, vndè secundus numero venit inter Imperatores Cæsar Augustus enumerandus, cuius tempore (nato Domino) summam vñiuersali vidit orbis felicitatem, vñiuersali namque pace fruebatur, ac tranquillitate, vt ab Isaia fuerat Prophetatum, dum de tempore Christi Natiuitatis sermonem facies dixerat. Conflabunt gladios suos in vñeres, & lanceas suas in falces, quod idem fuit, ac si dixerit, tempore natuitatis Christi conuertentur armæ bellica in fertilitatis, & abundantiae instrumenta. Vndè (teste Platina in vita Euaristi Papæ) in creationibus Imperatorum, & Summorum Pontificum, læta hæc erat imprecatio. Felicior sit Augusto, & Traiano melior.

Augusto Cæsari successit Tyberius, qui per viginti & tres annos Imperium moderavit, quo Imperante Ioannes prædicare incœpit, & Christus Dominus à Iudæis Pilati præscripto Cruci affixus fuit, & resurgens à mortuis Euangelium Apostolorum ministerio per totum mundū prædicare iussit. Cuius diuulgationi Tyberius non solum nō obstitit, sed etiam maximis suppliciis comminari iussit Christianorum accusatores; quin etiā addidit, vt Christus in Deorum numero haberetur; quod tamen à Senatu obtinere non valens, ipse saltem in hac de Christo opinione permanefit; testantur Tertulianus in Apologetico, & Orosius lib. 7. cap. 4. in anno igitur istius Tyberii quinto decimo fecit Ioannes suæ prædicationis principium.

### PROCURANTE PONTO Pilato Iudeam.

Vis, & qua ratione, & loco natus Pilatus fuerit, non ita clarè compertum est, vt affirmem: quidam Gallum fuisse dicunt, cum formidine assen-

Domino felicitatem.

Isa. cap. 46.

Felix in SG-morum Pōtificū creatione imprecatio ex Platina.

Successit Tiberius Augusto.

Euangelica prædicatio non obstat, Christianis fuit Christū inter Deos enarrari in rētauit, ex Tertuliano, & Orosio.

Qua natione Pilatus fuerit, dubitatur, fuit Iudeæ procurator præfuit annos 10.

Eius mors calamitosa, nimis ex Iosepholi. 7.c.

assentio: fuisse quintum in ordine Iudææ Procuratorem ab Imperio ad iustitiam Iudæis administrandam misfus, testatur Iosephus in suo de antiquitatibus lib. 18. cap. 3. præfuit Iudææ annos decem, ut cap. 5. eiusdem libri idem Iosephus scriptum reliquit: eius mortem scribit Orosius lib. 7. cap. 5. fuisse Viennæ, ubi relegatus fuerat, miseriis, ac calamitatibus adeò oppressus, & agitatus, ut proprias manus deuorauerit, testatur etiam Eusebius suæ historiæ lib. 2. cap. 7.

### TETRARCHA AVTEM Galileæ Herode.

Tres extite re Herodes, primus, & tertius Reges creati.

**Q**uis fuerit iste Herodes, in cuius tempore Ioannes prædicare incepit, & quid sit Tetrarchia munus, quandoq; fuit Iudæorum Regnum in Tetrarchias diuīsum, si scire cupis, aduerte. Tres extetisse Herodes. Pater unus fuit istius Herodis, de quo hic agitur; & Rex fuit. Secundus Herodes primi filius Tetrarcha fuit, non Rex, tertius primi Herodis nepos fuit ex filio Aristobolo, qui superstite Patre, mortuus est: & hic tertius etiam Rex fuit.

Ioseph. de ant. lib. 14.c. 26. & lib. 5. cap. 10. Tres primi Herodis filii

Primus Herodes ille fuit, cuius tempore Christus natus est, & qui innocentes infantes occidi præcepit, de quo Matthæus cap. 2. *Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudea, in diebus Herodis Regis: Quod si quæras, quomodo iste Herodes Gentilis cum fuerit, obtinere potuerit Iudæorum Regnum?* Lege Iosephum libro 14. antiquitatum cap 26. & libro 5. cap. 10. & ibi inuenies hunc Herodem primo in Ducent à Senatu fuisse creatum; postea verò ab Augusto Cæsare ad Regiam dignitatem prouectum; quo mortuo, tres illi filii remanserunt superstites. Archelaus scilicet, Herodes, & Philippus; quorum mentio fit in Euangeliis: nullus autem eorū Regia digni-

tate fuit insignitus; nam tunc nō cōpetebat hereditate regnandi potestas; sed ad Senatum, & ad Imperatorem insimul Regem creare spectabat; Dūisit tamen illis Cæsar omnia, quæ fuerant Patris sui; vnam partem assig-nans Archelao, & alteram inter Herodem, & Philippum distribuens: vndē Archelao Iudæa obtigit, Idumæa, & Samaria: Herodi verò Galilæa cessit, Regioque trans flumen: Philippo tandem, Betania, & regio Traconitis; ita Iosephus lib. antiquitatum 17. cap. 13. de hoc ergo Herode primi Herodis filio loquitur Euāgelista, cum ait. *Tetrarcha autem Galilæe Herode.*

**O**biicies fortassis cōtra dicta: Hūc eūdem Herodem apud Marcum cap. 6. Regem appellari, non Tetrarcham; vbi de eo sic habet Euāgelista Sacer. *Audiuit hoc Herodes Rex, & dicebat; quia Ioannes Baptista surrexit à mortuis, & proptera virtutes operantur in illo: Quin & ipse Herodes se Regem esse protestatus est coram magistris, pueris saltatrici dicens, Marci 6. Etiam si dimidium Regni mei pectoris, dabo tibi; Vndē infertur, vel aliū ab isto Herode Ioannem decapitari præcepisse; vel saltem (si is idem fuit) Regem fuisse. Respondeo tamen, neque alium fuisse, neque Regem; Marcumque ideò Regem appellasse hūc Herodem. Quia Tetrarchia munus, & honor ad instar Regis erat: nam Tetrarcha Princeps erat, nullumque in su Tetrarchia habebat superiorē; vndē à multis Rex appellari consuevit. Quod verò ipse dixerit, dimidiū Regni mei dabo tibi, nihil obstat; quid enim mirum se Regem appellare hominem superbū, incestuosum, & tyrannum?*

**P**ro iis autem, quæ à Iosepho dicta sunt, cuius in his rebus maxima est authoritas, stant Matthæus, & Lucas; nam Matthæus cap. 14. sui Euangelii referens eadem Herodis

Reges crea-bantur à Se-natu, & Cæ-sare.

Quando in Terrachias diuīsum Iu-dæotū Regnum.

Ioseph. An-tiq.lib. 17.c. 13. Luc. cap. 3

Obiicitur cōtra dicta, ex loco. Marci cap. 6

Respondeatur obiectiōne.

verba, quæ Marcus, sic ait. *In illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu, & dixit, hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis : Item Lucas cap. 9. Audiuit Herodes Tetrarcha omnia, quæ siebat à Christe, & habebat, eo quod diceretur à quibusdam; quia Ioannes surrexit à mortuis : Accedunt tandem Phariseorum verba ad Pilatum, dicentium.*

*Non habemus Regem, nisi Cæsarem : Vnde Tetrarcha, & non Rex fuit Herodes Agrippa, in cuius tempore Ioannes incœpit prædicare, & qui ipsum Ioanem decapitari præcepit : & filius fuit tertius Herodis Regis, qui à Senatu, & Cæsare Rex creatus regnabat in Hierusalem, quando Christus natus est, & innocentes infantes occidit; nam primus eius filius fuit Aristobolus, secundus Archelaus, tertius Herodes Agrippa, quartus Philippus.*

Tertius tandem Herodes, primi Herodis nepos ex filio Aristobolo, à Senatu, & Imperatore postea Rex creatus, Iacobum Ioannis fratrem occidit, Petrumque carceri mancipauit; de quo in Actis Apostolorum cap. 12. Misit Herodes Rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia, occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio: videns autem, quia placaret Iudeis, apposuit, ut apprehenderet & Petrum.

Quid Tetrarchæ munus breuiter etiam dicam, vt ab his paucis me expediam. Tetrarcha is propriè appellatur, qui tertiae imperat alicuius regionis parti, absq; Regio tamen nomine, & absque Regio diadematæ: hoc munere, vt dictum est, fungebatur Herodes, qui Ioannem decapitari præcepit, & qui Christum Saluatorem illusit, his à Cayo Imperatore, qui Tiberio successit, in perpetuum exilium missus apud Lugdunum Gallæ urbem; indeque fugiens in Hispaniam, ibi mortuus est, vt libro antiquitatum 18. cap. 9. Iose-

Obiit in Hispania profugus, Ioseph. de anti. lib. 18. 19. c. 9

plus testatur; vnde vera appetet eorum opinio, qui dicunt Saltaticem Herodiam filiam in flumine Cathalonie nomine Segre super gelu saltantem, à gelu decapitata obiisse, comitabatur enim parentes in Hispaniam profugos; hæc cursim dixisse sufficiat, pergamus ad mores.

Eius filia saltatrix in flumine Cathalonie à Gelu decapitata.

## CIRCAILLA SACRI contextus verba.

Lucæ cap. 3.

Anno quinto decimo imperii Tiberii Cæsar, procurante Pontio Pilato Iudeam, &c. usque in deserto.

## ANNOTATIO I. MORALIS.

*Inuerso semper ordine mundus procedens exaltat impios, & honorat iustos deprimit, & afflictat: inuentis tamen Deus manum, exaltat iustos, & coronat; impios vero deprimit, & afflictat cruciatibus sempiternis.*

**Q**ui recta mentis trutina ponderauerit Tiberii, Pilati, Herodis, aliorumque huius farinæ hominum vitam sceleratam, & Ioannis Baptista merita præclarissima, illosq; ad summos mundi honores, & dignitates euectos, ac deliciis incrassatos cōspexerit: Ioannem vero intra arctam speluncā in media horridi eremi vastitate inclusum, & solis filiestribus locustis sustentatum, quam præpostero ordine mundus procedat, clare cognoscet: ex ordine, quo contra Christū Seruatorem processum est, cōprobat

Ioan-

Illustrat asserti huius doctrina in Christo, & in Iudea rāditore à D. Chrysost. b. 6. de Pasc.

Ioannes Chrysostomus huius assumpti veritatem; contemplatur enim Iudā traditorem, & furem ab impiis Iudeis mōrigeratum, & Christum funibus alligatum, & ait homilia 6. de

*Ioan. Chrys. homilia 6. de Passione.*

Illustratur iterū exēplo Herodis, & Ioannis Bap- tistae ab Emili- seno.

Passione. Tenetur tenens omnia; alligatur omnium nexus; dicitur attrahens uniuersazā falso veritas accusatur; sistitur cui assistunt omnia, flagellatur remissio, condemnatur venia, irridetur virtus. Ne miremur, hic semper mundi mos fuit afflictare iustos: improbos verò non tantum non punire, sed honorare. Illustrat Emissenus hoc idem argumentum in eodem Baptista vinculis alligato, maceratoque carceris squalore, & in Herode adultero, & incestuoso regnante, & splendidè cō-

*Emiss. ho. de 2. Dominica Aduen.*

iuuante dicens: *Ioannes, quem Angelus coram Domino magnum fore prædixerat, vinculis videmus in carcere constrictū: Herodem verò incestuosum, & impium sublimi in throno collocatum, & epulis suauissimis pastum; illum verò locutis agrestibus sustentatum: Cōgruit equidem extranei Poetæ sententia. Dat C*

*Poetæ in hoc argumē tu sententia.*

Optima in hanc sententiam Philonis est ponderatio in libro, *Quis sit rerum diuinarum heres.* Dum Iosephū innocentem, & castum carceri mancipatum, compedibusque vincitum contemplatur; adulteram verò mulierem marito charam, eiusque fruētem amplexibus: ex hoc enim euētu inuersum mundi ordinem, seu, vt melius dicam, deordinationem incusat dicens. *Semper hoc mundanorum iudicium fuit; semper inuersus hic eorum orde; Ioseph castus, & innocens vinculis alligatur; adultera mulier inter mariti amplexus deliciatur.*

Nemo autem (aduerto) sit, qui existimet sopiri, & omnino non attendere diuinam prouidentiam his rebus, dum sic euēniunt; nam inordinatus iste mundi processus, congrua, conueniensque est eiusdem Dei prouin-

dentiæ dispositio; vndē optimè Augustinus ad Psal. 62. *Non ad hoc Christiani sumus, vi terrenam nobis felicitatem petamus, quam plerumque habent latrones, & scelerati, ad aliam felicitatem Christiani sumus, quam tunc accipiemus cum vita ista transferit, vndē in hoc saeculo non debemus quasi amare saginam, hic sitiēdum est, alibi saginabimur.* Hæc Augustinus. Vndē mirari non conuenit, neque vereri, cum hic premuntur iusti, & anguntur, impiis interim deliciis affluentibus; inuertet nāmque B Deus manum suam tempore congruenti, & affluent bonis omnibus, qui nūc esuriunt, & sitiunt; sitiunt autem, & esurient, qui nūc deliciis affluent.

Duobus sacræ Scripturæ locis hoc argumentum cōfirmabo, illustraboq; doctrinam; affert Ioseph filios suos Manassem, & Ephraim seni suo benedicēdos. Genesis 48. & posuit, (inquit contextus Sacer) *Ephraim ad sinistram Israel, & Manassem ad dexteram patris;* qui extendens manum suam dexteram posuit super caput Ephraim minoris fratris; sinistram autem super caput Manasses, qui maior natu erat, cōmutans manus: Optima, & præsentī doctrinæ valdè consentanea mihi visa est sancti Brunonis Episcopi Signiniensis, circa hunc euēntum obseruatio; non quidē miratur de eo, quod ad dexterā aui posuerit Ioseph, Manassem filium primogenitum benedicendum principalius; id enim (vt idem Sanctus Episcopus statim aduertit,) *caco carnis amore fecit, quo solent primogeniti p̄e fratribus aliis à parentibus amari.* Quod verò Bruno pōderat, & de quo miratur, est, quod inuerterit sanctus Patriarcha manus ad benedicendum pueros, & quod non casu fecerit, sed data opera; admonitus enim à Ioseph, nō ideò destitit iuñorē principaliter dextera manu benedicere; vt autē diluat Pater iste om-

Illucscit  
Dei prouide-  
tia, in inuer-  
so ordine,  
quo mundus  
procedit, ex  
Augustin. ad  
Psal. 62.

Illustratur  
afferti veti-  
tas, ex ma-  
nuum com-  
mutatione  
Iacob in be-  
nedicēdis, ne  
potibus Ge-  
nes. 48.

D idem Sanctus Episcopus statim aduertit, ) *caco carnis amore fecit, quo solent primogeniti p̄e fratribus aliis à parentibus amari.* Quod verò Bruno pōderat, & de quo miratur, est, quod inuerterit sanctus Patriarcha manus ad benedicendum pueros, & quod non casu fecerit, sed data opera; admonitus enim à Ioseph, nō ideò destitit iuñorē principaliter dextera manu benedicere; vt autē diluat Pater iste om-

Primogeni-  
ti naturæ im-  
pullū p̄e ce-  
teris filiis à  
parentibus  
dilecti.

ne dubitādi fundamentū, ad vtriusq; pueri recurrit nominis significatum.

Optima Sācti Braunonis circa hunc eventū obseruatio, ex puerorū nominibus de-sumpta.

*Manasses* (inquit) *obliuiosus interpretatur*, *Ephraim autem frugifer crescens*; *dum ergo Ioseph cæcutienti carnis dilectione vult, & intentat Manassēm*, qui *obliuiosum, & ingratum peccatorem representat, nature, & non virtutis iure Ephraimo virtutum frugifero, & mentis accrescenti anteponere, omnibusque bonis cumulari conatur*; *Pater eius senex, qui eterni Patris figuram agit, ad naturae, ius non attendens, in virtute accrescentibus, & frugesferis commutatis manibus ingratis peccatoribus anteponit*. Facitque

Bruno ad ut sint nouissimi primi, & primi nouissimi. Hæc omnia Signinensis Episcopus in morali huius Genesis libri expositione ad cap. 48.

Illustratur ciusdē asserti veritas à signis Gedeonis, arce sci-licet, & vel-leris.

Commutatis, itaque manibus coroniabit Deus, quos nunc mundus afflictat; & potabit voluptatum torrente: qui verò nunc abundant deliciis, ipsos æternis cruciatibus mācipabit. Placer in huius doctrinæ confirmationem moralem quandam venerādi

Iudic. 6.

Barradas ad cap. 3. Luca. Inverte De. Gedeonicum vellus rore completum est, manū in iudicio, & co-ionabillos, quos nunc mundus afflīctat, afflīctabitq; quos nunc mādus coronat.

*Priori eisdem signo (ait) Gedeonicum vellus rore completum est, & terra propinquā arida erat; posteriori verò signo versa vice vellus exicatum est, terra rore completo. Similem in modum, si Tiberios, Pilatos, Herodes, & Pharisæos, similesque alios inspicias, deliciis, diuitiisque videbis veluti rore affluentes; si in Ioannem coniicias oculos, veluti terram squalidam, atque arenam intuebere; verum velleris ros exaruit, & que arida erat tellus, postea maduit; hoc est Tiberii, Pilati, reliquorumq; facias: felicitas euanuit, adeò ut ne gutta quidem superstet; Ioannis squalor, & ariditas perpetuum in nitorem, æternaq; beatitudinis affluentiam commutata est.*

A In eodem Baptista, & Herode amplificat Diuus Ioannes Chrysostomus, huius asserti veritatem. Vidimus (inquit) Ioannē vinculis adstrictum, & Herodem sublimi in throno collocatum; at nunc videmus Ioannem, gemmato rutilantem torque; Herodem verò plus quam ferreis catenis vinclum, Chrysostom. homilia 8. in epistolam ad Ephesios.

B AD EADEM ILLA sacri contextus verba,  
Lucæ 3.

Anno quinto decimo imperii Tiberii Cæsaris usque ibi, & Traconitidis regionis.

## ANNOTATIO II.

Vnio Imperiorum, Regnorum, ac Provinciarum vita, & stabilitas: diuino eorundem euersio, & interitus.

C **O**ptime in hāc sententiam Philosophatus est Boëtius in suo de consolatione cap. 4. *Omne quod est (inquit) tamdiu manet, atque subsistit, quandiu fit unum, sed interire, atque disoluī necesse est, quando unū esse definit.* Ac si dicat, vbi primum res vnaquæq; vnitatem respuit, ac diuiditur, statim vita priuatur, & suum esse, quod habebat, amittit: esse enim, & vita vniuersitatisque rei, eiusque conseruatio, in sui vniōne consistit; vndē tunc non esse incipit, cum incipit vnitatem amittere; diuīsio itaque euersionis patrens est; vniō autem rerum vita, perpetuitas, & conseruatio.

Boëtius de consolat. c. 4.

Rei cuiusvis conseruatio, in vniōne sui consistit, nā vniō vita rerum.

D Attente pensitauit Cyprianus in suo de simplicitate prælatorum; quid mysterii esset in eo, quod cum Ahias Regē Ieroboā offenderit in agro, ab spiritu agitatus propriū palliū nouū, quo

Illustratur asserti veritas à Cypriano, ex loco 3. Reg. compoto cū altero.  
Ioan. 19. quo tegebatur, in duodecim partes sciderit, ut habetur 3. Reg. cap. 11. A vbi sic: Factum est in tempore illo, ut Ieroboam egredetur de Hierusalem, & inneniret eum Ahias Salomonites Propheta in via opertus pallio novo, apprehendensque Ahias pallium suum nouum, quo cooperitus erat, scidit in duodecim partes, &c. Cum vero Christi tunicam in Caluario milites inter se partire intentauerint, in melius consilium recepti, dixerint, non scindamus eam, sed sortiamur de illa, integraque remanserit: Quid est (ait praefatus Pater) quod tunica Christi non scinditur, Abiē autem pallium duode-

Ahiē palliū cim scisuris disrumpitur? & statim dubium soluens ait; attendite quid per utramque vestem significetur, & mysterium cognoscetis. Prophetæ pallium Regni Israel figuram tenuit, qui per internas diuisiones ad finem usque tendebat, ut statim Propheta ipse ex Dei intentione exposuit di-

3. Reg. cap. 11. cens. Hec dixit Dominus: Ecce ego scindam Regnum de manu Salomonis, &c. C

Isiae 49. Christi autem tunica Ecclesiam significauit, quæ coaluit in unam, ex multis gentibus ad Christi fidem conuersis, iuxta Isaiae vaticinum omnibus his, velut ornamento vestieris, & circundabis tibi eos, quasi sponsa; quia igitur hæc, idest Ecclesia, Spiritus Sancti ministerio adunata, erat usque ad saeculi consummationem stabilis permansura, ideo Christi tunica eius figura non scinditur; quia vero Israëliticum Regnum, iam ad exitum per internas diuisiones properabat, ideo Ahia pallium, quod eius figuram gerebat in duodecim scisuras dispartitur; nam diuisione principium euersionis est, quemadmodum unitas stabilitatis; audiamus Cyprianum loco superius allegato.

Cyprianus de simplicitate pralatorum. Hoc (inquit) concordie vinculum, & hoc unitatis Sacramentum ostenditur, quando in Euangelio tunica Domini nostri non diuiditur; contra vero 3. Regum,

cum moriente Salomone populus eius scinderetur, Ahias Propheta Ieroboam Regi obuius in campo in duodecim scisuras vestimenta scidit. Est equidem diuisione rerum euersio, unitas vero eorum conseruatio. Vedit Nabuchodonosor in somnis statuam, & vehementer perterrefactus est; describitur autem statua Daniel. 2. in hunc modum. Huius statuae caput erat ex auro optimo; pectus autem, & brachia de argento; porro venter, & famora ex aere; tibiae autem ferreae, pedum quedam pars

erat ferrea, quedam scitilis: Vocat Rex Ariolos, & Magos, qui somnium interpretentur, quod facere minimè potuerunt; neque mirum; sublimius quid continebat somnium, quam quod à Magis, & Ariolis possit interpretari. Aduocatur Daniel Dei seruus, qui postquam de statua diuinitus philosophatus est, & in auro Regnum splendorem, in argento eorum opulentiam, in aere fortitudinem adumbrari rimatus est; ad pedes tandem deueniens partim ferreos, & partim luteos conclusit, dicens. Porro quia vidisti pedum, & digitorum partem testae figuli, & partem ferream Regnum diuisione erit. Quæ sit huius tanti imperii diuisionis causa in pedibus ferreis, luteisque adumbrata, dum Lyra noster inquirit, præsentis assumpti confirmationem adiuuenit in eo præcipue, quia ferrum, & lutum maximè dissident, neque in unum coaluere possint: & vbi primum rei unitas deest, adeo statim illius, interitus, ut ex Boëtio monstratum est, audiamus Lyranum: Per partem pedum, & digitorum ferream, & partem testeam, quæ adiuicem adunari non possunt, significatur Regni vastatio, per diuisiones internas propter ambitiones, ex quibus Regnum ad nihilum redactum est.

D Daniel. 2. Lyra ad t. 2. Optimus in huius assumpti confirmationem est locus ille Ezechielis in capite 37. vbi ostendisse sibi

Diuisione Regnum cuerio, ex loco Dan. 2.

Quæ per metalla, ex quibus composita erat statua, significata sunt, & à Propheta explanata

Daniel. 2. Perpedes ferreos, & luteos Regni diuisione indicata, ex Lyrano.

Lyra ad t. 2. Daniel.

Vno, vita, & conseruatio rerum, ex loco Ezech. in cap. 37.

Dominum ait campum ossibus plenum vehementer siccis. Facta est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu Domini, & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus, & circumduxit me per ea in gyrum; erant autem multa valde, siccaque vehementer: Et aliquibus interiectis annexit statim. Ibidem.  
 Et dixit Dominus ad me, Vaticinare de ossibus istis, & dices eis; ossa arida audite Verbum Dei: & Prophetavi, sicut preceperat mihi, & accesserunt os ad os unum quodque ad iuncturam suam, & ingressus est in ea spiritus, & vixerunt. Disquirit, ponderatque locum Origenes ad caput 10. Leuitici hom 3. & rimatus est ex illo hos, quos probare conamur, diuisionis, & unionis effectus; nam quamdiu os ab osse separatum fuit, nec viuebat, nec mouebatur. Sed quid consumptum, quid euersum, & quid (ut ita dicam) vastatum erat, & deperditum; nam deperdita dicimus animalium mortuorum ossa per rura dispersa; ubi primum vero unita adiunicem sunt, & coadunata, statim vixerunt, & substiterunt, ex quo euidentissime ostendit Dominus, ex diuisione vastationem, & interitum ex unione autem vitam, & stabilitatem prouenire: adducit autem Origenes locum ad ostendendam Regni Christi, idest Ecclesiae, per charitatem adunatam stabilitatem, & perpetuitatem dicens: Numquid os ex ipsis ossibus diuisum mortuum erat, quia non habebat iuncturam charitatis; ubi vero venit, qui dispersa colligeret, & qui diuisa coniungeret, & dissidentiam consocians os ad os, & iuncturam ad iuncturam, adificari cepit sanctum, & subsistens corpus Ecclesiae. Ex quibus Origenis verbis clarius, quam desiderari potest, apparet per diuisionem periisse Synagogam, & per unionem stetisse Ecclesiam, & usque ad consummationem saeculi spiritus Sancti glate adunatam permansuram; unio enim rerum stabilitas, & vita est; diuisione vero

earum euersio, & interitus: optima mihi visa est in hanc sententiā Niseni Gregorii obseruatio, circa eiusdem Ecclesiae cum exercitu in Canticis similitudinem, siue comparationem: Ideò (inquit) Ecclesia castrorum aciebus similis dicitur, & ut castra fortis, & terribilis; nam castrorum ordinata acies, unitatem seruat, diuisionem fugit, cohors cohorti heret, miles militi; sic Ecclesia, de qua dicit Augustinus, omnes unum corpus sumus, &c. Nisen. ad cap. 6. Cant.

Quod si alteram, quam idem Ezech. 37.  
 Vates eodem cap. refert visionem de duobus lignis, quae sibi Dominus coiungere & adunare mādauit cum Patre Hieronymo disquiras, eandem Synagogae, & Ecclesiae coadunationē, & stabilitatem, unionem mediante, adiuenies confirmatam. Sub figura vi-

tis viius florescētis, & palmites suos latè fusēque extendentis, descripsit Osæas Israel Regnum (de cuius euersione nobis est sermo) dum unitum fuit, & dum sub uno constitit moderatore, & sub eiusdem vitis siccitate, postquam excisa securi est, idem nobis Regnum proponit, postquam diuisum fuit, ut ostendat frisse omnino euersum, & exsiccatum ex interna diuisione. Osee. 10.  
 Vitis (inquit) frōdosa Israel; fructus adequantus est ei. Optimè quidem floruit enim Regnum Israel per annos multos, optimosque tulit racemos, sanctos, nempe, Reges David, Salomonem ad tempus, Ioziam, & alios; sed hoc tantum, dum adunatum fuit; quid postea euenerit illi, statim annexit Propheta dicens. Diuisum est cor eorum, mox interibunt; deploranda calamitas! totisque viribus præcauedus diuisionis effectus ait Rupertus,

Rup. ad hunc locum.  
 Postquam cor eorum diuisum est, & disserunt se à domo David, Regesque sibi multos locauerunt, iuxta hanc vocem Propheticam, in captiuitatem ducti sunt, & perierunt.

Quid plura? Ex diuisione ostendit Christus Dominus diaboli Regni eu-

Ecclesia Mater, ex vnoq;  
 populo adunata per unio  
 nē stabit, ex  
 Orig. hom. 7.  
 in Leuiticū.

*Luc. cap. 11.* Diaboli Imperiū ex divisione euerendum: Dei verò ex vniōne perpetuum, ex Rabbano ad cap. Luca 11. uersiōnem, Lucæ cap. 11. dicens. Omne Regnum in se ipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet, si autem Satanas in se ipsum diuisus est, quomodo stabit Regnum eius? Et ex vniōne intulit statim tanquam à contrario Rabbanus æterni Regni perpetuitatem dicens. Si omne Regnum ideo desolatur, quia diuiditur; ergo Regnū Patris, & Filii, & Spiritus Sancti ideo aeternum est, quia nulla contradictione diuisum est.

Iudeorū Imperiū, ex divisione euer-  
sum.

Boetius vbi  
supra.

Abul. ad cap.  
Lucæ 11.

Cum igitur Dominus Iudæorum Regnū omnino euertere decreuit, diuidi, & in Tetrarchias dispartiri permisit, vt nobis sanctus Euangeliſta testatur, dum ait. *Anno quinto decimo Imperii Tiberii Cæsarī, procurante Pontio Pilato Iudeam, Tetrarcha autem Galilæe Herode, &c.* Nam vt ex Boetio semel, ac iterum annotatum est. *Omnē quod est, tamdiu manet, atque subsisti, quamdiu sit unum; sed interire, atq; dissolui necesse est, quamdiu unum esse definit.* Fuisse autem in animo Romanis Iudæorum Regnum omnino delere, quando illud in Tetrarchias diuiserunt, ait Abulensis ad cap. Lucæ 11. his verbis: *Romani volentes frangere Iudeorum Imperium, & auferre ab eis rebellandi occasionem, abstulerunt ab eis nomen Regium diuidentes Regnum in plures partes, quæ Tetrarchiae dicebantur.*

### CIRCA EADEM VERBA contextus sacri. *Luc. cap. 3.*

*Anno quinto decimo Imperii Tyberii Cæsarī, procurante Pontio Pilato Iudeam, &c.*

### ANNOTATIO III.

*Tradit multoties Deus Imperiorum, Regnum, ac communitatum regimēn extraneis in pænam suorum*

*scelerum, vt ab illis rigide, & seuerè gubernentur.*

**G**rauissimo hoc supplicio comminatus est populum suum Dominus ob Idolatriæ scelus, Deuteronomii in cap. 28. dicens: *Aduena, Deute. c. 28. qui tecum versatur in terra, ascendet super te, eritque sublimior; tu autem desiderans, eris inferior; ipse erit in caput, tu eris in cauda, & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat.* Ac si dicat. Attende, tibi ingrate popule, & resipisce; aliter enim maiori, & duriori supplicio, quām possit excogitari, te affligam, & puniam, regimine scilicet exterorum: sic enim locum explicat Signiniensis Bruno, dicens. *Comminatur Dominus populo peccanti, quasi sauvissimo supplicio; quod ab exterris, & alienigenis gubernabitur.* Experti sunt equidē Iudei in suorum scelerum pertinaciam à Pilato, & ab Herode gubernati, vt oratione 12. obseruauit Nazianzenus dicens. *Iudei iugum ferreum multo ante tempus illis annuntiatum in se ipsos attraxerunt.*

**P**ensitemus iterum cum Procopio verba illa Dominica. *Ponam iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conteram.* Iugum ferreum quid inusitatum, & nouum; nouum item, quod ceruicem conterat; conteri enim potius ad taurorum ceruicem consuerunt iuga, quām eorum ceruicem conterere, insuper lignea, & non ferrea semper fieri; quomodo ergo nunc ait Dominus de iugo Israelitis impnendo, quod ferreum erit, & quod eorum ceruices conteret? immò ex ipsa rei nouitate vult, vt intelligent (ait Procopius) supplicii rigorem, quo illos comminatus est ab extraneis, nē pè gubernari. Quia (inquit) de graui seruitute loquitur exterorum, idē ferreū potius dicit, quām ligneum: Ita equidē, nam exterorum gubernandi, seu imperandi modus, quem amor patriæ non

Exteriorū re-  
gimen, iugū  
ferreum.

Brun. Signi-  
nien ibi.

Iudei diui-  
nā itā in se  
ipsos conci-  
tarunt.  
Nazian. ora.  
11.

Deuter. 28.

Iugū ferreū,  
quid nouū,  
& inauditū.

Procop. ad c.  
Deutero. 16.

Exteriorū ad  
ministratio,  
iugū ferreū.

non modifcat, quemque subditorum Religio non exequat, cū disparis sint Religionis, nullo alio nomine, quā ferrei iugi conuenientius appellabitur.

Iugum iterum ferreum, & ferreos compedes appellauit, item Dominus Hierem. 3. exterorū subiectionem, dum eidem populo à tam graui seruitute leuamen pollicetur dicens. Conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eorum disiumpam. Disquirit verba hæc Guadalupen. Hieronymus,

*Guadal. Hieron. ad caput Oſſea. 3.*

&c ait. Quod est hoc iugum & qualiaque hac vincula & nusquam enim legi Babylonios, aut Assyrios filios Israel vinculis alligasse? Respondensque statim ait. Utique iugum plusquam ferreum, & vincula strictissima, ab exteris scilicet gubernari, qui potius dominari, & contvere solent subditos, quam gubernare.

Confirmat Author interpretationem quam posuit sequentibus Dei verbis, in eodem statim capite relatis. Et seruent Domino Deo suo, & David Regi sui; ac si dicat omnibus malis, ac calamitatibus, quibus populus iste opprimitur, dum exteris subditur, & ab exteris gubernatur finem imponam, cum ipsis iterum paternum Regem, & suæ ipsorum Religionis concessero: ad quæ verba sic Procopius Regi

*Procop. ad hunc Hieron. locum.*

suo seruent, quia caro de carne sua, & os de ossibus eorum, ut melius eis compatiantur, & lenius gubernent. Optimè quidē, nam in istis præualet paternus amor, & religionis conuenientia, in quæstum, & in tyrannidem.

Hoc item eodem ferreo suppicio Dominum Iudæos puniturum prædixisse Dauid, existimat Theodoreetus, dum Psalm. 2. Deum alloquutus cœcinit. Reges eos in virga ferrea, quomodo (inquit Theodoreetus) reget ferrea virga: immo potius conteret; contraria regere, ut equidem Iudeos Dominus virga ferrea; nam ferreum fuit eis Romanorum est, atq; conterere, ex Theodor. ad Psalm. 2. Psalmita dicens: & tanquam vas figuli

confringes eos: Hæc Theodoreetus; addunt aliquid amplius Augustini verba, qui sic habet: Tanquam vas figuli conteres, seu communes: Aduertit autē Nazianzenus vbi supra, optimè Iudæis hoc supplicium conuenire; Qui enim virga æquitatis, à Deo Patre ex sion missa gubernari renuerunt, dicentes. Non habemus Regem, nisi Cesarem, iusto Dei iudicio ferrea Caesaris virga sunt comminuti: Placet obiter considerare Diui Patris Hieronymi huius Psalmi loci lectionem: Pasces (inquit)

eos in virga ferrea: Pascere vocat rebelles Iudæos acriter Romanorū suppliis, afflictare, reor, vt intelligamus potius Deū in hoc, eorum correctioni, & reformationi intendisse, quam vindictæ, ita vt in euentu illud videamus impletum, quod ipse Psaltes de illo alibi cœcinit. Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius: Nam sicut augmentatur cibo vita corporalis, ita & pressuris vita gratiæ; quamquam enim corpus pressuris, & flagellis atteratur, & afflignet, eisdem tamen accrescit, & augmentatur animi fortitudo, & virtus: Attestatur Paulus, dum ait. Licet is, qui foris est noster homo corrumpatur; tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem: Et loquitur ibi Apostolus de tribulationibus, quas in hoc sæculo patiebatur; vnde non incongrua, sed mystica iudicanda est Hieronymi lectio, qui pro regere in virga ferrea. Posuit Pascere in virga ferrea.

Adeo erat apud Iudæos longa experientia compertum, esse illis plusquam ferream virgam, exterorū administrationem, & regimen, vt aliter sentire apud ipsis difficillimum fore; vnde cum semel Deus vellet duressimi huius iugi onus leuare mediante, extero gubernatore, qui tamen integerrime, pacifice, & modestè regeret, & gubernaret, prius eum quadam animi lenitate, & charitatis oleo unxiisse fatetur, & protestatur, dicens Isaïæ 45. Hæc dixit Dominus Christo Isaïæ 45.

*Nazianzen. vbi supra. Matth. 27.*

*Hiero. lectio Psalm. 2.*

*Psalm. 29.*

*Laboribus, & pressuris accrescit animæ viitus.*

*2. Cor. cap. 4.*

D perientia compertum, esse illis plusquam ferream virgam, exterorū administrationem, & regimen, vt aliter sentire apud ipsis difficillimum fore; vnde cum semel Deus vellet duressimi huius iugi onus leuare mediante, extero gubernatore, qui tamen integerrime, pacifice, & modestè regeret, & gubernaret, prius eum quadam animi lenitate, & charitatis oleo unxiisse fatetur, & protestatur, dicens Isaïæ 45. Hæc dixit Dominus Christo Isaïæ 45.

meo

*meo Cyro, cuius apprehendi dexteram.*

Exponitur  
Prophetæ  
locus.

Indigent po-  
pulorū mo-  
deratores,  
Dei auxilio  
perquāna-  
ximè.

*Isaie 45.*

*Ibid.*

Moderatoris  
manus à Deo  
indiget mo-  
derari.

*Simachi lect.*  
*Isaia loci.*

Gubernator  
pastor esse  
debet, nō lu-  
pus, ex Pro-  
cop. ad Isaia  
locum.

Moderator  
alienigena,  
non guberni-  
nabit, absq;  
tyrannide,  
nisi miracu-  
loso.

A suis gentis  
moderatore  
gubernari  
ingens Dei  
beneficium.

Ac si diceret, quamquam exterorum A iugum ferreum sit, eiusque gubernatio virga ferrea; nē tamen paukas, dō Israel, neque timeas, seu tale quid à Cyro pati pertimescas, ad cuius di-

tionem te euenturum decreui; quamquam enim non Israelita, sed Persa sit: ego tamē illum quadam benignitatisunctione deliniui, vt non seuerè agat, sed mitissimè: notate verba Christo meo Cyro; idest qui à me inunctus est, & ad mansuetudinē, & lenitatem prop̄fus, & inclinatus; & cum tamē adhuc populū exasperari cognosceret addidit insuper dicens, *Cuius apprehendi dexteram*, ac si dicat: quiescite omnino, nec de rei euentu dubitatis; ego enim illius dexteram retineā, & moderabor, ita vt nihil asperum, nihil sāuum, nihil non iustum in vestro regimine valeat exercere. Optimè quadrat in hunc sensum Simachi lectio, quā ita habet. *Dixit Dominus Cyro, Pastor meus es.* Ac si diceret Dominus Cyro, dum eum ad dominandum eligeret populum suum. Atten-

de tibi Cyre, nē ad instar reliquorum exterorum agas; qui subditos luporū more oues dilaniant: Pastorem populi mei te perficio, & non lupum; ita fere locum discussit Procopius, cuius appono verba. *Cyrum, ait Dominus, quem consiliorum meorum Ministruum perficiam, sapientia, & pietate ornabo, ut quomodo populum liberare, & regere, Tēplumque instaurare debeat, intelligat, & adhuc cum talis sit, eiusdem me dexterā, nē à quoquam auertatur, apprehendisse profiteor.* Optimè quidem, particula-ribus namque Dei auxiliis indiget exterus, & alienigena moderator, vt seuerè, & tyrannicè non agat in populos sibi commissos.

Loco ergo magni beneficii habere debent populi, regnaq; quorū Deus regimen non extero moderatori, sed eiusdem professionis, & morum, cō-

misit; vndē ipse populo suo pollicitus est, Osææ 2. dicens. *Dabo eis vinitores ex eodem loco.*

Disquiramus verba cū Hieronymo, loquitur hic Dominus ad literam cum Ecclesia, quā vineæ

*Osææ 2.*

Discutat lo-  
cus.

nomine frequenter consueuit appellari in multis sacræ Scripturæ locis,

vt in Psalmo 79. Isaie in cap. 5. Osææ Ecclesia vi-

2.10. & 14. & præcipue Lucæ 20. vbi ne nomine designata in

sic: *Simile est Regnum cœlorum homini paterfamilias, qui plantauit vineam:*

Huic ergo à Deo propria, vt ita dicamus, manu plātatæ, & dilectæ vin-

ex, tanquam quid magnum, & profi-

cuum, vinitores ex eodem loco se da-

turum pollicetur Dominus, idest, ex

eadem regione, & terra natione, & le-

ge, ex qua vinea plantata est, qui quo

tempore sit amputanda, quo irrigan-

da, seu effodienda ex aëris téperie, &

glebæ caliditate, siue frigiditate cog-

noscant: non ad materialem igitur vi-

neam, sed ad mysticam, idest Eccle-

siam, referenda esse docet Pater Hieronimus hæc verba Dominica, & ad

eius imperii perpetuitatem, de qua

postea dixit esse usque ad sæculi con-

summationem permāsurum, quod vt

ostendat, gubernatores promittit cō-

Vrbū mode-  
ratores ad  
instar colo-  
norū sint  
vinearum.

*Matthei.*

*Hebraicus  
contextus Hie-  
ronimi lect.*

Ecclesiā vi-  
nea proprio  
labe plan-  
tata assimila-  
lat Christus

*Mat. 21. &*  
cū mysterio.

C postea summationem permāsurum, quod vt

ostendat, gubernatores promittit cō-

tubernales; nam ab externis euersio-

nem potius, quā stabilitatem pro-

uenire, iam experientia compertum

erat: consonat Hebraicus contextus,

vbi sic: *Constituam eis inde gubernato-*

*res eius: consonantius adhuc vertit*

Hieronymus, *dabo eis possessores eius*

*inde: Nam impensis, accuratiis, &*

*mitiis agit de vinea proprius posse-*

*for quā conductor, seu locator: vnde*

*in parabola vineæ diligenter an-*

*notauit Salmeron, nō vineæ locatoræ,*

*sed propria manu plantatæ, assimilaf-*

*se Christum Ecclesiam, vt ex cura,*

*& solicitudine, quā de vinea agit qui*

*proprio labore plantat, ab illa quam*

*impedit, qui cōduxit longè diuersa,*

*clarè ostendat, quā propensiōri cu-*

*ra, & solicitudine gubernaturi sint*

*Eccle-*

Ecclesiam eius, Reges, & Praesides, ab illa, qua antiquitus de rebus populi Israël agebant eorum moderatores; ut potè, qui alienigenæ erant, & exteri, at verò Ecclesiæ Reges, & praesides, eiusdem Ecclesiæ cōtubernales, & alumni: illi religione, moribusque ab illis, quibus præerant, omnino diuersi: isti verò, & morum probitate, & dogmatum professione simillimi; hoc equidem sonant verba Dominica.

*Dabo eis vinitores ex eodem loco.* Vel (ut habent Textus Hebraicus, & Hieronymus) *Constituam eis inde gubernatores, seu possessores eius.* Ne autem sine Authore loqui erubescamus, apponam verba, quæ locum hūc Osææ disquirens habet Rupertus: *In aduentu suo (inquit) quando Christus fructū à vinea requisuit, & à malis reiectus est agricolis; vinitores optimos dedit ex eodem loco, id est, sanctos Apostolos ex eadem gente.*

Dei beneficium maximū à contubernialibus gubernari.

Est equidem ingens Dei beneficium Christianis populis exhibitum, quod à Christianis, propriisq; & contubernialibus Regibus moderantur; quemadmodum fuit Israelitis grande supplicium exteris subdi, & ab exteris gubernari.

Cōfirmatur Adhuc clarius apparet, quām perniciōsum sit ab exteris gubernari, ex causa, quam Dominus ipse assignat, ob quam populo suo promittat proprios, & contubernales moderatores.

Sic enim habet diuinā promissio. *Dabo eis vinitores ex eodem loco ad apereiendā spem;* nouū certè loquēdi modum! ait Martyr Bertarius; clausam ne habebant spem, vt dicat Dominus intentum.

Se in illos hoc collaturum esse beneficium ad apereiendam spem? cōgruentius loqui videretur, si diceret; *ad excitandam, seu ad corroborandam spem, aut confirmandam:* nam spes pollicitationibus confirmatur, & excitatur, non autem aperitur: adhuc obscurior rem reddit locum Simachi translatio, quæ habet. *Dabo eis gubernatores*

eins inde, in ostium spei. Habet nè spes ostium, quo claudatur, siue quo aperiatur, vt in ostium spei promittat Dominus hoc beneficium singulare? nonniè consonantiū diceret, *In terminum suæ spei & in sui desiderii complementum?* loquitur tamen Dominus admodum consonanter (respondet Bertarius:) adeò enim oppressi erant exterorum tyrannico regimine, vt iam neque cogitarent, vnde aliquid boni sperare possint; tyrannas enim gubernator, etiam bene sperandi ostium claudit: Consonat Tyrannis S. Hieronymus, qui in præcitatī loci expositione sic habet. *Pollicetur Dominus populo suo ex eadem progenie, & lege moderatores, vt inde ostium magnū ad sperandum eius beneficia aperiatur;* adeò itaque animos deprimit, & afflīctat ab exteris nationibus gubernari, vt neque spem in meliorem fortunā exequendi permittat.

Hoc ergo potissimo medio usus est Dominus, vt Iudæorum imperiū omnino euetteret, diuisit prius, & postea tradidit in exterorum manus, & sic deleuit. *Anno imperii Tiberii Cæsaris procurante Pontio Pilato Iudeā.* Ecce pars imperii Iudæorum in manu cuiusdam Galli; *Tetrarcha autem Galilæa Herode.* Ecce Galilæa altera imperii pars in manu cuiusdam Iudæi: *Itruræ autem Philippo Tetrarcha, & Traconitidis regionis.* Ecce tertia imperii pars in manu alterius alienigenæ: quid ergo aliud illi eueniendū erat, præter illud, quod Dominus ipse prædixit Lucæ 21. & Matthæi 24. di-

cens: *Venient dies, in quibus non Lucae 21. Matthæi 24. relinquetur lapis super lapidem, qui non destruantur, &c.*

Simachi versio in loco

ADILLA SACRI CONTEXTUS VERBA. *Luc. 3.*

*Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium.*

## ANNOTATIO IV.

*Ad dignitates, & ad munera vocari venire debemus, & non propriis conatus intromitti.*

**H**is verbis ostendit Lucas Ioan-  
nem Baptistam non usurpare  
sibi docendi, seu prædicandi officium,  
sed à Domino missum esse tanquam  
Prophetam verum; quod etiam Euā-  
gelista Ioannes testatur suæ historiæ  
Euangelicæ in cap. 1. dicens, *fuit homo*  
*missus à Deo, cui nomen erat Ioānes, &c.*  
Verus equidem Aaronis à matre ne-  
pos atauri modestiam imitatus est,  
qui ad Sacerdotis dignitatem, nō ho-  
minum interuentu, aut negotiatione,  
sed Dei iussu electus est, ut in He-  
braorum epistola cap. 5. Paulus asse-  
uerat dicens: *Nec quisquam sumit sibi*  
*honorem, sed qui vocatur à Deo tanquā*  
*Aaron;* Alludit hic fortassis Aposto-  
lus ad præsumptuosum nimis Corē,  
& eius socrorum conatum, de quo sa-

Numer. 16.

**N**ota suppli-  
ciū, quo pu-  
niti sunt, qui  
ad Ecclesia-  
sticos hono-  
res eleuari  
per vim, siue  
per negotia-  
tionem con-  
tendunt.

**O**mnia cō-  
misit Deus  
Moysi, at Sa-  
cerdotis ele-  
ctionem, sibi  
soli referua-  
uit.

**S**acerdotem Deus ipse elegit, ut non hu-  
mana cupiditas in eligendo Sacerdote  
præponderaret, sed Dei gratia. Ad dig-  
nitates igitur Dei vocatione, & non  
hominū interuentu, seu conatu pro-  
prio venire debemus, in quē sensum  
optimè Augustinus homilia 13. ex Aug. ho. 13. ex  
50. homiliis. *Honor te querere debet, nō*  
*illum tu.* Optimè quadrant in hanc  
materiam verba Seraphici Doctoris  
nostrī Bonaventuræ, in vita Divi Pa-  
tris nostri Lusitani Antonii, vbi agēs  
de mira, qua pollebat, concionandi  
gratia ad, quam exercitandam per  
obedientiam missus fuit, sic ait. *Non*  
*in electu proprio datur, sed vocatus,* ac si  
dixerit, non ipse se ad concionatoris  
dignitatem intromisit, sed vocatus, &  
iussus accepit, non utique ipse hono-  
rem, sed honor ipsum quæsivit.

*Amb. lib. 10.  
epist. epist. 82.**Aug. ho. 13. ex  
50. homiliis.*

**D**iuus Anto-  
nius Lufita-  
nus ad cōcio  
nādi munus  
nō in electus,  
sed per obe-  
dientiā mis-  
sus: ex diuo  
Bonaventura.

**C**Attentè ponderat Cardinalis Hu-  
go, & disquirit illa Pauli verba ad  
Romanos 10. *Quomodo predicabunt,*  
*nisi mittantur?* Dubitatq; de eo, quod  
omnino impossibile dicat Apostolus  
ad prædicandum ire, nisi mittantur;  
quomodo quæris Paule prædicabūt?  
prædicabunt ore, prædicabunt vita,  
prædicabunt laborū tolerantia, præ-  
dicabunt siti, fame, & nuditate; præ-  
dicabunt tādem omnium rerū despi-  
cientia, dicentes: *Ecce nos reliquimus*  
*omnia,* Matth. 19. Ecce quomodo  
prædicabunt; non adhuc prædicabūt  
(tacitè respondet Paulus) non enim  
prædicabūt, nisi mittantur; ne instar il-  
lorum sint, de quibus alibi Dominus  
ait. *Non mittebam eos, & ipsi turrebant:*  
Reim enim sibi impossibilem iudicat  
sancti viri prædicandi dignitatē, seu  
quod quis aliud munus sibi adscribere,  
nisi votati, seu iussi; ideo impossibile  
est, quod prædicandi munus exerce-  
ant Apostoli, nisi à Christo missi:  
*Oppenit Paulus Apostolorum modestiā* Card. Cayet.  
*eorum audacie, (inquit Cardinalis præ-  
fatus) qui se ad dignitates Ecclesiasticas,* ad locū Pauli  
*non Dei nuta, sed proprio conatu intro-  
mittunt, de quibus Dominus per Hiero-*  
*miam*

*Ad Rom. 10.  
Disquiritur  
locus.**Matth. 19.*

Hierem. 23. miām conqueritur dicens. Non mittebam eos, & ipsi currebant.

Sistamus paulisper in verbo *Curre*re, quo usus est Dominus, dum de eorum audacia loquitur, qui proprio conatu, viribusque propriis, & non Dei nutu, se se ingerūt ad dignitates, seu ingerere nitūtur; componamusq; Hieremię locum, cū altero illo Exodi 3. vbi præcepit idem Dominus Moysi calceos detrahere, dicens: *Solue calceamenta de pedibus tuis, &c.* quem locū, dū Lypomanus in catena disquirit, & huius discalciationis causam inquirit, dubitat de eo, quod Dominus discalciatis pedibus per locū admōdū dūmosū Moysēm iubet incedere, cui potius pedes calceare conueniebat, ne ab spinis, dumisque lādere tur; quibus totus plenus erat locus; & causam assignans ait. *Nudis pedibus venire præcipitur, ut cautē incedat;* Be- nē equidem; sed cur cautē incedere illi necesse fuit, qui à Deo ipso vocabatur? dicam, quia ad legationem vocabatur, & dignitatem, ad quam adhuc cum à Deo vocamur, cautē nobis cundum est, & non currendum audiē: nam iusti, & sancti viri, cum ad honores, & munera assiscuntur, cum timore accipiunt: at verò ambitiosi, quales erant Prophetæ illi, de quibus Dominus per Hieremiam conqueritur, audiē currunt, & obtinere nituntur non vocati; sive illorum auditas, & audacia, ibi à Domino con-

Cut Domi-  
nus præcep-  
it Moysi, vt  
non nisi def-  
calceatis pe-  
dibus ad ru-  
bū accederet  
ex Lypo. in  
catena.

Hiere. 1.23. Exodi. 2. demnatur, dum ait. *Non mittebam eos,*  
& ipsi currebant, & in Moysi cautē ad

legationem vocato properante, sanctorū virorū modestia cōmendatur. In quem sensum congruenter admodum 1.par.curæ Pastoralis cap. 1. componit Pater Gregorius duo sacræ

Exodi cap. 3. Scripturæ loca, illud nempè Sapiētiae 8. Per me Reges regnant, cū illo Osxæ 8. Ipsí regnauerunt, & non ex me, aitq; præfatus Pater. Ex se, & non ex arbitrio summi Regis regnant, qui nullis fuliti virtutibus culmen regiminis rapiunt,

potius quam affequuntur.

A Optima est ad argumentū præfens amplius dilatandū Angelomi ponde ratio ad cap. 6. tertii libri Reg.vbi obseruat duas fuisse in Templo scalas, alteram rectam (qua ascendebatur ad Templum,) alteram tortuosam, per quam in gyrum ascendebatur ad Templo cœnaculum. Per coeleam ascendebat in medium Templi cœnaculum, (ait cōtextus Sacer) ad quem locum sic habet præfatus Pater: *Coelea scala est nō recta; per coeleam ergo illi ascendunt in Ecclesiæ cœnacula,* qui per ambitionem, & cupiditatem effrenatam ad honores Ecclesiasticos irrepunt: per scalam verò rectam illi scandunt, qui per virtutes, & merita vocati in Templum veniunt.

3.Reg.cap.6.  
Angelio. ibi.

B

Iuuat hanc eandem sanctorum vi-

rorum modestiam quatuor Ecclesiæ

sancṭæ luminibus illustrare. Augusti-

no scilicet Ambrosio, Chrysostomo,

& Gregorio; quorum primus (vt ipse

epistola 148. attestatur) cognita mor-

te sui Episcopi, fugit ab urbe, ne Epi-

scopus crearetur; Ambrosius itē (te-

ste in eius vita Paulino) à populo Mediolanensi, & ab Imperatore postula-

tus in Episcopum, noctu ex urbe au-

fugit, & cum Ticinum iter intendis-

set, non sine miraculo manè deprehē-

dit se esse in porta Mediolanensi: Hiero-

nymus, (vt ipse ad Ioannem scribēs

ait) cum Sacerdos esset, Sacerdotis of-

ficiū in proprio Monasterio nun-

quam ausus est exercere. Gregorius

tandem Magnus ad summum Pon-

tificatum assumptus, non solum au-

fugit, sed (vt Author est in eius vita

Ioannes Diaconus) Mauritium Imperatorem literis compellauit, nē cō-

sentiret creationi; adeò itaque cautē

incedebant, & incedere consuescunt

viri sancti, & iusti, salutem suam cum

timore, & tremore potius operantes,

quā se dignitatibus immiscentes: va-

nī loqui verò, & seductores, (vt Apo-

stolus loquitur) vniuersa subuertūt, vt

dignitates cōsequātur, de quib; cō-

Honores sūt  
fugienti.

Aug. epistol.

148.

Paulin. in vi-  
ta diuī Amb.

Hierony. ad  
Ioan.

Ioan. Diacon-  
us in vita  
S.Gregorii.

D

viri sancti, & iusti, salutem suam cum

timore, & tremore potius operantes,

quā se dignitatibus immiscentes: va-

nī loqui verò, & seductores, (vt Apo-

stolus loquitur) vniuersa subuertūt, vt

dignitates cōsequātur, de quib; cō-

queri-

*Hiere. cap. 5.* quæritur Dominus per Hieremiam,  
dicens: *Non mittebam eos, & ipsi curre-  
bant.*

*Cur nūquā  
amplius pe-  
des calce-  
uit Moyses,  
ex Nissen.*  
Est aliquid amplius in hac Moysis  
discalciatione, quod cum Nisseno  
Gregorio pensitemus, nūquam deinceps  
Dei legatus calceamenta portaf-  
se; *Postquam electus est ad regendum  
populum, (ait præfatus Pater) nun-  
quam amplius induit calceos; ut scilicet  
doceamus, non tantum necesse esse cautè  
ad dignitates properare, sed etiam cau-  
tè postea in earum procedere adminis-  
tratione.* Hæc cursim dixi, ad prin-  
cipale iam intentum regrediar; & pè-  
nitabo iterum eadem Pauli verba 10.

*Ad Rom. c. 10.  
Interl. ibi.*  
ad Romanos: *Quomodo prædicabunt,  
nisi mittantur?* Supra quæ Apostoli ver-  
ba sic habet glos. Interlinealis. *Non  
sunt veri Apostoli, nisi missi:* Ac si di-  
cat: si se absque Christi nutu, iussuq;  
ad prædicandi munus intromitteret,  
falso sibi Apostolatus nomen usur-  
parent; quia *Apostolus missus inter-  
pretatur;* atque si absque eo, quod  
mitterentur prædicare auderent, fu-  
res potius alieni ministerii, quam veri  
Apostoli sentirentur; vndè benè in-  
fertur fures esse illos omnes, qui ad  
dignitates Ecclesiasticas intromittu-  
tur, absque eo, quod à Deo tanquam

*Qui se ad  
dignitates  
intromittut,  
quas nō ma-  
rentur, fures  
sunt.*

*Cassiodor.  
epist. de pri-  
mis scrinio.*  
Aaron euocentur, & omnes illos, qui  
absque eo, quod à Deo mittantur, sibi  
docendi munus assumunt, falsos Pro-  
phetas esse ac seductores; audiamus  
Cassiodorum, epistola de primiscri-  
nio de hac re optimè philosophantē:  
*Munus (inquit) Ecclesiasticum digni-  
tas nominatur; quomodo ergo dignitas  
erit, si detur indigno & indignitatem se-  
cum fert indignus non dignitatē.* Opti-  
mè quidem; idèò igitur Apostoli non  
prædicabunt, nisi mittatur, nè secum  
potius indignitatem afferre videan-  
tur, quam honorem: dum non missi  
dicerentur Apostoli, idest missi. Non  
sibi prædicandi munus falso Ioannes  
usurpauit sed vt verus Propheta à

A Deo missus exercuit, vt Euangelistæ  
attestatur dicentes. *Fuit homo missus Ioan. 5.  
à Deo. Factum est Verbum Domini su-  
per Ioannem, &c.* Verus itaque Ioan-  
nes Apostolus, & Apostolorum pri-  
mus, qui omnium Apostolorum pri-  
mùm missus est, & Dei mādatum fi-  
deliter exercuit, & ad Apostolatus  
munus non se intromisit, sed iussus  
accepit.

B C I R C A I L L A S A-  
cri contextus verba.

*Luca cap. 3.*

*Factum est Verbum Domini super  
Ioannem Zachariæ filium  
in deserto.*

ANNOTATIO V.

C Parentum opera filiorum sunt ad imi-  
tandum exempla, vndè iisdem Pa-  
tribus maximè incumbit iustè, pro-  
bèque operari, vt filii probè ope-  
rentur, & iustè viuant.

D E Odem quoad solet Pater Gre-  
gorius spiritu à sacræ Scripturæ  
locis moralitates auferre, hanc quoq;  
quæ præsentis assumpti est, abstulit,  
ex illo Genesis loco in cap. 30. in quo  
refert sacra pagina illam, quam Ia-  
cob excogitauit inuentionem, vt  
oues diuersi coloris agnos gignerent,  
ac parturirent: *Tollens Jacob (inquit Genes. 31)  
contextus Sacer* virgas populeas vi-  
rides, & amigdalinas, & explanatis, ex  
parte decorticauit eas, detractisque cor-  
ticibus, in his, quæ spoliatæ fuerant, can-  
dor apparuit, illæ vero, quæ integræ fue-  
rant, virides permanserunt, atque in  
hunc modum color effectus est varius, po-  
suitq; eas in canalibus, ubi effundabatur

M aqua,

Filiī ex parentū exemplis operantur. aqua, ut cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & aspectu eārum conciperent! Ex hoc ergo loco infert Gregorius, filios ad parentum exemplaria operari, quae illis semper ob oculis obuersantur;

quod tamen præcipue in loco disquirit, illud est; quod posuerit Iacob gregibus virgas pro concipiendi obiecto: Nam vt intentum consequetur, vt scilicet varii coloris agnos oves parturirent, accommodatiū agere videretur, si lanę vellera diuersorum colorum illis ante oculos ponearet, quam virgas; ibi tamen est loci mysteriū, ait Gregorius: nam (fateor) facilius esse lanam, vel vellus, quam virgas ponere; sed si facilius esset ad factum, non tam esset conueniens ad mysterium: est enim vellus admodū distortum, & implicatum, & ad virtuosas, rectasque parentum actiones significandas ineptum, ad quorum exemplaria operari filii consuescunt; virgæ autem ad hoc significandum aptissimæ, quam rectitudine sua, morū integritatem, & rectitudinem protestantur, qua pollere debent parentum mores, quos sibi filii ad imitandum proponunt: audiamus Moralitatum parentem. Virgas (inquit) populeas ante gregum oculos ponere, est parentum vitas in exemplum filiis præbere, quae quia iuxta rationis examen recta sunt, virga vocantur; quas aspicientes arietes, cum ouibus coeunt; quia cum rationales nostri spiritus in intentione eorum desixi sunt, singulis actionibus permiscentur, & tales fatus operum generant, qualia fuerunt patrum exempla.

Optima est in hoc argumentum quedam diuī Hieronymi ponderatio, circa verba illa, quibus Judith vidua vſa est in sua ad Deū deprecatione, dū memorabile illud facinus aggredere intentauit, de quo sui libri in cap. 9. latè agit contextus Sacer, Holofernis nempè interitum; ad quod ante-

quam aggredederetur, auxilium à Domino postulauit dicens. Domine Deus Patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionē alienigenarum, qui violatores extiterunt, &c. Circa, quæ mulieris verba multa obseruat Hieronymus, & in primis docet non esse sistendum in eo, quod cum Judith filia fuerit Merari, non eius, sed Simeonis se filiam dicat; mos namque est in Scriptura sacra valde familiaris, omnes atauos vocare Patres, ut inter multa alia loca ille præcipue attestatur, Lucæ in capite 1. Iusitrandum, quod iurauit ad Abraham Patrem nostrum, &c. Quod præcipue in loco pensitandum est, pensitatque præfatus Pater, illud est, quod cum Simeon, Judith 13. atauus extiterit (vt ex antecedente capite clare cognoscitur) hunc potius posuerit ante oculos in præsenti euentu, quam aliquem alium propinquorem; ideo tamen sic fecisse ait Hieronymus, quia Simeon is fuit, qui strenue & animosè se gessit in vlciscendo crimen contra Dinam sororem suam perpetrato à Sychimitarum Principe, illorum urbem ingrediens, & perpetratorem cum sociis interimens;

cuius factum tunc ob oculis sibi posuit Judith, ut efficax ad strenue agendum incitamentum; talia enim esse solent filiis suorum parentum opera: audiamus Hieronymum: Statum (inquit) ad excitandum animi robur, antiqui Simeonis atani sui egregium facinus ob oculis proposuit; adeò namque sunt efficacia apud posteros maiorum suorum exempla, adeoque remanent medullitus impressa. Neque necessum fuit fatigari Hieronymum; ipsa namque Judith mentem suam statim indicauit dicens. Domine Deus Patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coquinatione sua, & denudauerunt famur virginis

Sacra Scriptura loquendi modus.

Luca 1.

Pensitandum  
verba Judith

Gezes. 39.

Maiorū exēpla posteris efficacia.

Loci mystérii, ex Greg. ante gregum oculos ponere, est parentum vitas in exemplum filiis præbere, quae quia iuxta rationis examen recta sunt, virga vocantur; quas aspicientes arietes, cum ouibus coeunt; quia cum rationales nostri spiritus in intentione eorum desixi sunt, singulis actionibus permiscentur, & tales fatus operum generant, qualia fuerunt patrum exempla.

Judith. 9.

ginis in confusionem, &c. subueni (quæso te) Domine Deus meus mihi vidua: A Quod idem est, ac si dicat, concedas obsecro Domine animi robur in hoc facto, quod aggredior, sicut Patri meo Simeoni concessisti, vt sicut ille strenue egit, ita & ego ad illius imitationem animosè, & viriliter agam: inferuiunt itaque parentum virtutes, ac opera præclarè gesta filiis, nè turpiter, seu indecorè agant. Nouit Euripedes, dum cæcinit:

Euripedes  
Poëta.

*Inest in homine  
mira, & euidentis nota  
probis satum esse parentibus.*

Ex quodam alio sacræ Scripturæ loco probant Gregorius, & Origenes nostri assumpti partem secundam, teneri nempè parentes ex debito iustè, & virtuosè operari, vt filiis iustè quoque operandi præbeant documenta, & normas, ab illo scilicet Iob in cap. 1. ybi sic habet contextus Sacer. *Iabant filii eius, & faciebant coniuia per domos unusquisque in die suo;* & statim addit sacra pagina dicens. *Iob autem consurgens diluculo, offerebat holocausta pro singulis.* Sistit in hoc Gregorius Magnus, & inquit, cur Iob simul cum filiis non coniuatur? nonnè illic eius canicies, & matura ætas honestiores redderet filiorum actiones, & nimietatem (si quæ fortassis contingere) moderatur? indecens certè non esset senem patrem cum filiis licite coniuantibus coniuari; licita enim, & sobria esse debebant coniuia, aliter enim non permitteret pater adeò modestus, & sobrius, adeòque Dei seruus; *Negque filiis, neque parenti* (respondit Origenes) *illicita erant coniuia; sed decabant innenibus filiis;* non autem patri cano, senique, neque enim omnia licita omnibus licent, seu expediunt; vt prima ad Corinth. cap. 6. attestatur Apostolus dicens. *Omnia mihi licent, sed non omnia expedient;* adhuc

Iob 1.

Ibidem.

Cur Iob simul cū filiis non coniuabatur, ex O. rigene.

ad Cor. c. 6

enim à licitis abstinere debent parentes, vt filios ab illicitis doceant abstinere; ideoque sanctus Iob non solum non conuiabatur cum filiis, sed dum ipsi conuiabantur, ipse prævnoquoque eorum sacrificium offerebat. *Plus de eorum salute, quam de sui corporis cura sollicitus,* (ait idem Origenes.) Adeò diuina sunt sancti Patris Gregorii verba, vt ea silentio præterire maximum nefas iudicarem: *Sciendum (inquit est) quia quidquid à minoribus voluptuose agitur,* Mag. Greg. ad cas. Iob.

B *maiorum suorum exemplis cohibetur;* cum verò maiores ipsi voluptati deseruunt, minoribus lasciviae frenalaxantur; quis enim se sub disciplina rigore, seu constrictione retineat, quando & ipsi, qui ius constricti accipiunt, se se voluptatibus relaxant. Ac si dicat, impossibile est, vt filii licentiosa parentum vita non relaxentur in minoribus; ideo ergo Iob etiam à licitis abstinebat, vt filiis vitae reformatæ præberet exempla proficia; optimè in hanc sententiam loquutus est Cyprianus in suo de vnitate Ecclesiæ, dicens. *In spirituali vita, quo amplior fuerit filiorum copia, eo maior esse debet operum impensa.*

C *Ex dictis iam ratio appetet, ob quam sacræ Scripturæ frequens sit mos parentum nomina, præsertim eorum, qui virtutibus claruere, simul cum filiis apponere. Parabolæ Salomonis filii David Regis Israel; visio Esaiæ filii Amos: verba Hieremie filii Heliae: Oseas filius Beeri:* Quamquam enim (vt aduertit Chrysostomus) ideo fiat, vt ambiguitas auferratur: Moderni tamen, & qui moralitatibus student, duas insuper addere solent rationes. Ideò, vt Author est Guadalupensis Hieronymus, probi parentes attexuntur cum filiis, vt ipsi allicitantur exemplo suorum maiorum ad imitandum eorum probitatem, & vt patrum commendan-

Vt quis alienos mores corrigit, necesse est, vt prius in suis corrigatur.

Cypr. in lib.  
de Unit. Ecd.

Cur soleat sacra pagina apponere nomine proborum parentum adiuncta filiis.  
Proverb. tit.  
Hierem. tit.  
Osea titul.

D *Quamquam enim (vt aduertit Chrysostomus) ideo fiat, vt ambiguitas auferratur: Moderni tamen, & qui moralitatibus student, duas insuper addere solent rationes. Ideò, vt Author est Guadalupensis Hieronymus, probi parentes attexuntur cum filiis, vt ipsi allicitantur exemplo suorum maiorum ad imitandum eorum probitatem, & vt patrum commendan-*

Respondet quæsiouna-  
dal. Hieron.

M 2 dos

*dos referant mores : Etsi ex isto fundamento Zachariæ nomen, cum Ioannis nomine Sacer Euangelista non coniunxerit; ideo saltem fecit, ut parentis probitate filii probitatem commendaret, non enim poterat magnus non esse coram Domino filius illius patris, qui iustus fuerat coram Domino, seu ante Deum, ut loquitur Euangelista Sacer; aliqualiter enim deficere videretur, illud infallibilis veritatis assertum. Non potest arbor bona fructus malos facere, in laudem igitur, & commendationem Ioannis dicit Sacer Euangelista. Factum est Verbum Domini super Ioannem Zachariae filium.*

*Cur nomen Zachariae ap ponitur, cum Ioannis prædicationis initium declaratur.*  
*Matth. 7.*

### AD ILLA SACRI CONTEXTUS VERBA. *Luc. 3.*

*Factum est Verbum Domini super Ioannem Zachariae filium in deserto.*

### ANNOTATIO VI.

*Recensentur, referunturque nonnullæ Baptiste laudes, quæ breuissimis istis sacri Euangelistæ verbis continentur.*

*Ambros.*

*Paucis verbis compendiavit Euangelista Ioannis laudes.*

**B**Enè vtique sanctus Lucas compendio usus est, ut quis Ioannes esset declararet dicens. Factum est Verbum Domini super Ioannem Zachariae filium in deserto, ait sanctus Pater Ambrosius ad hunc Lucæ locum; ac si dixerit, ingeniosè compendiavit Euangelista in iis verbis breuissimis amplas, & quasi indicibiles Ioannis laudes, sed sicut non tulit Rebeccæ in Iacob filium suum propensus amor, ut pre-

**A**tiosas vestes, quas ipsi potius, quam Esau diuina gratia reseruabat, plicatas esse, & quasi compendiatas, sed ut ait contextus Sacer, *Genesis 27. Vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi induit eum.* Ita meus erga diuinum Baptista amor, deuotioque singularis non patitur compendiatas eius audire laudes, atque referre, immo dilatare, illique aptare compellit; vnde huius annotationis materiam mihi particulariter adscribo, & Ioanni Domino meo, patronoque singulari offero, consecro, ac dico: quamquam enim eius laudes, ut Rupertus obseruat, augmentum con capiant: si equidem ut ipse ait. *Tantum crevit Ioannes apud Deum, ut ultra illum crescere nullus potuerit homo, in illis tamen quoad potero referendis meus animus consolabitur.*

**C**Primam igitur Ioannis mei amplitudinem desumo, colligoque tam ex ipsis sancti Euangelistæ Lucæ verbis, *Ioannem Zachariae filium*, quam ex illis Euangelistæ Ioannis cap. 1. *Fuit homo missus à Deo, utriusq; enim Euangelistæ mens, & intentio fuit, cum de Ioanne loquebantur aliquas semper circūstantias ponere, per quas Baptista homo, & hominis non ipsius Dei filius crederetur: tanta enim eius erat vita sanctimonia, tanta morum probitas, tantus omnium virtutum cumulus. Non mea, sed nostri Lyrani est pensatio, qui ad Ioannis Euangelistæ verba sic ait. Fuit homo, dicit Euangelista, ut tolleret erroris occasionem; ex eo enim, quod tot magnifica dixerat de Ioanne, possit aliquis credere ipsum esse Christum propter excellentiam sua sanctitatis; quemadmodum enim multi fuerant, qui illum non hominem, sed Angelum fuisse existimarent; ita aliqui non hominem, neque Angelum, sed Dei filium esse per deceptionem putarent, (ait Rabanus) ideo Ioannes dixit, fuit homo: Nō erat ille lux, & ideo*

*Cur Lucas, & Ioannes, cū de Baptista locuti sunt, circūstantias addiderūt, n. p. Zachariae filii, fuit homo: ex Lyra ad cap. Ioan. 1. & ex Rabano, & ex Augusto, etiā ad cap. 1. Ioannis, ne scilicet pro Dei filio habere- tur.*

*Genes. 27.*

*Rup. ad cap. Luca 1.*

& ideo Lucas eius statim Patrem apposuit dicens. *Factum est Verbum Domini super Ioannem Zacharie filium.*

Audiamus Augustinum, qui omniū primus in hanc mentem incidit, dum Ioannis verba ponderaret. *Fuit homo: non erat ille lux;* ad quid(ait, d) Euangelista, tanta cautela? ad quid tot vteris circumstantiis, cum de Joanne Baptista sermonem facis? quia (respondebat ipse) facile quisque putaret Ioannem Deum esse, vel Dei filium, ideo non solum à Deo missum dixit, nā etiam

*Ad Galat. 4. Dei filius à Deo missus dicitur, ad Galatas 4. Misit Dens filiū suū, sed hominē à Deo missum.*

Ne quisque Ioannis magnitudine, & sanctitate deceptus illum Dei filium esse existimaret: ideoq; alter Euangelista notanter dixit, *Factum est Verbum Domini super Ioannem Zacharie filium:* Appono eademque Augustini verba. *Vide quanius, & qualis Ioannes Baptista fuit. Qui venit, ut testimonium perhiberet de lumine, ut iis circumstantiis opus fuerit uti Euangelistam.* *Magnum cerè aliquid C*

*In Baptiste laudibus at- tenē proce- dendum, nē cōtingat pu- tare ipsum esse filiū Dei.* Ac si dicat, quidquid in Ioāne est; omne in gradu superlatiuo magnum, seu ingens est; vnde necesse est in eius magnitudine commendāda, ita attente procedere, nē naufragari intellec̄tum contingat, Deum illum iudicando, qui homo reuera est. *Fuit homo.*

*Optima Au- gustini cō- paratio, & similitudo, ex qua colligi potest magnitudo Baptista.* Aug. ubi su- pra. Appositissimo quodam vtitur idē Augustinus exemplo, vt mentem suā explicet, montis scilicet à solis radiis vndeque illustrati, quem si incōsideratē aspicias, ipsammet Solis claritatem, vel aliquid luminosum iudicabis, cum reuera sit terra; *Mirare quidem, (inquit Augustinus) mirare Ioannem, sed tanquam montem à Sole illustratum; nam mons in tenebris est, nisi luce vestiatur, ac si dicat; ita caute Ioannem diuinæ gratiæ luce perfusum contemplate, vt non existi-*

metis ipsum esse illam lucem, quæ A illuminat omnem hominem in hunc mū. *Ioan. cap. 1.* dum venientem; non enim erat ille lux; mons enim à Sole illustratus est, non Sol, neque lux, quæ attestatur, iam Solem exortum esse, à quo ipse illuminatur: hoc item tantummodo Ioānes facit testimonium perhibet de lumine. Concludit tandem Augustinus dicens. *Ne autem dum montem lumen Aug. ubi sup. putas, naufragium in monte facias, di- Ioan. 1.* xit Euangelista, fuit homo. Non erat ille lux.

B Aliquid amplius ad pensandum præbet Augustinus, verbis quibusdam, quæ annexit. *Quid ergo in Ioan. Aug. ibid. ne (ait) mirari debemus?* ac si dicat. Si Ioannes plusquam homo non est, de quo in eius contemplatione mirari debemus? & de quo in eius nativitate (vt sanctus Lucas attestatur) *mirari sunt viri neri?* Attendite dubii solutionem ab eodem Patre; *Debemus* (inquit) *mirari montem, tanquam mon-* tem: *nuga equidem potius, quā Examinatur responsio videtur, quod ait. Quid Aug. ibid. enim admirationis afferre poterit mótem videre, qui altero assimiletur móti?* disquirite tamen Augustini respōsum, & percipietis eius conceptum, & ad hoc aduertite Christum Dominiū non solum montem appellari, sed montem omnes alios montes præ alitudine superantem, & obumbrantem, de quo in Psalmo 79. dicitur. *Operuit montes umbra eius.* Idem ergo vult dicere Augustinus, cum ait; *debemus mirari montem, tanquam mon-* tem. Ac si diceret, in maximam nos debet rapere admirationem, videre Ioannis Baptiste excellentiam, ac virtutum cœlitudinem, quæ tan- ta est, vt illius montis cœlitudini assimiletur; quia omnes alios montes, non solum incomparabiliter transcendit, sed obumbrat, & humiliissimos valles apparere facit. *Mirare* (inquit) *montem, tanquam montē.* Idest

*Christ⁹ mōs  
cæteros mōtes obumbrans  
ex Psalm. 79.*

D *Operuit montes umbra eius.* Idem ergo vult dicere Augustinus, cum ait; *debemus mirari montem, tanquam mon-* tem. Ac si diceret, in maximam nos debet rapere admirationem, videre Ioannis Baptiste excellentiam, ac virtutum cœlitudinem, quæ tan- ta est, vt illius montis cœlitudini assimiletur; quia omnes alios montes, non solum incomparabiliter transcendit, sed obumbrat, & humiliissimos valles apparere facit. *Mirare* (inquit) *montem, tanquam montē.* Idest

Ioannis Baptis̄ magis oritur de Christi magnitudine, quasi similitudine.

mirare hominem, ita Deo similem, ut necessarium sit inter illū, & Christum distinguere, nē vera pietas naufragium faciat, dicereq; fuisse à Deo misum, sed hominem, & non Deum: non fuisse lucem, sed lucē iam exortam esse tantummodo testificari, non esse Dei, sed Zachariæ filium naturalem. Hic igitur Lucæ scopus fuit, dum notanter dixit. *Factum est Verbum Domini super Ioannem Zachariae filium in deserto, ut naufragādi scilicet occasiō tolleret, in Iohānis cœlitudine.*

CIRCA EADEM SACRI  
contextus verba. *Luc. c. 3.*

*Factum est Verbum Domini super  
Ioannem Zachariae filium in  
deserto.*

ANNOTATIO VII.

Apponuntur, & illustrantur tria præcipua Ioannis encomia, quæ breuissimis ipsis verbis sanctus Lucas compendiauit, & ostendit in quo vera nobilitas consistat.

Tria laudis encomia Ioannis desumpta ab eius doctrina ab eius nobilitate, & à loco eius educationis.

1. ab eius educationis.

2. ab eius nobilitate.

3. ab eius doctrina.

Præcipua, præter quæ iam apposita sunt Ioannis laudū encomia, iis verbis compendiauit Euan gelista; primum à doctrinæ sublimitate petitiū, ex illis verbis *Factum est Verbum Domini super Ioannem.* 2. à progenici nobilitate, ab illis verbis. *Zachariae filium.* 3. ab Angelica eius educatione, ex verbis illis *in deserto:* sed quia horum vnum quodq; peculiare sibi postulat annotationem in præsenti, de eius tātum agemus originis claritate, in sequenti de educatione eius Angelica in eremo; tertio tandem de doctrinæ excellētia, ex illis verbis, *Prædicans Baptismum pénitentia, &c.*

A Claro fuisse Baptistam loco natum benè ostenderem ab eo, quod ex virtuote parente nobili genitus fuerit; nam ex parte Patris sui Zachariæ à Tribu Leui originem duxit, à quo Dominus sibi aulicos selegit, idest Templi Sacerdotes, qui ei quotidie exhiberent famulatum: ex parte verò matris, ex Aaronis etiam eadem quoque ratione illustrissima Tribu, ut sanctus Lucas Evangelista attestatur dicens. *Fuit in diebus Herodis Regis in Iudea Sacerdos quidam nomine Zacharias deinceps Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, &c.* Nonnè vides nobile totum, illustre totum, præclarum totum? poteram (inquam) à tām claris parentibus Ioannis Baptis̄ originē, ortumque commendare: sed quia parum, seu ferè nihil est nobilem esse sanguine, & morum sordiditate coquinari; de Ioannis morum potius nobilitate agam, quam sanguinis: ad quod præcipue attendēdum esse docent multa sacræ Scripturæ loca; & omnium ferè Ecclesiae Patrum sententiæ.

B Claro fuisse Baptistam loco natum benè ostenderem ab eo, quod ex virtuote parente nobili genitus fuerit; nam ex parte Patris sui Zachariæ à Tribu Leui originem duxit, à quo Dominus sibi aulicos selegit, idest Templi Sacerdotes, qui ei quotidie exhiberent famulatum: ex parte verò matris, ex Aaronis etiam eadem quoque ratione illustrissima Tribu, ut sanctus Lucas Evangelista attestatur dicens. *Fuit in diebus Herodis Regis in Iudea Sacerdos quidam nomine Zacharias deinceps Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, &c.* Nonnè vides nobile totum, illustre totum, præclarum totum? poteram (inquam) à tām claris parentibus Ioannis Baptis̄ originē, ortumque commendare: sed quia parum, seu ferè nihil est nobilem esse sanguine, & morum sordiditate coquinari; de Ioannis morum potius nobilitate agam, quam sanguinis: ad quod præcipue attendēdum esse docent multa sacræ Scripturæ loca; & omnium ferè Ecclesiae Patrum sententiæ.

C Claro fuisse Baptistam loco natum benè ostenderem ab eo, quod ex virtuote parente nobili genitus fuerit; nam ex parte Patris sui Zachariæ à Tribu Leui originem duxit, à quo Dominus sibi aulicos selegit, idest Templi Sacerdotes, qui ei quotidie exhiberent famulatum: ex parte verò matris, ex Aaronis etiam eadem quoque ratione illustrissima Tribu, ut sanctus Lucas Evangelista attestatur dicens. *Fuit in diebus Herodis Regis in Iudea Sacerdos quidam nomine Zacharias deinceps Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, &c.* Nonnè vides nobile totum, illustre totum, præclarum totum? poteram (inquam) à tām claris parentibus Ioannis Baptis̄ originē, ortumque commendare: sed quia parum, seu ferè nihil est nobilem esse sanguine, & morum sordiditate coquinari; de Ioannis morum potius nobilitate agam, quam sanguinis: ad quod præcipue attendēdum esse docent multa sacræ Scripturæ loca; & omnium ferè Ecclesiae Patrum sententiæ.

D Claro fuisse Baptistam loco natum benè ostenderem ab eo, quod ex virtuote parente nobili genitus fuerit; nam ex parte Patris sui Zachariæ à Tribu Leui originem duxit, à quo Dominus sibi aulicos selegit, idest Templi Sacerdotes, qui ei quotidie exhiberent famulatum: ex parte verò matris, ex Aaronis etiam eadem quoque ratione illustrissima Tribu, ut sanctus Lucas Evangelista attestatur dicens. *Fuit in diebus Herodis Regis in Iudea Sacerdos quidam nomine Zacharias deinceps Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, &c.* Nonnè vides nobile totum, illustre totum, præclarum totum? poteram (inquam) à tām claris parentibus Ioannis Baptis̄ originē, ortumque commendare: sed quia parum, seu ferè nihil est nobilem esse sanguine, & morum sordiditate coquinari; de Ioannis morum potius nobilitate agam, quam sanguinis: ad quod præcipue attendēdum esse docent multa sacræ Scripturæ loca; & omnium ferè Ecclesiae Patrum sententiæ.

E Claro fuisse Baptistam loco natum benè ostenderem ab eo, quod ex virtuote parente nobili genitus fuerit; nam ex parte Patris sui Zachariæ à Tribu Leui originem duxit, à quo Dominus sibi aulicos selegit, idest Templi Sacerdotes, qui ei quotidie exhiberent famulatum: ex parte verò matris, ex Aaronis etiam eadem quoque ratione illustrissima Tribu, ut sanctus Lucas Evangelista attestatur dicens. *Fuit in diebus Herodis Regis in Iudea Sacerdos quidam nomine Zacharias deinceps Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, &c.* Nonnè vides nobile totum, illustre totum, præclarum totum? poteram (inquam) à tām claris parentibus Ioannis Baptis̄ originē, ortumque commendare: sed quia parum, seu ferè nihil est nobilem esse sanguine, & morum sordiditate coquinari; de Ioannis morum potius nobilitate agam, quam sanguinis: ad quod præcipue attendēdum esse docent multa sacræ Scripturæ loca; & omnium ferè Ecclesiae Patrum sententiæ.

Vera nobilitas in morib⁹ probitate cōficitur.

Author operis imperfeci ad illavera, Matth. 3. Patri habemus Abraham.

Neq; postero rū nobilitas nobilē facit, neq; vilē eorum vilitas.

Optima sententia.

Exodi cap. 9.

Ibid.

*Chrysost. ho.  
23. in Genes-  
sim.  
Hilar. ad lo-  
cum.*

*Phil. in vita  
Moys.  
Vera nobili-  
tatis patens  
virtus est, ex  
Platina.*

*Subtilis Phi-  
lonis dubi-  
tatio, cur nē-  
pē Abel Cai-  
mo præpo-  
natur in sa-  
cro cōtextu:  
Genis. 4.  
quando agi-  
tur de vita  
progressu, &  
quando de  
natuitate  
postponatur*

*Vitius à vir-  
tute supera-  
tur, ex Phil.  
lib. de sacri-  
fici.*

*Vera nobi-  
litas apud  
Deū clarum  
esse virtuti-*

qui non existimaret illum esse ab Adamo initium enarrationis sumptu- rum, omnesque eius antecessores in medium allaturum? his tamen verbis breuissimis rem totam absoluit. *Nōe virtutus, atque perfectus, in generatio- nibus suis cum Deo ambulauit.* Admiratur Chrysostomus vehemēter hūc geneologiæ enarrandæ modum, homilia 23. in Genesim, & eum rarum appellat, & nouum; at tollit statim Hilarius, & delet omnino dubitandi fundamentum dicens *Dignitas origi- nis in operatione consistit, & pro sapientia gloria in imitatione virtutum retinetur.* Consonat Philon, qui dum eundem sacræ Scripturæ locum disquirit in vita Moysis, paucis ab hac dubitatio- ne se expediens ait. *Non auos, & pro- auos, sed virtutes recenset: Quæ Philo- nis verba, eiusque intentionem bene interpretatur Platina libro de vera nobilitate, dicens. Nobilitas est splen- dor quidam, non aliundè veniens, quam ex ipsa virtute.*

Esse potius virtuti differendum, quam sanguinis claritati, valdè inge- niosè deducit, idem quem nuper re- tulimus Philon libro de sacrificiis Abel, & Caim; vbi in quæstionē ver- tit, cur anteponatur Abel Caimo, in contextu sacro, Genes. 4. vbi postquā Caimus primo loco natus memora- tur, statim inuerso ordine dicitur. *Fuit autem Abel pastor oviū, & Caim agricola;* maximum in re mysterium esse suspicatur Philon, & ait: *Cur quā- uis maiorem natu Caim dixerat, nunc transponit ordinem, junioris prius men- tionem faciens in ostendendo vita pro- gressu? qua igitur erit (inquit ipse) in quæstione veritas?* & respondens ait: *virtutem vitium nobilitate superare, ac dignitate præpollere;* unde, quando de amborum natuitate agitur, Caim præ- currat; quando vero examinatur utriusq; actiones, Abel præcedat, benè equidem est, namque vitio anteponenda vir- tus, à qua sola vera nobilitas proue-

nit (vt ad Celantiam scribens ait Hieronymus dicens.) *Summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus.*

*bus, ex Hie-  
ron. ad Celā-  
tiam.*

Si ergo à virtute, & à morum san- etimonia petenda est nobilitatis ra- tio, quis vnquam fuit Ioanne Baptista nobilior; qui à parentibus virtutū exercitium, fortunæ donorum loco, haereditauit? Erant namq; vt Lucas loquitur *ambo iusti ante Deum, incedē- tes in omnibus mandatis, & iustificatio- nibus Domini sine querela:* Commen- datur equidem fructus excellentia, præstantiaque ab arboris speciei bo- nitate; nam vt loquitur Paulus. *Quod si radix sancta, & rami: Quin & infal- libilis veritas ait. Nō potest arbor bona fructus malos facere: ex utroque enim sacræ Scripturæ loco infert Aymon Apostolorum antiquam nobilitatem, quamquam pescandi artē postea exer- cerent. Patres inquit veteris testame- ti, fuerunt massa, & radix, de quorū pro- sapia sumpta est deriuatio, & processerū rami, nempe Apostoli, sicut ergo radix bona bonum succum fundit per ramos,*

*Ioannes Bap-  
tista ab utro-  
que parente  
haereditauit  
probitatem.*

*C ita & Apostoli, qui originem sumpserūt ex sanctis Patribus, & eorum fidem imi- tati sunt, sancti, & boni fuerunt, atque moribus præclarissimi; non potest enim arbor bona fructus malos facere. Conso- nant Interlinealis ad caput 1. Ecclesi- stes, vbi sic habet, paterna dignitas propria est authoritas. Quod si adeò remota Apostolorum ab antiquissi- mis sanctorum Patriarchatum virtu- tibus deriuatio, adeò claros, nobilesq; reddidit pauperulos pescatores, quā-*

*Interl. ad ca-  
put 1. Eccles.*

*D to clariorem, nobilioremque reddi- disse (credere par est Ioannem) pro- ximorum parentum virtutes præcla- ras in ipsomet fonte perlibatas? eadē equidem intentione putat Ambro- sius hæc posuisse Lucas in sua narra- tione verba. *Factum est Verbum Do- Luca 1.**

*mini super Ioannem Zachariae filium,  
vt scilicet Ioannem non à propriis  
tutibus, & tantum, sed etiam à parentum virtu- parentibus  
tibus clarum ostenderet. Docet nos  
scriptu-*

*Ioānes è vir-  
tutibus, &  
clarus.*

*scriptura diuina* ( ait ad hunc locum Amb. ad cap. Luca 3. ) non solum mores proprios, in his, qui prædicabiles sunt, sed etiam parentes eorum iustos nominare, ut veluti transmissa immaculata & puritatis hereditas in iis, quos volumus laudare, præcellat: Apparentibus igitur ante Deum iustis, quid nè mirum procedat magnus coram Domino?

*Excitatur du-*  
*biū, circa sa-*  
*cra Scriptu-*  
*ræ terminos.* Siquidem hucusque ventum est; iuuat cursim circa hos sacræ Scripturæ loquendi terminos, *iustus ante Do-*  
*minum;* *Magnus coram Domino*, du-  
bitum excitare, dicereque quod quā-  
quam multum fuerit *et iustus ante Domini* parentes iustos ante Dominum, ip-  
sumque Magnum coram Domino, non tamen ex eo evidenter probari fuisse istum apud homines, clarumq; à parentum virtutibus, ac proindè nō benè intulisse Ambrosium ab eorum iustitia, & morum probitate Ioannis probitatem præclaram commendari; solum enim erga Deum ex hoc fundamento commendabilis reddi vide-  
tur eius virtus, & magnitudo, apud quem tantummodo commendabilis erat eius parentum virtus; auget dubitandi fundamentū locus ille Ecclesiastici 45. vbi volens Author Sacer Moysēm commendare, clarumq; red-  
dere, notanter dixit. *Dilectus Deo, & hominibus;* non absque fundamento fateor, dubitabitur; sed attēdas (quæ-  
so) humanissime Lector dubii solu-  
tionem, & inuenies aliam sanctissimi Ioannis amplitudinem.

*Carent He-*  
*brai superla-*  
*tius;* vndē  
vñtūr supra  
positis ter-  
minis pro  
superlatiuis. Notum esse debet Hebraicū idio-  
ma percalentibus, carere Hebræos superlatiuis; vndē vt alicuius magnitudinem, seu præcellentiam indicent, solent vti hac periphrasi, *Ante Domi- nū;* seu *coram Domino.* Probat hoc locus ille Genesis 10. vbi volens Author Sacer Nembrot à venandi peritia commendare, dixit: *Fuit autē Né- brot robustus venator coram Domino;* defecerunt igitur Euangelistæ verba adeò ampla, adeòq; superlativa qui-

bus Zachariæ, eiusq; vxoris, & filii amplitudinem commendaret, ideò hac etiam, ad Hebræorum morem, periphrasi vsus est, dicens. *Erant ambo iu- sti ante Dominum. Erit magnus coram Domino.* Nam eorum, eiusque amplitudo vitæ sanctimonia, & morū probitas, non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus nota fuit; vndē iam (curiose Lector non solum habes dubii solutionem, sed maximū quoque Ioannis, eiusque parentum commendandæ amplitudinis funda-  
mentum, quæ maior est, quā quod commode loquendi modo queat signifi-  
cari, neceſſariumque sit vti peri-  
phrasī ista, vt aliqualiter innotescat.

Appositis his, quæ dicta sunt, fortis exurgit Achiles (vt falsò putant non nulli) ad Ioannis labefactandam, mi-  
nuendamque amplitudinem, dicent enim fortassis aliqui necessum nobis esse, vt Ioannem magnum fuisse ostendamus, illum quodammodo re-  
petiare ex alienis vestibus, & parentū

*C* virtutibus, eius magnitudinem ampliare: falsum tamen (si sunt qui pu-  
tent omnino assumunt fundamentū; parentum enim Ioannis virtutes, eius virtutum cumulum non adaugent, sed ostendunt, & protestātur: diluam, ac euertam istius suspicionis funda-  
mentū, vno tantummodo sacræ Scripturæ loco, Matthæi 1. Liber (in-  
quit Euangelista Sacer) generationis *Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham;* Diluitur ob-  
secatio, ex Matthæi cap.  
sui Euangel. quero ergo quorsum Saluatori mi-  
tissimo, (id enim sonant verba: *Iesu Christus*) adiunxit Euangelista Abra-  
ham, & Dauid eiusdem Christi ſecū-  
dum carnem atuos probatissimos? vt fortassis eius augeret clementiam ad redimendum, & ad saluandum po-  
tentiam: abſit: *Copiosa enim apud eum Psalm. 129.*

*redemptio.* Ad quid ergo, niſi vt ex parentum clementia, & strenuitate, Christi clementia, & ad liberandum strenuitas innotesceret? fuit ita stre-  
nuus Abraham, vt folis suis vernaci-  
lis

Deficit verba Euangeliſtis ad Ioan- nis laudes profandas.

Obicitur aduerso hor Ioannis en- comium.

Iis qui inque Reges aggressus, Lot cōsobrinum à captiuitate redimeret; A fuit ita mitis Dauid, vt omniū mītissimus diceretur; vt igitur intelligerent homines rem fore fermē impossibilem à talibus atauis dissimilem prouenire nepotem: apposuit illorum virtutes, non vt Christi virtutes augerent, sed vt protestarentur, & indicarent: ita suo modo in hoc Ioannis euentu: Non idē apposuit Euangelista parentes ante Deum virtuosos, & iustos, vt augeret Præcursoris iustitiam, sed vt eius virtutes, & sanctitatem protestarentur, ac si diceret.

Matth. 7.

*Non potest arbor bona fructus malos facere;* Vndē si quanta sit Ioānis virtus, & bonitas scire exoptatis, ad arbores à quibus fuit productus, attendite, ad morum illorum, qui vt gratiosiora, & acceptabiliora reddant poma, quæ offerunt, decerpunt simul cum arboris ramo à quo fuerū producta; ita Euangelista, vt gratius Ioannis laudes commendaret, obtulit simul & ramum, à quo ipse processerat, dicens. *Factum est Verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium.*

### CIRCA ILLA Eadem sacri contextus verba.

*Lucæ cap. 3.*

*Factum est Verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto.*

### ANNOTATIO VIII.

*Desertum Dei domus saltus, eiusque viridarium, in quo ipse cum suis domesticis familiariter agit, ac deliciose conuersatur.*

**R**egia magnificentia, & impendio ædificari sibi saltus domum iussit Rex Salomō in loco adeò am-

no, vt possit cum monte Libano de amænitate contendere; in qua à ciuitatis tumultu aliquando semotus cum amicis, & domesticis recreatur, vt 3. Regum cap. 7. *sacra scriptura testatur*, suarum quoque deliciarum domum Salomon alter, Salomone Rege longè prudentior, ac potentior ædificare curauit, in qua cum charis amicis suis, & domesticis deliciose, & familiariter conuersaretur; eamq; in loco adeò floribus abundantí, deliciisque affluenti collocauit, vt alterū in terra cœlum facillimè videretur, vel saltem cœli, quasi vestibulum, vt puer Iacob aliquando expertus attestatus est, dicens. *Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli,* de quo item testatur Hieronymus in suo tractatu de custodia virginitatis, quod quoties ingredieretur, sibi inter Angelos cōmorari videretur. *Quoties (inquit) concava vallum, aspera montium, rupiū prærrupta habitabam videbar mihi agminibus interesse Angelorum.*

*Genes. 28.**Desertum in terra cœlū, ex Hierony. tract. de Custodia Virgi.*

C At summo equidem iure dubitari à quoquam poterit, quid nam in loco adeò inculto, adeò horrido, & iniquoso puer Iacob, & præfati Patres inuenenterint, vt illum Paradyſi vestibulum, & Dei viridarium appellarent? nonnè dum Iacob ipse vellet ab itineris lassitudine aliquantulum requiescere, & sibi accubitum adaptare ex duris lapidibus fecit, quia nihil a liquido mitius adiuuenit? nonnè lapis ideò item usus est pro puluinari? vt ad hunc Genesis locum Chrysostomus obseruauit; vbi ergo huius viridarii suauissimi flores, vbi fontes

*Genes. 28.*

D vberrimi? vbi poma mitissima? quod si alterum in terra eremus cœlum est, vbi cœli aulici: leones nè? vris? an hypocentauri? nullos equidem per hunc locum (quem Patres cœlum, & Dei viridarium appellant) deambulantes adiuuenit Antonius, qui fere totum peragrauit. Ne tamen dubites, humanissime Lector, neque lo-

ci

Ambros.

ci huius vasta solitudo, & horror tibi metum incutiat; est enim Dei viridarium, in quo, ut Ambrosius loquitur, *nec flores, nec lilia desunt*. Est cœli vestibulum à cœlestibus aulicis inhabitatum: attende paulisper, & audi Basiliū, qui ex huius viridarii floribus suauissimis odoriferum tibi fasciculū componet. *Deseruum Dei viridarium* est (inquit) in quo sanctitas elegantius, efflorescit, & illibata custoditur: ibi siquidē rose charitatis igneo rubore florescunt; ibi lilia castitatis nimio candore candēt; ibi myrrha perfectæ mortificationis, non solum carnis sed, quod glorioſius est, proprie voluntatis, & thus assidue deuotionis indeſinenter emanat, & igne diuini amoris suauiter ardet; Ecce iam habes flores, quibus eremi vastitas cœli amænitatem æmulatur: vis cœlestes aulicos? expecta parumper, & audi doctissimum Cayetanum in expositione illorum Psalmi 82. verborum: *Super populum tuum malignauerunt concilium; & cogitauerunt aduersus sanctos tuos*, &c. vbi loco, sanctos tuos, posuit Cardinalis præfatus, *Reconditos tuos*, quibus verbis annexit Interlinealis, *Qui sancte vivunt*, ita ut efficiant huic sensum verba Psalmistæ. *Malignauerunt, & excogitauerunt nomine populo tuo*, & illis seruis tuis præcipue, qui reconditi in eremo vitam degunt sanctissimam: Ex quo iam habes idē esse reconditum, siue solitarium esse, atque sanctum esse; audi nunc ea, quæ habet ad hunc eiusdem Psalmi locū marginalis quedam glosa, in ordinaria Duaci nuper impressa: *Non solum inquit malignauerunt concilium contra mediocres, sed etiam contra cœlestes viros*; Vocantur ergo, & sunt reliqui viri iusti mediocres in sanctitate, respectu illorum, qui eremi latebris absconduntur; at ipsi cœlestes viros nūcupantur: iam ergo non tantum flores habet desertum, quibus Dei viridarium nominetur, sed & cœlestes etiam aulicos, qui illud ex inculta fo-

*Glosa Marginalis Duaci*  
*centii ad eū. dem Psalmi locum.*

*Eremitæ Dei aulici.*

A litudine cœlum reddant; quod si videre cœli ciuem in eremo habitantē desideras, Ioannem intuere indutum animalium pellibus; de quo optimè, ac consonanter Chrysostom. homilia 10. in Matthæum. *Hic* (inquit) *habitans pœnitentia pariter, & Regni cœlorū indicia preferebat*; voluit enim Deus, ut pœnitentia vestibus cœlestes aulicos à manu danis secererentur. Ecce iam item habet eremus cœlestes aulicos, vt non tantum Dei viridarium, sed domus saltus cœlestis, & cœli ipsius porta iure optimo nominetur.

B Vt autem duo hæc eximia eremi, seu deserti encomia propalem, de unoquoque dicā sigillatim: est equidem eremus, seu solitudo Dei viridarium, seu Paradysus: *Emissiones tuæ paradysus*, ait ad sponsam sponsus, idest Christus, ad Ecclesiam, quam à floribus præcipue, quos solitudo producit paradysum nominat, vt Paraphrastes Chaldæus infert ex verbis antecedentibus: *Hortus conclusus fons signatus*; Vnde secundum Chaldæū is est loci sensus: scis, o sponsa mihi admodum dilecta, & cara, quando amænissimo, & odorifero loco assimilaris? quando latebris eremi concluderis; tunc enim adeò fragrantem emitis odorem, ac emittere solet paradysus; audiamus Paraphrastis ipsissima verba. *O sponsa* (ait) *pulcherrima, & pudicissima; emissiones paradysum redolentes emittis, dum conclusa in cubiculo, & abscondito à me sola sponso tuo contemplaris.*

C Canicor. 4.  
Paraph. Caldaic.  
Ibidem.

D Aliiquid hyperbolicum continere videtur expositio; nam multa alia præter eremum, præter Monasteriorum claustra; & præter solitudinem habet Ecclesia, à quibus emittat suauissimi odoris fragrantiam, & à quibus paradysus, siue Dei amænissimum viridarium nuncupetur: nonnè virgines flores sunt odoriferi? nonnè coniugati arbores fructiferæ? nonnè cœlatus, quid sanctissimum est, & proficuum?

Beatus Ioannes Dei aulicus preci- pius.

In quo feceruntur munici aulici, à Dei aulicis: ex Chrysost. homil. 10. in Matthæum.

Eremite Ecclesiæ faciunt para- dysum. Paraphrast. Cald.

Soluitur ob-  
jectio , ex  
Diacon. in  
tract. de pro-  
uentu solitu-  
dinis.

Optima eius  
de Cardina-  
lis similitu-  
do.

ficiuum ? cur ergo à solis reclusis , & solitariis dicetur Ecclesia paradysus ? A audi, Lector, Pauli Diaconi dubii solutionem, in tractatu de prouentu solitudinis. Non ideo dixit (respondet Cardinalis præfatus) quod ab omni statu Ecclesie prouentus maximos non percipiat ; sed quia semper sibi maximè complacuit in solitudine. Exemplo apertissimo confirmat idem Cardinals, quod dixerat : Habet ( inquit ille ) dues amplam hæreditatem seu prædium à quo per singulos annos habet prouentus uberrimos , habet & in prædio viridariū arboribus confitum, liliorum, rosarumque floribus odoriferum propria fortassis manu plantatum, excutum, & irrigatum, ad quod multoties se recipere consuecit, ut à curis , & solitudinibus alleuetur; quamquam igitur totum prædium carū habeat, illique maximè sit proficuum; carius tamen habet viridarium suum, quod sibi specialiter conseuit, & in quo cum amicis deliciari consuevit. Caram habet Christus totā Ecclesiā, & ab illa tota accipit fructus, vt qui maximè saluberrimos, vt qui maximè sibi gratos; plus tamen sibi cōplacet, in solitudinis , & eremi floribus, erenumq; habet tanquam suarum deliciarum paradysum. Disquiramus cum Iusto Virgiliano alterum eiusdem Cantorum libri locum capituli septimi , & inueniemus fortassis eorum, quæ dicta sunt, validissimum fulcimentum.

Canticor. 7. Veni dilecte mi, egrediamur in campum; commoremur in villis ; continet locus,

D

Disquiritur locus à Iusto  
Vrgelitano.

sponsæ in uitationem ad sponsum ad rusticandum : miratur præfatus Author de eo, quod sponsa ad secessum, & solitudinem inuitet sponsum, cum ferè omnes mulieres , & nostræ præsertim ætatis, vrbes, & loca publica, potius quam secessum inhabitare exoptent: vbi videantur , & videant, adiudicatum rusticæ mulieris hæc equidem videtur in uitatio, non vtiq; ita de diuina sponsa humiliter sentiendum est; urbana namque est, & vrbē

inhabitare congaudet ; vult attamen sponso sibi dilecto morem gerere in uitauerat ipsa iam sponsum ad amplissimum suæ hæreditatis palatum ex tabulis cedrinis, & cypressinis cōpositum, & ad lectulum floribus sua uissimis adornatum, & stratum, dicēs. Lectulus noster floridus, signa domorum Cant. 1. nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressima : Ille verò tanquam qui potius rusticari, quam deliciari congaudeat, respondet, dicens: Ego flos camp.: Cant. 2. Optimè ad hunc locum Bernardus, illa vocat ad lectum , (ait) ille vocat ad campum. Vnde intelligens, & cognoscens prudens sponsa longè aliter sibi complacere sponsum in rigore solitudinis, quam in vrbium deliciis, vt illi morigeretur, nunc inuitat ad solitudinem, dicens. Egrediamur in campum, commoremur in villis: Agnous ( inquit Vrgeliteanus) quantum sibi sponsus in solitudine, & eius incolis complaceret; ideo dixit: Egrediamur in campum : In hunc etiam sensum inuenies locum hunc ab Ambroſio discussum cap. 8. libri de Jacob, & vita beata.

Vrgelitea. ad  
hunc locum.

Ambr. lib. de  
Jacob, & vi-  
ta Beata c. 8.

Concludamus tandem huius assumpti priorem partem validissima, subtilissimaque Guadalupensis Hieronymi interpretatione illius Osæ loci in capite 9. vbi loquens Deus de populo suo sibi gratissimo ait: Quasi Osæ 9. vras in deserio inueni Israel , & quasi loc. à Hier. prima poma ficalnea : admiratur magno pere præfatus Author, & ait; quid est hoc Domine? Bonne hic ille idem populus est, de quo dixeras, vnu eorū, vna fellis, & bothri amarissimi ? Quomodo ergo nunc quasi vras in deserto , vbi gratissimæ ob penuriam esse solent, & tanquam prima poma ficalnea, quæ suauissima sunt, & dulcissima? idem, idem est Israel respondet, sed à tumultuosa Ægypti regione (vbi bothrus erat amarissimus, in desertu translatus, & transplantatus, vbi suauissimus, & dulcissimus ex loci vberate, & præstaria redditus est. Audiamus

*Guadalap.* mus loci interpretem: *Ait Dominus Hierony. ad hunc Osas locum.* (inquit) *Israelem fuisse ei, quasi uias dulcissimas, id est, sibi gratissimum, non utique in ciuitatibus; sed in deserto: (co- cludit tandem dicens Author præfatus.) Non ergo despicienda solitudo est, quando homines in deserto vitam agentes, à Deo quaruntur, sibique eius fru- etus est gratissimus, & iucundissimus.*

*In desertum adhuc puer deductus Baptista fuit, vt carior Deo esset, ex Chrysost. ho. 2. ex variis. Solitudo cō- solationis mater, ex Nazianzen. erat. 2.* Ad hunc ergo adeò deliciis affluē tem locum, adeòque Deo carum ad ductus fuit Baptista Ioannes statim ac natus est, vt deliciose nutritur, sicuterque Deo carior, vt homilia 2. ex variis in Ioannem, Chrysostomus obseruauit dicens: *Ioannes statim ac natus est, in eremum iuit, in eremo nutritur, solam solitudinem Ioannes matrem agnouit.* Optimam quidem matrem, ac nutricem Ioannes habuit solitudinem, quam Nazianzenus oratione 2. appellat *Matrem totius consolationis.* Si autem quis scire exoptat, quo nam vberē fuerit, ibi tenellus puer educatus, petat à Clemente Alexandrino sui Pedagogi in cap. 2. vbi ait esse Verbum diuinum *Mamillam Patris,* ad hanc ergo mamillam educatus est Ioannes, neque mirum vocem à verbo educari: testatur equidem Lucas, cum ait. *Factum est Verbum Domini super Ioannem Zacharie filium in deserto.*

*Solitudo Dei domus saltus, in qua cum suis familiarissimè conuersatur, ex Chrysost. & ex Hiero.* Ad secundam iam assumpti partē iuuat accedete, ostendere que, esse solitudinem, seu desertum Dei domum saltus: (*El retiro de Dios, vt Hispanice dicam*) in quo cū domesticis suis, & cum carissimis familiarissimè conuersatur; attestantur Chrysostomus, & Hieronymus. Quorum primus sic habet homilia 3. in Marcum; *Propriā mi 3. in Mar. Spiritus sanctus sedem habet solitudinem;*

*Chrysost. ho. 2. in Mar. Spiritus sanctus sedem habet solitudinem;* Ac si dicat, propriam sibi domum se legit Spiritus sanctus solitudinem in qua inhabitat. Admiror vehementer Chrysostomi verba, videntur enim obuiari eiusdē Dei verbis Esaiae 66. vbi sic ait: *Cælum sedes mea: Si ergo*

cœlum Dei sedes est, quomodo ait Chrysostomus, Dei sedem solitudinē esse; numquid Deus diuisus est? absit, neque enim diuidi potest, neque indiget, vt diuersis locis inhabitet, cum per suam immensitatem vbique sit, vnde de illo tantum verbo, propriam sedem, dubitandum est.

Sistamus paulisper, & audiamus Hieronymum, præbebit ipse fortassis dubii solutionem. *O eremus* (inquit ad Heliodorum scribens) *familiarius Deo gaudens!* Ecce tollitur dubitatio

*B* ex illo verbo, *familiarius, disquiram, si potuerim.* *O solitudo* (inquit Hieronymus) *in qua Deus familiarius cum suis loquitur, & conuersatur:* Alludit ad Regum terrenorum morem, qui varias habitationes, seu Regias domus habere consueuerunt in saltibus, scilicet, in locis venatoriis, siue venationi accommodatis, & in cæteris; principalem tamen habent in suorū Regnorū, vnaquaque Metropoli, vbi Regio cultu veneratur, vbi ius dicūt,

*C* vbi Regias actiones exercent, vbi suā ostentant magnitudinem, atq; potentiam; vbi discooperto capite, & flexo poplite ab omnibus inseruiuntur, at verò in domo saltus, seu rusticana familiarius agunt cum suis, familiarius inseruiuntur, familiarius itaque conuersantur, atque tam illæ, quām istæ

æquè dicuntur domus Regiæ: *Cælum* *Esaia 66.*

(inquit Deus) *sedes mea, id est, sedes magnificentiæ meæ, & tamen hoc non obuiat diuisis Chrysostomi, dum ait propriam Spiritus sanctus sedem habere solitudinem; tam enim propria Dei sedes, ac cœlum, solitudo est, illic sumptuosius, & magestuosius colitur, hic humilius, & familiarius agit, illic suam ostentat potentiam, & magnitudinem; hic suam exercet clementiam, & pietatem; illic ab omnibus cū tremore, & reverentia inseruitur; hic simul cum domesticis epulatur; illic millia millium assistunt ei, & decies centena millia stantes ministrant ei;*

hic

*Soluitur cō- tradicō, ex Hiero. ad He- liod.*

hic omnes eius domestici in eodem  
catino manum mittunt cum eo, & A  
omnes in pallio strato super nudam  
humum cubant cum eo, & ipse cum  
eis, vt ipsem Hieronymus ad He-  
liodorum eundem scribens attestatur  
dicens: *Super nudam metuis hu-  
mum membra ieuniis exosa collidere?  
nè metuas, nè verearis, Dominus enim  
tecum iacet: Vnde sic iam construen-  
da sunt Chrysostomi verba: Pro-*

Hierony. ad  
Heliodor.

Exponuntur  
verba Chry-  
sostomi.

Agit Deus,  
cum suis in  
deserto fa-  
miliarius.

Luca 3,

Prædi spirit.  
cap. 1.

*priam Spiritus sanctus sedem habet so-  
litudinem; idest, ad hoc propriam, ac-  
commodatamque, vt cum suis, scili- B  
cet domesticis, & amicis familiariis  
conuersetur; cœlum vero etiam sedem  
habet accommodatissimam ad suam  
ostendandum maiestatem; in solitu-  
dine ergo familiariis agit Deus, &  
conuersatur cum suis, ac cum illis  
deliciatur, vt in domibus suis rusti-  
canis Reges agere consueuerunt; vnde  
cum Ioanne epulabatur in soli-  
tudine Dominus familiariter, iucun-  
dabaturque, atque cum eō familia-  
rissimè loquebatur, quod meo iudi-  
cio sonant Euangelistæ verba. Fa- C  
ctum est Verbum Domini super Ioan-  
nem Zacharie filium in deserto. Iuuabit  
afferre in confirmationem eorum, quæ dicta sunt, id quod refer-  
tur in prato spirituali cap. 1. reuelatum fuisse cuidam Monacho mon-  
tem Synai petentem; dum enim  
quandam eremi speculam intraret,  
apparuit ei Ioannes Baptista dicens:  
*Ego sum Ioannes Baptista; ideo tibi in-  
beo, vt nusquam recedas, nam spelunca  
ista breuis, maior est monte Synai, quip-  
pe in hanc sœpius Dominus noſter  
Iesus, cum me visitaret, in-  
gressus est.**



CIRCAILLA EA-  
dem sacri contextus verba.

Lucæ cap. 3.

Factum est Verbum Domini super  
Ioannem Zacharie filium in  
deserto.

ANNOTATIO IX.

Desertum, ac solitudo in terra cœlum  
est, in quo Deus dilectis suis suam  
gloriam manifestat.

**N**E dum tanta de deserto, siue  
solitudine dicimus, in æquiuoco laboremus; placet in huius annotationis vestibulo, quid verè sit soli-  
tudo; explicare, quidque vitam agere  
solitariam, in qua Deus familiarissi-  
mè agit cum suis, ac sœpiissimè loquitur, sicut ipse Osæc 2. attestatur di- C  
cens: *Ducam illam in solitudinem, &  
loquar ad cor eius.* Dices enim, vel co- Oſæc 2.  
gitabis fortasse, necessarium tibi omni-  
nino esse, vitam inter feras ab omni  
hominum consortio sciunctam age-  
re, vt Deum tecum loquentem au-  
dias, vt cum illo familiariter conuer-  
seris, & vt eius consolationibus dele-  
teris gloriāq; intucaris; falleris, equi-  
dē, falleris non enim de hac tantū so-  
litudine loquor, quamquā illā ad om-  
nia supra dicta fateor esse aptissimā,  
sed de animi quoque solitudine locum D  
Osæc intelligo: solitarius enim Animus li-  
animus, idest ab omnibus curis sœ-  
culi alienus, & ab illius tumultibus  
segregatus solitudo quædam, siue  
quoddā desertū est, in quo Deus fre-  
quentissimè loquitur, & in quo glo-  
riam suam apertissimè manifestat.  
Adducam in meæ sententiæ confir-  
mationem Gregorium, & Bernar-  
dum, quorum primus disquirens illa  
sancti Patriarchæ Job verba cap. 3.

Quid nomi-  
ne solitudi-  
nis, ac deser-  
ti intelliga-  
tur.

Animus li-  
ber omnino  
à seculi cu-  
ris solitudo  
est.

N Nunc

*Job 3.  
Grego. ibi.*

*Nunc dormiens siferem, & somno meo  
requiescerem cum Regibus, & Consuli-  
bus, qui adificant sibi solitudines; sic ait,  
adficare solitudines, est à secreto cordis  
terrenorum desideriorum tumultus ex-  
pellere. Consonat Bernardus, dum  
vitæ solitariæ prouentus exoptas ait,  
homilia 40. in Cantica; O anima mea  
sola esto, ut Soli omnium ferues te ipsam,  
quem ex omnibus tibi elegisti; fuge pu-  
blicum, & etiam ipsos domesticos secede,  
sed mente, non corpore, intentione, deno-  
tione, & spiritu.*

Quod si quæras, quānam ex dua-  
bus ipsis solitudinibus ad diuinæ  
consolationes percipiendas, & ad au-  
diendas Dei voces aptior sit, & secu-  
rior? Respondet ex mente Gregorii  
solitudinem mentis tutiorem, secu-  
rioremque esse corporis solitudine;  
cum hac enim stare potest se sœcula-  
ribus curis immiscendi desiderium,  
quod omnino expellit mens solita-  
ria, & soli Deo placere studens: audi  
Gregorium Moralium 10. cap. 12.

*Solitudomē  
tis aptior ad  
Dei conso-  
lationes, quā  
solitudo de-  
fetti, et Mag-  
no Greg. Mo-  
ral. li. 10. c. 12.*  
*Quid (ait) prodest solitudo corporis, si  
solitudo defuerit cordis? qui enim corpo-  
re remotus viuit, sed tumultibus conuer-  
sationis humanae terrenorum desiderio-  
rum cogitatione se ingerit, non est in so-  
litudine; si vero prematur aliquis corpo-  
raliter popularibus turbis, & tamen nul-  
los sacerdotalium curarum tumultus in cor-  
de patiatur, non est in urbe. Sed addi-  
derim ego. Quis est hic, & laudabimus  
eum? fecit enim mirabilia in vita sua;  
Tutior in hac materia (iudico) est  
Philonis Iudæi sententia in libro de  
Abraham; vbi ait optimum esse, ut  
mentis solitudo conseruetur, illi cor-  
poris solitudinem addere; mutuo enim  
societas conseruantur tutius, & Dei  
beneficia experiuntur suauius: audi  
Philonis verba. Probus (inquit) vir  
quietæ vitæ amator, secessum, & solitu-  
dinem diligit, latere innotus cupiens,  
non societas humanae odio, sed quia sic  
fugit vitia, quibus vulgus delectatur,  
qua propter inclusus domi se plerique*

A continet, vix unquam limen transcen-  
dens; at ut suauius vinat, abdit se in  
aliquo rusculo solitario cum viris pre-  
stantissimis, quorum tempas abelevit,  
corpora, virtutibus eorum superstitionibus;  
hæc cursim dixi, regredior iterum ad  
principale intentum.

Manifestat Deus in solitudine glo-  
riam suam: aliquid amplius hoc est,  
quām quod de solitudine superiori  
annotatione dictum est, plusque vult  
Basilius tribuamus deserto: non so-  
lum enim Dei rusticā domum esse

B ait, in qua ipse, (ut Hieronymus lo-  
quitur) cum domesticis familiaris  
conuersatur; sed etiam ipso cōlo si-  
millimā, in qua pariter, ac in illo, suā  
gloriam manifestat. O (inquit) ere-  
mus, in quo gloria Domini liberius, &  
facilius conspicitur! Obseruavit hæc  
pulchrè Hieronymus ad illa verba  
capitis 3. Prophetæ Ezechielis. Facta  
est super me manus Domini, & dixit ad  
me, surgens egredere in cāpum, & ibi lo-  
quar tecum, & surgens egressus sum in  
campum, & ecce ibi gloria Domini sta-  
bat, &c. Hæc vltima Prophetæ verba  
sunt expendenda, viderat iam Eze-  
chiel, ut ipse fatetur, cap. 1. gloriam  
Domini deinde adductus est ad po-  
pulum transmigrationis, iuxta fluuiū  
Cobar, & sedit ibi septem diebus mæ-  
rens in medio captiuorum; tunc de-  
nique loquutus est ei Dominus dicēs.  
Egredere in campum, & ibi loquar te-  
cum; & egressus sum in campum (inquit  
Propheta) & ecce ibi gloria Domini  
stabat. Ad videndam gloriam Domini,  
& non ad praliandum in campum egre-  
di precipitur, (ait Hieronymus) in cā-  
po enim, seu in solitudine gloria Domini  
liberius conspicitur; Vnde patet, quod  
quamquam Deus vbiique possit audi-  
ri per reuelationes, & inspirationes,  
tamen, ut videatur, vel desertum, vel  
cœlum petendum sit.

D Obiicias fortasse, & non incōgruē,  
vidisse Ezechielem etiam in medio  
captiuorum iam antea gloriam Do-  
mini,

Obiicitur  
contra dīctū

mini, vt ipse cap. 2. attestatur, dum postquam in 1. currum illum descripsit quem ferebat quatuor mysterio-

A illud osse 2. ducam illam in solitudinem, & loquar ad cor eius.

Addam insuper dictis, ita solitudinem, seu desertum cœlum esse, vt reciprocantur desertum, & cœlum, & mutuo nobilitentur, cœlumque aliquando desertum, aliquando vero desertum cœlum nuncupari probatur primum, cœlum nempe desertum appellari ex illa Parabola Christi Domini Lucæ 15. pastoris piissimi, qui vt vnam ouem perditam, seu errantem quereret, reliquit

Gaudet cœlum  
appellari de  
lettū, ex Lut-  
ca cap. 15.  
glos. Interli-  
ibi.

Ezechiel. 2. sa animalia, statim cap. 2. ait: *Hec visio similitudinis gloriae Domini. Vnde non bene dictum est, quod vel solitudinem, vel cœlum petendum sit, vt gloria Domini videatur, omnem prorsus dubitandi rationem tollunt verba Hieronymi. Gloria Domini, (ait) stans, & perseverans, cum stante Propheta videtur in campo; quæ in medio captiuorum, nec stare poterat, nec videri. Vidit igitur Propheta in campi latitudine stantem gloriam Domini. Ecce ibi gloria Domini stabat, tanquam in suo proprio loco, & quiete; at vero in medio captiuorum ambulante, eleuantem se, & veluti fugientem; nam animalia illa symbolica, rotæ pariter, & omnia illa, quæ Propheta in prima visione viderat, apparebant ambulancia, immò currentia, ibant namque, & reuertebantur, ac eleuabantur, in solitudine vero, Ecce ibi gloria Domini stabat, gradum itaque stabilem habet gloria Domini in solitudine.*

Faciunt pro nostri instituti confirmatione verba illa Exodi 16. Cumq; loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Israel, respexerunt ad solitudinem, seu (vt ex Hebræo legitur) verterunt se ad desertum, & ecce gloria Domini apparuit in nube. Postquam Aaron (inquit Cayetus) appropinquauerat iuxta locum columnæ nubis, dixit Hebreis, vt verterent se versus desertum; forte habebant vultus versus mare rubrum, seu Aegyptum, & ex parte deserti nubes erat diuinitatem praesferens, quo ubi primum respexerunt, ecce gloria Domini apparuit; vnde (addit Cayet.) si gloria Domini videre cupis, terga verte Aegypto, terga verte saeculi tumultibus, solitudinem ingredere, desertum respice, in deserto enim gloria Domini appetet; ibi se Dens, & ad videndum, & ad loquendū, & familiariter tractandum præbet, iuxta

B nonaginta nouem in deserto, ad quem locum sic habet Interlinealis. Reliquit naturam Angelicam in cœlo. Cui suffragatur Diuus Bernardus libro de sententiis, vbi quadrifarium genus deserti assignans. Tertium (inquit) est caelestis Hierusalem delectabilis amplitudo, in qua relinquuntur ones nonaginta nouem: Ecce cœlum deserti nomine insignitum, & illustratum.

C Nominari desertum cœlum, seu proprium, & speciale Dei gloriae locum subindicauit Regius Vates

Desertū ite  
cœlū appell-  
latur.

Psalmo 62. cum fugiens à facie Saulis, & exiens in desertum Idumææ Deum sic affatus est. In terra deserta, inuia, & in aquosa, sic in sancto appeti tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. Vbi particula sic idem valet, atque sicut (vt obseruat Genebrardus) pro verbo autem illo in sancto legit Hebreæ veritas in sanctuario. Paraphrastes autem Caldaicus

Psalm. 62.

Genebrav. ad  
Psal. locum.  
Veritas He-  
breæ ibi.  
Paraphrastes  
Caldaic. ibi.

D in loco sanctuarii; ita autem habet ad locum Lyranus noster, sic in tali loco deserto apparui tibi, id est, habui tuam illuminationem, & consolationem; ac si essem in loco sanctuarii tui, quod idem est, ac si dixerit, talem in deserto me gessi, atque si versarer in domo Dei, atque in tabernaculo eius; vnde factum est, vt ibi viderem virtutem tuam, & gloriam tuam; sic autem explicatur locus ab Archie-

Explicatur  
à Lyra Psal-  
locus.

piscopo Hispaniarum primate, in sua laurea Salmanticensi certamine A 6. cap. 10. Tanta inter terram desertam, cælumque empireum similitudo est, & cognatio, ut desertum ingrediens, ea, quæ, si cælo præsens esset, aspercerim loculen-  
tissimè. Desertum igitur cælum dicitur,  
& cælum est, in quo virtus, id est, po-  
tentia, & gloria Domini intuetur.

Expenditur  
prestis lo-  
cū Psalmi.

Subtilius autem ex eodem Psalmi versiculo comprobabis cælum esse desertum & desertum esse cœlum, si presseris voculam illam ap-  
parui. Nam apparui tibi, ait David Domino: Non autem apparui mihi, quo loquendi modo indicavit Deum solitudinem, tanquam propriam do-  
mum, perpetim inhabitare; etenim apparere dicitur de illo, qui ut ex-  
traneus, aut veluti hospes habetur in loco, in quo fit apparitio, ut patet in Angelis, & in animab⁹ separatis, quæ veniunt ad nos aliquando: non enim dicimus, quod nos appareamus ipsis, sed quod ipsæ nobis apparetant, eo quod ipsæ iam sint alienigenæ in hoc sæculo, homo verò terræ proprius in-  
habitor. Vnde cum David ait se in deserto apparuisse Deo ex vi verbo-  
rum explicauit stetisse Deum deserti inhabitatorem, se autem de nouo aduentasse; vnde mirum non est ta-  
li, tantoque inhabitatore vocari de-  
sertum cœlum, in illoque toties ap-  
paruisse gloriam Domini.

Desertū pro  
pria Spiritus  
sancti sedes,  
& aula Re-  
gia, ex Basili.  
Magn. ubi  
supra.

Hinc est, quod omnes sanctiores personas, Deus ipse, ut sibi præ cæte-  
ris familiares aulicos, in desertum detulerit, tanquam in propriam do- D mum, aulamque Regiam Spiritus sancti, seu tanquam in Curiam cœ-  
lestium Sanctorum (ut loco supe-  
riùs allegato Basilius loquitur) ut cum illis ibi delectetur, illisque ma-  
iora beneficia præstet: Christum Do-  
minum prætermitto, cuius Baptis-  
mum postquam Spiritus sanctus in columba specie consecravit, statim

illum impulit in desertum. *Ductus*  
est Iesus a spiritu in desertum, ait Matth. cap. 4. Similiter, & Deiparam Virginem, quæ cum Lucæ 1. audis-  
set, Spiritum sanctum super se ven-  
turum; illicè *Exurgens abuit in mon-*  
*tana cum festinatione*, pro millibus a-  
liis unus sufficiat Ioannes, de quo ita Chrysostomus homilia 2. ex va-  
riis in Ioannem. *Ioannes Princeps Mo-*  
*nachorum est, & ipse Monachus, statim*  
*ac natus est, in eremum iuit, in eremo*  
*dutritur, Christum expectauit in solitu-*  
*nive*: Conuenienter equidem satis in eremū ab incunabulis ducitur, quia decebat sanctorum Principem ab ip-  
sis teneris vngulis in cœlestis aula  
Regis, quale desertum est educari.

Neque silentio præterire conue-  
nit encomium alterum, quod eremo Hieronymus tribuit, in epistola à no-  
bis multoties præcitata, esse nempè thesaurum pretiosum, ex quo Deus vñiones aufert, quibus cœlestem ci-  
uitatem componit: *Soliudo* (inquit Hieronymus) *thesaurus est, in quo pre-*  
*tiostissimi nascuntur lapides, de quibus*  
*in Apocalypsi ciuitas magni Regis con-*  
*struitur*: Communes alii, vulgaresque lapides, & impoliti ad structuram Templi illius, ciuitatisque cœlestis, extra solitudinem reperiuntur, at pretiosi in solitudine inueniuntur, & poliuntur, ut Basilius in de laudibus vitæ solitariæ obseruauit dicens. *Ergasterium solitudo est in quo pretiosi*  
*lapides reponuntur; in hoc ergo ergaste-*  
*rio reconditus est pretiosissima marga-*  
*rita Ioannes, usque in diem osten-*  
*sionis sue in Israel.*

( . . )



CIRCA EADEM IPSA  
sacri contextus verba.

*Luca cap. 3.*

*Factum est Verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto.*

ANNOTATIO X.

*Desertum campus diuini prælii, ubi spiritus cum carne congregatur, & fortes ab infirmis superantur.*

*Ad Epheseos cap. 6.*

**N**on est nobis coluctatio aduersus carnem, & sanguinem, (inquit Paulus) sed aduersus Principes, & potestates tenebrarum harum. En spiritus maligni hostes sunt, cum quibus lucta interior instituitur; *Palestra verò, seu campus huīus congressus solitudo est, (sicut Basilius) ubi spiritus cum carne congregatur, & fortis ab infimo superatur.* Addit insuper Basilius esse vnamquaque cellulam solitarii cuiusquam arcem quandam fortissimam, munitissimamq; à qua communes inimici oppugnantur, & quām maximè formidant. *O* eremum (inquit) terribile malignis spiritibus habitaculum, ubi cellæ Monachorum veluti sunt tentoria castrorum ordinata, & turre Sion aduersut Assyrios extractæ.

Adducit Basilius in sui asserti confirmationem locum illum Cantico rum in cap. 7. *Quid videtis in Sulamitide, nisi choros castrorum; nam Sulamitis significatum.* (vt ipse putat) solitudo est: opponitur tamen statim diu Hieronymi, & omnium ferè Patrum loci eiusdem expositio; dicunt enim idem sonare *Sulamitidem*, atque *pacificam*, ac proindè non benè conuenire pacificæ, vt castrorum acies nominetur; quomodo enim conuenit pacificam esse, & nihil aliud quām armorum

A tumultus in se habere? quomodo pos sibile est, vt tranquillè, & quietè vi uant, qui in campo vitam degunt; in quo castra bellantia continuò collo cantur? vel proculdubio defecit no minis proprietas, conuenientiaque à re significata, vel impropria est Canticorum loci de solitudine interpre tatio? non enim pax, & bellum bene conueniunt, neque quietudo, & exer citus, neque silentium denique, & ar morum rumor, & tumultus; quomodo ergo ait sacrum oraculum. *Quid videtis in Sulamitide, nisi choros castrorum?* Quod idem est, ac si dicat. *Quid videtis in pacifica, nisi bellum:* quomo do enim bellatrix, si pacifica solitudo est: attendite tamen ad verba Basili, & inuenietis dubii solutionem: *Terribile (inquit) malignis spiritibus habitaculum,* ac si dicat: spirituale est bel lum, quod agitur in solitudine, & spirituales congressus, in quibus armorum strepitus non auditur, aut multitudinis rumor; immo quò quis tranquilius in hoc certamine se gerit, eò victoriosius agit, & quò semotior quisque monachorum viuit, & solitarius, eò est dæmonibus formidabili or; ideòq; terribile est eremus ma lignis spiritibus habitaculum, suntq; monachorū cellulæ ex luto, ramisq; constructæ turre fortissimæ, à quibus plus incomparabiliter timent diaboli, quām Assyrii à Sion turribus, ex fectis lapidibus ædificatis. Neque solus Basilius est in suprapositi loci interpretatione; socium enim habet, præter alios, Iustū Virgilianum, qui ad locum sic habet. *Monachi in ero mo cœlestibus Angelorum castris similes sunt;* qui in continuo certamine constitu ti, & Deo muniente, semper inuicti sunt. Optimè tollunt, & vertunt dubitan di fundamentum verba Virgiliani. *Similes sunt cœlestibus Angelorum castris:* nam si in cœlo, in quo quies, & pax summa est, reperiuntur castra, & bellum sit, vt sacra Scriptura tella

*Canticor. 7.*

*Solutio du biū ex ver bis Basili suprapositis.*

*Monachorū cellæ turre fortissimæ.*

*Iustus Virgo lita ad caput 7. Canic.*

D interpretatione; socium enim habet, præter alios, Iustū Virgilianum, qui ad locum sic habet. *Monachi in ero mo cœlestibus Angelorum castris similes sunt;* qui in continuo certamine constitu ti, & Deo muniente, semper inuicti sunt. Optimè tollunt, & vertunt dubitan di fundamentum verba Virgiliani. *Similes sunt cœlestibus Angelorum castris:* nam si in cœlo, in quo quies, & pax summa est, reperiuntur castra, & bellum sit, vt sacra Scriptura tella

*Apocal. 12.* tur dicens: *Factum est primum magnum in cælo, &c.* Mirum non est, quod in eremo, quæ cœlum in terra est, bellum fiat, absque rumore, & quod sit Sulamitis terribilis, ut ordinata castrorum acies.

Adeò idoneus, & accommodatus ad communes inimicos superandos locus est solitudo, ut idem sit se se vnumquemque in eremum recipere, atque inimicum debellare, vincere, ac prosternere; probat assertum versiculus ille Psalmi 9.

*Idem est solitariū fieri, atq; dæmonia debellare, ac vincere, ex Psal. 9.*

*Hieronymi Psalmi versio.*

*Occasiones, armadiaboli*

*Psalm. 9. Versio Hieronymi.*

*Inimici defecerunt framea in finem, quod idem est, ac si dixerit Regius Psalmes, remanserunt inimici inermes in sempiternum: Accessit ad locum Hieronymus, & transtulit in hunc modum. Impletæ sunt solitudines. Quis non mirabitur lectionis eiusdem loci diuerositatem; quid enim; commune, seu simile habet defecisse inimicorum arma, cum impleri solitudines, seu monachorum cœnobia? Omnidè equidem dispartia videntur hæc duo: aduerte tamen ad nomen, quod est in Hebræo contextu, & statim desinet admirari: nam *Horoboth* æquè significat solitudinē, atque romphæam; vndē quia impletæ sunt solitudines, deficiunt arma inimicis, quæ sunt occasiones, quibus pugnare solēt; toties enim romphæa à manibus inimici arripitur, quoties quisque recipiens se in quoddam Monasterium, solitudinemvè, occasionem Deum lèdendi aufert; & tunc inimici inermes, & superati manent, cum impletur solitudines. Inimici defecerunt framea in finem: impletæ sunt solitudines: Arripit enim ab inimicorum manibus arma, qui ingreditur solitudinem.*

Adhuc parum dictum est de admirabili eremi ad dæmones de bellando, superandosque fortitudine, & proprietate; non tantum enim ad hoc locus est munitissimus; sed etiam gladius, & arma est, quibus dæmones

iugulantur: probat assertum Pineda A ex illo loco Iob cap. 3. *Cur lactatus sum uberibus? nunc enim dormiens ferem, & somno meo requiescerem cum Regibus, & Consulibus terræ, qui edificant sibi solitudines:* Si autem aduentas ad 70. istius loci versionem, sic inuenies. *Requiescerem cum Regibus, & Consulibus terræ, qui gloriantur in gladiis.* Quid (bone Deus! communne habet ædificare sibi domos solitarias,) & à mundanis tumultibus segregatas; cum gloriari in gladiis? B aduertas (quæ o) Lector, superiùs, iam dictum esse, nomen *Horoboth*, & *gladium* simul, & *solitudinem* significare, atque sicut gloriatur quisque, qui gladium habet ad secundum probatissimum; & ad plagas inimicis infligendas aptissimum; vtique & qui solitudines ædificant, in quibus à mudi tumultibus, & à præviis peccandi occasionibus recipiuntur, gloriari possunt in gladiis suis ad communes inimicos superandos, idest solitudinibus probatissimis. C *Solitudo enim* (ait præfatus interpres) *inßar gladii est, quo Christi milites dæmones terrant, & animas suas propugnant.*

D Ex ista loci Iob expositione, existimo posse solui dubium quoddam, quod inuoluit locus alter contextus sacri, Apocalypsis in cap. 12. vbi loquens Ioannes de muliere illa, quæ de cœlo descendisse vidit, ut cum dracone præliaretur, per quam (secundum omnium Patrum sententiam) Ecclesia militans fuit adumbrata; ait igitur Ioannes totam se vidisse mulierem, à planta pedis, usque ad verticem capitis defensiuis armis communitatam; inducatur enim lorica ex solariis radiis contexta, cassem stellarum habebat in capite, pedesque ocreis à luna confutis calceatos: *Mulier (inquit) amicta sole, luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Dubitat Ansbertus (dùm locum disquirit) Apocal. 12. Exurgit circa mulierem dubitatio. de

*Desertū, seu solitudo, gladius est, quo dæmones iugulantr, ex Iob cap. 5.*

*Per mulierē à cœlo descedentē ad pīe liandū cum dracone, Ecclesia designata, ex Patrū sententia.*

de eo quod non gestet mulier in manu gladium, rōphāam, siue quodque aliud offensuum instrumentum: quæ enim, vt præliaretur cum dracone descendebat, non armis tantum defensiuis oportebat communiri, sed etiam offensiuis; nam defensiuis armis, inimicos iactus declinare poterat, sed draconem superare non, nisi offensiuis, poterat.

Solutio  
nē dubitatio  
nē, ex  
Ansberto.

Genes. 3.

Solutio  
nē ea  
dē dubitatio  
nē, ex  
ipsis sa  
cristis contex  
tus verbis.

Iob 3.  
Versio 70.

Desertum  
rōphāa est,  
qua solitarii  
dæmonis ca  
put abscin  
dunt.

Non incōgruē respondit Ansbertus dubitationi, quam excitauit, dicens adeò parui fecisse mulierem draconem, vt in eum armis communia insurgere dignaretur, cum pedes tantummodo sufficerent, vt illius caput contereret, sicut ab antiquo illi fuerat iam prædictum. *Ipsa conteret caput tuum, & tu incidiaberis calcaneo eius.* Non vtiq; gladio communitur ( ait Ansbertus ) quia pede conteret caput eius; optima est, absq; dubio, Ansberti responsio; sed cum de Virginis immaculata Conceptione sermo fuerit, illam libentiū acceptabimus, ad diluendam verò præsentem dubitationem ab ipso contextu deducemus responsonem, vbi postquam hæc mulier sacra describitur, statim additur. *Mulier fugit in solitudinem, vbi habebat locum paratum.* Recogitate nunc locum superiùs disquisitum Iob 3. qui adificant sibi solitudines, & eius ex 70. versionem. *Qui gloriantur in gladiis, & rationem inuenietis, ob quam mulier gladium non portabat; quia scilicet iam habebat paratum in proprio certaminis loco;* nam si ædificare solitudines idem est, atque gloriari in gladiis; iam profectò mulier, quæ paratum habebat locum in solitudine; paratum habebat gladium, in quo gloriaretur, quo inimicum aggrederetur, & quo eius caput à ceruice abscinderet; est itaque solitudo non tantum diuini prælii locus, in quo fortis ab infirmo superatur, vt semel, iterumque citatus Basilius lo-

quitur; sed romphæa etiam probatissima, qua Christi milites communium inimicorum capita abscindere consueuerunt.

Multum iuuat ( fateor ) fortissimi cuiusdam loci situs, non solum ad resistendum, verum etiam ad inimicum debellandum, & funditus cverendum: quis tamen erit, qui neget, esse insuper necessarium militum robur, & belli præfecti, ducumque experientiam, & strenuitatem, vt ab inimicis fortissimis, peritissimisque victoria consequatur? Nonnè Betulia ita fortis erat ab ipsa natura, vt plus multò à situ, quām à ciuib; per terrentur Holophernis Duces? *Mōtes defendunt illos, & munitūt eos colles,* admirati dicebant; quasi de ingressu desperantes; attamen ciuium imbecillitas tanta erat, vt iam inimicis subcumberent, antequam aggredenerentur. *sit ( inquit ) finis noster brevis in ore gladii, qui longior efficitur in ariditate sitis:* Imbecilles equidem, quos plus brevis sitis, quām inimicorum arma debellabant in tām forti situ constitutos: Non sic de eremitis sentiendū, non sic; quos non tantum loci situs defendit sed multò adhuc magis animorum strenuitas, quæ passim illos impellit, cum fame, cum siti, cum nuditate, & cum ipsis teterrimis inferni inimicis bellum inire, ipsosque feliçissimè superare, atque glorioſissimas ab illis viatorias reportare; quarum præcipua pars primæ aciei Duci est suimo iure tribuēda, Ioanni ( inquā ) Baptista primo monachorum Patri, & Duci; qui postquam huius arcis, exercitusq; præfectus ab Spiritu sancto creatus est, adeò strenuè se gessit, vt maximas semper non solum ipse reportauerit viatorias, sed & eius successores Antonii ( inquam ) Pauli, & Hilariones, reliquiq; eius, eorumque milites nefarios communium inimicorum reprimendo conatus, ipsosque acerrimè debellando: vnde

Ioanni Bap  
tista tribuē  
de sunt ere  
mitarii cōtra  
communes  
inimicos vi  
ctoriaz.

dè eundem seruant Euangelistæ morem, cum de Ioanne Baptista lo- A quuntur, quem obseruare consue- rūt Romani Scriptores, dum de du- cibus strenuis mentionem faciebant, apponentes, siue imponentes illis co- gnomina Prouinciarum ab ipsis de- bellatarum: vndè Scipionem Afri- canum dixerunt, qui strenuè se gesit in Africa debellanda: sic inquā, Euā- gelistæ vti consueuerunt, cum agerēt de Ioanne, apponentes statim nomi- ni suo coniunctum nomen deserti, in quo adeò viriliter, adeòque strenuè se gesit, & hoc præcipue Lucas fecit, dicens: Factum est verbum Domini super Ioannem filium Zachariae in deserto.

Luc. 3.

### CIRCAILLA SACRI contextus verba.

Luc. 3.

Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum pænitentiae in remissionem pec- catorum.

### ANNOTATIO XI.

Pænitentia, id est, dolor de peccatis commissis, infert vim cælo, & remissionem impetrat peccatorum.

**P**ostquā de loco certaminis actū est, in quo Ioannes Baptista cum militib⁹ suis præclarissimas victorias de inuisibilibus potestatibus reporta D uit, consequenter occurrit, vt aliquid dicamus de armis, siue de bellicis instrumentis, quibus noua hæc expeditio regni cælorum cōficiatur, ad quam primicerius Dux milites vo- cat: Pænitentiam (inquit) agite, appro- pinquat enim regnum cælorum; pauca de defensiuis armis prius dicimus,

quibus ad præsentem expeditionem armari conuenit; ne ledamur ab ini- micis; posteā de armis agemus qui- bus est nobis confienda res, id est, regni cælorum inuasio.

Apprimè cōmunitū Baptista nobis proponūt Ioannes Chrysostomus, & Rupertus ad hanc ad quam vocat, excitatque regni cælorum expeditio- nem. Ioannes (ait Chrysostomus ser mon. 167.) vestiu, victu, & loco, totus pænitentia formatus incedit: Rupertus item de operibus Trinitatis in Euāg. cap. 12. dicens: Ecce qualiter magi- ster militum, qualiter summi Regis sig- nifer, qualis prima legionis primice- rius Ioannes pilis camelorum vestitus, & Zona pelicea præcinctus, non dicit arma corripite, sed pænitentiam agite: & sta- tim, cur his armis præparatus incedat demonstrans ait: etenim armis regna ter- rarum, pænitentia vero regnum expug- natur cælorum.

Tres sunt (vt omnibus notum est) inimici, qui nobis in regni cælorum expeditione opponūt, ac mortales plagas infingere conantur:

Mundus scilicet, Diabolus, & caro, suamq; vnu- quisq; habet hastā, qua lœdat; hasta

mundi, vana gloria est; hasta diaboli, superbia, hasta carnis luxuria; ne igi- tur ab his hastis ledamur, defensiuis

armis cōmuniri debem⁹. Petit caput hasta mundi, vanagloria scilicet. Hæc inquit Naziāzenus scribēs ad Neme- sium) inanis gloria natura est, vt sta-

tim caput petat, sed statim decidat: quod ita equidem subtilissimè facit, id est, caput petit, vt dicar Cassianus lib. 11. institut. cap. 1. vix posse etiam

à probo homine cognosci, an sit ab ista subtilissima hasta vulneratus ita (inquit) subtilis vana gloria est, vt etiam à perspicacissimis quibusq; oculis non di- cam caueri, sed præuideri vix possit; nō miror Cassiani verba, est siquidem ventus vana mūdi gloria; ventus au- tem ita subtilissimus est, vt per mi- nutissimas quasque rimas ingredia- tur;

Quibus ar-  
mis Ioann⁹  
Baptista se  
communie-  
rit ad Regni  
cælorū inua-  
sionem, ex  
Chrysost. ser.  
167. & ex  
Rupert. c. 12.  
in Euāg.

Trium com-  
munitū ini-  
micotū at-  
ma.  
Hasta mun-  
di vana glo-  
ria caput pe-  
tit, ex Naz.  
ad Nemesiū.

Cassian. lib.  
institut. c. 1.

Honores oblatos despicer sublimioris mentis est quam humana, ex Chrysostom. hom. 43. tur; vnde obtusum nimis, & propriæ cognitionis, & vilitatis cognitione A munitum debet habere caput Christianus miles, ut ab illo non lœdatur: Honores (inquit Chrysostomus hom. 43.) oblatos despicer, & illis non extoli maximi laboris est, & sapientia indiget anima ipsum cœlestis virtutis verticem tangentis; ac si dicat Chrysostomus: indiget Christianus miles, ut va ne gloriae istib[us] resistat, cassi quasi cœlesti communire caput; nam ut idē Chrysostomus statim addit: *Anima gloriam vanam cupiens, non videbit regnum cœlorum.* Declinavit, hoc cassi, monitus Ioannes vanæ mundi gloriæ ictus propria, scilicet, sua efformationis vilitatis cognitione, dicens: *Non sum ego Christus: non sum Elias: non sum Propheta;* sed quia iam de hoc argumento satis alibi actū est, ad reliqua transeamus.

Hasta diabolici, superbia est: & cor petit.

Cur diabolus semper cor impetrat, ex Prosperus lib. 3. de vita contemplat. cap. 2.

Secunda hasta, seu secundi inimici telum, superbia scilicet, cor petit, & ibi vulnus conatur infingere, vnde periculosissimum est; nam videmus multoties militem fracto capite, latereq; vnde quaque perfonso ad propositam sibi metam vsq; tendere, & non deficere; at vbi primum in corde, vel leuissimè percussus fuerit, statim perire, neque amplius in certamine valere consistere; est enim cor vitæ principiū, fons, & origo; & ideo diabolus illud vulnerare superbia nititur, ut inde fiat principium mortis æternæ; vnde temporalis vita ducebatur principium, ut optimè philosophatur D. Prosperus lib. 3. de vita contemplatiua cap. 2. *Initium* (inquit) non alicuius tanū, sed omnis peccati superbia est, ait Scriptura sacra, ut eviderter ostenderet, quod sit ipsa peccatorum omnium causa; vnde eandem in hominis cor ideo diabolus conatur injicere, quod omnium actionum vitalium principium est, ut opponat vita principio, mortis principium, mortalis scilicet vita principio conservatio, æterna vita

principium eversuum; hoc primo telo idem diabolus primorum parentum corda vulnerauit, & percussit, ut principio statim vita naturalis æterne vita principio obuiaret: vnde fortassis Augustinus contra Academicos, omnium vitiorum immanius vitium appellat; quia scilicet corda petit.

B Habes, candide lector, de hoc argumento plena volumina, ideoque non cōuenit circa illud diutiū immorari, vnum tantū dicam, ut lœthale istud diaboli telum studeas effugere, ac declinare; magis nempè sibi Deum complacere in humiliiter malefactis, quām in bonis superbiēdo actis: obseruat hoc Augustinus in expositione Psalm. 39. vbi adducit, & disquirit Pharisæi, & Publicani parabolam, Luc. 18. & præsertim illa Dominica verba considerat. *Dico vobis, descendit hic iustificatus ab illo:* Quomodo, aut à quo iustificatus descendit ille, qui raptor rerum alienarum erat, præ illo, qui bis in hebdomada ieunabat, & sua pauperibus largiebatur? petit Augustinus, & dubitationem auferens, ait: *Videte fratres, videte;* magis placuit Dco humilitas in malefactis, quām superbia in bonis factis: contra pestiferum igitur, & venenatum hoc diaboli telum communiri conuenit Christiano militi, qui ad expeditionem regni cœlorum paratur; zona scilicet Ioannis pectus accingere, ex mortuorum animalium pellibus adaptata, qua superbi animi conatus comprimantur; nam humilitas, quæ nihil aliud est, quām superbarum cogitationum compressio; custos est, & conseruatrix virtutum; que sunt animi Christiani quasi vitales operationes; audi Hieronymū ad Celantiā: *Nihil habere poteris* (inquit) humilitate præstatiū; *hac est enim præcipua spiritualis vita conseruatrix,* & custos Humilitas igitur pectus æneum est, quo armari debet Baptista miles, at expeditionem regni cœlesti.

Superbia omnium vitiorum immanius vitium, ex Augustin. contra Academicos.

Discutitur Luca locus c. 18. ab Augustin. ad Psalm. 28.

C D Humilitas spiritualis vita conseruatrix, & custos, ex Hieronymo ad Celantiā: *Nihil habere poteris* (inquit) humilitate præstatiū; *hac est enim præcipua spiritualis vita conseruatrix,* & custos Humilitas igitur pectus æneum est, quo armari debet Baptista miles, at expeditionem regni cœlesti.

Ter-

*Idem ibidē.*

Telum carnis luxuria, qua totus simul homo impetratur.

Tertium tandem tertii inimici telum luxuria est, seu petulantia carnis, A quasi pungit, laedit toto homini, tam exteriori, quam interiori, tam enim animam labefactat, quam corpus eneruatur, & ad cœlestis Regni congressum reddit ineptum, ut suæ 2. in capite 2. Petrus Apostolus admonet dicens:

*\*.Petr.ca.2. Charissimi obsecro vos tanquam aduenas, abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersas animam. Quæ verba dum adducit alibi Pater Hieronymus, admonet, vt maximè ab istius teli ictibus fugiamus; nam ad instar Iaelis necat, cum fouet; Ne facile (inquit) credamus carnis bladitiis, ne virilis constantia, animique fortitudo, Hieronym. & vis illius illecebris edomita emollescat.*

Animæ igitur, & corporis viribus nocet hoc carnis telum, quod paucis perstrinxit aterni Patris Sapientia, dum de Prodigio iuuene dixit Lucæ *Lucæ cap.15. 15. Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè, vbi nomine substantiæ suæ, tam intelligenda est animæ substantia, quam corporis, ut ad hunc locum annotauit doctissimus Salmero*

*Luxuriæ dana, ex Salme ron in Para bula de Pro digo. dicens. Excæcat luxuria intellectum, inquinat voluntatem, debilitat memoriam, corrumpit sensus, consumit corpus, obscurat bonum nomen, & famam; occidit animam, totumque hominem in foneam sempiternam præcipitat, est denique altera Helena, que totam combussit Troiam;*

*Luxuria altera Helena, ex eodem, & cur. In quem etiam sensum loqui mihi visus est Augustinus, dum eundem Prodigii filii euentum considerans ait.*

*Aug. ser. de Prodigio. Fugiamus carnis abominanda contagia, vitemus obscena animæ voluntatis incendia; Habet emphasm ibi nomen D incendium, idque illo indicare vult Augustinus accidere homini à luxuria, quod accidit domui ab incendio; totam enim à tecto, vsque ad pavimentum vastat domum incendium, & totum euertit hominem carnis luxuria, à corpore, vsq; ad animam; quem igitur ensem, seu telum ita dexterè*

contra animam, ex diu Petri sententia militare agnouimus, solicè declinare curemus, nè ad Regni cœlestis expeditionem reddamur inhabiles, idque vigiliis, ieuniis, & abstinentiis, ad instar nostri Ducis Baptista, de quo in sermone ipsius decollationis ait Chrysologus, quod mollitem carnis vestis asperitate calcauerit, & agresti cibo totam eius frenauerit luxuriam.

B His igitur iam armis defensiis communici, offensiua arripiamus, & Regni cœlorum aggrediamur ingressum, ad quem non nisi per vim datur accessus; attestatur ipse Christus veritas infallibilis, dicens Matthæi cap.

*11. A diebus Ioannis Baptiste Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Ex cuiusdam autem dubii solutione, quæ ab ipsis Salvatoris verbis emanat, armorum genus solitariis militibus admodum familiare, quibus cœlum oppugnat facillimè cognoscemus. Cum aliquando prohiberent Apostoli infantulis ad Christum Salvatorē accessum, Matthæi in cap.*

*C 19. respondit ipse dicens: Sinite parvulos, & ne prohibeatis eos ad me venire, talium est enim Regnum cœlorum. Admirat urmagnoperè martyr Bertarius, dum istum cum illo loco componit: Regnum (inquit) cœlorum, quod Dominus nisi per vim ingrediendum, & violentiam dixerat, nunc ab infantibus tenebris possidendum ait? miror equidem, quomodo enim per violentiam Regnum cœlorum imbecilles pueruli, seu tenelli infantes inuident, ut (salua infallibili veritate) illud valeant possidere? Si infirmi sunt, & inermes, quæ talium vires? Qui corporis robur? que animi fortitudo ad inferendum vim cœlorum Regno, undeque fortissimo, ac munitissimo? eorum ergo (ait prefatus Pater) Domine erit Regnum cœlorum, non quia per vim, illud obtinere valeant, sed quia tu vtrò, ac libeter illis permittes ingressum. Minimè quidem existima responde-*

*Vigiliis, & ieuniis luxuria frenata est ad imitacionem Baptiste.*

*Petr.Chrys. serm. de eius decollatione.*

*Matt.cap.15.*

*Matt.19.*

*Ex citatur dubitatio ab ipsis Euangelistæ verbis.*

*Bertar. in dubiis noui testa.dub.27.*

re Dominum; sed quia à diebus Ioannis Baptiste Regnum cælorum vim patitur; ideò infantium est, & tenellorū maxima intricaris in mysterio inqui-  
rendo perplexitate Lector humanissimè; vis ab ea expediri? alium sacri contextus locum discutere labora,  
*Genes. 21.* Genes. cap. 21. vbi refertur, quod postquam consumpta fuerit aqua, quam in ut re deportabat Agar ad Ismaelem puerulum refocilandum, secesserit mater à puero ad arcus iactū, dicens; *Non videbo morientem pueram,* & sedens leuauit vocem suam, &c.

*Ibidem.* Puer verò debili tātum plorabat singultu: Ecce descendit de cælo Angelus ad Agar dicens: *Quid agis Agar?* noli timere, exaudiuit enim Deus vocem  
*Idem Bert.* pueri de loco in quo stat. Miratur item de eventu Bertarius, & ait; *Quomodo potius vocem pueri vagientis, & plorantis auditam fuisse testatur Angelus,* quām validum Agaris clamorem? nisi quia maiorem violeniam intulerunt cælo, & Deo ipsi pueruli lachrymae, utpote qua efficaces sunt in petendo, quām robusta mater exclamando; vnde postquam Dominus dixerat, Regnum cælorum vim pati, dixit illorum esse, qui ad instar puerorum peccata sua deplorant largiter, lachrymasque effundunt abundantanter, obserua curiosè Lector Christi verba.  
*Soluitur dubitatio ab eodem.*

*Syriac. contextus.* Sinite parvulos venire ad me, talium est enim Regnum cælorum; non dixit, eorum est enim Regnum cælorum; sed dixit, *Talium*, idest, puerorum, qui continuò flere solent, & similius; approbat Syriacus contextus loci sensum, qui loco, *Talium* sic habet, *erū enim, qui sunt sicut isti, est Regnum cælorum;* Idest qui continuò lugent, sicut pueri: ecce iam, o Christiane Lector, arma habes, quibus ad expeditionem Regni cælestis accingaris, quibus cælo vim inferas, quibus Dei pectus vulneres, & quibus ad instar Iacob in ipsum præualeas, de quo scriptura te-  
*Praevalent lachrymæ in ipsum Deum.*

*Osa & cap. 12.* statur dicens. *Fleuit, & orauit, & preualuit ad Deum;* Plora peccata tua, &

statim mūdaberis, lachrymas emitte, & cœlum inuades, Regnumque cælorum possidebis. Audi Ambrosium sermone 13. *Vim facimus Deo* (inquit) *non compellendo, sed flendo; non prouocando iniuriis, sed lachrymis exorande;* *non blasphemando per superbiam, sed per humilitatem mærendo.*

Fuisse autem hāc de qua hucusq; egimus, pænitentiam, quām prædicavit Ioannes, testantur Euangelistæ verba. *Prædicans Baptismum pænitentia, in remissionem peccatorum:* Lachrymæ aquæ sunt Baptismales *Lucæ 3.* B mæ enim aquæ baptismales sunt, quibus abluitur, delentur, & remittuntur peccata: audi Christum Dominum dicentem mulieri largiter lachrymas effudenti; *Remittuntur tibi peccata tua* *Lucæ 7.* audi & Nazianzenum Gregorium in hoc argumētum verba mirifica proferentem oratione 39. vbi recensens Baptismi differentias, sic ait: *Quintum locum lachrymarum Baptismus teneat; verum asperior est, ac laboriosior, quo quidem illi tinguntur,* qui per singulas noctes lectum suum, ac stratum lachrymis lauant. Hæc de præcipua pænitentiæ parte, quam Ioannes prædicauit, dixisse sufficiat, pleni enim sunt omnes ferè libri hoc argumento.

### CIRCA ILLA SACRI contextus verba. *Luc. c. 3.*

*Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.*

### ANNOTATIO XII.

*Facilitat, & adæquat Deus seruis suis, ea quæ videntur laboriosa, & inuia, vt (inoffenso pede) ad patriam cælestem perueniant.*

*L*ocus iste, siue vaticinum istud, quod de Messia Aduentu, Esajas posuit

Lachrymæ laboriosus Baptismus, ex Nazian. orat. 39.

Lachrymæ aquæ sunt Baptismales *Lucæ 7.*

Esaiae locus  
40. scandali  
petra Iudeis.

posuit suæ Prophetiæ in cap. 40. & Lucas sui Euangelii in capite 3. iterum retulit. Petra est scandali Iudeis, immo eorum Achilis, quo probare intendunt, nondum verbum incarnasse, neq; ad terram humanum genus redempturum descendisse; cum enim in Scripturis sacris eorum portio sit tantummodo litteræ tenor (vt Bernardus aduertit) neque in illis spiritum perscrutentur, ac gratiam;

Redicula Iudeoïū ratiō à qua probare nuntiuntur nondū Verbum incarnasse.

*Prouerb. 26.*

tenori litteræ adhærentes dicunt, adhuc Messiam non aduentasse, quia adhuc montes, vt antea, erēti sunt; & adhuc depressæ valles: adhuc asperæ, & in æquales itinerantibus viæ; nam (vt ad caput Esaiae quadragesimum noster Lyranus obseruat) dicūt ipsi esse in Aduētu Messiæ terræ superficiem complanandam ab illo: per alleuationem vallium, & montium depressionem, vt sic (amotis impedimentis) possint ipsi nunc per Orbem dispersi in Iudeam facillimè congregari. Adeò equidem crassus error, adeò cæcutiens cæcitas ista est, vt potius irridenda sit, quam curanda:

Rabbi Moab ac c. Esa. 40.

sed quia (vt Sapiens admonet) stultis, iuxta stultitiam suam respondere cœuenit, nè sibi sapientes videātur; stultorum istorum stultitiam ne dicam, amentium, uno suæ gentis Authore propalabo. Rabbi nempè Moab: cuius hæc sunt ipsissima verba. *Non asce dat super cor, quod in diebus Messiae deficiet aliquid de via huius sæculi; vel quod innouetur aliquid de operibus sex dierum; sed ibit mundus iuxta solitam viam.*

Exponitur fideliter Esaiae locus.

Missis igitur (malis autibus) Iudeis cæcis, ac potius obstinatis, & qui nè bene agerent, intelligere renuerunt. Disquiramus locum, qui secundum litteralem sensum, quem admittit; nihil aliud dicere vult, quam quod aduentante Messia, totum tranquillum foret, totum pacificum, totum æquale, & (vt Ecclesia Mater canit) *toto Orbe in pace composito; nā de præ-*

paratione cordium est iste locus, proculdubio, intelligendus, sique eum intelligūt Patres; & præsertim Theodoretus ad caput Lucæ 3. vbi sic habet; *Iohannis officium fuit preparare plenam ad suscipiendum Christum, idè omnia tunc complananda predicabat; idest, hominum corda in Christi fidem, & cognitionem dirigenda. His loci litteralis est sensus, metaphoricus quāquam sit.*

A Mysticū affert Tertulianus istiū loci sensum, quem ego propè litteralem iudico; ait enim has montium

B complanationes, & vallum, de duabus esse legibus intelligendas, Moy-saica, scilicet, & Euangelica; illa siquidem montuosa erat, laboriosa, atque petrosa; hæc autem æqualis, facilis, ac iucunda: illa saueritatis, & timoris, amoris ista, ac suauitatis; illa mons acclivis, vallis hæc umbrosa, & delectabilis: audiamus Tertulianum contra Marcionem: *Tempore (inquit) Messiae montes humiliati sunt, & valles implete, quia ipse legis difficultates, in Euangelii facilitates conuertit: Parauit igitur Christus aduentu suo seruis suis viam planam, viam æqualem, qua inoffenso pede (vt aīfū) itur ad patriam, legem scilicet Euangelicam; nam lex via dicitur, iuxta Dauidicum illud. Viam mandatorum tuorū encurri, &c.* Ab ista igitur Tertuliani expositione non discedens, presens assertum deduxi. Morē semper fuisse Dei facilitare, adæquareque seruis suis, ea, quæ videntur laboriosa, & in via, vt (inoffenso pede) ad patriā cœlestem perueniant.

C D *Lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles, aiunt reprobi, ac scelerati Sapietiæ s. nō sic profecto, non sic Dei serui, quibus ipse difficillima quæque facilitat, & adæquat. Patet utrumque ex euentu Pharaonis, cum Dei populo de Ægypto exeunte, & ad promissionis terram properante Exodi 14. cum enim es-*

Litteralis lo-  
ci sensus, ex  
Theodor. ad  
cap. Luc. 3.

Tertuliani  
mythicus lo-  
ci sensus de  
legibus dua-  
bus, scripta  
scilicet, &  
Euægelica,

Lex via est,  
ex Psal 118.

Sapien. eas.  
Via iniqui-  
tatis admo-  
dū laboriosa  
facillissima,  
& delectabi-  
lis valde via  
virutis.

*Joseph de bello Iudaico.* sent undeque inclusi, mari scilicet, & monte, ita ut euadere illis impossibile foret ( sicut obseruat Josephus de bello Iudaico ) Ex una ( inquit ) parte habebant mare, & ex altera montem magnum, & altum, atque asperatum, non patebat eis fuga; Pharaoni vero, & Aegyptiis facilis erat ad populum aditus; Afflictusque populus, & morti ( vt existimabant ) propinqui dixerunt ad Moysem. *Forsitan non erunt sepulchra in Aegypte; ideo tulisti nos, ut moremur in solitudine?* Ad quos

*Ibidem.* Moyses paucis respondit dicens. *Dominus pugnabit pro vobis.* Ac si dicat;

*Estote bono animo, Dei popule, ne terreamini, ne fatigemini; optimum enim habetis gastatorem, qui vobis viam ad exendum complanabit; Aegyptiisque intercludet; ita ut vos de facili, & sine lassitudine transeat, ipsos verò obruat itineris difficultas; Veritatem dicti, rei euentus confirmauit, ( ait Signinensis Bruno ) nam aquas quasi freno in suorum gratiam cohibuit Dominus, sicque populus Moysem Duxerit, seu potius Deum sequens securè, & inoffenso pede transiit; Pharaon verò abdurus, & aduersus Deum pugnam gerens, & omnis eius exercitus perierunt; ita, ut in euentu, illud Sapientis*

*Proverbiorum* II. verificatum fuerit, *Antequam dictum. Iustus de angustia liberatus est, & traditus impius pro eo:* Adæquat equidem Deus seruis suis acliua, & inaccessa, facilitatque, ut, inoffenso ad eum pede, pergant; neque adeò ingens est difficultas, quam ipse in eorum gratiam non complanet, ut ad hunc locum Olearius etiam obseruauit dicens: *Non potest iustus concludi, sed semper ei adiutus patet, quo mala evadat.*

Adhuc evidenter id probat locus ille Numerorum 21. vbi refert sacra pagina, quod cum castrametati fuerint iidem Israelitæ contra Arnon, quæ est in deserto, & prominet in fi-

nibus Amorrhæi; vbi necessarium illis omnino erat transire flumen; omnique penitus essent remedio destituti: neque poterant flumen profundum nimis transuadere, neque ex altera parte locus aliquis erat, in quo pedem ponerent, nisi præruptus mons, à quo ( etsi transirent ) omnino itinerari impedirentur; quid autem contigerit, obseruate. *Scopuli torrentium inclinati sunt,* ( ait contextus Sacer ) *ut requiescerent in Arnon, & recumerent in finibus Moabitarum, quæ locum sic commentatur Bartadas.* *Scopulos in flumine deiecit Dominus, ut viam redderet æqualem;* Optimè Origenes homilia 4. in Iosue: *Nihil omnino est, quod timeat iustus, omnis enim creatura ei ( iubente Domino ) simulatur.*

*C* Nè tamen à Ioannis intentione principali omnino videar declinare, qui ait: *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, &c.* Dico continere locum metaphoram, seu allusionem ad hominum morem, qui quando Regem ad ipsos venturū certò sciūt, vias adaptant, adæquantque, ut facilis Regi, ac iocundus pateat aditus, & ingressus; quod faciunt montibus adimplendo valles; hac igitur metaphora vtitur Ioannes, ut quomodo deberent homines præparari ad suscipiendum Salvatorem edoceret; nam per montes humiliandos superbos, ac corde elatos intellexit, quos vallis, id est, humilibus ( ut ait Interlinealis ) coæquari necessum fuit, ut ad nos veniret Rex noster Christus, cuius Aduentum Ioannes nuntiabat; aliter enim non videret omnis caro salutare Dei.

Vnum tantum circa hoc breuiter annotabo, non esse nempè eleuandos valles, ut hæc æqualitas fiat; sed tantummodo esse montes deprimendos, id est, non esse eleuandos humiles, sed humiliandos superbos; ut

*Numer. 21.*

*Bartadas in mansiōibus.*  
*Orig. hom. 4.*  
*in Iosue.*

*Vtitur Ioannes meta-phora de itineri planatione, ut ad recipiendum Verbū incar-natū doceat præparatio.*

O Chri-

*Non sunt eleuādi humili, ut fiat hēc ad equatio, sed humiliādi sunt elati.*

*Illustratur locus Matt. cap. 8. Interim. ibi.*

Christi via præparetur; nam montium depressio, vallum est adimple-tio. Cœlestem hanc philosophiam edocuit Dominus Discipulos suos dicens, Mathei 18. *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut parvuli non intrabitis in Regnum cœlorum;* Vbi statim annexit Interlinealis, à *vestra elatione:* & vbi Vulgatus habet, *sicut parvuli:* habet eadem Interlinealis, *Nisi efficiamini humiles.* Vnde montes deprimi oportet, & non eleuari valles, vt Christo aditus præparetur: vide montem se ipsum de primenter, vt viam Domini præpararet; & vt videret Salvatorem Dei. Paulum inquam (qui cum mons esset) tertium pertingens cœlum se vallibus adæquare laborans dicebat. The-salonicensibus. *Non fuimus querentes ab hominibus gloriam; sed facti sumus parvuli in medio vestri:* in hunc enim, quem prosequimur sensum, exponit Anselmus Pauli verba dicens: in eius persona: *Apostolatus nostri gloriam ante oculos vestros humiliavimus, & mag-*

*Ad Thessalo. cap. 2.*

*Exponitur locus Pauli ab Anselmo*

*parvuli in medio vestri: in hunc enim, quem prosequimur sensum, exponit Anselmus Pauli verba dicens: in eius persona: Apostolatus nostri gloriam ante oculos vestros humiliavimus, & mag-*

*nituainem nostri sensus, ad paruitatem vestrae capacitatatis inclinavimus. Humiliandi itaque sunt montes, & vallibus adæquandi, vt iter Domino præparetur.*

Sufficiat alterū, pro multis, exemplum: de humilissima Virgine, absq; dubio, intellexerunt omnes ferè Patres illud Esaie in cap. 2. vaticinum. *Et erit præparatus mons domus Domini in vertice montium Quæ cum ad altissimam Dei Matris dignitatem inuitaretur, respondit. Ecce ancilla Domini: ad quæ verba, ita Cassiodorus: In profunda se Virgo deiecit, qua inuitabatur ad alta, & à dominatu, ad ancillatum animum conuerit, & corpus. Si ergo(peto) Virgo sanctissima mons est, super omnes montes excelsus, & eleuatus, ad quid se se deprimit? ad quid humiliatur? ad quid humilissimus vallibus coæquetur? Optime responderet Bernardus; Ut sedes gratiæ præparetur, aliter enim non vi-*

C

*Bernardus super missus est.*

*derot omnis caro salutare Dei.*

*Exponitur Esaie 2. 10. cus de Beata Virgine, ex loco. Luce 1. Cassiod. ibi.*

IN

I N  
V I G I L I A N A T I V I -  
T A T I S D O M I N I .

*E V A N G E L I V M , E X C A P .*  
*primo Matthæi.*

*Cum esset desponsata Mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in utero habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam: Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est: pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*

E X P L A N A T I O   L I T E R Æ .

**V**I SSE inter Iosephum & Virginem Deiparam, verum matrimonium, ratum tantummodo, & nequaquam consummatum, in confessio est apud omnes ferè Patres, & Ecclesiæ Doctores; ita namque intelligendi sunt, qui dicunt Ioseph non fuisse Beatæ Virginis omnino virum, (sed putatuum) quemadmodum & Christi non verus, sed putatius Pater fuit; ita loquitur Bernardus homilia 2. super missus est, ybi sic

A *habet. Nec vir Matris, nec filii Pater Ioseph extitit; quamvis utrumque ad tempus, & appellatus sit, & putatus: Ita ferè loquitur Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 12. ita Hieronymus aduersus Heluidium; ita Hilarius ad caput 1. Matthæi; ita Cyprianus de Passione Domini; ita Nissenus in oratione de Natuitate; ita Nicephorus libro 1. capite 17. qui omnes non B ita intelligendi sunt, ac si dicant non fuisse Ioseph Beatæ Virginis virum, seu maritum: illis enim verbis solum intendunt probare illibatam intemperatæ Virginis puritatem; neque eius*

cum sancto Ioseph matrimoniu consummatum fuisse, sed ratum: quod satis est ad hoc, ut verè vir eius fuerit, & verè maritus, ut clarè ostendit, docetque Ambrosius libro de institutione Virginis cap. 6. vbi sic ait. *Cum iniciatur coniugium, tunc coniugii nomen asciscitur; non enim defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis; quando tungitur puella, coniugium est, non autē quādo viri admixtione cognoscitur.* Hæc Ambrosius, unde cautè legenda sunt Bernardi verba superiùs apposita. Nam aliter Ioseph pueri Iesu Patris nōmen accepit, aliter Mariæ viri: Patet enim Christi tantummodo putatiuus fuit, verus autem Virginis vir, illaque illius vera vxor; copula enim non est de essentia matrimonii, ut ex Ambroso ostensum est, & ut latè ostendit Franc. Chartagena torn. 2. homilia 1. libri 4. de sacris arcans. De tempore vero, quo eadem Beata Virgo inuenta fuerit à Ioseph sposo suo habens in utero de Spiritu sancto, inter eosdem Patres, & Ecclesiæ Doctores grauis quæstio est, fuerit nè antequam Beata Virgo in sponsi sui esset potestate, & antequam cum eo sub eodem esset tecto, & domicilio, an postquam illi iam esset omnino tradita, nuptiisque celebratis, in propriâ Ioseph domum fuerit adducta.

Nondū Ioseph fuisse traditâ tenet Simon Casianus ad ea. Matth. 1. Cayeta. ad 3. par. D. Tho. 2. capite 161. Abulésis ad caput Matthæi 1. Cayetanus ad 3. pat. diui Thomæ quæst. 39. articulo 2. Baronius tomo 1. Annalium: suam probant prefati Patres sententiâ. Primo ex verbis Matthæi, hoc eodem capite: *Antequam conuenirent, quod ipsi sic intelligunt, ac si dixerit Evangelista*

Sacer: *Antequam simul habitarent 2. ex verbis Angeli ad Ioseph. Noli Ioseph timere accipere Mariam coniugem tuam.* Ergo (inferunt) nondū in coniugem illam acceperat in domum propriam, sed cum promissi tantum erant adinuicem, suo tempore coniungendi, ac in idem domicilium conueniendi. Tertiò probatur hæc eadem opinio à Cayetano, ex illis Lucæ verbis hoc eodem capite. *Mansit autem Maria cum Elisa- bet, quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.* Non ita loquetur Evangelista (ait Cayetanus) si iam Beata Virgo simul cum Ioseph sposo suo in ipsius domo habitaret; sed potius diceret, *Et reuersa est in domum Ioseph sponsi sui:* Neque sic, qui putet debile esse hoc Cayetani fundimentum; stante enim communi sacræ Scripturæ loquendi modo, magnam vim habet argumentum; nunquam enim domum, sive domicilium coniugum à muliere, sed à viro semper consuevit nominari. Quod quamquam ex multis eiusdem sacræ Scripturæ locis confirmati possit, evidenter confirmatur ex hoc eodem Lucæ capite, vbi cum facilius foret dicere, *Exurgens Maria, &c. & intrauit in domum Elisabet, & salutavit eam;* Non tamen sic, sed notanter dixit, *intravit in domum Zachariae, & salutavit Elisabet.* Unde si Beata Virgo iam cum Ioseph simul habitaret, ex consequenti dicere debuerat, *Et reuersa est in domum Ioseph sponsi sui.*

D Contrariam tamen sententiam tenent grauissimi Patres, iam scilicet Beatam Virginem simul cum castissimo sposo suo Ioseph sub eodem tecto, eodemque domicilio habitasse, cum de Spiritu sancto concepit, & cum Elisabet visitatura abiit in montana; & postquam inde regressa est; tunc autem, tempotis decursu triū nep̄ mensium, intumescente iam Virginis ven-

*Apponitur  
equū funda-  
mentum.*

*Domiciliū  
non a mul-  
liere, sed à  
viro deno-  
minare co-  
suevit sa-  
cta pagina,  
& probatur,  
ex loco E-  
uāgeliū Lu-  
ca cap. 1.*

*Iam Beatam  
Virginem Ioseph  
fuisse  
traditâ, quâ-  
do inuenta  
est habens  
in utero, qui  
senserint: nō  
pè Bonaventu-  
ra lib. medita-  
tionum cap. 6.  
D. Tho. 3. p.  
q. 29. art. 2.  
Nicephorus. lib.  
1. cap. 8.*

*Auctor Imperf. ad hunc locū, item & Chrysostom. Apponitur corū fundamen-*  
*ventre, à Ioseph sposo suo inuen-*  
*tam fuisse grauidam. Huius senten-*  
*tiæ sunt duo illa rutilantia Ecclesiæ*  
*lumina Bonaventura noster lib. me-*  
*ditationum cap. 6. & diuus Thomas*  
*3. par. quæst. 29. art. 2. Accadunt Ni-*  
*cephorus lib. 1. cap. 8. Author Imper-*  
*fecti ad illa verba, Antequam conue-*  
*nirent. Eiusdem denique sententiae*  
*est Chrysostomus ad eundem locum:*  
*quorum fundamentum adeò solidū*  
*est, ut euerti minimè possit. Si Beata*  
*Virgo (inquiunt prefati Patres) quan-*  
*do concepit de Spiritu sancto, non*  
*dum esset Ioseph tradita, & si adhuc*  
*in eius non esset maritali potestate,*  
*non benè prouisum esset illius hono-*  
*ri, & famæ omnes enim tunc possent*  
*de illa sinistrè suspicari, cum priùs fe-*  
*tam viderint, quām proprio viro tra-*  
*ditam: insuper & necessarium esset,*  
*ut eius honori consuleretur, & ut*  
*omnium cordibus Angelus loquere-*  
*tur, sicut Ioseph cordi loquutus fuit,*  
*nè intemerata, & omnium castissima*  
*Virgo, corrupta, & incontinens ha-*  
*beretur. Appono diuī Thomæ verba*  
*loci superiùs allegati, quibus hæc*  
*D. Tho. ubi supra.*  
*sententia solidatur. Dico quod Beata*  
*Virgo quando concepit, & inuenta est*  
*habens de Spiritu sancto; non solum erat*  
*Ioseph despensata, sed quod etiam erat*  
*domi habita: nam sicut ea, qua in domo*  
*viri concepit, intelligitur conceptio ma-*  
*ritalis, sic ea, qua extra domum viri con-*  
*cepit, est suspecta coniunctio; & ita non*  
*esset sufficienter prouisum fame Beatae*  
*Virginis per hoc, quod fuit despensata: D.*  
*Beata Virgo, nisi etiam fuisse domi habita. Nè tamē*  
*estet Ioseph aliquid non purum, non castum, ac*  
*tradita, quād de Spiritu sancto cō-*  
*suscipiter, aduertit idē D. Thomas;*  
*cepit, nō tamē Prius Virginem de Spiritu sancto conce-*  
*perit, adhuc etiā illo pisse, quām nuptias cum sposo suo*  
*desponsata, castissimo celebrasse. Quāquam (in-*  
*quit) esset domi habita, propter pri-*  
*D. Tho. ubi mam desponsationis fidem; nondum ta-*  
*men interuenerat solemnis nuptiarum*  
*celebratio. Reddit autem rationē di-*

*lus Bernardus homilia 2. super mis-*  
*sus est, ob quam Beata Virgo ante*  
*nuppiarum celebrationē Ioseph spō-*  
*so suo tradita fuerit, & cum eo in ca-*  
*dem iam domo manscrit: Quia (in-*  
*quit) Iudaorū mos erat, ut à die despō-*  
*sationis suæ, usque ad tempus nuptiarū,*  
*sponsis sponsa traderentur custodienda,*  
*quatenus earum ipsi, co sibi pudicitiam*  
*curiosius seruarent, quo sibi ipsi fideles*  
*existerent, & si Ioseph Mariæ conver-*  
*sationem, tempore custodia studiosius cō-*  
*probando, factus est illius pudicitia fi-*  
*delissimas testis. Hæc Bernardus: te-*  
*nendum igitur est Beatam Virginem*  
*iam in domo Ioseph sponsi sui fuisse,*  
*ac sub eius tutela, patrocino, & curas*  
*quando de Spiritu sancto concepit,*  
*& quando postea inuenta est graui-*  
*da.*  
*C* Ad illa verò verba. *Antequam*  
*conuenirent, ex quibus argumentum*  
*cōficiunt alterius opinionis factores,*  
*dices, non sic esse intelligenda, ac si*  
*dixerit Euangelista, *antequam simul**

*habitarent; Sed potius idem valere,*  
*ac si dixerit: *Antequam coirent con-**

*jugali congressu: Aduertendum ta-*  
*men est, non indè inferri Heluidii*  
*contra Intemeratæ Virginis perpe-*  
*tuam virginitatem falsam illatio-*  
*nem, quod postea cum Ioseph ca-*  
*stissima Virgo maritali congressu cō-*  
*ueniret; ut satis cordatè, ac piè Hiero-*  
*ronymus obseruauit dicens. Ex iis*  
*verbis, *Antequam conuenirent, non se-**

*quitur, quod postea conuenirent; sed*  
*scriptura, quod factum non sit, ostendit:*  
*Apparet equidem Heluidii impii cō-*  
*sequutionis falsitas, in mille aliis huic*  
*similibus. Nauis à procella obruta est,*  
*antequam portum appulerit: ergo postea*  
*portum appulit; falsa illatio. Petrus non*  
*comedit, antequam mortuus fuit: ergo*  
*postquam mortuus est comedit, falsa*  
*illatio. Petrus non cognovit uxorem*  
*suam antequam moreretur, ergo cog-*  
*novit illam postea quām mortua fuit;*  
*falsa illatio. Antequam igitur marita-*

*Iudorum*  
*mos puellas*  
*tradere cu-*  
*stodiendas vi-*  
*ris, cū qui-*  
*bus postea*  
*collocandæ*  
*erat, ex Ber-*  
*nar. ho. 2. su-*  
*per missas est*

*Exponuntur*  
*Euangelistæ*  
*verba. Ante-*  
*quam con-*  
*uenirent.*

*Neq; ex illi-*  
*lis infertur,*  
*quod postea*  
*cōveniret, ex*  
*Hier. ad ca.*  
*1. Matth.*

*Euerterat*  
*falsa Hele-*  
*di illatio cō*  
*tra Inteme-*  
*ratæ Virgi-*  
*nis puritatem.*

li congressu Ioseph cum Beata Virgine conueniret, inuenta est habens de A Spiritu sancto; Neque ex eo sequitur, quod postea sic conuenerint; id est maritali congressu.

*Luca cap. 1.*

Euerititur fundamētu Patrū sentiētiū, nondum Beatā Virgi- nē fuisse in potestate Ioseph, quādo de Spiritu sancto con- cepit.

*Genes. 24.*

*Iudicum 4.* perueni ad tentorium Iabel uxoris Ha- ber Cine; Vnde mirum non est dixisse Euangelistam, reuersam esse Mariam in domum suam; idem enim voluit dicere, ac si dixisset, reuersa est in domum suam, in qua cum sponso suo habitabat.

Circa quo animum, vo- luerit Virgi- nem dimis- tere Ioseph variat Patres

Quidā sen- tiūt, ex hu- militate.

*Lucas cap. 5.*

Bern. bo. 2. super missus est, istius est opinionis.

Ad Cayetani verò argumentum, ex illis Euangelistae verbis. Reuersa est Maria in domum suam. Dices parū, aut vt melius dicam) nihil vrgere, nā in illa materia, modo sic; modo sic loquitur Scriptura sacra: nam Geneseos in cap. 24. superstite adhuc Bathuele Patre, ait Sacer cōtextus, quod quicquid Rebecca audiuit ab Eliezer Abrahami seruo, retulerit in domo matris suæ. Cucurrit itaque puella, & nuntiauit in domo matris suæ omnia, quæ audierat; Similiter, & libri Iudicum in cap. 4. dicitur. Syvara autem fugiens

perueni ad tentorium Iabel uxoris Ha- ber Cine; Vnde mirum non est dixisse Euangelistam, reuersam esse Mariam in domum suam; idem enim voluit dicere, ac si dixisset, reuersa est in domum suam, in qua cum sponso suo habitabat.

Hoc de tempore, in quo Beata Virgo ab sponso suo Ioseph grauida inuenta est: Maior autem difficultas est circa animum, quo Ioseph voluerit Virginem occulte dimittere; variant enim, immo discedunt adiunici in hoc Patres; dicunt enim non nulli, hanc Ioseph de Virgine dimittenda cogitationem; ex veneratione, & humilitate prouenisse; quoniam (vt ipsi putant) virtutem, & sublimitatem mysterii cognoscēs, indignum se Virginis consortio iudicabat; vt postea Petro contigit; qui (vt Lucas 5. dicitur) agnoscens in Christo diuinitatem, dixit. Recede à me Domine, quoniam ego peccator sum: Hac Ioseph mentis interpretationem, vt communem ponit Bernardus hom. 2. super missus est, vbi sic habet: Accipe in hoc non meam, sed Patrum sententiam propter hoc voluisse Ioseph dimittere Virginem; propter quod Pe-

trus Dominum à se pellebat dicens: Exi à me Domine, quia homo peccator sum; & propter quod Centurio à domo sua eum prohibebat, Matth. 3. ita etiam Ioseph indignum, & peccatorem se reputans, icebat intra se, à tali, ac tanta non debere sibi ultra familiare præstari contubernium; cuius supra se mirabilem expauescebat dignitatem.


Vnde autem, aut quomodo Ioseph mysterium hoc à saeculis absconditū intellexit, non eodem modo sentiunt B isti Patres; aliqui enim dicunt, fuisse ei statim, vt Virgo concepit, ab Angelo reuelatum, quod contextui Euangelico obuiari videtur (meo saltem iudicio.) Alii verò, inter quos est Vigerius, dicunt, id rimatum fuisse Ioseph, ex fulgenti Virginis vultus splendore, post diuini Verbi in eius vtero incarnationem grauissimorum Patrū est opinio supraposita; nam eam sequuntur Origenes, Basilius, Theophilatus, Vigerius, Gerson, & multi alii.

Huic sententiæ libetissimè assentrem, si contextui Euangelico omnino obuiari non putarem, qui expressè ait, Angelum Iosepho mysterium reuelasse, postquam ipse de Virgine dimittenda cogitauit; & tunc illi dixisse Mariam de Spiritu sancto concepisse: Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Nam si iam Angelus reuelaret, & ex humilitate Ioseph facere vellet, dixisset profecto Angelus; Non ex eo dimittas, quia de Spiritu sancto concepit. Sed dixit: Ideo non dimittas, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est: nam illud enim causale est, & hunc facit sensum, Ne Mariam timeas accipere conjugem, eo quod eius videoas tumescensem vterum; non enim ex viro, sed de Spiritu sancto concepit; Sic superni nuntii verba exponit Chrysostomus: Non solum (inquit) illicio non est violata complexu; verum etiam super naturam facundata est;

Quo nitan-  
tui fundame-  
to Patres fu-  
prapositæ se  
tentia: Orig.  
nemp̄ bo. 1.  
ex diuersis,  
Basil. bo. de  
huma. Chri-  
sti generat.  
Theophil. ad  
hunc locum,  
Gerson ro. 4.  
de institu-  
tione feb̄i san-  
cti Ioseph.

Non sciuit  
Ioseph Vir-  
gine de Spi-  
ritu sancto  
concepisse,  
nisi postquā  
hic illi retu-  
lit Angelus,  
ex Chrysost.  
ex Euseb.  
ad hunc locū,  
& ex Aug.  
ser. de verbis  
Domini.

*e/; Vnde potius tenendum puto, sanctum Ioseph ab oculorum evidentia persuasum, aliquid mali de Maria fuisse suspicatum, quamquam ab eius pudicitia, & morum probitate impeditum, omnino non assentisse, & ut in re adeo graui à veritate non aberraret, medium illud excogitasse, dimittendi (scilicet) eam occulte: sic sentiunt Chrysostomus, sic Augustinus, sic Nicephorus, sic Ambrosius.*



## AD ILLA SACRI CONTEXTUSVERBA. Matth. i.

*Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph.*

## ANNOTATIO I. MORALIS.

*Adeo sinistrum est hominum iudicium, vt illa etiam, quæ optima sunt, velari necesse sit, vt eorum calumniam possint euadere.*

**D**Vm Signiniensis Bruno Genesius librū exponeret, ad caputq; 24. deueniret, in quo de Rebeccæ cōnubio agitur; maximè expendendum iudicauit locum illum eiusdem capitatis in quo, quid egerit puella, refert sacra pagina, vbi primum Isaac ad se properantem conspexit. *Tollens ciò pallium suum operuit s; vel vt vertunt nonnulli; operuit s; peplo, est autem peplum tenuissimum operimentum, quo mulieres consueuerunt operire caput, & vultum; quod Hispani dicūt: toca fina: Operuit itaq; Rebecca vultum, quando primo ab sponso suo Isaac erat conspicienda: admiratur de facto magnopere præfatus Pater, cum præsertim cōsiderat ea, quæ de pueræ pulchritudine eodem capite Sacer contextus refert. Puella (inquit) decora nimis, virgoque pulcherrima. Si*

Expendit  
locus Gen.  
24. à Brun.  
Quid sit pe-  
plum.

Ibidem.

ergo pulchra nimis, & decora erat Rebecca, cur vultū operuit cū primō ab sponso suo erat inspicienda? & respondens ait: *Id certè, vel ex ingenia pudicitia fecit; vel fortassis quia venita est, nè de sua pulchritudine sinistre sentiret Isaac; nam sinistrum semper etiā de optimis quibusque rebus hominum iudicium esse solet;* Hæc ille: velat itaq; Rebecca optimum donum naturæ, vt hominum calumniam possit evadere.

Huc tendit illa Regii Psalmis de- *psalm. 16.*  
B precatio Psalmo 16. *De vultu tuo iudicium meum prodeat; oculi tui videant aquitatem; Quæ Psalmistæ verba, sic legit Hieronymus: De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi enim tui vident rectitudinem, seu recte vident;* Ac si dicat, ab oculis tuis desidero, vt conspiciantur opera mea; quia æquè iudicas vnumquodq; opus, sicut est: homines verò ita perperam, præpostere, & peruersè de rebus iudicium proferunt, vt etiam ea, quæ recta, & optima sunt, ab eorum iudicio abscondere conueniat, & velari.

Postquam Moyses opus tabernaculi ex auro, & argento ab artificibus peritissimis fabricari iussit, ornarique cortinis de bysso retorta, & hyacintho, & purpura, cocoque bis tincto; totum tandem opus arietum pellibus cooperiri præcepit. *Fecit (inquit Exodi 36. 1) operium tabernaculi de pellibus arietum:* Expendit locum Oleaster, & causam inquirit, ob quam Moyses adeo perfectū opus cooperire præceperit; neq; voluerit, vt in omnium esset conspectu? & rationem reddens ait. *Nemus quisque pro libito de opere, Dei prescripto fabricato suam ferret sententiam; nam homines non secundum quod est iudicant, sed secundum quod sentiunt.* Hæc ille: voluit itaq; Moyses illius Hispaniæ prouerbii experientiam euitare: *Al que haze la casa en la plaza, unos le dizen que es alta, y otros, que es baxa.*

Ita

*Brun. Signi-  
ad locum.*

*Hieronymi  
lectio.*

*Expendit  
locus ab O-  
leaastro.*

Ita equidem euenit, vt neque illa, quæ perfectissima sunt euadere pos- A fint humanorum iudicierum calum- niam, vnde velari potius conuenit, quam patefieri.

Eadem omnino rationem tibi reddent Patres, si causam ab eis inquiras, ob quam Moyses ex Dei præscripto apposuerit velum ante Dei arcum, quæ omni lapide pretioso orna-ta erat, & ex incorruptibili mate- ria constructa, adeoque impensè, & apprimè elaborata, vt nihil in ea nō perfectissimum, nihil non admirabile conspiceretur; ait tamen contextus Sacer. Cumque Moyses intulisset arcā Neq; diuina, & sācta vultus exponatur iudicio examina- na. in tabernaculum testimonii, appendit ante eam velum, vt exploraret Domini ius- sionem. Nè (inquit idem quem supe- oculorū iudicio exami- na) retulimus Author) perfectissimū Dei opus humanorum iudiciorum pate- ret incurvisbus.

Optimè etiam, & venitè satis hūc sacræ Scripturæ locum, atque Moy- sis factum ad præsentis Euāgelii verba, & ad eius mysterium adducit Se- bastianus Barradas tomo 1. suæ con- cordiæ Euāgelicæ lib. 8. cap. 7. cuius apponam verba ipsissima, quibus ostē dit, ex eo voluisse Deum ex Virgine nasci despontata, vt matrimonium illud castissimum quoddam esset, quasi velum cooperiens altissimum diuini verbi incarnationis mysteriū in vtero virginali. Quamquam ( in- quirit ) diuinissimum hoc opus supra omnis creati intellectus esset men- suram; quamquam ita spectabile, ita omnibus numeris absolutum; quam- que Virginis pudicitia ita esset omni- bus nota, & præsertim Templi Sacer- D dotibus, quorum apud omnem po- pulum grauissima erat authoritas; ta- men illam hominum oculis expone- re noluit Dominus, nisi matrimonii velo coopertam, ne eorum calumniā incurreret, sicut cætera omnia solent incurtere.

*Ante illam veteris testamenti arcam*

(ait supra citatus Author) fulgenti au- ro intus, forisque contextam velum ex hyacintho, purpura, byssoque pulchra va- rietate contextum appendebatur; in hoc verò Matthæi Euāngelio, ante nobilio- rem alias arcam, idest, Deiparam Virgi- nem spiritali auro intus, forisque radian- tem pulchrius aliud velum admirabilio- ri varietate contextum appendebatur. Cum esset ( ait Euāngelista ) despontata Ma- ria Ioseph. Quid hoc est: quid Virgini cum sposo? Quid Deipara cum matri- moniorum velum est matrimonium ante ar- cam, idest, intemeratam Virginem, appen- dum, quo virginitatis illius fulgor, & incarnationis altissimum mysterium co- tegitur, honorque defenditur: quis enim Deiparam grauidā cernens, illibatae vir- ginitatis decus illi tribueret?

Ob eandem, quam assignauimus rationem, ait Ambrosius fuisse hoc matrimonii velo, Dei arcum, idest Mariam Virginem, coopertam; ita enim habet initio libri secūdi in Lu- cam: *Desponsata Virgo fuit, ne temerare virginitatis aduraretur infamia, cui gra- uis aliis corrupte videbatur insigne preferre. Sciebat Dominus teneram esse Virginis, & lubricam famam pudoris, cooperitur igitur virginitas grauida pal- lio matrimonii; oportet enim sanctos & ab his bonum testimonium habere, qui foris sunt.*

Adaptantur  
loci addu-  
cta cōtextui  
Euāngelio à  
Sebastia. Bar-  
radas in sua  
concordie to.  
1. lib. 8. cap. 7

Beata Virgo  
sponsata, in  
arca velo  
cooperto a-  
dumbrata, ex  
Amb. lib. 2.  
in Lucam.

## AD ILLA SACRI CON- textus verba. Matth. cap. 1.

*Inuenta est in vtero habens de Spi-  
ritu sancto.*

## ANNOTATIO II.

*Intemerata Virginis vterus empireo  
cælo amplior, & capacior, aeterniq;  
Patris intellectus quodammodo  
emulator.*

**V**T primæ propositi asserti partis veritatem ostendam, priùs mihi necel-

Psalm. 103.

Augustini  
Psalmi loci  
interpretatio.Varia loci  
versio, qua  
de celo sy-  
dere docet  
intelligi.Cassiodori  
loci interpre-  
tatio de ce-  
lo empireo.Conuenit  
glosa inter-  
ior cū Casi-  
siodoro.Psal. 35.  
Aug ibi, per  
homines sā  
tos viros  
intelligit, &  
per iumenta  
peccatores.Conuenit cū  
Augu. Bern.  
sermo. 15. in  
Canticis.Fulēgii Psal-  
mi præcitatii  
interpretatio.

necessarium est, illius versiculi Psalmi 103. sensum elucidare: *Amictus lumen sicut vestimentum, qui extendis cælum sicut pellem,* &c. Qui Psalmi versiculus variè, à variis interpretatur: nam diuus Augustinus, & Incognitus de Ecclesiæ extensione per Apostolorum prædicationem explicat. *Extendens cælos sicut pellem*, idest, *Apostolos per mundum ad prædicandum gentibus*, ait Augustinus. Alii qui loco cœli, *cortinam* legunt, cœlum sydemum intelligunt; quod Dominus super ingentem hanc mundi machinā, tanquam quandam cortinam, seu velamentum expandit. Cassiodorus de celo empireo propria Dei, & beatorū sede locum interpretatur, quod idè Deum sicut pellem extendisse dicitur, quia in eo publicanos, & meretrices admittit: *Nam (inquit) cum sint per iustitiam cœli iustorum; facti sunt & gratia largitate peccantium.* Cum Cassiodoro conuenit Interlinealis, quæ super verbum extendens, habet charitate, ac si dicat, *charitas tua extendit cœlos, vsq; ad publicanos, & peccatores;* quod idem est, ac illud, quod in Psalmo 35. dixerat: *Homines, & iumenta saluabis Domine quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus;* vbi nomine hominum sanctos viros, nomine autem iumentorum peccatores intellexit, Augustinus ad hunc Psalmi locum, & tractatu 30. in Ioannem; item Bernardus sermone 15. in Canticis: omitto breuitatis catifa alia horum verborum, *extendens cælum,* &c. de iusti anima apud Cassiodorū, expositionem; quæ per Dei gratiam ampliatur ad maiora beneficia capescenda.

Venio itaque ad Fulēgii, & aliorū multorum mentem, qui hunc citati Psalmi locū interpretantur de Christo Seruatore, post ascensionem, empireum cœlum ingrediente; de quo euentu sic illud Psalmi vigesimi tertii intelligitur à quam plurimis.

*Attollite portas Principes vestras, & ele-  
vamini porta aternales, & introibit Rex gloria.* Nam, ut ibi obseruat Iustinus, & Author operis imperfecti, idem valent præcita verba; *Attollite portas, & elevamini portas,* atque si dicere tur maiores efficite oporta; quod ad pōpam, & maiestatem pertinet ingredi-  
entis: sicut igitur hic portæ ampliari, maioresque effici iubetur, ut Christum ingredientem capere valeant; sic cœlum empireum extēdere Patri necessarium fuisse dicitur ad hoc, ut eundem Christum capere posset; *vt magnitudo ingredientis offendat portas elevari, cœlumque extendi iubentur,* ait Fulengius: *Iuvat hic exempli gratia illud Philippi Macedonis Magni Alexандri Patris afferre; qui dum filiā super equum pompatice equitatem, suamque magnitudinem ostēante, viderit, fertur dixisse. Atrum quare Regnum, quando te Macedonia capere non potest.*

Ad intētum iam accedamus, adeò amplius, adeòque capax fuit Virginis vterus, ut quem cœli capere non poterant, ipse caperet, nulla intētim extentione indigenis, nihil laxatus, aut præruptus, ut sanctus Pater Ambro-  
fius libro de institutione Virginis cap. 7. diligenter obseruavit dicens. *Mansit intētem etiam claustrum pado-  
ris, & innolata integratatis duranere signacula, cum extrei ex Virgine, cuius magnitudinem cœli comprehendere non possunt.*

Adstipulatur Epiphanius sermo-  
ne de laudibus Virginis; vbi sic ait; *O uterum impollatum, qui Deam incom-  
prehensum, in te verè comprehendens por-  
tasti! O uterum cœlo ampliorem, qui Deū in te non coarctasti! O uterum, qui cœlū est septem circulis constans, & capacior illis existis! O uterum cœlis sublimiore, atque latiore!* Hæc Epiphanius, & multa alia in hanc sententiam, inter quæ Epiphanius verba, illud præcipue obseruo, vocati nempē cœlum Virginis

Psalm. 33.  
Veboū in-  
terpretatio,  
ex Iustino,  
& ex Au-  
re operis Im-  
perfecti.Philippi A-  
lexandri Pa-  
tris dictum.Amb. lib. de  
inst. Virg.  
cap. 7.Vterus Vir-  
ginis cœla  
capacior, &  
amplior, ex  
Epiphane de  
laudib. Virg.

nis vterum; neque vlo alio nomine melius potuit vteri Virginei sanctitas, ac puritas, quam celi schemate, declarari; de quo ita Apocalypsis in cap. 21. sub nomine ciuitatis supernae.

*Accomo-  
datur locus,  
Aporal. c. 21.  
Virginis vte-  
ro.*

*Non intrabit in eam aliquod coquinatum, aut abominationem faciens, aut medacium; Quæ omnia apprimè conueniunt Virginis vtero, in quo nihil non purum, nihil non sanctum intrauit; vnde illud æterni Patris ad filium Psalm. 109. In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te, ubi in Hebreo sic. Ex vtero sanctitatum, quasi innuēs æternus Pater Virginis vterum, ad instar cœli, esse proprium sanctitatis, & puritatis locum: est itē in cœlo tanquam in proprio loco, ipsa Deitas cum personarū distinctione; fuit etiam in vtero Virginis ipsa Deitas, cum eorundem personarum distinctione Pater scilicet disponendo, Spiritus sanctus operando, & filius incarnando; vt sermone de Virginis Nativitate obseruauit Bernardus dicens.*

*In Virginis vtero habitavit Pater, ut Creator in mundo, Imperator in Regno, Pater familias in domo; Spiritus sanctus, ut Pontifex in Templo; Filius, ut sponsus in thalamo; iuxta Davidicum dictum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo: Quid ne defuit*

*Virginis vtero, vt cœlum esset? Angelorum fortassis præsentia, & continuum ministerium? audi Spiritum sanctum, nūquam defuisse attestantē. Venter tuus, sicut aceruns tritici vallatus liliis, Canticorum 7. Vbi liliorum nomine, ex Ambrosii sententia ad caput Lucæ 12. Angelos conuenit intelligere, explicās enim ibi illa Christi verba, Considerate lilia agri, &c. sic habet: Verè istius mundi flores, & lilia, Angelī sunt; quia eorum claritatibus ornatur mundus, & bonum odorem sanctificationis aspirant. Nihil igitur defuit Virginis vtero, vt verè cœlum esset, vt potè, qui ipso cœlo capacior extitit, nihil coquinatum admisit,*

*Canticorum 7. Vbi liliorum nomine, ex Ambrosii sententia ad caput Lucæ 12. Angelos conuenit intelligere, explicās enim ibi illa Christi verba, Considerate lilia agri, &c. sic habet: Verè istius mundi flores, & lilia, Angelī sunt; quia eorum claritatibus ornatur mundus, & bonum odorem sanctificationis aspirant. Nihil igitur defuit Virginis vtero, vt verè cœlum esset, vt potè, qui ipso cœlo capacior extitit, nihil coquinatum admisit,*

*Angeli liliorum nomine designati: ex Ambr. ad caput Lue. 12. Omnes Empirei cœli piazogatianas habuit Virginis vterus.*

A Deitatem cum personarum distinctione continuuit, Angelorumque obsequio fuit continuò custoditus.

Altius adhuc, & sublimius de Virginei vteri præstantia nobis philosophandum est, vt secundam nostri assumpti partem comprobemus; fuisse nempe Virginis aluum, æterni Patris fæcudissimi intellectus quodammodo æmulatorē: & in eo humanam Christi generationem, diuini verbi generationis sumpsisse similitudinē; nam si in fæcundissimo Patris intellectu, absque Matre genitum est Verbum; in fæcundissimo virginis vtero, absque Patre genitus est Christus.

Vt autem faciliorem, & clariorem reddamus hanc, de materia adeò subtili disputationem, aduertendū prius est, fæcundissimum æterni Patris intellectum, in aliquibus sacrae Scripturae locis, vterum appellari, & præcipue in illo Psalmi 109. Ex vtero ante luciferum genui te; quem locum de diuina Verbi generatione, frequenter quā de humana intelligūt Patres. Dicitur autem ex vtero Patris genitum, nostro loquendi more, quemadmodum dicitur ex corde Patris productum, videlicet ex intellectu; accōmodat enim se Scriptura sacra captui nostro, vt (in oratione cōtra Arianos) Athanasius aduertit dicens. Consuetudo est sacrae Scripturae humanitū ea, quæ supra hominem sunt, loqui, & significare.

D Quo posito accedamus iam ad id, in quo Virginis vterus fæcundissimum Patris æterni intellectum æmulator est, pro quo aduertendū est, maximū esse discriimen inter modum, quo intellectus noster gignit aliquem conceptum, & modum, quo suum conceptum, idest Verbum generat Pater, nam intellectus noster, veluti vterus recipit formas intelligibiles ab obiecto; illisque receptis, veluti ex semine, gignit conceptum; at verò æternus Pater, nulla recepta imagine in-

*Virginis vte-  
rus Patris  
intellectus  
æmulator.*

*Psalm. 109.  
Locus fre-  
quentius de  
divina, quā  
de humana  
Christi ge-  
neratione  
intelligitur.  
Accomo-  
dat se Scri-  
ptura sacra  
nostrī loquē-  
di morti.*

*Discri-  
men,  
quod reperi-  
tur, inter Pa-  
tris intel-  
lectum, & hu-  
manum in  
modo con-  
cipiendi.*

intelligibili ex sola essentia sua, imaginis rationem obtinente, & in infinito intellectus vtero recepta, infinitum gignit Verbum, se ipsum intelligens; generat igitur diuinus intellectus filium, absq; aliquo alieno. Ecce ergo iam habes, in quo Deiparæ virtus diuinum, & secundum Patris intellectum æmuletur: genuit enim Christum ex purissimis sui ipsius sanguinibus ab Spiritu sancto præparatis, absque viri commixtione, & absq; alieno semine; quid igitur mirum est, si Virginis vterum cœlum sit, qui diuinum intellectum ita æmulatur, vt si ex illo Verbum, absque matre, prodidit; ex hoc prodiuit Christus, absq; patre.

Verbum, ex diuino intellectu absque matre: Christus ex Virginis vtero, absque patre.

vtrumq; audierat; nihil mali de quibusvis cogitās. Rem (inquit Sacer contextus) tacitus considerabat. Admiratur præfatus pater, cur non assentierit Pater, neque fratribus Ioseph, ipsū de augurandi crimen incusantibus, neque ipso Iosepho fratres de crimen pessimo accusanti; & respondens ait. Ne temerè iustas senex, de quoquam iudicaret, iudicium distulit; trutinanda *Ibidem.* enim sunt, quæ de alieno honore, vel audiuntur, ut cogitamus.

Inter omnes, viri iusti, proprietates, quæ ab Esaia referuntur cap. 33. hanc, de qua nobis sermo est, maxime commendabilem illum facere, ait Hieronymus. Qui claudit oculos suos, ne videat malum: Fælix (inquit Hieronymus) iusti conscientia, quæ metis oculos claudit, nè aliquid videat, quod sinistre indicet de proximo sui; Vbi annedit Procopius potius velle iustum proprii intellectus actione priuari, quam se in occasionem iniicere, sinistre aliquem iudicandi; quæ maiorum occasio reperiri potuit, sinistre iudicandi, quam illa, quæ se obtulit Christi Apostolis, quando à ciuitate Samaritanorum regressi Magistrū suum cum muliere solum loquentem inuenierunt: Ioannis 4. Miserat illos omnes in ciuitatem, vt cibos emerent, cum sufficerent duo solus remansit, & cum muliere Samaritana loquenter repererunt; mirantur de euentu (vt Sacer Euangelista obseruat;) Tamen (ait ad locum Augustinus) malū non sunt suspiciati; Quid mirum? iusti erant, à iustorum autem conscientia longè alienum est, de proximis aliquid sinistre iudicare.

Optima mihi in hanc sententiam visa est, quædam Strabonis obseruatio ad illa Christi Seruatoris verba, Matth. 5. Si quis te percussiter in dextera, præbe illi alteram: Dubitat præfatus Pater de Verbis Dominicis, & ait. Cur non dixit Dominus præbe ei sinistram, sed alteram dexteram? Nam alte-

Trutinanda sunt, quæ de aliis, aut audiuntur, ut cogitamus.  
*Isa. 33.*

Hieronymus ibi potius vult iustas proprii intellectus, i actione priuari, quam sinistri aliquid de proximo cogitare, ex Procop.

*Ioan. 4.*

*Ibidem.*

*Augustibid.*  
A iustorum conscientia longè alienum sinistre de proximo iudicare.

*Matth. 5.*  
Vir iustus nihil debet habere sinistrum, ex Strab. ad e.s. Matth.

### AD ILLA SACRI contextus verba. Matthei cap. 1.

*Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam.*

### ANNOTATIO III.

*De alieno honore temerè iudicare, à iustorum conscientia longè alienum; immo, eorundem maximè proprium, proximorum defectus occultare.*

*P*rimam huius asserti partē probat Martyr Bertarius ex his, quæ referuntur, Genesis in cap. 32. accidisse, inter Jacob, & filios suos, Ioseph, & reliquos eius fratres; dixit Ioseph se somniasse eleuari manipulum suū, super parentum, ac suorum fratrum manipulos, ex quo statim fratres, augurem, & somniatorem illum reputarunt; accusauit item Ioseph fratres suos de crimen pessimo; at Pater, qui

*Genes. 32.*  
Discutitur locus à Ber-  
tatio, dub.  
29.

alteram dextram habent multa exēplaria,) & respondens dubitationi ait. A ideo dixit, quia vir iustus, nihil debet habere sinistrum, neque opus, neque intentionem: Apparet equidem ex hoc clarè, cur Joseph nihil sinistrum de Virgine iudicauerit, quia scilicet (vt statim aduertit Euangelista) iustus erat, iustus autem sinistram non habet intentionem.

Hæc equidem iusti proprietas clariorem, & illustriorem reddit sanctissimi Deiparæ sponsi iustitiam, ac animi puritatem; nam (vt ad hunc Matthæi locum obseruant Hieronymus, & auctor operis Imperfecti) nūquam induxit in animum intemeratam Virginem aliquid dishonestum commisisse; neque eius venter, quotidie intumescentes illum ab hac conscientiæ puritate potuit disturbare;

immò oculos mentis suæ claudere studebat, nè perperam de Virgine iudicaret; audiamus Patres. Non sibi persuasum fuit (inquit Hieronymus) à Virgine commissum esse adulterium, sed admiratus rem silentio suppressebat. Item & Imperfecti Author; Quia (inquit) vita Mariae consideratio, maculam suspicari de ea non sinebat; Conceptio autem aliud indicabat; inter utrasq; partes fluctuabat Joseph, &c. Consonanter Augustinus sermone de Natiuitate. Estuabat Joseph secum disputans; si prodo, vitium incredulitatis incurro; si taceo, malo consentio: circa quæ Augustini verba obseruatione digna sunt illa, Si prodo, vitium incredulitatis incurro. Quibus praefatus Pater ostendit, apud Iustos, & Sanctos viros, vitium, seu crimen esse assentiri alicui rei, quæ in detrimentum vergat honoris alicuius, quamquam ipsi met oculis intueantur.

*Psalm. 118. Verio Symachi.* Concinit illud Davidicum Psalm. 118. Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum; ubi sic Interlinealis, suum opprobrium dixi; quod fuerit male de aliis suspicatus: Symachus vertit.

Dedecus meum; quo ostenditur, quā longè sit à Iustorum conscientia temere, seu male de proximo suspicari; id enim non, (vt qualemque aliud peccatum effugient,) sed vt peccatum propriæ conscientiæ infamatorum, & dedecoratum; id enim secundū verbi proprietatem significat, Opprobrium: seu Dedecus, (vt vertit Symachus;) vndè Anasthasius Episcopus Nicææ in quæstionibus sacræ Scripturæ ait; Qui iustum iniustum temere iudicat, abominabilis est apud Deum: Vitium quoque insciū appellat Nazianzenus iudicium de aliorum vita temerarium facere; Temeritas in iudicando (ait ipse oratione 21.) insciū soboles.

Quanta autem animi solitudine effugiant viri iusti sinistre de quois suspicari, facile intelliget, qui verba quædam Dorothæi Abbatis disquisuerit, quæ ipse habet in suarum doctrinarum tractatu; doctrina 9. Mendaces (inquit) sunt suspiciones; & omnibus habensibus nocent, vndè si mihi cogitatio dicat, solem esse solem, & tenebras esse tenebras, non credam: Perpetuite verba; possunt enim Virginis sponso sanctissimo aptissimè accommodari; luce enim solis clarius videbat Virginis vterum in dies intumescere, & tamen (secundum citatos Patres) nihil perperam de Virgine cogitabat; seu quid mali suspicabatur, cui iure competit illud ad Romanos 1.

*Ad Rom. 1. 118. ex fide viuit. Si præsertim locus iste, ita intelligatur, seu explicetur, si- cut illum explicat ac intelligit Julianus Toletanus Archiepiscopus lib. 1. contra Iudeos; ubi sic ait. Quomodo iustus ex fide viuit; nisi non videndo, quod credit, & non credendo, quod videt, sed contra illud, quod videt? Benè contra illud, quod videbat, credebat Joseph Virginis puritati, & nihil male de illa suspicabatur? Accipe in hæc sententiam, oris aurei, aurea verba. Magis (inquit) credebat Joseph Marie casti-*

Temerè de proximo iudicare, apud Deum abominabile est, ex Anasthas. in questionibus est in infelicitate, ex Nazian. orat. 21

Suspiciones fecerunt mentituntur, ex Dorothæ. Abba in doctrinarum tract. doct. 9.

*Ad Rom. 1. 118. ex fide viuit. Si præsertim locus iste, ita intelligatur, seu explicetur, si- cut illum explicat ac intelligit Julianus Toletanus Archiepiscopus lib. 1. contra Iudeos; ubi sic ait. Quomodo iustus ex fide viuit; nisi non videndo, quod credit, & non credendo, quod videt, sed contra illud, quod videt? Benè contra illud, quod videbat, credebat Joseph Virginis puritati, & nihil male de illa suspicabatur? Accipe in hæc sententiam, oris aurei, aurea verba. Magis (inquit) credebat Joseph Marie casti-*

Chrysost. ad cap. Matt. 1. Optimum Joseph Virginis sponsi encomium.

*castitati, quām vtero intumescenti, & plus gratiæ, quām naturæ; conceptionem videbat, & fornicationem non suspicabatur; facilius enim credebat Virginem, sine viro posse concipere, quām Mariam posse peccare.*

*Quid mitum, iustus cum esset iustorum enim proprium est de proximis suis nihil mali suspicari, eorumque defectus non solum non prodere, sed occultare; quia cum iustitia, quæ virtus quedam omnibus communis est probis tota pendat à charitate; charitas autem (vt Proverbiorum 10. Sapiens attestatur) vniuersa delicta operire consuescat. Vniuersa (inquit) delicta operit charitas. Cogit ipsa viros iustos, aut (vt melius loquar) docet eos proximorum defectus (quoad possunt, ) operire, ac occultare; ad hanc enim virorum iustorum proprietatem referenda esse superius adducta Salomonis verba docet Lyranus noster ad hunc locum dicens: Ideo dixit Salomon, quia charitatis proprium est, comprehensa delicta*

*Illustratur locus ab Hugo Cardinali, qui disquirens, & explicans eadem Sapientis verba, adducit illud Esaiæ 28. Breue pallium dnos simul operire non potest, aitque, ideo charitatem pallium dici; quia quemadmodū pallium corporis deformitates cooperit; ita charitas proximorum defectus: Operit (inquit) charitas delicta proximorum, ut pallium defectus corporis. Vnde idem Cardinalis, de eximia Dei in peccatores charitate intelligit, explicatque illud Ezechielis 16. Expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam.*

*Sub indicauit Christus Dominus hanc iustorum proprietatem in illa filii Prodigii Parabola, Lucæ 15. (vt Chrysologus obseruauit) in illis præfertim verbis. Cum autem videret eum Pater à longè, misericordia motus est, &*

*occurrit, & cecidit super collum eius, dicit ad seruos; citò afferte stolā primam, & induite illum. Ponderat præfatus Pater, verba illa: Cecidit super collum <sup>Ibidem.</sup> eius, & per illa rimatur hanc (de qua loquimur) iustorum proprietatem; nō enim dixit Christus Dominus amplexatus est eum; sed dixit cecidit super collum eius; quasi innuēs fecisse Patrem ex se ipso filii nuditatis operimentū, nè, quām esset squalidus, à seruis videretur. Ruit amplexu (ait Chrysologus) nè undaret filii crimina, & hinc est, quod non videri à seruis prius voluit, quām vestiri. Hæc ille.*

*Acceperunt ab ipso veritatis Magistro viri iusti hanc certissimam doctrinam, qui proximorum defectus, non solum præcepit operire, dicens Matthæi 18. Si peccauerit in te*

*frater tuus, corripi eum inter te, & ipsum*

*solum; Sed adiecit insuper adiunctiones, & miracula, vt tegeret: appono*

*miraculum, & adiunctionem statim apponam: iudicauit semel Chri-*

*stus Dominus necessarium esse Phari-*

*sæis mulierem adulteram accusan-*

*tibus sua eorum crimina ante oculos*

*ponere. Inclinans se digito scribebat in*

*terra, (ait Ioannes suæ historiæ Eu-*

*angelicæ in capite 8.) Conueniunt om-*

*nies ferè Patres in eo, quod scripse-*

*rit, dissentient in scribendi modo,*

*non autem est huius loci hanc li-*

*tem ditimere, adhærere tantum pla-*

*cet diuo Patri nostro, Seraphicoque*

*Doctori Bonaventuræ, ac nostro si-*

*mul Lyrano, qui dicunt nequaquam*

*Christum Dominum literas effor-*

*massæ in terra, sed digito figurasse,*

*nè illorum hominum peccata pate-*

*rent, vel vniūs peccatum ab alio*

*legeretur; & ideo ita efformasse ca-*

*racteres, vt ex illis unusquisque*

*propria tantum crimina, & non*

*alterius, intelligeret. Nonnè perpeditis*

*curiosè Lector? vtitur duplicatis mira-*

*culis, vt tegat Pharisæorū crimina:*

*Chrysol. ubi  
supra.*

*Ex cogitauit  
Christus ad  
inventiones,  
& fecit mi-  
racula, vt  
nostris de-  
fectus occul-  
tarer.*

*Ioann. 8.*

*D. Bonauen-  
t. lib. vita Chri-  
sti cap. 68.*

*Lyra ad cap. 10. put. Ioann. 8.* Si queritur (inquit Lyra) quomodo Christus scribebat? dicendum est, quod literas non efformabat, sed diuina virtute signa potuit facere; quae unicuique eorum ostenderet sua propria peccata, & non aliena, quae ab aliis non videbantur. Vtitur itaque Deus miraculis, ut cœlet, & occultet aliena peccata.

Vtitur Christus ad inuentionibus, in cuius rei comprobationem, illum circa Iudæ nefarium cogitatum, omnibus notum euentum discutere necesse est, quem cap. 13. suæ Euangelicæ historiæ narrat Ioannes. Amen dico vobis (inquit Christus,) quia unus ex vobis tradet me; Dubitat Author glosæ Ordinariæ de causa, cur Christus non diuulgauerit traditorem; nè suspicandi de aliquo alio Discipulo occasionem daret; & ait tales agnouisse Christum suorum Discipulorum conscientias, quæ nihil mali de quoquam cogitarent, & ex istius rei euentu eius mentem confirmauit; nullus enim de alio, sed unus quisque de se ipso execrandum hoc malum suspicatus est. Cœperunt enim singuli dicere. Nunquid ego sum Dominus? Tandem ratione in assignans idem Author, cur Dominus proditionem non diuulgauerit, sed vniuersaliter dixerit. Unus vestrum tradet me; sic ait. Mittit crimen in turbam, nè reuelaret abominandam personam: Non ne vides humanissimè Lector, Christum Dominum ad inuentionem querentem, vt sui proditionis scelus occultet? Attende (queso) subtilius, adhuc aliquid in euentu experieris. Fretus Ioannes Christi in se dilectione, Petrique persuasu impulsus Magistrum interrogat, dicens. Domine quis es? Ecce Æterni Patris Sapientia, quasi fluctuans (si ita loqui fas est) vrgebat enim lex amoris, quæ verè dilecto, aliquid occultare non permittebat; vt probat locus ille Genesis 18. Nunquid celare potero? A-

Ibidem.

Ibidem.  
Glos. ibi.

Ibidem.

Genes. 18.

Abraham, quæ gesturus sum? Instabat, & lex ab eodem Christo lata, si pecauerit in te frater tuus, corripe eum interte, & ipsum solum Matth. 18. Quid igitur faciendum? quod à diuina Sapientia excogitandum medium erat, vt in neutro deficeret? Discipulo dilecto dixit. Cui ego intrinctum panem porrexero, &c. & cū intinxisset panē, dedit Iude Iscariotæ. Ecce satisfecit veræ dilectionis legis; sed dices, non satisfactum est legi secreti: audi eundem Ioannem: Nemo (inquit) sciuit

Ibidem.

B discubentium, dices sic esse verba intelligenda, ac si dixerit: Nemo praeter me sciuit. Audi Chrysostomum. Nec Ioannes (inquit) ipse intellexit. Quomodo igitur fieri potuit, quod (dato Ioanni signo) non intellexerit? dicam ex mente Brunonis. Quia vt amoris legi satisfaceret, signum dedit, vt legem secreti non frangeret, Discipulimentem dulci somno sopiri fecit, & sic in nullo defecit. Nonnè vides Deum non solum miracula facere, sed & ad inuentiones moliri, nè alienum crimen reueleret?

Nemini reuelauit Christus Iude Iesus, ex Chrysost. ad hunc locum.

C Quomodo salvanguis, quod Ioannus non reuelaverit, ex Brnone.

Iustorum omnium iustissimum imitatus est Iustus, celando Mariæ sponsæ suæ conceptum; vt sanctus Euangeliſta Matthæus testatus est, dicens. Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.

D Nemini puto abs re videri, si ad huius annotationis calcem dubitationem quandam diluam, quæ ex suprapositis verbis oriri potest: Ioseph (inquit contextus Sacer) cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam: Nam (vt Pater Petrus Chrysologus obseruat) ex hoc facto potius Ioseph pius dicendus fuit, quam iustus; potius namque pietate commotus, quam iustitia ductus, volebat Beatam Virginem sponsam suā occultè dimittere, ne lapidaretur, vt adultera: enim uero

uerò aliter se se debebat gerere, si secundum legis iustitiam vellet procedere; illam neimpè ad lapidandum tradere: Cur igitur, qui à lege ob pietatem declinat, iustus potius nominatur, quām pius? apponam Chrysologi solutionem ipsissima illius verba referendo. *Quomodo ( inquit ) iustus, qui sponsa conceptum duxit non discuteret? qui suspecti non exquirit causam pudoris & coniugii famam non vindicat, sed requirit? hoc pio magis videtur conuenire, quām iusto.* Et respondens statim ait. Sed humano iudicio, non Diuino; penes enim Deum, neque pietas, sine iustitia est, neque sine pietate iustitia: equitas sine bonitate sicutia est, & iustitia sine pietate crudelitas; vnde Ioseph meritò iustus, quia pius, & meritò pius, quia iustus, dum pietatem cogitat, crudelitate caret, dum causam temperat, iudicium custodinit, dum vindictam differt, crimen temeritatis evanit. *Aestuabat animus sanctus negotii nouitate perculsus. Stabat sponsa prægnans, sed virgo: stabat vestita materno munere; sed non honore virginitatis exclusa. Sponsus quid faceret ad ista? accusaret de crimine? Sed erat ipse innocentiae testis. Culpam diceret? sed erat ipse custos pudoris. Vrgeret adulterium? sed erat virginitatis assertor: cogitabat dimittere occultè; quia non poterat, vel foris prodere; vel intus, quod euenerat, continere, sed dicit Deo totum; quia quod hominibus diceret, non habebat: tunc concludit tandem præfatus Pater, & ait. Et nos fratres quoties res turbat; fallit spectus: Facit color negotii interna nescire. Declinemus iudicium, subtrahamus sententiam, dicimus Deo totum; nè dum forte facilè innocentem gestimus in pœnam, ipsi nobis noxiā sententiam proferamus.*

Hæc omnia Petrus Chrysologus ser. 145.

A

CIRCA ILLA SACRI CONTEXTUS VERBA.  
Matth. cap. I.

Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis lo- seph, dicens, &c.

## ANNOTATIO IV.

B Temerè & defacili dicunt iniusti, quicquid cogitant; cogitant iusti impèse, quicquid dicunt.

**O**bseruari iure solet à Patribus, iustiùsq; loci expositoribus, Iosephum nemini successum indicasse, neminem de illo consuluisse, neq; Virginem ipsam interrogasse. *Vidit globo* perfectum, eximiaque probitatis virum, qui deprehensam uxorem granidam, nec ab ea, quid expostulauerit, neque apud aliquem questus fuerit, sed rem apud se tantum perpendit. *Seu verbum aliquod protulisse, sed secum tantummodo tacitè cogitasse, & expendisse,* vt Sacer Euangelista notanter obseruauit dicens.

**C**ogitare idem est, atque consilium agitare, seu corde, atque intellectu astuare: Agitabat igitur vir iustus, ac prudens (circa euentum) consilium; astuabat intellectu, nihil tamen ore promebat, immo ponebat ori suo custodiā, vt non delinqueret in lingua sua; præmeditare enim, & impensè cogitare solent viri timorati, & iusti, quicquid dicant, iniusti verò, & imprudētes, temerè proferre quicquid cogitant.

Glos. bibl.

Cogitare idem est, atq; intel lectu astuare, ex Hilar. ad Psal. 118.

Disquiritur  
locus Eccles.  
c. 31. à Lyra.

*In ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientum os illorū, (ait Sapiēs Ecclesiastici 31.) quæ quidem verba disquirenda sunt, vt verus eius sensus attingatur; adeò enim dubia sunt, vt improoria videantur; quomodo enim cor in ore, & os in corde sit, non facile intelligitur; neque enim lingua cor habet, neq; cor linguam: breuiter, ac compendiosè diluit Lyranus noster difficultatem dicens, seu explicans, qui sint, qui cor habeant in lingua; & qui linguam in corde: *In ore (inquit) fatuorum cor illorum; quia statim pronuntiant, quicquid cogitant: in corde autem sapientum os illorum; quia nihil pronuntiant, nisi precedente bona deliberatione.* Hinc fundamen tum sumpserunt Hispanici illi duo loquendi modi, de homine enim loquaci, & qui facillimè protrumpit in verba, dicūt, *Teneys el corazón muy cerca la boca: De homine verò sensato, & qui præmeditantè loquitur, dicunt: Es menejter un mōn proprio de su Santidad, para le sacar una palabra del pecho.**

Exponitur idē locus ab Hugo Cardinalis eadē verba Ecclesiastici dicens. *Verba improborum, prius sunt ad linguam, quām ad limam; quia sunt precipites ad loquendum, nec attendunt, quid loquantur, sed quām citō cogitatio est in corde, tām citō loquio est in ore: iusti autem viri, & pii prius cogitant, & deliberant, quæ loquuntur;* Consonat Bernardus in suo speculo Monachorum, vbi sic ait; *Verba prius bis debent venire ad limam, quām semel ad linguam.* Ostendens autem ibi, quæ sit verborum lima, qua prius sunt adæquanda, & polienda, quām proferenda, considerationem, & meditationem esse ait, quibus intellectus cogitando, & meditando verba examinat, antequam ad os dirigat.

Nunc aliqua Dauidis verba pate-

Quæ sit ver-  
borum lima,  
ex Bern. ubi  
supra.

A bunt, quæ videbantur aliquantulum obscura. *Dixi (inquit Psalm. 38.) Custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.* Impropria videtur loquio; quid enim cum linguae delicto viarum custodia? si dixisset: Custodiam vias meas, vt non delinquam pedibus meis, propriū loqui videotur; lubricant enim in via pedes, & delinquunt, vt appareat Thrænorum 4. *Lubricauerunt vestigia nostra, Numer. 4. seu pedes nostri in via, ait contextus Sacerdotum; at verò pedum delictum, siue B lubricationem linguae imponi, quid nouum est, & inauditum: facilè tamē dubium diluunt Euthymius, & Nicephorus; qui ita legunt. Dixi, obseruabo sermones meos, vt nō delinquam in lingua mea.* Cōsonat Hieronymus, qui sequētia verba: *Posui ori meo custodiam;* sic legit; *Custodiri os meum silentio.* Delinquunt igitur iniusti in lingua sua, quia non obseruant sermones suos, sed quicquid excogitant, liberè proferunt: non delinquunt verò iusti viri, & timorati; quia multoties prius verba ducunt ad limam cogitationis, quām ad exercitium oris: *Lingua parcè vti praelarum est, atque ad loquendum studium adhibere, neque ea, quæ in mentem veniunt, statim proferre, verum ea semel, iterumque cogitare,* ait Gregorius ad c. 5. Ecclesiastes.

D Persistamus in Dauidis metaphora. *Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.* Quid est vias custodire, nisi obseruare offendicula; vel præcipitia, nè periculose ruamus (ait Signinensis Bruno) quid igitur erit obseruare sermones (vt legit Euthymius) nisi verba pondere, nè labamur in linguae crimen? *Periculostor enim est lapsus oris, quām pedis; isto enim cadis in terram; illo cadis in infernum,* ait idem Bruno homilia de casu luciferi: in hunc etiam ferè modū explicat Ambrosius eandem

Discutitur  
verba Psal-  
mistæ & sal-  
38. ab Euthy.  
et Nicepho.

Euthym. &  
N. cept. led.

Hieron. lect.

Greg. ad ca-  
put s. Eccles.

Quid sit vias  
custodire, ex  
Brun ad huc  
Psal. & quid  
sit obseruare  
sermones ex  
codem.

Psalm. 38.

dem Dauidis metaphoram, dicens.

*Amb. ad eū  
de 1 Psal. locū.*

*Quia, huinsmodi lapsu, ruerere timebat A  
Dauid, legem sibi taciturnitatis impo-  
suit, dicens; posui ori meo custodiam, vt  
non delinquam in lingua mea. Ex qui-  
bus patet, idem esse custodire vias  
linguae, nè delinquit; atque verba in  
corde, seu in mente retinere, nè fa-  
cile, & sine meditatione proferan-  
tur; hoc iustos facere (ait Sapiens) il-  
lis verbis. In corde sapientum os illo-  
rum, addè retentum est, ne facile ver-  
ba proferat, & absque iudicio, & con-  
sideratione:*

*Quid habeat  
mystētii, p̄cepisse Do-  
mīnū, nè illi  
offerentur a-  
nimālia, que  
nō rumināt,  
ex Theod. ad  
cap. 11. Lxvi.  
strictè præcepit Domi-  
nus Moysi, Leuitici in cap. 11. nè  
animalia, quæ non ruminant, man-  
ducaret populus, & nè sibi in sacri-  
ficia offerentur: dubitant Patres  
de hac Dei iussione; parū namq; aut  
nihil interesse videtur, quod his, vel  
illis carnibus vescerentur; vel quod  
vel illa animalia sacrificarentur, cum  
in sacrificiis plus ad offerentis ani-  
mum semper attenderit Deus, quām  
ad id, quod offerebatur: Respon-  
det Theodoreetus, id potius man-  
dasse Deum propter significatum,  
quām propter hæc, vel illa anima-  
lia; ideoque non sibi complacuisse  
in animalibus, quæ non ruminant,  
sed in illis, quæ ruminant; quia per  
illa homines, qui non cogitant, quæ  
loquuntur; per hæc verò illi, qui  
quod in mentem venit, semel, ite-  
rumque considerant, designantur:  
*Sum (inquit Theodoreetus) per ani-  
malia, que ruminant, homines perfecti  
designati, qui quæ audiunt, aut loquan-  
tur, impensè meditantur, unde his uti D  
vult Deus, & ad suum obsequium appli-  
cari.**

*Non minorem poterant dubita-  
tionem causare illa etiam Dauidica  
verba, Psalm. 36. versu 30. Os iusti  
meditabitur Sapientiam; si iam non  
essent Patrum labore trita, & expo-  
sita: nam (vt obseruat Euthymius)  
meditatio, non est oris, sed cordis;*

*Psalm. 36.*

*Euthym. ibi.*

indicat ergo Vates Regius (ait idem  
Euthymius) priùs meditādum, quām  
loquendum; quod idem est, atque  
id, quod discussimus in principio  
istūs annotationis, ex Ecclesiastico.  
*In corde sapientum os illorum; Un-  
dè Remigius ad hunc Psalmi locum  
sic habet; quia os iusti meditatur sa-  
pientiam; ideo lingua eius loquetur cum  
iudicio, & consideratione; Is enim, vt  
multis placet, & istūs Psalmi sco-  
pus, ostendere nempè viros iustos,  
ac timoratos, præmeditatione, men-*

*B tisque agitatione ponderare res, an-  
tequam de illis sententiam profe-  
rant, vt præcipue Ruffinus obserua-  
uit dicens. Quicquid sermone iustus  
profert, non nisi premeditatus id facit,  
ita vt nihil ex ore ipsius audiatur, non  
sapiens, non prudens, non iustum; quia  
totus incumbit in cognoscenda veri-  
tate.*

*C Quid simile de prudenti, & iusto  
Virginis sponso protestatur Eu-  
angelista, dum ait. Hac eo cogitante,*

*Matt. 13.*

*idest, mentis trutina ponderante se-  
mel, iterumque cogitante, & disquiren-  
te, nihil tamen ore proferente, atque  
linguae suæ vias custodiente; nè delinqueret in Virginem; quām eti  
pregnantem videbat, pudicam tamē,  
benēq; morigeratā agnoscebat, quæ  
omnia mente cogitans, nihil ore pro-  
ferebat. Ex quo factō, & ex Virgini-  
nis Intemeratæ contubernio, non  
tantum iusti, sed & beati nomen  
acepit. Secundum illud Ecclesia-*

*Joseph p̄-  
ret Virginis  
cōtuberniū,  
& propter  
taciturnitatē  
beatus, ex  
Eccles. cap. 5.*

*stici 5. Beatus vir, qui habitat cum  
muliere sensata, & qui lin-  
gua sua non est  
lapsus.*



CIRCA EADEM SA-  
cri contextus verba.

*Matth. cap. i.*

*Hec autem eo cogitante, ecce Angelus  
Domini apparuit in somnis Ioseph,  
dicens. Noli timere accipere  
Mariam coniugem  
tuam, &c.*

ANNOTATIO V.

*Obmutescit innocentia in sui defen-  
sione, utpote quæ Deum cognoscit  
auxiliatorem, & defensorem.*

**D**ubitari etiam à Patribus solet cur Beata Virgo de divini Verbi incarnationis Ioseph sponsum suū mysterio non fecerit certiorem; varii variè respondent; quidam, inter quos est Chrysostomus, dicunt; ideo non fecisse, quia existimabat Ioseph non esse crediturum. Alii dicunt, quia nō ausa est reuelare Dei secretum à sæculis abscōditum. Tacebat, & occultabat donum Dei ( ait ad hunc locum Landulphus Cartusiensis ) volens potius vilis, & mala reputari, quā tale donum propalare, & de se aliquid loqui, quod ad iactantiam vide-retur pertinere. Alii denique, inter quos sunt diuus Augustinus, diuus Thomas, & Cayetanus; ideo dicunt non reuelasse; quia se, honoremque suum Deo magnæ curæ esse sciebat, ad illumque potius, quam ad se spe-ctare rei veritatē patefacere; suumq; honorē, & puritatem, ab omni prorsus suspicione seruare incolumem: neque eam sua fefellit opinio: *Ecce enim Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Obmutuit itaq; Virgo innocētissima, ne-*

*Landulph.  
Aug. D. Th. o.  
& Cayeta.  
ad huc loci.*

**A** que se corā spōso defēdere intēauit, quia certò sciebat Deū innocētū de-fensorem esse, atque auxiliatorem. Innuit hanc, quam innocentes, & iusti in Deo debent habere fiduciam Moyses, Exod. in cap. 14. cum filiis Israel in mortis angustia constitutis, ob p̄äsentiam Pharaonis eos inse-quentis, dixit: *Nolite timere, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, du-bitant Origenes hom. 5. in Exodum, & Lyranus noster ad hunc locum. Quid commune habeat, tacere, cum B pugnare; cum illud fiat ore, hoc ar-mis; nam quod dixerit Moyses ad se-dandos Israelitarum animos pertur-batos, quod Dominus pugnaturus, sit pro ipsis, benè est; sed quod taceat ipsi, dubium est; optimè Lyra. In tan-tū voluit, ut Deum defensorem ag-noscerent, suamque in eo fiduciam collocarēt, ut nec vnum quidē ver-bum in suam defensionem ex-pendere; est enim ipse adiutor in tribula-tionibus opportunus, ad eumq; spe-ctat ex munere, innocentes prote-gere, ac liberare, absque eo quod ipsi nec minimū quoddam Verbum in sui defensionem expendant: id enim subindicant verba Moysis: *Ipse pug-nabit, & vos tacebitis, quasi dicat (inquit Lyranus) Nolite timere, quia auxilium Dei, quod est fortius, adest vobis, ita quod nec pugnare, neque etiam loqui ne-cesse erit vobis; neque minus ad inten-tum Origenes, qui iustorū, & innocētū beatitudinem ponit, in animi certitudine, quia ipsi in Deum proii-ciunt causam suam, & sui honoris defensionem; sic enim habet loco citato: *Beatus ille, qui sic tentationes, ac tribulationes excipit, ut nulla ei de se-dulo Dei auxilio cogitatio ambiguitatis obrepat.***

*Exod. 14.  
Difficul-  
tut locus ab  
Origine, &  
à Lyrano, &  
exponitur.*

*Psalms. 9.*

*Exod 14.  
Lyran. ibid.*

*Origen. ibid.*

**D** Competit perquam maximè Vir-gini Deiparæ, Beatam ab omni-bus nationibus dici, propter fir-mam, quam in Deo collocauit spem de sui pudoris defensione, ne-que

Beata Virgo ab omnibus nationibus, ideo dicta Beata, quia se tota Dei comit prouidentia, ex Bruno. hom. de Verbi In- carnat. que vnum quidem Verbum circa negotium proferenti, vt homilia de Verbi æterni cōceptione obseruauit Episcopus Signiniensis, dicens: *Dei prouidentia se, honoremque suum Beata Virgo commisit; quia sciebat magnam ei curam esse de illo, nec decepta est; adfuit enim cordi confidenti Deus.*

*Genes. 39.  
Ioseph. lib. 1.  
antiq.*

Pueri Ioseph in Deo fiducia, & Dei erga illum prouidetia.

*Amb. lib. de  
Ioseph. cap. 5.*

Oleast. ad c.  
*Genes. 39.*

Malunt innocentes tacere, & reos haberi, quā suā causam defendere.

Accusatur Ioseph de crimine adulterii; clamat adultera, casti, & innocentis pueri pallium ostendit in testem; marito persuadere nititur crimen, quod falso Dei seruo imponebit; ipse tamen tacet, neque minimo quodam verbo suum honorem, innocentiamque tueri intentat; obseruat euentum Iosephus, lib. 1. antiquitat. & ait: *Ioseph innocentiam suam Deo comittens, neque defendere curauit, neq; rem, ut gesta erat, indicare; sed vinculum necessitatem tacitus ferens, vna se hac spe consolabatur, & sustentabat, nimurum potentiorem esse Deum iis, qui se vincerent, & tunc annexit idem Iosephus: & sanè sp̄ sua nequaquam frustratus, mox Dei singularem erga se prouidentiam expertus est: disquirit quoque Ambrosius innocentis iuuenis taciturnitatem, & ait maioris meriti fuisse suam pudicitiam non defendere, & per carceris squallorē transire, quā ipsam pudicitiam sine aliquo periculo seruare: Beatiorem (inquit) Iosephum dixerim, quando tacitus in carcerem mittebatur, inaudita causa, & eius inexplorata fide, quā ex ipsa tantum pudicitia obseruata; inde enim Dominus eum in carcerem nō deseruit: eandem hanc eiusdem innocentis pueri taciturnitatem, in proprio honore tuendo perpendit Oleaster, & ex ea nostri asserti infert probationem, dicens: *Quae vim intulit, & iniuriosa fuit, conqueritur; qui autem damna patitur, tacet, neq; peccatum saltem semel excusat: tūc addit, solent qui nimis innocentes sunt tacere, & malūt se reos estimari, quā causam suā defendere, quia Deū nouerunt suā cause defensorē.**

Adinuenit etiam Augustinus lib. A 1. de ciuitate Dei, cap. 19. nostri assumpti probationem; nam dum ibi Lucretiae factum narrat, quē se ipsam ocedit, vt suam apud suos pudicitia testatam faceret, & cum Susannæ facto componit, qui nullam apud homines suā etiam pudicitiae excusationem tulit, sed (vt ait contextus sacer Daniel 13.) *Erat cor eius fiducia habens in Deum;* incusat igitur Lucretiam Augustinus, quia fiduciam suā, pudicitiaeque defensionem verbis, & B factis ostentare conata est, & laudat Susannam, quia tacuit, & quia solo Deo, sui honoris causa commisit. *Habent verē innocentes* (vt ait Augustinus) *intus gloriam castitatis testimonium conscientiae, habent autem idē testimonium coram oculis Dei sui, neque requirūt amplius;* ne deuient ab spe promissionis diuinæ, vt deuident offensionē suspicionis humanae; est igitur posita verē innocentiae laus in eo, quod soli Deo cognita sit, & ab eo solum tueri confidat: prosequitur idem argumentum idē Pater Augustinus serm. 118. de tempore, & ait: *Susanna inimicos suos tunc superauit; non enim apud Danielē in sermone tuitio fuit, sed innocentia, pro illa tacēte eloquuta est coram Domino Deo suo.*

*Oculi mei semper ad Dominum Psalm. 24.*  
(ait Regius Psaltes) *quoniam ipse euillet de laqueo pedes meos; dubitat Cassiodorus, & merito, de modo loquendi, & ait: Quomodo fieri potest, vt evadat laqueos, qui oculos sursum tollit?* qui laqueos ante pedes positos non intuetur in illos irruere, aut in fouetū intus incidere solet: & respōdens statim obiectio ait: *Cognoscitur in hoc pulcherrime facto diversitas; nam si ad Dominū oculos lenamus, id est, si spem, & fiduciam nostrā in ipso ponimus, ipse ab omni nos offensione reddit alienos.* Adhuc conuenientius Augustinus ad eundem Psalmi locum: *Non timeam (inquit) periculosi, dum homines non in- tueror,*

Componit August. li. 1. de ciuitate Dei, cap. 19. factū Lucretiae, cū factō Susannæ, quā longè illustriorem iudicat, & cur.

Daniel. 13.

*August. ubi supr.*

*Idem Aug. serm. 118. de tempor.*

Disquisitur locus à Cal- lidoro, & ab Augusti- no.

tueor, sed Deum; quoniam ille, quem intueor, & in quens colloco spem meam, A cuellet de laqueis pedes meos: Mundi itaque pericula non timet, qui totam spem suam in Deo ponit; ponunt iusti, ideo nihil verentur, neque de se ipsis sunt solliciti.

Impensè cogitat Chrysostomus, Petrum quietè dormientem, ipsa nocte diem antecedente, qua erat vita priuandus, quod his verbis profert contextus sacer, Actuum in cap.

*Actuum 12. 12. Cum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte, erat Petrus dormiens inter duos milites, vinculis catenis duabus, &c. Vide (inquit Chrysostomus ad hunc locum, & in expositione Epistolæ ad Ephesios) Petrum dormientem, & nequaquam in mentis agone constitutum, ipsa nocte, qua eum tradidurus erat Herodes, dormiebat, & statim causam annesit, dicens. Totam causam proiecerat in Deum; unde ipse securè dormiebat: Deus verò suæ innocentie custos, neque dormitabat, neque dormiebat.*

Securitas, &  
confidentia  
innocentium  
proprietates.

Esaia 53.

Matth. 27.  
Amb. ser. 49.  
de accusatio  
Christo apud  
Pilatum.

Est equidem hæc innocentis animi in Deo collocata securitas, quasi quedam proprietas; vnde silere, & obmutescere consuescant innocentes, cum ab improbis impetuntur, seu aliqua alia ratione periclitantur; sciunt enim Deum pro ipsis pugnaturum, neque indigere verbis suam ostentare, ac defensare innocentiam: in ipso innocentiae parente ostendit, illustratque Ambrosius hanc veritatem; nam illud, quod per Iсаiа os de illo erat prophetatum. *Tanquam agnus coram se tondente obmutescet. Cum apud Pilatum accusaretur, adimpleuit, ad quem cum Iudeus iniquus interrogaret, cur se ab impositis criminibus non excusabat, dicens. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Non respondit ei ad ullum verbum: Benè (inquit Ambrosius sermone 49. de accusato Christo apud Pilatum) Christus tacet, qui defensione non in-*

diget; est enim Pater, qui querit gloriam eius, innocentiamque tuerit.

Hanc eadem taciturnitatem, & innocentium in Deo sitam spem, omnibus nobis persuadere voluisse Regium Psalmem existimant Patres verbis illis Psalmi 36. *Reuelata Domino riam tuam, & spera in eo, & educet quasi lumen iustitiam tuam. Cirea quæ Psalmi verba (omissis multorum aliorum Patrum sententiis) Rickelii tantum apponā verba, valdè enim sunt nostro argumento concernentia, possuntque Intemeratæ Virgini, in cunctu, de quo agimus, satis convenienter adaptari. Expone (inquit præfatus Author) Deo indigentias tuas, seu afflictiones, sicut amico fidelissimo, futurum erit, ut proferat ipse in publicum, & velut lucernam statuat super candelabrum innocentiam tuam, quam pro humilitate tua latere voluisti; ita ut omnes qui viderint te, cognoscant, dicantque, quod semper sis, cui benedixit Dominus. Tacuit Beata Virgo iustitiam suam, pro humilitate sua; sed statuit eam Deus tanquam candelabrum in summæ dignitatis vertice, ita ut omnes cognoscamus, dicamusque. Hæc est illa purissima Virgo, cui benedixit Deus inter omnes mulieres, & præ ceteris.*

## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph.*

## ANNOTATIO VI.

*Somnus iustorum operosior, & certior, vigilia mundanorum & cur diuinna mysteria in somnis, ut plurimum, reuelentur?*

*Q*uàm fint à veritate alieni mundanorum hominum discursus, quàmque sit eorum inoperosa foli-

Psalm. 36.  
Rickelius ad  
hunc Psalmi  
locum.

Math. 28.

Hugo de  
claust. anime  
ad hunc locū

solicitudo, vigilia, & cura, infert Hugo de clauſtro animæ, ex vigilati cu-  
ra, & ſollicitudine, qua Phariſæorum Principes distracti ſunt, cum Serua-  
toris noſtri reſurrectionem obtegere ſunt conati; in illo namque euentu  
clarissimè oſtentum eſt, quām ſint  
à veritate alieni diſcurſus impiorum,  
quamque eorum vigiliæ inoperofæ;  
*In ſomnē duxerunt noctem* ( ait Hugo)  
apponendo cuſtodes, & illis pecunia pol-  
licendo, ut dicerent quod, iſpis dormien-  
tibus, veṇiſſent diſcipuli eius, & furati  
fuſſent corpus Ieſus: Tūc annexit idē  
Pater; *In vanum tamen laſſati ſunt, in*  
*vanum pecuniam expenderunt; nā exor-*  
*ti à mortis oceano iuſtitiae Solis radios*  
*obducere non potuerunt.*

Optimè diſtinguit Cassiodorus, inter impiorum, mundanorumque hominum vigiliam, ſollicitudinem, & curam, circa caduca huiusmodi bo-  
ba, & proficuum sanctorum ſom-  
num, tranquillamque, ac operofam  
quietem, qua dormientes circa res  
diuinæ occupantur; dum enim ver-  
ſiculum illum, Psalm. 75. diſquirit:  
*Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil in-*  
*uenerunt viſi diuiniſarū in manib⁹ ſuis,*  
expendens verba illa: *Somnum ſuum,*  
ſic ait: *Iuſti dormiētes in uigilani, ſom-*  
*nūque in bonis actionib⁹ habere con-*  
*fueſcent;* at verò mundanorum vigiliā  
benè ſomnum appellat Psaltes; quia vi-  
gilare, non eſt caduca perquirere; vnde  
benè addit ſuum, ut eos ab operofa que-  
te diſcerneret; nam eorum ſomnis fallax  
eſt, & decidere eos facit à cogitationi-  
bus ſuis.

Esſe autem iuſtorum quietem, &  
ſomnum operofum valdè, & certitu-  
dinem maximam, vt plurimum, con-  
tinere, ex multis ſacrae Scripturæ lo-  
cis inferunt Patres, & præſertim ex  
illo loco Genes. 28. vbi refert ſacra  
pagina omnia, quæ Iacob inter dor-  
miendum vidit, ſcalam nempe cœ-  
lum tangente, Angelos per eam  
aſcendentēs, & deſcendentēs, & ip-

sum Dominū in ſcalæ ſummitate co-  
ſtitutū; ex quo loco multa in noſtri  
aſſerti confirmationē cōgerunt Pa-  
tres, Ioannes ſcilicet Chryſtoſtomus  
homil. 54. in Genes. Clemens Ale-  
xandrinus ſui pædagogi in c. 9. Am-  
broſius lib. 2. de Iacob, & vita beata,  
D. Hieronymus lib. de cuſtodia vir-  
ginitatis: conſiderans enim Chryſtoſtomus  
puerum, qui talia inter dor-  
miendum, & ſomniandum vidit, ſic  
congruēter ait: *Plus iſte, & dormiens,*  
quām tota eius posteritas vigilaſ vidit:  
quaſi dixerit Hispanicē. *Mas ſupo*  
*dormiendo Iacob, que muchos eſtando*  
*despiertos;* quæ Chryſtoſomi verba,  
præterquam sancto Ioseph, Ioanni  
quoque Euangelistæ optimè poteris  
inter concionandum adaptare, ſupra  
pectus Domini præcipue dormienti;  
in hac enim, ibi ſumpta quiete, &  
dulei ſomno, plus mentis oculis vi-  
dit, quām reliqui Euangelistæ, qui  
multum in rebus à Christo gestis in-  
ſudarunt: de quo argumento vide  
multa in prologomenibus mearum  
in caput eiusdem Ioannis 13. anno-  
tationum, §. quod ſi in principio.

Optima vtitur citatus Clemens  
ſimilitudine, vt quām ſit sanctorum  
operofus ſomnus, oſtendat, vocat  
enim talium ſomnum; *Gymnaſium, in*  
*quo res diuina addiſcuntur, id eſt, diuini-*  
*nae reuelationes accipiuntur, & in-*  
*telliguntur; quemadmodum enim in*  
*gymnasio literarum ſtuorū* præceptorum  
dicta percipiunt, & ab  
illis edocentur; ita viſi ſancti, & iu-  
ſti, qui in lege Domini meditantur  
die, ac nocte, inter dormiendum, ta-  
quam in gymnaſio, à Deo accipiunt  
reuelationes, quibus in illius volun-  
tatis exequutione instruuntur: vnde  
colliges etiam lectos aureos, quædā  
eſſe quaſi ſepulchra, ad quæ cū quis  
venit, nihil omnino operatur; contra  
verò rudes, ac duros, in quibus viſi  
ſancti decumbere confuſent, eſſe  
quaſdam quaſi exercitatorias palæ-  
ſtras,

Iuſtorū ſom-  
nus gymna-  
ſium, in quo  
res diuinae  
addiſcuntur,  
ex Clement.  
Alexan. pa-  
dag. in c. 3.

Psalm. 1.

Lectuli au-  
rei mortuo-  
rum ſepul-  
chra, at du-  
ri, & rudes  
exereitato-  
rie palæſtræ.

stras, in quibus semper aliquid molitur, & operatur; vnde Ambros. loco A supra citato, Iacob super paumentū dormientem, & diuinā reuelationē inter somniandum accipiente, *bonum* appellat, *in somno operarium*; quoniam plus negotii peregit cum

*Iacob super humum cubans, & dormiens, bonus in somno operatus, ex Amb. vbi su. Sanctorum somnus oratio est, ex Hiero. supra.*

*B* Deo dormiendo, quām multi alii vigilando; dormiendo enim diuinā ab eo consolationes accepit, & suę generationis propagationem praeuidit: ex quo euentu fundamentum sumpsit etiam Pater Hieronymus, vt diceret, sanctos, & iustos viros, etiam inter dormiendum, deprecari; *Sanctis* (inquit) *ipse somnus est oratio, & deprecationis*: Reddit huius rei elegante rationem noster Lyra ad cap. 1. Matth. 1. Matthæi, dicens: *Quia anima iusti, clausis sensibus exterioribus, ad recipiendū Dei reuelationes magis est apta; non enim tunc impeditur ab occupatione sensuum, sed solum Deo vacat, & circa ipsum tantummodo occupatur.*

*C* Optimus in hanc sententiam est locus ille Cantic. 5. vbi postquā spōsa ad multam usq; noctem sponsum vigilans spectauit; se obdormisse te-

*statā est, dicens: Ego dormio, ne tamen aliquis intelligeret, ipsam ab sponsi sui desiderio, inter dormiendū vacare, statim annexit, dicens: (Cor meum vigilat) quasi dicat, ait Nicenus, corporis līcē sensus ab opere cessent, non tamen cordis erga sponsum desideria feriantur, sed continuata quadam vigilia, prestolantur absentem; vnde sanctorum somnum, & quietem sublimiorēm puto esse libertatem, non usitatam apud hæc inferiora; neque minus conuenienter Bernardus ad præfata sponsæ verba: *Quies (inquit) sponsæ dormitio est, quæ sensum non sopiat, sed abducat.**

*D* Justi homines Angelis exequuntur, & in quo ostendit Clemens Alex. loco citato. Perbellè quidem ab Alexandrino Clemente supra citato dictum est, hanc iustorum operosam quietem, & somnum, illos Angelis nunquam dormientibus exequare: *Animæ (inquit)*

interitus est, si ipsa apud se omnino quiescat, & ideo dum semper mete versans, & per continuam consuetudinem corpori vigilantiam inferens animam, exequat hominem Angelicæ gratie; quæ quidem Patris doctrina optimè accommodari potest sanctissimo Virginis sponso, cui ita familiare fuit, cum Angelo, inter dormiendum loqui de diuinis arcanis, vt plus negotii semper inter dormiendum egerit, quām cum esset spergefactus, ideoque iure optimo dicere potuit: *Ego dormio, cor eum vigilat:* quamquam enim corporis membra, aliquantulum feriari videantur, semper tamen circa virginis innocuae honoris defensionem mens mea inuigilat, semper cū Angelo de hoc negotio, & de ceteris diuini Verbi Incarnationis mysteriis sermocinor, sieque dormiendo inuigilo, & Angelis nunquam dormientibus exequor.

*E* Illustrari amplius poterit hoc argumentum versiculo illo Psalmi primi: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, &c. in lege Domini meditatur die, ac nocte: expendo Psalmi verba, die, ac nocte, & quæro, si iustus die, ac nocte in lege Domini meditari tenetur, quando illi quiescendū est? optimè respondet Fulengius ex verbis antecedentibus: In lege Domini fuit voluntas eius. Tunc (ait) quiescit, cum dormiens à legis meditatione non recedit, in qua posita eius voluntas est, ac animi sui quies; vnde si in lege Domini die, ac nocte non meditaretur, die, ac nocte non quiesceret; consonant Hilarius, Ambrosius, & Augusti, ad prædictati Psalmi verba: *Iustus nunquam à legis discedit prescripto, etiam cū dormit*, ait Hilarius; ex quo duo habes, Lector humanissime, primum, quām operosa sit iustorum quies, quamque laboriosus sit eorum somnus: secundum, quām intensè in Dei voluntate, & lege meditabatur sanct⁹ Ioseph: quāmque solicite cogitabat, quomodo*

*Accommodatur ora istius asserti doctrina S. Joseph Virginis sponso. Canities.*

*Psalm. 1. Expeditur Psalmi verba: Die, ac nocte, ex Fulengio.*

*Hilar. Ambros. Augustin. ad prædictati Psalmi verba. Duo, que inseruntur ex dictis.*

*Sanctus Ioseph Virginis sponsus in lege Domini meditabatur die, ac nocte.*

do Beatæ Virginis honorem tegeret, quomodoque se ageret, ne aliquid contra Dei legem, aut contra eius voluntatem ficeret; vel retinendo adulteram, vel infamando innoxiam: de hoc enim diu cogitabat, de hoc noctu somniabat; in lege itaque Domini meditabatur die, ac nocte; nam, ut ad caput Canticorum. 5. obseruauit Basilius, imagines in somno, fermè extremæ resonantiae sunt diuinorum cogitationum: Apparuit ei Angelus Domini in somnis; in quibus somnis petit Bruno Episcopus, & statim respondens ait; in somnis, de non laudenda Virginis fama, quam, et si semper pudicam nouerat, prægnantem tamen intuebatur; operosus equidem sancti viri somnus, quietari ab Angelo meruit, qui apparens ei in somnis, ait: Ioseph filii Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est: Neque obiter de verbis illis agendum iudicauit:

*Matth. c. 1.*

Inquiritur,  
cur diuini  
Verbi Incar-  
nationis  
mysterium  
in somnis  
sit reuelatum.

*Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est;* expendo factum, & inquiro ratione, & causam ob quam quotiescumque de arcano hoc diuini Verbi Incarnationis mysterio actum est, ferè semper in somnis reuelatum est: quod prius duobus sacræ Scripturæ locis comprobabo; & postea ad quæsumum respondebo.

*Vult Deus, ut tam suorum filiorum captiuitas, & dura seruitus, quæ Verbi Incarnatio, mediante qua, à duro Pharaonis iugo erat liberandi, qui captiui tenebantur, Abraham innotesceret; facit prius, ut sopore corripiatur, ut ei omnia hæc arcana inter dormiendum reuelet: Cumque Sol occubaret sopor irruit super Abram, & horror magnus, ac tenebrosus inuasit eum (ait contextus sacer Gen. 15.) dictumque est ad eum: Scito prænos-*

*cens, quod peregrinum futurū sit semen tuum in terra non sua; & subiicient eum seruituti, & affligenit quadringentis annis: veruntamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo, &c. generatione autē quartæ reuertentur huc: demittit Bruno Signiniensis historicum, seu literalem sensum de Israëlitaru in Egypto seruitute, & indagans, de more, loci mysterium, ait allusisse ibi Dominum ad Verbi Incarnationē, mediante qua, à dura dæmonis seruitute erant omnes liberandi, & in terrā promissionis, id est, ad beatam patriā aduocandi. Non de Ægyptiaca tantum seruitute loquutus est Dominus (inquit Bruno) sed & de generis humani libertate; mediante aeterni Verbi nostræ carnis assumptione.*

At non absque causa dubitabis, quænam positi oraculi verba ad Verbi Incarnationem adaptentur; illa (ait idem Pater) quarta autem generatione reuertentur, seque explicans ait, quatuor dari generationes; primam, Adæ, absque patre, & absque matre; secundam, Euæ à patre, absq; matre; tertiam, omnibus communem à patre, & à matre; quartam deniq; Christi à matre absque patre; & ad hanc allusisse Dominum putat sanctus Episcopus, cum dixit: quarta autem generatione reuertentur huc, id est mediante Verbi Incarnatione redimetur; actum igitur est cum Abraham in somnis de Verbi Incarnatione.

Consonat locus alter eiusdem libri cap. 28. vbi ait sacer contextus, *Genes. 28.* quod iter faciens Jacob à domo patris sui in domum Laban, aptauit sibi locum ad quiescendum in via, ac dormiens requieuit, vidiisque in somnis scalam cuius cacumen cœlum tangebat; *Videt in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum;* (ait contextus sacer) Cōsule Patres, & inuenies Verbi Incarnationem per hanc scalam designari:

Per quartā  
generationē  
Verbi Incar-  
nationis desig-  
nata, ex Bro-  
no Signiniensi  
ad hunc loci

Quatuor ho-  
minum ge-  
nerationes.

Per scalam  
Verbi Incar-  
nationis desig-  
nata: ex Abu-  
lens, Vatable,  
Hug. & Car-  
rusiano.

nari ita tenent Abulensis, Vatablus  
hoc loco, Hugo insuper, & Carthusianus, præter nonnullos: actum item  
est in somnis cum Iacob de diuini  
verbi incarnationis mysterio: actum  
& cum Joseph item de eodem my-  
sterio in somnis.

*Assignatur  
ratio, ob quā  
diuina my-  
steria reue-  
lētur in som-  
niis.*

*Philosophorū  
maxima.*

Quid autem sit mysterii in hoc  
mysterio dicam ex Patribus: Adeò  
nempè sublime, adeò esse à sensibus  
humanis alienum, & separatum in-  
carnationis diuini Verbi mysterium,  
vt non nisi ipsis ferantibus propona-  
tur; reliqua omnia, etiam si subtilissi-  
ma, & sublimia sint, nō possunt esse in  
intelleſtu, quim priùs fuerint in sen-  
ſu, vt Philosophia loquitur; at diuina  
mysteria altiora, & nobiliora sunt,  
quām pendant à sensibus, & ideo  
sopitis ipsis reuelantur; & solo intel-  
lectui, tanquam nobilissimæ potentiae  
capienda, & credenda proponun-  
tur.

*Elucidatur  
locus Hieronymi sub-  
obscurus.*  
*Matth. 1.  
Hierony. ibi.*  
*Esaia.*

Ex hac fortassis dubii solutione  
poterit declarari, quidam diuini Hieronymi locus subobscurus agēs enim C  
libro 1. commentariorum in Matthæum de Magis, sic habet ad illa  
verba Euangelistæ: *Et responso accepto  
in somnis, ne redirent ad Herodem, per  
aliam viam reuersi sunt in Regionē suam:  
Qui munera obtulerant Domino, conse-  
quenter responsum accipiunt, nō per An-  
gelum, sed per ipsum Dominum, ut me-  
ritorum Joseph priuilegium monstrare-  
tur.* Peto imprimis, si ab ipso Domi-  
no, cui munera obtulerunt, acceperūt D  
responsum, ad quid in somnis? Respō  
debis, quia nondum puerulus, cui  
obtulerunt, verba promebat: iuxta il-  
lud Propheticum dictum. *Antequā  
sciret puer vocare Patrem auferet spolia  
Ægypti:* Benè vtique, sed cur non ab  
Angelo, vt Joseph, sed ab ipso Deo,  
& etiam in somnis in somnis, inquā,  
quia tantum mysterium, ferantibus  
externis sensibus, debuit pertractari;  
& non per Angelum Magis, sicut Jo-  
sephos; sed per Deum ipsum, vt meri-

torum Joseph priuilegium demōstra-  
retur: in hoc demonstratur (inquieres)  
Joseph priuilegiū? immo Magorum,  
siquidem ad eos loquutus est Deus,  
& Josepho Angelus: ex hoc equidem  
apparet, quia vt fidem præstaret Jo-  
seph, sibi in somnis reuelatis, satis fuit  
Angelus; vt autem crederent Magi,  
oportuit audire ab ipso Deo.

\*\*\* \*\*\* \*\*\* \*\*\* \*\*\* \*\*\* \*\*\* \*\*\*

## CIRCA ILLA SACRI CONTEXTUS VERBA. Mat- thæi cap. 1.

*Quod in ea natum est, de Spiritu  
sancto est.*

## ANNOTATIO VII.

*Impropriè nasci dicuntur, qui ad im-  
probitates, & diuisiones nati sunt,  
qui verò ad virtutes, & ad pacem,  
& unionem, verè, ac propriè di-  
cuntur nati, seu ortis vnde Christus  
Dominus antonomastice dicitur  
natus, seu oriens; quia ad virtutes  
præceteris omnibus exercendum,  
& ad pacem inferendam natus est.*

*Q* Vamquam hæc Angeli ad Io-  
sephum sanctissimæ Virginis  
sponsum verba, secundum literalem  
sensem, vtramque innuant Christi  
generationem, seu vtramque naturā,  
diuinam scilicet, & humanam; (vt  
post multos ad hunc locum Cayeta-  
nus obseruauit) humanā, illis verbis.  
*Quod in ea natum est;* diuinat̄ verò  
illis de *Spiritu sancto est*, id non tol-  
lit, quod ex eisdem verbis, ad morum  
instructionem aliquod documentum  
eruamus; non enim caret mysterio  
Angeli loquutio, *quod in ea natum est*:  
Nam si ideo sic loquutus est, vt Bea-  
tam Virginem naturalem, & veram  
Christi Matrem, (vt Cayetus ait)  
& ego

*Expenditur  
Euangelistæ  
verba à Ca-  
yetano de v-  
traq; Christi  
generations  
attamen ex  
illis exurgit  
adhue dubi-  
tandi funda-  
mentum.*

*& ego libentissimè fateor ) tantummodo indicaret, id satis exprimeret, A dicens: Quod in ea genitum, seu conceptum est, de Spiritu sancto est; hunc enim loquendi modum obseruauit, idem Angelus, quando cum Virgine loquitus est. Concipies ( inquit ) in utero, & paries filium; vera enim mater illius foetus est illa mulier, in cuius utero conceptus est; vnde aliquid plus innuere videntur Angelica illa verba: Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.*

Solutio à  
Bertario in  
dubiis noui  
testamenti,  
dubio 5.

Nouit mysteriū martyr Bertarius in dubiis noui testamēti, dub. 5. & ait idē Angelum sic fuisse loquitū, vt indicaret, quām vera, quām propria, quamque proficia omnibus futura esset Verbi diuini in utero Virginis Incarnatio, Christique nativitas quāta esset bona vniuerso orbi allatura, quantamq; tranquillitatem, & pacē, de quibus omnibus erudiuit Angelus Iosephum; illumque certissimum reddidit illis verbis: *Quod enim in ea natum est; quasi dicat, quod saluatoris sit populum suum à peccatis eorum puer, qui in sponsae tuæ utero de Spiritu sancto conceptus est, ita ratū habe, ac confirmatum, ac si eum iam natum, & manus ad opus imponenter videas: tam enim dico natum ( inquit præfatus author explicans verba Angeli) quia iam video negotium redemptionis inceptū, tam nobis, & vobis meretur, qui pro nobis, & pro vobis non exhorruit Virginis uterum: tunc annectit idem Pater: notanter etiam dixit Angelus Christum natum antequam natus sit; quia qui ad pacem, & unitatem nascebatur, antonomasticè natus debuit appellari; qui vero ad divisiones, & ad contentiones nascuntur, & ad lites, hic impropter dicuntur nasci, proprius autem mori, quod fortassis innuit Apostolus, dicens: ira, & indignatio, & tribulatio, & angustia in omnem animā hominis operantis malum; gloria autem honor, & pax omni operanti bonum.*

Ad Rom. 2.

Congruit locus ille Zachariae 6. *Zachariae*  
*Vir Oriens nomen eius; quem, quāquam Lyranus noster, & author Interlinealis intelligat de Iesu filio Iosedech, secundūm litterarē tenorem; de Christo tamen accipiunt omnes ferē Patres, & istius loci Expositores, & præcipue Magnus Gregorius moral. 20. cap. 18. Rupertus, & Hieronymus ad hunc locum; quorum duo posteriores sollicitē disquirunt, cur vir Oriens, vocetur Christus anteā, & postquam natus est, cum omnes homines solū quando in lucem prodeunt viri dicantur? & cum reliqui cum nascuntur, etiam orientes possint appellari, secundūm verbi significatum.*

Rationem assignat Rupertus, dicens: *Nullus virorum preter Christum iure sic nominatur, quia solus hic semper est in ortu, & nullus unquam illi fuit occasus;* quod statim explicat ipse Rupertus, non tantū de aeterno Verbi à Patris intellectu ortu; sed etiam de ortu ipsius in carne; nē autem quisq; ex eius verbis finistrè intelligeret, Christum secundūm carnem, occasum non fuisse passum, explicat se amplius, dicens: *Ortus est in mundo de Virgine nascens, ortus est in inferno sanctis Patribus illucens, & ortus est iterū, in celos ascendens.*

Hieronymus ad nostrum intentū adducens locum, sic habet. *Iesus Christus ipse est Oriens; quia in diebus eius orta est iustitia, & pax, & sub hoc Oriente orta est multitudo credentium, quae in unum conueniens, edificauit Dei Ecclesiam; & conciliū pacis fuit inter utrūq; id est, inter ipsum, & Patrem circa humani generis reconciliationem.* Hæc ferē Hieronymus, ex quibus clarè perspicitur, idē Christum Oriēs, seu nascens, antonomasticè appellari; quia ad vniuersalem pacem, & concordiam nascebatur, vt Angeli in eius ortu potestati sunt canentes. *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus.*

Q

Nasci

Litteralis loci sensus ex Lyra: mysticus à Ruperto, & Greg. moral. 20. cap. 18.

Christus cur dicatur vix Oriens

Rupertus ad hunc locum.

Hieronymus ad locum.

Luca cap. 2.

Nasci autem propriè dici, qui ad virtutes exercendas, & ad vnitatem nascuntur, & pacem multorum; illos verò impropiè, qui ad improbitates, & iurgia: probat Signiniensis Bruno homilia de Christi Natiuitate, ex illo sacræ Scripturæ loco, Genes. 38. vbi Sacer contextus enarrat Thamaris partum, & Phares ortum, atque Zaræ his verbis. *Instante autem partu, apparuerunt gemini in utero, atque in ipsa effusione infantium, unus protulit manum, in qua obstetrix ligavit coccinum dicens: iste egredietur prior; ille verò retrahente manum, egressus est alter: & dixit mulier, quare diuisa est, propter temaceria? & ob hanc causam vocauit nomen eius Phares; postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellauit Zaram.*

Quærit igitur loco citato præfatus Pater, cur cum duo nascantur, unus tantum oriri dicatur: Nam Zara, qui manum retraxit, ut nascēdi altero locum daret, quem iam sibi acquisierat, ut obstetrix iudicauit dicens;

*Iste nascetur prior; Oriens interpretatur; immo (vt ait Bruno, & ratio postulare videtur,) vel qui prius in lucem prodiit, Oriens debuit nominari, vel saltem ambo orientes; siquidem ambo oriebantur; ab euentu sumit Pater dubii diluendi fundamētum; ideoq; qui secundò loco natus est, tantum orientem appellari dicit; Quia nè pacem, cum fratre nascendo frangeret, cessit iuri sue, & plus voluit primatum amittere, quām pacem violare; ideoque alter non Orientem dici, sed Phares,*

*Didebat; diuisum; seu diuisiōnem; quia in ipso statim ortu iurgium mollitus est, cui rationi valdè iuuant S. Hieronymi verba, qui de secundò loco nato, sic ait; Ideo oriens dictus est, quia ad multorum vtilitatē nascēbatur, quām plurimi enim ex eo iusti prodierunt: Alter verò, qui litē aggressus est diuisio dicitur (ait Bruno,) quæ interitus mater*

*Genes. 38.*

*Disquiritur locus à Brunone loco citato.*

*Zara idem quod Oriens. Car. cū duo nascantur, unus solus orire dicatur*

*Hier. ad locū*

*Bruno ubi supra.*

*est. Consonat iterum Hieronymus, qui illa obstetricis verba, quæ quasi apuriata dixit. Quare diuisa est propter Genes. 38. te maceria? sic vertit, quare intulisti Hieron. lēt. diuisiōnem.*

Pulchra autem similitudine, seu metaphora applicat idem Signiniensis Episcopus hoc factum Christo Domino pacis Principi, & Iudæ proditori: de Christo enim Domino ait Orientem conuenientissimè dici; de proditore autē, quod melius erat, ei si natus non fuisset homo ille. *Conuenienter satis (inquit) oriens dicitur Christus, Zacharia 6. quia cum ipso orta est orbi pax, & faciens utraque unum, cum Eterno Patre reconciliavit peccatores: de Iudæ verò, qui à fratribus, ideo Dicipulis Christi, diuisus est, & laqueo se suspendit, benè etiam dicitur; quia melius fuisset ei, si natus non fuisset homo ille.* Consonat S. Hieronymus, qui ad hunc Euangelistæ locum sic ait. *Multo melius est non subsistere, quam male subsistere.*

*Brun. Episc. ubi supra.*

*Hierony. ad Matthæo*

## CIRCAILLA CONTEXTUS EUANGELICI VERBA.

*Matthæi cap. 1.*

*Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*

## ANNOTATIO VIII.

*Natus est puer Iesus ad nostri timoris securitatem.*

*P*ostquam cœli Nuntius Samsonis conceptum, ortumque prædixit matri, postquamque ipsa marito

Indicium 13.

rito Manue retulit quicquid ab An-  
gelo audierat; in hac sanctus vir il-  
licò verba prorumpit, Iudicum 13.  
*Obsecro Domine, vi vir, quem misisti,  
veniat iterum, & doceat nos quid debea-  
mus facere de puer, qui nasciturus es;*  
quem locum dum disquireret ordinariæ Glossæ auctor, Abbas Ruper-  
tus, & sanctus Isidorus, ad inuenérunt  
Christi Domini conceptum, & ortū  
ibi fuisse figuratum; & illam Angeli  
missionem ad Samsonis matrem; &  
postea ad Manue eius patrē, Gabrie-  
lis ad Virginem legationem, & po-  
stea ad beatum Iosephum prefigura-  
sse: *Multa habuit Samson,* (inquit sanctus Isidorus citatus in Glossa) *in ty-  
pum Christi, & presertim, quod sub  
Angelo nuntiatur, & his verbis; con-  
cupies, & paries; sic enim Angelus  
ad MARIAM, dixit: Ecce conci-  
pies in utero, & paries filium, libera-  
uit Samson filios Israël de manu ho-  
stium, & Christus populum suum à  
peccatis eorum: multa notatu di-  
gna continet locus; & ad illud: Ec-  
ce imprimis aduertendum est,  
quod addidit Gabriel, dicens: Ecce  
concupies; quod non posuit alter An-  
gelus quando cum matræ Samsonis  
loquutus est, in quo datur intelligi,  
quod illud quod in matre Samsonis  
figura, & umbra fuit, in Beata Virgi-  
ne verè, & realiter fuerit adimple-  
tum; nam illud ecce, non figuram in-  
dicat, sed figuratum iam præsens, seu  
adimpletum.*

Eneris il-  
lius aduerbi  
Ecce, quod  
addidit An-  
gelus Ga-  
briel, Luca  
in cap. I.

Iudic. 13.  
Luc. cap. I.

Neque minus notatu digna est,  
verborum variatio, qua usus est An-  
gelus, qui cum Iosepho Virginis spō-  
so in somnis loquutus est; longè enim  
diuersè, atque Angelus ille alter  
loquutus est. *Ipse* (inquit Angelus  
ad Samsonis matrem) *incipiet libera-  
re filios Israël;* at verò Gabriel ad  
Iosephum, dixit: *Ipse saluum faciet  
populum suum à peccatis eorum;* vt in-  
telligeremus, scilicet in solo hoc pue-  
ro, quem de Spiritu sancto conce-

A ptum, & ex Virgine natum firmiter  
credimus, ac fideliter confitemur,  
totum nostrum esse remedium, &  
omnimodam redemptionem: cœpit  
evidem Samson liberare filios Is-  
rael; non tamen ab inimicorum suo-  
rum incursibus omnino liberauit;  
fuit namque postea Saul, fuit Da-  
uid, qui Israeliticum populum ab ini-  
miciis suis liberarunt; incepit autem  
Christus liberare populum suum, &  
omnino liberauit à peccatis eorum,  
& à miserabili dæmonum seruitute,  
vnde satis conuenienter dicitur Alpha, & Omega, id est, principium  
& finis.

B Quod enim in ea natum est, de Spi-  
ritu sancto est; (inquit Angelus ad  
Iosephum) sed quibus natum est nō  
expressit; exprefserat enim iam Euā-  
gelicus Vates, dicens: *Parnulus na-  
tus est nobis, & filius natus est nobis;*  
si ergo nobis natus, & nobis datus  
est puer, qui ex Virginis alio mane  
secundūm repræsentationem nasci-  
turus est, bene ad instar Manue  
Samsonis patris adiuicem inter-  
rogare possumus. *Quid faciemus de* Indic. 13.  
*puero, qui nasciturus est?* cum autem  
inter alia multa mala, quæ primorū  
parentum scelus inuenexit in or-  
bem terrarum, siue in hominum  
conscientias, tria præcipua sint,  
quæ maximè indigent medicina: *Ti-  
mor sempè in corde, solicitude in men-  
te, ac appetitus deordinatio in volun-  
tate;* vnicuique istarum infirmita-  
tum nasciturus infans applicandus

C C *est in medicinam; omnia enim, om-  
nibus factus est Verbum caro fa-  
ctum.*

D Primum igitur damnum, quod  
nostris animis attulit primorum  
parentum peccatum, fuit, patidum  
reddere peccatorem, & timidum,  
est enim timor, ac paucus effectus  
peccati per quam notus: im-  
primis ipsis omnium parentibus ostendit  
Patres hic peccati effectus, de

Solus Chri-  
stus verus,  
& absolutus  
Saluator, qui  
generis hu-  
mani salutē  
incepit, &  
absolutus, vni-  
dē Alpha, &  
Omega, con-  
uenienter di-  
ctus est.

Isai. 9.

Tria nobis  
mala, attulit  
primorum pa-  
rentum cul-  
pa, & qua: &  
ad illorum  
remedii ap-  
plicādū est  
puer Iesus  
nuper natus.

Primus pec-  
cati effectus  
timor.

quo sermonē instituimus, dum verba illa Adami ad Deum disquirunt: A

*Genes. 3.  
Bernard. ser.  
mon. de ver-  
bis Job ex  
cap. 5.*

*Timut, & abscondi me ; circa eaque  
admiratus ait Bernardus sermon. de  
verbis Job ex cap. 5. Qui stupor iste  
est? quaeue confusio post tanta beneficia?  
ac si dicat; vnde nouis hic Adami  
pauor, & timor? cur se abscondit à  
diuino conspectu? cur trepidat? cur  
adire timer Dei præsentiam, à quo  
tanta recepit beneficia, & cum quo  
familiarissima passim intermittebat  
colloquia? Bernardi interrogationi*

*Irinæus lib. 3.  
contra hæ-  
res.*

*August. lib.  
II. de Genes.  
ad literam.*

*respondet Irinæus lib. 3. contra hæ-  
res, dicens: Timore corripitur Adam,  
quia transgressus fuit Dei præceptum,  
adhuc conuenientius Augustinus lib.  
I I. de Genes. ad literam, vbi sic ait:  
Cū Deus propter peccatum auerit fa-  
ciem suam intrinsecus, fit homo contur-  
batus, & pauidus; vnde mirari non de-  
bemus, si hæc faciat Adam, & que simili-  
alia sunt dementiae. Est itaque pauor  
primus peccati effectus in anima, si-  
ue in corde.*

*Genes. 4.*

Probat hoc assertum Eucherius in Caimo, discutiens ea illius verba, Ge-  
nes. 4. *Omnis qui viderit me, interficiet  
me;* qui sunt ( inquit præfatus Pater) à quibus Caim interfeci pertimescit? nullus alter homo in terra erat præ-  
ter ipsum, & Adamum patrem eius, qui ipsum nequaquam occideret; à quo igitur occidi timet? à quibus ex-  
pauescit? de quibus trepidat? & qui sunt isti, de quibus dicit: *Omnis, qui  
inuenerit me, interficiet me?* vultis sci-  
re, vnde tatus Caimo timor, tantaq;  
trepidatio? ( ait præfatus Pater) à cri-  
mine, quod fratrem occidendo com-  
misit. Ita illum commissum in fratrem  
crimen pauidum reddit, vt iam time-  
ret, ab illis, qui adhuc non extabant, &  
conscientia sceleris rea ipsam lucem fer-  
re non sustinens ait: abscondar, omnis  
caim qui inuenerit me, occidet me; non  
timor, primus enim effectus peccati  
timor.

Obtulerat multoties Saul sacri-  
cipit.

ficium Domino, ( eius enim tempo-  
re coniunctum fuit Sacerdotale of-  
ficium cum Regia dignitate ) volens  
tamen Deo sacrificium offerre pro  
victoria, quam ab Amalechitis ob-  
tinuerat, timore correptus, non est  
ausus ad sacrificandum accedere,  
absque Prophetæ Samuelis societa-  
te; ait enim, atque instanter eum de-  
precatus est, dicens: 1. Reg. cap. I 5. 1. Reg. c. 15.  
*Reuertere tecum, vt adorem Domi-  
num;* vnde ( inquit Eucherius ) Sau-  
li tantus pauor? nonne multoties  
obtulerat sacrificium Domino, abs-  
que Samuelis consortio? vt sacra  
Scriptura testatur, 1. Regum cap. I 3.  
ita planè: cur ergo nunc Domini  
præsentiam, qui eum in Regem ele-  
gerat, adire expauescit? vultis ( in-  
quit) scire, ipsum audite: *Peccau* ( in-  
quit) *reuertere tecum, vt adorem Do-  
minum;* omnem equidem ab eo ab-  
stulit Deum adeundi confidentiam,  
peccatum inobedientiæ, quod com-  
misit, ac avaritiæ, in reseruando si-  
bi, contra Dei præceptum, vberio-  
res, & pinguiores oves, & boues, quos  
apud Amalechitas repererat, breuis-  
simis quibusdam verbis causam hæc  
reddit Eucherius, dicens: *Timor cor  
Regis inuasit ob delictū.* Ne miremur;  
primus enim effectus peccati timor.

Eucherius  
ad cap. I 5. pri-  
mi Regum.  
2. Reg. c. 15.  
1. Reg. c. 17.

Impèse obseruabit Theodoretus,  
pauorem illum, trepidationem, &  
metum, qui Dauidem apprehendit,  
cum audiuit venisse Absalonē filium  
eius cum exercitu aduersus se; ait  
enim 2. Reg. cap. I 5. *Fugiamus, neque  
enim erit nobis refugium à facie Abso-  
lon.* Nonne, inquit Theodoretus, is  
idem iste Dauid est, qui gigantem  
animosè aggrediens interfecit? 1. Re-  
gum cap. 17. quomodo ergo nunc sic  
timet à facie cuiusdā pueri effemi-  
nati, & vnguentis delibuti? suosque  
sic hortatur ad fugam? *Effectus hic  
proculdubio peccati est* ( inquit Theo-  
doretus) *quod mox, vt consummatū fue-  
rit, eisdem vestigiis metus subsequitur,*  
vnde

Davidis ti-  
mor fugiens  
puerum Ab-  
salon à pec-  
cato, quod  
comisit,  
ex Theodor.  
ad cap. I 5.  
1. Regum.

*vnde postquam Dauid peccavit, in hanc desidentiam incidit; ac si dicat, quando Dauid gigante aggressus est, nondum crimen adulterii, & homicidii commiserat; ideo gigatem nullo modo verebatur; quia nemo magis à timideitate liber, & reuera animosus, quam ille, qui nullius mali sibi conscius est at verò quando Absalonem fugiebat iam peccauerat, ideo sic timebat benè equidem: nam primus peccati effectus, timor est, ut primus omnium nostrorum parens attestatur, dicens: Timui, & abscondi me.*

Genes. 3.

Puer Iesus  
super natus  
nostrī pao-  
ris securitas,  
ex Bernard.  
sermon. 2. de  
Christi Na-  
tuitate.

Iam equidem ex dictis patet, quid facere debeamus de puerō, qui nasciturus est; nostrorum scilicet timorū securitatem, ut docet, monet, suggeritque Bernardus dicens, serm. 2. de pueri Iesu secundū carnem Natiuitate: *Heus tu, o homo ( inquit ille ) ne fugias, neque auditō Dei nomine terreas; Emmanuel enim idē sonat, atque nobiscum Deus; nobiscum carnis similitudine; nobiscum carnis vilitate; quid igitur times? noli fugere; noli timere; non enim ad puniendum venit; sed ad salvandum requirit.* Hęc Bernardus: ex quibus iam patet, ad quid de spiritu Sancto in Virginis vtero conceptus sit Christus Dominus, & ad quid in Bethlehem natus, ut scilicet hominū corda peccati timore perterrata facta pacificet, atque componat; non enim ut vlciscatur; nascitur, sed ut peccata condonet, & ut veniam tribuat: ut Bernardus protestatus est, dicens: *No- li timere, o homo, non enim ad pu- niendum venit, sed ad sal- vandum requirit.*

Bernard. ubi  
supra.

### CIRCA EADEM SACRI CONTEXTUS VERBA,

Matth. cap. 1.

*Pariet autem filium, & vocabis no- men eius IESVM, ipse enim saluum faciet populum suum à pec- catis eorum.*

### B ANNOTATIO IX.

*Nascitur puer IESVS ad nostræ soli- citudinis quietem.*

**S**ecundūm damnum, quod pec- scatum inuenit in mundū, con- continua illa solicitude est, qua passim distrahimur, circa illa, quæ ad victū, & vestitum indigemus, cum anteā quam primi parentes peccarent, his omnibus minimè indigerent, terra enim sponte ferebat omnia ad victū nec eslaria, supplebatque innocentia corporum tegumenta; quod autem hęc, qua nunc circa res istas distrahi- mur, solicitude, prouenerit à culpa protestantur ipsis primi parentes no- strī, qui vbi primum peccatum co- misserunt, statim de vestitu solicite cogitarunt: *Consuerunt sibi folia ficus,* ( inquit contextus sacer, Genes. 3.) *& fecerunt sibi perizomata, sine operi- menta, ( ut habet Interlinealis) quod etiam victus solicitude illis à culpa prouenerit, probat Dei contra eosdem lata sententia. In sudore vultus tui vesceris pane tuo.*

Secundūm  
damnum,  
quod primo-  
rum parentū  
culpa inuen-  
it in man-  
dū, vestium  
& ciborum  
solicitude.

**D** - Adeò hominum mentes solici- tant, distrahuntque curæ hęc, & so- licitudines victus, & vestitum, à pri- morum parentum culpa prouenientes, ut diu, noctuque exagi- tent; probat assertum locus ille, Genesis in capit. 2.8. in quo re- fert sacra pagina, quod vbi pri- mū Iacob à somno spergefactus est,

Genes. 3:  
Ibidem.

Interlinealis

Ibidem.

Genes. 3:

Genes. 3:

Genes. 15.

Disquititur  
locus cum

Eucherio.

Q 3 statim

statim voverit dicens : *Si dederit mihi Dominus panem ad descendendum, & vestimentum ad induendum, erit mihi Dominus in Deum.* Quid hoc est (interrogo) habes, ò Iacob, Deum adeò tibi propicium, adeòque de his, quæ ad te pertinent, solicitum, vt faciat excubare super custodiā tuam omnes fete aulicos cœlestis Curiæ, & de victu solicitaris, ac de vestitu? Omnia hæc videt inter dormiendum Jacob, & tamē angit eum solicitude vietus, & vestium eura, quæ illi ab Adami culpa prouenit: *Ne miremur* ( inquit Eucherius ) *omnes enim hanc ab Adamo solitudinem trahimus.* Ita equidem; omnes namque has animi anxieties, & curas secum tulerit, humanæq; naturæ intulit, priorum parentum culpa: nè tamen fatigeris Christiane, ait Regius Psaltes, ad manum habes tuæ indigetiæ remedium; præsentem habes morbi tui medicinam. *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet,* super quemnam Dominum? super illum (inquam) Dominum, de

*Eucher. ad cap. Genes. 52*

Puer Iesus nostræ solici tudenisquies *Psalm. 54.*

*Marcii vlti.*

*Ad Rom. 14.*

quo Marcus loquens ait *Dominus quidem Iesus:* Ergo iam non debemus amplius dubitare, & querere quid facere debeamus de puer, qui nasciturus est; faciamus nempè illum nostrarum solitudinem circa vestium, & viatum securā quietem; *Induamur omnes Dominum Iesum Christum,* (vt Paulus hortatur) & manducemus eius carnem, potemusque eius sanguinem; vt inuitat ipse dicens. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam,* & consequemur perfectam nostrarum solitudinem quietem, ac tranquillitatem.

At antequam ad alia, circa puerū, qui nasciturus est, mysteria indaganda transcamus, prius necesse est, vt consiliemus quatuor sacræ Scripturæ loca, quæ inter se opponi videntur, eorum namque consiliatio maximè conducebat ad presentis asserti fulcime

A tum; ille equidem locus noui testamenti, Mathæi 6. *Nè solenti suis animæ uestra, quid manducabit;* neq; corpori uestro, quid induamini; è regione opponi videtur loco illi, quem ex veteri testamento nuper attulimus, Genesis 3. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo,* iste siquidem locus solitudinæ, & curæ vietus inducit, ille verò omnino prohibet.

B Neque minorem contradictionem inuoluere videntur duo altera loca Regij Psaltis, circa eandem materiam de qua agimus: est eorum quidam in Psalmo 127. vbi sic: *Labores manuum tuarum quia manducabis, &c.* quidam autem in Psal. 54. *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* Manifesta equidem contradicō; quomodo enim idem Regius Psaltes, qui Psalmo 54. consulterat, ne fatigemur, neq; distrahamur, à solicitacione, & cura vietus, & uestis, sed fidamus in Dño, cui maxima est cura de nobis; postea Psalm. 127. ait, quod labore manuum nostrarum viatum queramus solliciti.

C Attentè pondera, diligens Lector, istorum Psalmistæ locorum consiliatione, quam ponit Bertarius Martyr, & patebit tibi etiam, ad superiora altera duo loca, consiliatio: *Hic* ( ait præfatus Pater) *ponitur culpa primi parentis effectus; illuc diuine gratia, & largitatis beneficium:* Ac si dicat, quādo David dixit esse nobis labore, & solicitudine querendum corporis viatum, innuit Dei contra parentes primos, ob eorum crimen, latam sententiam, secundum cuius tenorem strictè tenemur solicitare cibū: ait enim. *In sudore vultus tui vesceris pane tu;* Quando verò consulit, vt ab hac solitudine leuemur, & Deo fidamus, dicens. *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet,* loquitur iuxta diuinæ gratiæ, & misericordiæ largitatem; qua, Deus misit filium suum in mundum, in hominū alimentum, vt ipse filius Dei protestatur dicens.

Quatuor sa-  
cra Scriptu-  
ræ loca, quæ  
adiuicē op-  
poni, videu-  
tur.  
*Psalm. 127.*

*Psalm. 54.*

Consiliariū  
loca à Ber-  
tariori lib. de  
dubiis uesti-  
ris testamētis,  
dub. 94.

*Genes. 3.*

*Psalm. 54.*

Iohann. 6.

Ad Rom. 14.

*Caro mea verè est cibus, & ad nostræ nuditatis indumentum; vndè Paulus ait: Induimini Dominum Iesum Christum. Vndè iam iterum patet, quid debeamus facere de puer, qui nasciturus est, in eius nempè benignitate, & misericordia confisi; iactemus super puerum vagientem nostrarū curarum pondus, & ipse feret.*

Totus hic præsens discursus defsumptus est, ex homilia 2. in festo de Christi Natiuitate, ex iis quas habet Episcopus Abbas, ubi causam disquirit, cur Regius Vates loquens de Christi Natiuitate adeò rusticana usus fuerit similitudine, sicut illa est, quam ponit Psalm. 71.

*Psalm. 71. Diligitur loci metaphora, sive similitudo à Brunone ho- mi. 2 de Chri- sti Natiuit.*

*Descender sicut pluvia in vellus, &c. Admiratione certè dignum est, (inquit) quod vir Urbanus in re tam sublimi, adeò rusticana utatur comparatione; vndè necesse est grande aliiquid mysterium in his verbis pensare: Neque absque fundamento admiratur Signiniensis Bruno de compari-*

*Bruno Epis. bo. 2. de Chri- sti Natiuit.*

Matth. 16.

*atione, quæ adeò crassa est, ut ad solos rusticanos inferuiat, qui tantum de pluua ad messes cōgruente agūt, & de ouium suarum ad operiendum lana; vndè grande aliquod mysterium præsentire in hac Psalm. ita similitudine Patrem citatum mirum nō est; dicat ergo ipse, qui sentit; tenemur, namque audiendi uidissimo desiderio:*

*In pluia (inquit) ciborum abundancia, in vellere autem nuditatis tegumentum designatur, ne amplius cū Adamo circa vestimentum, & cibum distrahamur; uixta illud Euangelicum: Nolite*

D

*soliciti esse animæ vestra, quid manducabit, neque corpori vestro quid induamini. Ecce ex pluiae, & lanæ mysterio Christi Natiuitati accommodata, iam nobis clarissimè patet, quid debeamus facere de puer, qui nasciturus est, nostrarum nempè, circa vestitum, & victum solicitudinum quietem.*

Quomodo autem id nobis faciendum sit, disquiramus, & priùs aga-

mus de cura, & solicitudine circa A vestitum, quæ fuit prima, quæ mentem nostrorum parentum agitauit. Cum enim cognouissent, quod essent nudii, consuerunt sibi folia sicis. Postea verò agemus de demittēdis victuum curis, à quibus per quam maximè distrahi consueuimus. Pensitemus igitur locum illum Pauli ad Romanos 13. quem iam tetigimus. *Induimini ma. cap. 13.*

*Dominum Iesum Christum, supra quæ Pauli locum sic ait Chrysostomus,*

*cum Apostolus dicit induimini, vndiq. nos illo circundari iubet; Ac si dicat, nè variis coloribus induamini, neque ex variis pannis; ex uno vestem, ex altero*

*Quomodo sit nobis in- duendus Chri- stus, ex Chry- sostomo ad locū Pauli.*

verò pallium vobis adaptetis; sed ex uno, eodemque Christo totam vobis vestem consuite, interiorem scilicet, & exteriorem, ita ut Christiani sitis, & videamini, videamini, & sitis, idest, ne solo exteriori habitu, & conuersatione Christianam fidem, & dilectionem ostendatis, sed & etiam animo, & corde: que madmodū enim vestis vnius coloris totum hominem eiusdem coloris facit; ita & vera Christi charitas totum virū Christianum facit si internè, externèque seruetur, in anima scilicet, sicut in corpore; ita ut accedat Religiosus quisque, qui Religionis, sive militiæ Christi habitum, seu indumentum portat: accedat (inquam) ad puerum nasciturū, & ex eo sibi vestē adaptet, ut sit, quod videtur, & videatur, quod apparet; ex eius nempè humilitate sibi vestem adaptet, ut sic, quemadmodum ipse, sit, & appareat humilis, nè amplius superbiæ, & elationis flatibus impletatur; induat se necessitatibus, quas puerulus Iesus patitur in praesepio, nè amplius superfluitatibus distrahat, induat se vilibus pannis, quibus vagiens puerulus induitur; nè amplius in inquirendis pretiosis vestibus fatigetur. Hoc equidem est, quod vnuquisque Christianus facere debet de puer, qui nasciturus est, illum scili-

cet

cet induere, quoad poterit, illū quoad poterit imitari.

*1. Ioan. epist.  
cap. 4.*

*1. Petri epist.  
cap. 1.*

Optimè in hunc sensum quadrant illa Ioannis verba primæ suæ Epistolæ in capite 4. si præsertim cum aliis Petri verbis componantur suæ 1. Canonice in capite 1. Deus (inquit Ioannes) *charitas est*, ac si dicat; puer Iesus ipsamet *charitas est*; Petrus autem ait. *Charitas operit multitudinem peccatorum*: effectus equidem iste operiendi peccata, valde nostræ indigenitæ accommodatus est: nam si idem Adam, & omnes in illo, oportenta peccatorum querentes distrahebamur: ecce puer, qui quia Deus est, *charitas est*, & quia *charitas est*, multitudinem operit peccatorum; vnde iam fistat omnis nostra de indumentis sollicitudo, & cura in puerō nascituro, & nemo sit, qui amplius trepidet, aut qui eius conspectum adire pertimescat; non enim, vt loquitur Bernardus, *ad puniendum venit, sed ad saluandum requirit*, vt cœlestis nuntius protestatus est, dicens, *ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*

*Ber. ubi sup.  
Matthai 1.*

### CIRCA EADEM VERBA contextus. Matth. 1.

*Ipse saluum faciat populum suum à peccatis eorum.*

### ANNOTATIO X.

*Nascitur puer Iesus ad nostrarum cupiditatium terminum, & ad nostrorum desideriorum complementum,*

Damnum ter-  
tiū à primo-  
rū parentum  
culpa proue-  
niens.

Tertium damnum, quod culpa primorum parentum nobis attulit, fuit appetitus deordinatio, & insatiabilis quedam, variaque cupiditas, adeoque effrenis, vt difficilime cohiberi à nobis possit; quid inquam à nobis, immo neque ab ipsius legis

diuinæ Legislatore, qui frænum illi A adhibere curauit dicens. *Non concupisces. Qui quia non omnino sufficeret cognouit, proprium filium suum misit in mundum ut tanto malo obuiaret; quia cum (vt sponsa loquitur) totus fit desiderabilis, solus sufficit ad nostra omnino desideria terminanda;* vnde iam patet 3. quid facere debeamus de puerō, qui nasciturus est, nostrarum scilicet cupiditatium terminum, nostrorumque desideriorum adæquatum complementum.

*Exodi 20.  
Deut. 5. & 7.*

*Cantic. 5.*

*Quid 1, fa-  
ciendum de  
puero Iesu  
nuper nato.*

B Optimè probat præsens assertum locus ille Psalimi 136. vbi instruens diuinus Psaltes vnumquemque nostrum, ad beatitudinem consequendam, ait: *Beatus, qui tenebit, & allidet parulos suos ad petram*, quem locum in nostri asserti confirmationē affert

*Psalm. 136.*

Augustini istius Psalmi loci interpre-  
tatio.

Augustinus, dum sic interpretatur. *Beatus, qui allidet per cupiditates suas ad Christum*, ex qua tanti Patris interpretatione clare perspicitur, quid nobis faciendum sit, vt beatitudine,

C ac animi tranquillitate fruamur, adhuc in via, omnes (scilicet) nostras cupiditates, omnes animi curas, omnianque desideria ad petram allidere, idest, ad Christum dirigere, qui solus sufficit adimplere; quisquis igitur voluerit à cupiditatibus terrenis libera ri, carnis desideria frænare, inordinatas concupiscentias cohibere; puerū, qui nasciturus est, deuotè intucatur vagientem, expositumque temporis inclemhtiis, allidat parulos suos ad petram, idest, cupiditates suas ad Christum, & Beatus erit.

Quomodo quis ait in via beatus esse poterit.

D In hunc etiam sensum explicant Patres & illud Davidicum Psal. 72. *Quid enim mihi est in celo, & à te quid volui super terram. Quod idem est (vt Genebrardus obseruat) ac fidicat diuinus Psaltes, seu unusquisque iustus, ipsum Verbum diuinum alloquens; omnia mea desideria terminantur ad te vnum incarnatum; tu enim Dominus es, eorum omnium terminus, &*

Illucidatur  
supraposita  
doctrina a-  
lio Psalmi  
læ loco, Ps.  
72.

in

in te tanquam in ultimo fine quiescunt; *Quid* (inquit idem Genebratus) *in celo est, aut in terra, quod desiderem, praeter te?* Optimè quidem, satisque conuenienter dictum; quid enim, aut in celo Beati, aut in terra degentes desiderare possunt, quod in puerò hoc, *in quem desiderant Angel'i prospicere*, non inueniant; si enim cœliculae pulchritudinem, quam intueantur, semel, iterumque videre, & contemplari exoptant, puerum hunc in præsepio vagientem intueantur, & habebunt statim suorum desideriorum complementum; adeò enim venustè plorat, adeò gratiosè vagit, ut statim demostret omnem gratiæ plenitudinem, & in eius oculis, & in eius labiis esse defusam; vndè adeò eius specie, ac pulchritudine hilarescent, ut exclamantes dicant, *quid nobis amplius est in celo?*

Psalm. 44.

Psalm. 72.

Puer Iesus  
in præsepio,  
tā cœlicolis,  
quā terrigena  
desideriorū  
terminus.

Paul ad Co-  
lossen. 2.  
Cantic. 5.  
Ibidem.

Cantic. 2.

Ioan. 7.

Psalm. 18.

Psalm. 67.

Ioan. 14.

Ibidem.

*Quod si terrigenæ desideria sua adimplere exoptant, puerum hunc vagientem aspiciant, & habebunt quicquid desiderant; si enim eorum quidam scientiæ appetunt, ecce puer, in quo sunt omnes *T*reasures *S*apientia, & scientiæ Dei absconditi, (ut ad Collossenses 2 loquitur Paulus) si Mydas auarus aurum exoptat, affatim habet in puerò; Nam caput eius aurum optimum: Si quis vñiones auditus inquirit, habet in puerò, nam Manus eius tornatiles plena hyacinthis. Si famelicus quisque satiari exoptat, respiciat puerum, qui de se ipso ait. Ego flos saueritatis: Si quis sicut veniat ad puerū, qui plenis lacrymarum oculis inuitat ad bibendum, dicens. Si quis sicut, veniat ad me, & bibat. Si virgo sponsum querit, quem nubat; Tanquam sponsus procedit puer iste de thalamo suo; Si viuda desiderat Iudicem, qui iudicet causam suam; ecce puer iste: Index viduarum est, ad quem earum causa ingreditur; Si orphanus patrē; ecce puer hic Pater est orphanorum: si viator viā querit, per quam ambulet; puer hic*

A via est: si à mundi vanitate deceptus, veritatē inquirit, puer hic veritas est. Si amplius vivere senex exoptat, puer iste vita est: Si denique omnes æternas pœnas effugere ac saluari audiſsimè exoptamus: Ecce puer iste salus, & Saluator est, vt ad Iosephum Angelus attestatus est, dicens; *Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*

ibidem.

Matth. 1.

Bern. ser. 2.  
de Christi Natiuitate.

B vox namque pueri vagientis (vt deuotè Bernardus obseruat) potius miseranda est, quam timenda. Et si usque nūc solicitude nuditatis, ob amissam gratiam nos agitabat, tuam nunc contemplantes nuditatem, iam nos amplius agitare non poterit. Si denique nostrorum appetitum inordinata cupiditas satiari nō poterat, nec quietari; te vno satiabitur, & terminabitur, in te vno (vt loquitur Helias Cretensis, dicens:) Ecce puer in quo omnis cupiditas pedem ponit. Vndè iustum, & consentaneum est, ut ex te vno faciamus nostri timoris securitatem, nostræ solicitudinisquietem, nostrorumque desideriorum terminum, & scopum.

Helias Cretensis de Na-  
tiuitate Christi.

CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

Matth. cap. 1.

D *Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*

## ANNOTATIO XI.

De ingenti alacritate, animique lätitia incōprehensibili, qua puer Iesus mundum redempturus ingreditur.

E *Gredimini filie Sion, & videite Regem vestrum Salomonem, in diademate*

*snate, quo coronauit illum Mater sua; in die desponsationis illius, & in die latitiae cordis sui, ait sponsa sancta, seu Mater Ecclesia, Canticorum in capite 3. inuitans fidelium animas ad contemplandum, & videndum puerum Iesum, aeternique Patris Verbum, in Bethlehem natum, ex Maria Virgine, hominemque factum; inter omnes namque expositiones, quas praesens iste locus admittit, haec una praeципua est, quam ad hunc locum Cantorum ponit Magnus Gregorius, quem multi sequuntur, eiusdem libri, & loci Expositores. Cogruit autem perquam maximè vocari diem latitiae cordis Christi, illum in quo coepit cum hominibus conuersari; ipse enim dixerat Proverbiorum 8. Delicia mea esse cum filii hominum.*

Exponitur  
locus iste à  
Gregorio de  
die Christi  
Nativitatis.

Prov. cap. 8.

Indicat spō-  
sa verba, lā-  
titia, & gau-  
dium, quo  
Christus in-  
dumentum  
ingredi-  
tur: ex glo-  
sa ad cunctē tūs, matus, & passus. Adhuc subtilius  
disquirit Gilibertus Abbas spōsa verba; ingeniosè enim obseruat, non sati habuisse sponsa diem hunc, diem coronationis vocare; sed adiunxit, diem, quodque desponsationis esse, ut ita melius indicaret, quanta cum ratione diem latitiae cordis Christi nominabat illum, in quo ipse mundū redempturus ingrediebatur; nam ingentis latitiae causa Regi est, quando se coronare videt; ingentis etiam latitiae causam habet, cum Reginam ducit vxorem; at si contingat, eodem simul die coronari, atq; vxorem duccere; in quo latitiae gradu ponenda est haec latitiae audiamus praecepsatum Patrem. Unus (inquit) idemque dicitur, coronationis, & desponsationis dies, ut latitiae cordis, qua diuinum Verbum

Optima isti  
Christi lēti-  
tiae exage-  
ratio, ex Gi-  
lib. ad hunc  
Cant. locum.

Ponderatne  
Giliberti vi-  
tima verba.

nostram carnem assumpit, aliqualiter innoteat. Habent emphasm ultima hæc deuoti Abbatis verba. Aliqualiter innotesceret: Non enim plenè innoteat, duplicatis illis comparationibus, ingēs cordis latitia, qua Christus mundum ingressus est (ad saluandum, aliqualiter tantummodo declaratur); vnde ut eam amplius explicaret, annexit sponsa dicens. In die latitiae cordis sui; Ac si dicat apertiū; non est comparanda sponsi latitia, latitiae cuiusvis cordis, sed latitiae cordis sui: Ingens cor, latitia ingeniti capax est; ideo ingens, & incomprehensibilis hæc latitia est; vnde dies Nativitatis Christi, eius latitia dies antonomasthicè dictus est, quia eius latitiae totus dicatus est; nam dies ad aliquid exequendum destinatus, & deputatus, illius dies appellari consuevit, seu tempus: tempus mceroris, & luctus appellavit Sapiēs, tempus flendi, & tempus latitiae, & gaudii appellavit tempus ridēdi, Ecclesiastes in cap. 3. & tempus à diuino

C Verbo suæ latitiae destinatum appellavit sponsa, tempus, seu diem latitiae cordis sui, Canticorum etiam 3.

Ecclesiast. 3.

Cant. cap. 3.

Disquiramus iā sancti Patris Gregorii verba merifica, quæ profert, dum locum in hunc sensum (ut dictum est) exponit. In die (inquit) latitiae cordis sui coronari dicitur Christus, quando humanitati nostra diuinitatem suam copulauit, quia cum charitatis exultatione carnem nostram suscepit. Considera (quæso Lector Christiane) illa ultima sanctissimi Patris verba. Cum charitatis exultatione carnem nostram suscepit. Efficaciora enim sunt ad animi latitiam innuendam, qua Christus humanam carnem assumpsit, ut homines redimeret factus homo, quam illa, quibus usus est Vates Regius, dicens. Exultauit, ut gigas, ad currendas vias. Innuuit enim ebuliētem Dei nostri, præ latitia, charitatem, & se ipsam inter se continere nō valente;

Expendatur,  
& ponderan-  
tur verba,  
Greg ad cap.  
Cant. 3.

Psalm. 18.

& tan-

& tantum significant, ac si diceret præfatus Pater: adeò inusitata lætitia exultauit Verbum diuinum, cum se hominem factum conspexit, ut à cōmuni more lètandi excesserit; nè autem loquendi modum incuses (Lector) audi Patrem Ambrosium ad illa sponsæ verba, Canticorum in cap. 8.

*Cantic. 8.*

*Quis te mihi dedit fratrem meum fugientem ubera matris meæ, ut innuenias te foris, & deosculeris te; Vide illum intus,* (in-

*Ambros. ibi* quid Ambrosius) quando legis, quod in

*singu] Patris est; vide illum foris, quando nos querit, ut redimat:* tunc concludit

*Ibidem.* dicens. *Sibi foris factus est, ut mihi intus esset:* Excessit igitur Christus præ lætitia in die Natiuitatis suæ, sicut à se ipso exire, & excedere diceremus

*Excessit à se ipso diuinū Veibū præ lætitia, quādo sc̄ vidit hominē factum.* illū, qui, amore ebrius, vel lætitia, extra ordinē aliquid operatur; neq; mirū fuit; etenim dies Natiuitatis eius, *Dies lætitiae cordis sui*, ingens cor, lætitia ingens incomprehensibile cor, lætitia incomprehensibilis.

*Excessit à se ipso Christus Dominus præ lætitia, in die lætitiae cordis sui,* C

*Matth. 17.* probat assertum locus ille Matthæi

17. vbi referens Euangelista Sacer, Christi transfigurationem in Thabor, ait; apparuisse ibi Moysēm, & Heliā, cum eo loquentes; quamquam enim, quid loquerentur non retulerit, sanctus tamen Lucas cap. 9. dixit illos inter se colloquitos fuisse de excessu, quem completurus erat in Hierusalem.

*Euthym. ibi.* Quem locum dum cōmentatur Euthymius ait, illos loquutos fuisse de

*gloria, quam completurus erat in Hieru-*

*Disquisitetur loca.* *salem.* Disquirro nunc ego, & expédo

tam Lucæ, quād Euthymii verba, & imprimis quæro ab Euthym. cur gloriā appellauerit Christi Passionem, de qua (vt in confessio est apud omnes) Moyses, & Helias loquebantur, cum Christo. Respondet Euthymius, vel Theodoretus pro ipso, ea animi lætitia subiisse Christum mortem, pro hominum Redemptione, vt nulla alia maior gloria illi possit adueni-

re, quād mortem pati pro nobis; ad-

A ducit Theodoretus in dicti cōfirmationem verba illa Psalmi.

*Psal. 56.*

*Exurge gloriam mea, exurge psalterium, & cythara, exurgam diluculo.*

Quæ verba in persona Christi dicta esse ait: Crucem in qua passus est alloquétis. Benè ergo Lucas ait: loquebantur de excessu: qui enim maior excessus esse potest, quād adeò ignominiosam mortem, propriam gloriā appellare? effec-

tuus equidem iste est incomprehensibilis lætitiae, quam Christus habuit,

B in die desponsationis suæ, & in die lætitiae cordis sui, pro se loquentem,

audiamus Euthymium.

*Alius* (inquit) *Euthym. vbi Crux, & Passio probrum erat; ut pote supra.*

*magnorum pœna criminū; ut verò Christo gloria, magni videlicet erga nos amoris premium, &c.*

In re, huic euentui proximiori, ad-

inuenit Martyr Bertarius huius du-

bii solutionem; in illa scilicet canti-

lena, quam cœlicolæ in ipsomet læ-

tiae Christi die decantarunt. *Gloria* Luce. 2.

*in altissimis Deo, & in terra pax homi-*

*nibus; quomodo (inquit) o cœlicolæ Deo*

*gloriam canitis, cum temporaliter nasci-*

*tur, est nè Deo impassibili gloria, se passi-*

*blem intueri? est ne gloria Deo inmenso* bio 9.

*se inter arcta præsepia videre inclusum?*

*est ne diuinitati gloria, rudi nostræ*

*carnis habitu se circumneftitam videre?*

*ita planè;* (respondet Bertarius) *tanta*

*enim lætitiae exultatione diuinum Verbū*

*carnem assumpsi, ut eiusdem carnis vi-*

*litatem gloriam suam appelleret, gaudeatq;*

*cœlicolas appellare.*

In re adhuc proximiori, adinuenit

Magnus Pater Gregorius suprapositi asserti confirmationem, in ipsis nem-

pè sponsæ verbis, quæ discutimus,

*In diadematæ, quo coronauit eum Mater*

*Greg. Magn.*

*sua: Cum (inquit) diadema sumatur pro*

*ad ca. C. 3.*

*gloria, & in assumptione nostræ humani-*

*tatis humilitas agnoscatur; quomodo in*

*humanitate nostra dicitur Christus dia-*

*dematæ coronatus?* Et statim respondes

obiectioni, ait; *Sed cum ipsa eius incar-*

*natio*

*natio verè gloria nostra fuerit, diadema membrorum, benè capitis scriptura prædixit: Ex quibus, & ex reliquis, quæ superius allata sunt, iam eudentissimè constat, quanta cum lætitia, & cordis exultatione diuīnum Verbum ad humanum genus redimendum, & saluandum carnem assumpserit.*

*Quod si his omnibus addas ea quæ ad eundem Canticorum locum addit Gilibertus; Multò nempè gratiōsiora, & efficaciora esse voluntaria dona, quām aliqua ex parte coacta; Omnidū adinuenies, quāta animi gratitudine excipere debeas puerum nasciturū, qui adēt lætus, & gratis ad vnumquemque nostrum saluandum nascitur, nam vt ad caput 2. ait Theodoreetus. Absurdum est amantis pro viribus non respondere.*

Gilib. ad c.  
put Cant. 3.

Theod. ad c.  
2. Cant.

### CIRCA EADEM SACRI CONTEXTUS VERBA,

*Math. cap. 1.*

*Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*

### ANNOTATIO XII.

*Ex illis sponsæ verbis Cantic. in cap. 3. Egredimini filii Sion, & videte Regem vestrum Salomonem in diademe, quo coronauit eum Mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiae cordis sui.*

*Quod debeat vñusquisque Christianus à se ipso egredi, & exire, vt puerum Iesum, qui à se ipso quodammodo egrediens ad saluandum nascitur, dignanter excipiat.*

*A nobis ipfis egredi debemus, ad excipiendū* **M**Agnum (vt opinor) mysterium continet illud sponsæ, siue Matris Ecclesiæ verbum, *Egredimini:*

*innuit namq; quid vñusquisq; Christianus facere teneatur, vt puerum Iesum dignanter excipiat; qui non tantum à summo cœlo, sed à se ipso, quodammodo egressus est, vt vniuersum genus humanum saluum faceret; non enim iustum, neque rationi consentaneum est, vt ipso propter nos, à se ipso egrediente, in nostris nos commodis, & deliciis, propriaeq; voluntatis exequitione maneamus: à nobis ergo ipsis egredi, & exire debemus, vt ipsum dignanter (vt dictū est) excipere valeamus; quomodo autem nobis, à nobis ipsis egrediēdum, & exeundum sit, docebunt loca sequentia.*

*Iussit Dominus Abrahæ, Genesis 12. vt egredieretur de terra sua, & de cognatione sua. Egredere (inquit) de terra tua, & de cognatione tua, &c. Disquirit, ponderat, expenditque Ambrosius lib. 1. de Abraham cap. 2. verba illa. Egredere de cognatione tua.*

*Genes. 12.  
Disquiritur  
sacræ Scrit-  
pturae locus  
ab Amb. lib.  
1. de Abrak.  
cap. 2.*

*Etenim (inquit) ille, si verba hæc sequuntur, cūdum tenorē literæ accipiēda sunt; non obediuit Abraham iussioni diuinæ, neque ex cognatione sua omnino egressus est; siquidem vnum tantum, quem habebat consobrinum, Loth, scilicet filium fratri sui, secum tulit, vt statim Sacer contextus enarrat, dicens. Et init cum eo Loth: At statim sanctum Patriarcham, Dei mandatis, vt qui maximè obsequenter excusat idem Pater Ambrosius dices: illum non ad verborum tenorem, sed ad Dei iubentis mentem attendisse, qui eum non tam à consanguineis egredi, & exire præcipiebat, quām à propriæ voluntatis executione, à propriisque conatibus, & desideriis, quæ animorum nostrorum maximè sunt cognata: Hoc suspicor esse egredi de terra sua, & de cognatione sua (inquit præcitus Pater,) quod de corporis commoratione, & de illacebris, & delectationibus corporalibus; quas ut cognatas animæ nostræ dicit supra.*

*esse*

*Quid sit  
exire de pro-  
pria cogni-  
tione, & quo  
modo fiat,  
ex Amb. ubi  
supra.*

*vbi supra.* *esse relinquentas*: Ex qua tanti Patris interpretatione, iam mysterium patet in sponsæ, siue Matris Ecclesiæ verbis inclusum: *Egredimini* (ait) & *videte Regem vestrum Salomonem in diademeate, quo coronauit eum mater sua*, &c. *Quasi si diceret*, vt puerum Iesum humana carne induitum dignanter accipiatis, *Egredimini*, idest, à propriæ voluntatis executione, & corporis illæcebris exite; si enim à vobis metipsis exire, & egredi non curatis, Salomonem nostrum in die coronationis suæ nō excipitis, neq; illam ei dilectionem repeditis, qua pro vobis à summo cælo egressus, & à se ipso quodammodo exiēs factus est homo.

*Illustratur amplius doctrina egrediendi à se à Cassiod. ad cap. Genes. 12.* Iuuabit certè circa idem verbum *Egredere*, quo usus est Dominus loquens ad Abrahamum, paulisper immorari, & Cassiodorum eius ene sim, & mysterium aperientem, alioq; sacræ Scripturæ loco locum istum illustrantem audire: *Quid* (inquit) *est egredi de terra sua: nisi de facultibus mundi huius, opibusque, & curis, & quid egredi de cognitione sua, nisi de conuersationibus, & moribus, vitiisq; prioribus, que nobis à nostra nativitate velut coherentia sunt, & velut cognata.*

Sunt qui neq; à terra sua, neq; à cognitione sua egressi vnquam sunt: sūt qui à terra egressi, à cognitione egressi non sunt: & sunt, qui à terra sua, & à cognitione sua vere egressi sunt. Proficua equidem omnibus Christianis, & præsertim viris, fœminisq; Religiosis doctrina deducitur ex hac Cassiodori istiùs loci expositione; esse nempè quamplurimos, qui neque à terra sua, neque à cognitione sua vnquam fuerunt egressi, vt va gientem puerum Iesum nostræ carnis diadematè coronatum contemplarentur; esse item nonnullos, qui à terra sua egressi, à cognitione tamen sua egressi, non sunt; esse tandem quamplurimos, qui & à terra sua, & à cognitione sua egressi; diuinum istum puerū, qui ad populū suū saluadum natus est, deuotissimè contemplantur, de primis illis, qui neque à terra sua, neque à cognitione sua vnquam egressi sunt, idest, à mundi

A huius facultatibus, opibusque, & curis; neque à conuersationibus, moribusque prioribus, non est nobis in præsentiarum sermo: de illis enim tantum agimus, qui relictæ terra sua, à sua non sunt egressi cognitione, sed iisdem in religione uti volunt blanditiis, iisdem frui gaudiis, & deliciis, quibus oblectabantur, & fruebantur in mundo, quos conuenienter satis appellat Bernardus, siue appellandos esse sentit, non mundi contéptores, sed bonorū suorū cōmutatores; sic enim ait, ho. super illud Matthæi 19. *Ecce nos reliquimus omnia: eisdem deliciis in Religione uti vix eadem conuersatione, & colloquiis, quibus in mundo vsebaris: nō reliquisti, sed cōmutasti* illos igitur ( si qui sunt ) hortamur in in Domino, vt siquidem terram suā relinquerunt, à propria non præpediantur cognitione, sed ab illa egressi ad Salomonem nostrum excipiendum se præparent; parum enim iuuabit, aut nihil, egredi à terra sua,

C idest, mundi reliquisse illæcebras. Si à cognitione sua egressi non sunt, idest, propriæ voluntatis executione, & à moribus, vitiisque prioribus, que illis à nativitate, vel ut coherentia sunt; Egrediantur igitur de propria cognitione, qui à terra sua egressi sunt, vt Regem suum excipient in decore suo, & in diadematè carnis nostræ, qua coronauit eum mater sua, in die lætitiae cordis sui.

D Illustrat Cassiodorus ( vt superiùs tetigi ) huius loci doctrinam, cum alio sacri contextus loco, Psalmi scilicet 44. vbi sic. *Audi filia, & vide, & obliuiscere populum tuum, & dominum Patris tui: Quis* (inquit Cassiodorus) *est, qui puellam alloquens, ait, obliuiscere dominum patris tui: eius proculdubio Pater est; aliter enim non dicaret: Audi filia; quomodo ergo si Pater eius est, illam monet, vt sui ipsius proprii domicilii, in quo ipsam genuit, aluit, bonisque moribus im*

*Qui in religione iisdem frui volunt deliciis, & colloquiis, quibus in mundo vsebarunt, non sunt appellandi mundi contéptores, sed cōmutatores, ex Bernardo*

*Cassiod. vbi supra.*

*Nō sufficit à terra egredi, si à propria non egreditur cognitione.*

*Illustratur eadē doctrina ex condī à se, ab eodē Cassiod. ex Psalm. 44.*

*Quid sit exire de domo patris sui.*

buit penitus obliuiscatur? Et dubium diluens, ait idem Cassiodorus. Benè A tamen; nam hic secundum spiritua- lem sensum dicitur: obliniscere do- dum patris tui, id est, innati à nati- tate appetitus, cui sic sapè sapius anima obtemperat, atque filia patri: Egressiantur ergo de cognatione sua, & obliuiscantur domum patris sui; qui exoptant, quod concupiscat cor- ronatus Rex speciem suam.

*Ecclesiast. 24.* Transite ad me omnes, qui concupisci- tis me, ait Sapientia Patris Ecclesia-

*Expenditur locus, & ad- ducitur in propositæ doctrinæ cō- confirmatione.* & à generationibus meis ad- implemini. Expendo verba illa. Tran- site ad me. Quis est, qui loquitur? proculdubio Æterni Patris verbum est, ac proinde illud ipsum verbum est, quod caro factum est; quomodo ergo ait, *transite ad me*? conuenien- tiū loqui videretur, si dixerit; *Venite ad me*: Minimè quidem; si enim sic diceret, mysterium non includerent eius verba; qui yerba mysteriis plena semper proferre consuevit; vt autem mysterium his eius verbis inclusum attingamus, necesse est, vt alium sa- cræ scripturæ locum Patre Gregorio disquiramus; illum nempè Exodi in cap. 3. in quo refert sacra pagina, ver- ba illa, quæ Moyses dixit, dum rubū inflammari vidit, & non comburi.

*Illustratur Vadam* (inquit) & videbo visionē hanc magnam, quem locum, ita 70. transtu- gorio Mag- lerunt. *Transibo*, & videbo visionem no, loco alio hanc magnam. Dubitat præfatus Pa- Ezodi 3. 70. Træsatio tet vndè, & ad quem locum se transi- loci Exod. 3. re ait Moysem, vt videat visionem, mysteriumque intelligat, & statim respondens ait. *Transibo* (inquit) om- nia temporalia; non enim transit, qui in dilectionem prætereunis facili cor fige- re disponit. Quod idem est, ac si di-

*Quid sit trā- site iéporalia* xerit Moyses; apud me statuo esse omnino impossibile tantum myste- rium intelligere, absq; eo, quod priùs transeam omnes terrenas cupidita- tes, & mundi illæcbras: attende Lector, loquendi modum, qui rem

transit, illam à tergo relinquit, nec amplius de illa curat: congruunt Dei verba ad Moysem: *Solue calceamenta de pedibus tuis*, quæ sic exponit Au- gustinus: *Inuolucre solue carnalium desideriorum*, si accedere concupisces.

Iam patet ex dictis, quid Patris in- carnata sapiëtia dicat, dū ait; *Transite Ecclesiast. 24 ad me omnes, qui concupisciis me*; id est, egredimini de cognationibus vestris, & posthabitatis mundi, carnisque con- cupiscentiis, & illæcbris, accedite ad me.

*Et à generationibus meis adimpleni:* pungunt etiam hæc Æterni Pa- tris Sapientæ verba: dum non à ge- neratione, inquit, adimplendos, qui postpositis mundi, carnisque illæc- bris, ad se transierint; sed à genera- tionibus. Nonnè (quæro) vna ex duabus Christi generationibus sufficiens est ad nostra desideria adimplenda, aut cur duabus, humana scilicet, & diuina adimplenda protestatur? sufficiebat equidem, ac abundabat à diuina:

*Sed si abundabat ad meritum, non suf- ficiebat ad votum* (ait Abbas Gilber-

*Gilib. Abbas ad ca. 4. C. 1.*

tus) ac si dixerit; infiniti valoris, & incomprehensibilis meriti est natura diuina huius infantis; vndè superabū- danter sufficiebat, ad nostra desideria adimplenda; sed non sufficiebat, ad adimplendum votum, & desiderium, quo tenebatur ipse communicandi se hominibus, ac proinde aliam quæ- siuit viam, se hominibus communica- candi, naturam scilicet, & genera- tionem humanam, secundum quām, se nobis vagiens in præsepio, pannisq; inuolitus præsentatur, inuitans D omnes, vt ad ipsum accedamus dicēs. *Transite ad me omnes, qui concupisciis me*, & à generationibus meis adimple- mini.

*Eccles. 24.*

Opponamus locum loco; & ex tanta hac verbi incarnati in se nobis communicando liberalitate, quanta nos illi præsentari, & offerri debeamus voluntate, addiscamus; ad quod

*Assump- diuina Ver- bū humanā natutam, ut impletet de- siderium no- strum.*

quod per quam maximè iuuabit ex-  
 Numer. 30. pendere locum illum Numerorum A  
7. vers.  
 Expenditur 30. vbi sic ait contextus Sacer. Si  
 locus ab O- quis virorum votum voverit Domino;  
tigine.  
 non faciat irritum votum suum, sed om-  
 ne, quod promisit, implebit. Aliter ver-  
 tunt 70. dicentes. Homo homo, qui vo-  
 tum voverit, &c. Expendit locum B  
 Origenes, & ait. Quid sibi vult ista  
 respondens ait. Nihil aliud quam often-  
 dere; quia homo exterior, & homo inte-  
 rior voverendus Deo est. Ecce iam locus

Respondebat  
loco locus.

respondet loco à generationibus meis  
 adimplemini, ait incarnata Æterni  
 Patris sapientia; illi ergo, qui dupli-  
 cem suam nobis generationem of-  
 fert, & naturam, utrumque homi-  
 nem, interiorem scilicet, & exterio-  
 rem offerre tenemur ex debito: offe-  
 ramus igitur exteriorem, idest, cor-  
 pus, in eius seruitium; offeramus &  
 interiorem, idest cor in eius  
 amorem, & obse-  
 quium.



R E I N

I N  
DOMINICA INTRA  
OCTAVAS NATIVI-  
TATIS DOMINI.

*EVANGELIVM , EX C A P.  
secundo Luca.*

Erat Ioseph, & Mater Iesu mirantes super his, quæ dicebantur de illo : & benedixit illis Simeon; & dixit ad Mariam Matrem eius : Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel; & in signum, cui contradicitur ; & tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes : Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de Tribu Aser; hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua ; & hæc vidua erat, usque ad annos octuaginta quatuor, quæ non discedebat de Templo, ieiuniis, & orationibus seruiens nocte, ac dies; & hæc ipsa hora superueniens confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expetabant Redemptionem Israel : & ut perfecerant omnia, secundum legem Domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth: puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, plenus sapientias & gratia Dei erat in illo.

---

EXPLANATIO LITERÆ.

Beata Virgo  
à lege omni-  
nō immunis  
leges humi-  
liter obser-  
nauit.



MNIA, quæ hic ab Euāgelista Luca re- A feruntur, peracta sunt in Tēplo, quādo (expletis legis diebus, de purifica- B tione mulierū, Le- uitici in cap. 12. & illius de puerorū primogenitorum Redemptione Exo-

di in cap. 13.) Beata Virgo à lege omnino immunis legē humiliter adimplere curauit, benedictum puerum Iesum, cum solita pauperum oblatione, duobus scilicet columbarum pullis Sacerdotibus præsentando: in quo facto duplē legem adimpleuit Virgo Beata, illam scilicet, quæ iubebat, ut mulieres, post infantum circumcisio-

Lex mulierū  
purificādū  
*Leuit. c. 12.*

Lex primo-  
genitorum,  
*Exod. in c. 13*

Inquiritur  
quis fuerit  
ille Simeon,  
qui puerum  
Iesum acce-  
pit in vlnis.

Opinio Ga-  
lacini, & Ge-  
nebrardi.

Dissentit  
Hieronym.  
& alium Si-  
meonem an-  
tiquiorem  
exitimat  
fuisse, qui  
puerum Ie-  
sum accepit  
in vlnis.

*Lues 2.*  
De quonā  
spiritu intel-  
ligenda sunt  
Euāgelistæ  
verba : op-  
nio Euthy-  
mii, & Ian-  
senii.

Opinio Di-  
ni Bonavent.

cisionē, maneret triginta tribus die-  
bus in sanguino purificationis suæ, A  
Leuitici in cap. 12. & illam alteram  
Exod. in cap. 13. quæ decernebat, vt  
sanctificaretur primogeniti, & offer-  
rentur Domino, de quibus suo loco  
dicemus.

Nunc postulat locus, & occasio, vt  
dicamus, quis fuerit ille Simeon, qui  
puerum Iesum accepit in vlnis, & qui  
ea omnia de illo prædictit, quæ hic  
ab Euāgelistæ Luca referuntur, & de  
quibus sanctus Ioseph, & beata Vir-  
go mirabantur, circa quis ille fuerit B  
dubitant Patres: quidam enim dicunt  
fuisse Hillelis filium, quem ob eius  
præcipuam sanctitatem Talmodi-  
stæ Sadic, id est, iustum cognomina-  
runt: ita Galatinus lib. 1. cap. 3. & Ge-  
nebrardus libro 2. suæ Chronolo-  
giæ.

Aliter tamen sentit Diuus Hiero-  
nymus in commentariis super Isaiā,  
cap. 8. putat enim hunc Simeonem  
Hillelis filium parum temporis natū  
fuisse ante Christi nativitatem: at ve-  
rò Simon ille, qui Christum infan-  
tem accepit in vlnis longævum sené  
fuisse indubitanter tenet, & decantat  
Ecclesia; ex quo probat Iansenius  
alium antiquiorem, filio Hillelis, Si-  
meonem fuisse illum, qui puerum Ie-  
sum accepit in vlnis; parum tamen  
refert, fuerit ne hic, vel ille.

Aliquid amplius conduit, illa  
Euāgelistæ verba discutere: *Et Spir-  
itus sanctus erat in eo.* Euthymius de  
spiritu prophetiæ locutu fuisse inter-  
pretatur, quem sequitur Iansenius,  
qui ita ad locum habet: *Spiritus san-  
ctus erat in Simeone per spiritu prophe-  
tiæ;* aliter tamen multi præclarissimi  
Patres, & fortassis Euāgelistæ ver-  
bis accommodatiū dicunt esse locū  
intelligendum, de assistētia Spiritus  
santi per gratiam, in iustorum ani-  
mis: ita verba Euāgelistæ exponit  
Doctor noster Seraphicus. *Spiritus*

(inquit) *Sanctus erat in eo, per gra-*  
tiam scilicet, & charitatem; vnde de  
illo potuit dici, quod de Stephano,  
Actuum 6. quod erat plenus fide, & Actuum 6.  
Spiritu sancto.

Num fuerit Sacerdos Simeon, du-  
biū est; negat Euthymius ad ca-  
put Lucæ 2. *Non erat* (inquit) *Sa-*  
*cerdos Simeon, ut mihi videatur alias,*  
*& hoc manifestasset Euāgelistæ tan-*  
*quam magnam viri dignitatem; con-*  
*sonat Theophilatus, dicens: Non*  
*erat Simeon Sacerdos, sed homo Deum*  
*amans;* Sequitur hos Iansenius:  
verba autem illa Euāgelistæ: *Et*  
*benedixit illis Simeon, ex quibus Sa-*  
*cerdotali munere fuisse condecora-*  
*tum; nam benedicere, ad solos per-*  
*tinebat Sacerdotes; sic explicant*  
*præfati Patres; Prospera precatus est*  
*eis;* Nam benedicere alicui in Scri-  
ptura sacra, hunc admittit sensum,  
vt patet ex Iacob facto, Genes. 47. *Genes. 47.*  
ad Pharaonem, de quo sic ait sacra  
pagina. *Benedicto Rege exiuit fo-*  
ras, &c.

C *Arridet tamen mihi pars affir-*  
*mans, fuisse nempè Simeonem Sa-*  
*cerdotem, hanc sequuntur Cyril-*  
*lus Hierosolymitanus, in oratione*  
*de occurrē Domini. Diuus Epiphanius*  
*in lib. de Patribus veteris testamenti;*  
*Carthusianus, Caetanus, Ludulphus,*  
*Canisius libro de Beata Virgine, c. 10.*  
& Lyranus noster ad hunc locum;  
ad locum verò Genesis in contra-  
riæ opinionis probationem adductū;  
respondes, ideò Iacob benedixisse  
Pharaoni; quia Sacerdos erat; nam  
illo tempore Sacerdotii digni-  
tas, cum primogenitura erat an-  
nexa.

Si verò scire exoptas quomo-  
do Simeon cognoverit illum fuis-  
se infantem, de quo sibi à Spir-  
itu sancto dictum fuerat, non visu-  
rum se mortem antequam videret  
Israelis salutem; accipe à Timo-

Fuerit ne si  
mcō Sacer-  
dos?  
Opinio ne-  
gās Euthym.  
Theophil. &  
Iansenii.

Benedicere  
ad solos Sa-  
cerdotes  
pertinebat.

Placet pars  
affirmans,  
quam tenet  
Epiphanius lib.  
de Patribus  
veteris te-  
stamenti,  
Carthusianus,  
Caetanus,  
Ludulph.  
Canisius, &  
Lyra.

Omnis pri-  
mogeniti, in  
lege naturæ  
Sacerdotes.

*Timotheorat.  
de Simeone  
Carthus. ad  
hunc locum.* thæo Presbytero Hierosolymitano, *Oratione de Simeone, & à Cartusiano ad hunc locum. Quia (inquit) videt diuinum quendam splenavorem in vultu pueri.*

*Quis fuerit  
illa Anna,  
quæ de pue-  
ro Iesu mul-  
ta retulit.*

Quis tandem fuerit Anna illa prophetisa, quæ de puero Iesu testimonium, tunc etiam perhibuit in Templo; ita distinctè dixit Euangelista, vt nullum reliquerit ambigendi locum; vndè de duobus his testibus, qui puerum Iesum verum esse Saluatorem, in Templo coram omni populo sunt protestati; hæc dixisse sufficiat, nunc ad eorum verba disquirenda transeamus.

*Verba Simeonis ad Virginem, quæ aliquam continent difficultatem hæ sunt. Ecce positus est hic in ruinam, &*

*Dubitatur de verbis, quæ Simeon dixit de pueris virginis & in signum, cui contradicetur, & tuam ipsius animam pertransibit gladius.*

Dubitare equidem à quoquam poterit, quomodo Christus, qui ad omnium salutem carnem assumpserat, in multorum ruinam posatum esse dicat Simeon; sed patebit statim ad dubium responsio, si sancti senis verba attente cum Patribus pensentur; accipe primam horum verborum expositionem à recentioribus adiumentam. *Positus est in ruinam multorum, idest, cacodæmonum, quorum euertet potentiam, & Israelitarum, qui illum non sunt recepturi, quorum tempublicam solo aquabit: & in ruinam Romanorum, quorum imperium sibi subiicit, & in ruinam Idolatria: hic est enim lapis è monte fine manibus abscisus, Danielis 2.* idest, è Virgine absque viri opera natus, qui statuam, tum alia, tum Romanorum imperium adumbrantem comminuit.

Eorundem verborum Origenis interpretatione potius moralis est, quam literalis. Aliter verba hæc interpretantur

homilia 17. in Lucam. *Positus est Christus in ruinam multorum, hoc est, ut multi bene cadant à peccatis, illisque moriantur, & in resurrectionem, hoc est, ut cum bene à peccatis ceciderint, per gratiam resurgent; stabam, in peccato, eo tempore, quo peccato vinebam, & quia in peccato stabam, prima mihi utilitas fuit, ut caderem, & peccato morerer, hoc primum tibi Salvator concedit, ut corruas: Ethnicus eras, diligebas scortum, primum in te scortum intereas; peccator eras; cadat in te peccatum, ut possis de hinc resurgere, &c. Quæ omnia nihil aliud innuunt, quam possumus esse Christum in peccatorum ruinam, & euersionem, & in virtutum, per gratiam, resurrectionem.*

Proximior mihi videtur literæ Theophil. in sensui Theophilati interpretatio, quæ ita habet: *Positus est Dominus in ruinam; hoc est, ipse passus, & casurus est in mortem, & cum ceciderit ipse, resurgent multi.*

Apponam tandem germanum loci sensum: Dixerat Simeon Christum lumen esse, omnibusque præparatum Seruatorem; Nunc autem prædictus, non omnes Israelitas ab eo seruandos, sed eorum multos allatam salutem repudiatus; tantumque valent sancti Simeonis verba, ac si dixerit: *Ecce positus est hic infans in Israel in ruinam multorum Israelitarum, qui illum repudiabunt, & in resurrectionem multorum, & salutem, qui verum esse Messiam fide viua credent; Ita ferè Chrysostomus oratione de occurso Domini, quem de more sequitur Theophylatus dicens. Ruinam dixit Simeon eorum, qui non crediderunt, resurrectionem eorum, qui crediderunt.*

Illucidari potest præfens locus alio sacrae Scripturæ loco, Petri scilicet epistola 1. cap. 2. vbi sic ait Apostolus. *Vobis honori credentibus: non cre-*

*Apponunt  
germana lo-  
ci interpre-  
tatio.*

*Illustratur  
loci sensus  
alio sacrae  
Scripturæ lo-  
co, ex 1. Pe-  
tricap. 2.*

*Ad Rom. 9.* credentibus autem; lapis, quem reproba-  
uerunt adfiscantes, hic factus est in ca-  
put anguli, & lapis offensionis, & petra  
scandali iis, qui offendunt verbo, nec  
credunt. Consonat & alter locus  
Pauli ad Romanos cap. 9. vbi ait.  
*Offenderunt Iudei in lapidem offen-  
sionis, sicut scriptum est. Ecce ego ponam  
in sion lapidem offensionis, & petram  
scandali.*

*Ethym. in-  
terpretatio.* Discutitur quale sit sig-  
num, de quo dixit Simeon ponendū fo-  
re Christum in signū, cui coördicetur  
autem sit signum, cui contradicetur  
dubitant Patres. Euthymius pro mi-  
raculo signum sumpsit, sicque locum  
exposuit: *positus est hic infans in signū,*  
*idest, in miraculum orbis totius;* etenim  
*admirandum est miraculum Deus homo,*  
*cui Iudei, Mahometani, & Ethnici con-  
tradicunt:* Hunc etiam sensum tan-  
quam literæ viciniorem amplexa-  
tus est Iansenius, quamquam ait pos-  
se etiam intelligi locum, sumpta me-  
taphora à signo, quo oves notantur,  
*in hunc sensum: positus est puer iste*  
*in signum, quo oves Dei signabuntur,*  
*& quo populus Dei à populis reliquis*  
*distinguetur: Christi enim nomen, eiusq;*  
*confessio, ac fides nota est populi Dei, ac*  
*Christiani; huic tamen signo, quod Iu-  
dei recipere debuerant, contradixe-  
runt.*

*Chrysostomi, & Am-  
philochii de loco iudicij homilia de Dominica Cruce.* Aliter locum exponunt, Chrysostomus oratione præcitata, & Amphilochius apud Surium; nam pro signo, cui contradicetur, Crucem Domini intelligunt, cui dæmones, & Iudei maximè aduersantur, & contradicunt: Coincidunt in loci expositione Carthusianus, & Cayetanus, qui locum interpretantur de signo reconciliationis, & pacis humani generis cum Deo; quemadmodum enim ( aiunt ) antiquitus datus est arcus Noe in signum frœderis, & reconciliationis; ita postea datus est

*Carthusiani, & Cayerani loci exposi-  
tio, dati nem p̄ Christum in signū re-  
conciliationis, & pacis.*

*D. Christus vniuerso generi humano in signum pacis, amoris, & amicitiae inter Deum, & homines; secundum illud Ioannis 3. Sic Deus dilexit mun-  
dum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam eternam; contradicunt autem huic signo omnes, qui non credunt Christum verum esse Dei filium, verumque mundi Seruatorem. Hæc ferè omnia præcitat Patres.*

*B. Sensus autem literæ ( vt puto) vi-  
cinior is est quem oratione 12. po-  
nit Isidorus Clarus, esse nempè in loco allusionem, siue similitudi-  
nem desumptam ab his, qui ad pro-  
positum signum, siue scopum iacu-  
lantur, iuxta illud Threnorum 3.  
*Posuit me quasi signum ad sagittam;*  
Vndè sic locum exponit præfatus Interpres; *Christus ( inquit Simeon )*  
*positus est in signum, & scopū, in quem*  
*Pharisei, Scribe, & sacerdotes odii sui*  
*sagittas magno furore coniiciunt: Su-  
fragatur Iustinianus Laurentius li-**

*bro de triumphali Christi agone cap.  
13. vbi sic habet, omnes certatim pa-  
ratas in pharetra sagittas in signum  
contradictionis intorquent, idest, in Christum.*

Vt tandem argumentum hoc per-  
stringamus breuiter, aliqua annota-  
bimus circa literalem sensum ver-  
borum sequentium; *Et tuam ipsius*  
*animam pertransbit gladius, ut reue-  
lentur ex multis cordibus cogitationes.*  
Vbi pro gladio, intelligit Timotheus Hierosolymitanus oratione de Pro-  
pheta Simeone; dolorem illum, qui Virginis animam pertransiuit, in il-  
lo triduo, in quo amissum puerum Iesum ipsa, & Joseph dolentes quæ-  
rebant: Rectius Beda, Euthymius, & plerique alii dolorem illum, qui Virginis animam sui filii passionis tempore sauciauit, gladii nomine indicasse Simeonem existimant; de quo ita sentit Bernardus sermone 61. *Bern. ser. 61.*

*Sensus literæ  
vicinior, ex  
Isidor. orat.  
12. pro signo.  
Christū in-  
telligens in-  
uidiæ Iudeo  
iū telis expo-  
situs.*

*Laurent. In-  
fin. de triu-  
phali Christi  
agone cap. 15*

*Disquiruntur  
verba seque-  
tia: Tuā ip-  
sius animā,  
&c.*

*Per doloris  
gladiū innui-  
tur dolor, ex  
pueri Iesu a-  
missione, ex  
Thimat. Hie-  
rosol. orat. de  
S. Simeone.  
Beda, Euthy-  
mius, & ple-  
riq; alii, pas-  
sionis dolo-  
re intellexe-  
runt.*

Tantus fuit dolor Virginis, quod si in omnes creatureas, quae pati possunt, diuidetur, omnes subito interirent. Vehementissimum hunc ergo dolorem, quem Virgo Beata in Christi Passione latura erat, acutissimi cuiusdam gladii similitudine sanctus Senex exposuit, & predixit.

Construitur  
textus Sacer  
Luca 2. ab  
Euthym.

Restat tandem videre, quomodo cohæreant, & cōnectantur cum præcedentibus, verba sequentia. *Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* Nullam enim cum his, quæ ante dicta sunt, congruentiam, seu connectionem habere videntur: Non mihi displicet Euthymii interpretatio, & iudicium, qui ita verba hæc cum præcedentibus connectit. *Animam Virginis pertransibit doloris gladius, ut regantur ex multis cordibus eorum cogitationes, qui suspicabantur hanc non esse illius Matrem.*

Itē construi-  
tur idē tex-  
tus à Carrhu-  
siano, & à Iā-  
senio accom-  
modatius, &  
proprius.

Aliter Carthusianus, & Iansenius, & literæ thenori fortassis accommodatius: referunt enim hæc verba, ad illa; *Positus est in signum, cui contradicitur;* Cæteris interpositis veluti per parenthesim; ita vt efficiat locushūc sensum: *Contradicetur Christo, ut reuelentur, ex multis Iudeorum cordibus, eorum cogitationes; id est, ut cognoscantur, qui ex illis viri probi sint, qui impii, qui hypocrite; nam Christi contradictione, hoc est persequutio, ostendit, quales fuerint, Pharisaorum, Sacerdotum, & Scribarum cogitationes, odio nimirum, superbia, & auaritia plena;* Huic expositioni faciet Doctor noster Seraphicus, qui ad caput Lucæ 2. sic ait, loquens de eodem contradictionis signo. *Hoc consequuntur ad Passionem Christi; quia Iudeorum carnalium, & hypocitarum cordis iniquitas reuelata fuit.*

Consonat D.  
Pater Bona-  
tent. ad hunc  
Lucæ locum.

Ad quid autem alluserit Simeon, dum Virginem alloquitus dixit, *tuā ipsius animam gladius doloris pertransibit;* Dicam breuiter cum Doctore venerabili, & cum Episcopo Mediolanensi, omissis aliis expositionibus,

quas videre poteris apud Canisium lib. 4. de Beata Virgine cap. 26. & 27. Gladium (inquit Ambrosius) nominavit dolorem acutissimum, & maximè diuidentem; qui penetrauit cor Matris Dei, dum filius eius crucifixus est:

Sic autem Beda cecinit carmine de Virginis Nativitate.

Cuius pium pertransit  
ensis doloris spiritum  
natum tuo de corpore  
Deum mori, dum cerneret:

Canisius lib.  
4. de Beata  
Virgine, cap.  
26. & 27.  
Amb. ad locū

Beda carmi-  
ne de Virgi-  
nis Nativita-  
te.

888 888 888 888 888 888 888 888 888 888 888 888 888 888 888 888 888

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba. Lu- cae cap. 2.

Erat Ioseph, & Mater eius mirantes  
super his, qua dicebantur  
de illo.

## C ANNOTATIO II. MORALIS.

*De his, quæ Deus hominum amore,  
ante incarnationem fecit, & post  
incarnationem pertulit, admirari  
conuenit, loqui non conuenit.*

**V**olens Ecclesiasticus opus illud ab increata Dei Sapientia efformatum, ad mundum vniuersum illuminandum, commendare, statim, ut calamus sumpsit, eius pulchritudine admiratus dixit cap. 43. *Vas admirabile opus excelsi;* Quod idem fuit, ac si dixerit: cum sit opus excelsi, admiratione potius, quam locutione, vel calamo, commendandum est: quem locum, quamquam de sole isto, quem videmus, secundum literalem sensum intelligere debeamus; de Christo tamen, seu de Verbo incarnato, secundum spiritum, intelligit Rabanus, & ait: *Vas istud excelsi, admirabile opus,* Ver-

Ecclesiast. 43

Interpreta-  
tut locus à  
Rabano de  
Verbo incar-  
nato.

Esay. 53.

*Verbum in carne est, cuius mysterium potius conuenit admirari, quam loqui; A nam admiratus Esayas ait. Generatorem eius quis enarrabit?*

Præbet Deo Israelitico populo præparata ad māducandū escā suauissimā in deserto; at ipsi cibi suauitate ille-  
cti nihil aliud de ingenti Dei bene-  
ficio loqui potuerunt, tantummodoq; admirati dicūt adiuicem: *Manhu? Manhu?* quod sonat, *quid hoc est?* Exodi 16. obseruat hominum admirationem Pater Gregorius Moralium 27. cap. item 27. & reddens illius cau-  
sam ait. *Obstupescit anima diniorum beneficiorum dulcedine repleta, & tan- tummodo miratur; quia dum eorum suauitate ab infimorum cogitatione suspen- ditur, de his, quæ de supernis audit, aut conspicit, admirari potest; loqui non po- test.*

Exodi 16.  
Gregor. Mor.  
lib. 27. cap. 27

Huc spectat ingens illa Abacu-  
cut cap. 3. admiratio secundum 70. ver-  
sionem, quæ sic habet. *Domine cō-  
sideravi opera tua, & expaui, seu obstu-  
pui;* Nam opera, de quibus ita ad-  
mirari protestatur Propheta, opera proculdubio sunt Redemptionis hu-  
manæ, à Christo Seruatore ædita, ut  
ad hunc locum obseruavit Genebrar-  
dus; idemque (secundum eundem)  
valent verba Prophetæ, ac si ipse di-  
cat: admirabilia incarnationis, & re-  
demptionis opera non verbis profer-  
re valeo, sed tantum admiratione  
prosequor.

Exponitur  
locus à Ge-  
nebrardo de  
operibus no-  
stræ redem-  
ptionis.

Psal. 64.

Versu 70.

Explicatur  
locus ab eo-  
de Genebrar-  
do:Caldæa. cō-  
textus.

Neque incongruè in hanc mate-  
riam adduci potest illud Psalmi 64.  
*Te decet hymnus Deus in Sion.* Si præ-  
fertim secundum Hebraicam verita-  
tem locus accipiat, secundum quā  
hoc sonant verba Davidica, ut idem,  
quem superius retulimus, Genebrar-  
dus diligenter aduertit. *Congrua tibi  
Deus, conueniens, & expectata filiis laus,*  
seu ut ex Caldæo vertunt Interpretes.  
*Coram te reputatur silentium sicut laus.*  
Quia igitur nullus intellectus crea-  
tus, vel vox, seu lingua Dei opera va-

let enarrare aliqualiter admirando  
indicat, quod loquendo minimè pos-  
set exprimere. Quod in illis Cheru-  
binis, qui ex vtroque latere alis suis  
propitiatorum occultabant; obser-  
uavit Bruno Episcopus, de quibus ait  
contextus Sacer, Exodi 25. Quod <sup>Exodi 25.</sup> respiciebat se mutuo versis vultibus in  
propitiatorium; de his inquit, quæ in  
propitiatorio contemplabantur admirati,  
in se inuicem respiciebat tacentes, ut  
mos est admirantium; Quod optimè  
quadrat in Virgine, & Ioseph, qui ad  
instar Cherubinorum istorum admir-  
ati, & taciti contemplabantur ea,  
quæ de puerō, qui propitiatio pec-  
catorum nostrorum fuit, à sancti Si-  
meonis ore audiebant; vt sanctus  
Euangelista enarrat dicens. *Erat Io-  
seph, & Mater eius mirantes super his,*  
quæ dicebantur de illo.

Accōmoda-  
tur locus de  
Cherubini-  
bus propitia-  
tori Beatae  
Virgini, &  
cuius spōso.

Iuuabit tandem ad præsentis af-  
sumpti comprobationem illam Pauli  
ad Romanos 11. circa Dei sapientiā,  
admirationem, cum diu Augustino  
disquirere. *O altitudo diuinarum sa-  
pientia, & scientia Dei, quam incompre-  
hensibilia sunt iudicia eius, & inuestiga-  
biles viæ eius:* Postquam ad tertium,  
vsque raptus est cœlum, vbi multa  
profunda Dei arcana vident, statim  
protestatus est dicens, *quæ non licet  
homini loqui;* Quid ergo circa hæc  
homini licet, o Paule? (interrogat  
Augustinus) & statim respondens ait,  
*Admirari tantummodo, & ideo cum ni-  
hil non inueniret Apostolus, quod respō-  
deret, requieuit, quia inuenit admirati-  
onem; quia in diuinorum secretorum  
cognitione abundè profert, qui commode  
illa admiratus est.* Consonat Nazian-  
zenus oratione 2. de Theologia, vbi  
perpendens eandem Pauli admira-  
tionem, sic habet: *Orationem suam ad-  
miratione circumscribit Apostolus, ideoq;  
opes vocat, ac profundum Dei; quasi dicat  
Dei profunditatem, eiusq; altissima my-  
steria admiratione potius, quam verbis  
circumscribuntur.*

Disquiritur  
Pauli admirati-  
onem ab Au-  
gustino, ex  
alio eiusdem  
Pauli loco,  
2. Cor. cap. 12Nazian. ora.  
2. de Theolo.

Addè

*Adde si placet, ex Augustino super Genesim, ideo Admirabile esse A proprium Dei nomen, ut habes ex Esaya cap. 9. & ex Psalmographo, Psalmo 8. Nam ille ait: *Vocabitur nomen eius admirabilis, & iste; Dominus Dominus noster, quoniam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra;* Quin & ipse Dominus ad Iacob ait. *Quid queris nomen meum, quod est mirabile? Quasi dicat(ut ad hunc locum Augustinus aduertit;) quid tibi proderit scire nomen meum, praeterquam admirari.* Vocatur autem Deus methonomicè *Admirabilis*; quia scilicet omnia eius opera in admirationē inducūt fideles; quēadmodū mors methonomicè dicitur *pallida*, quia reddit homines *pallidos*; vndē Horatio Poëta ad Sextū. *Pallida mors, aquo pulsat pede, pauperum tabernas, Regumque turres.**

Prosequitur hoc argumentum eleganter satis, satisque de more deuotè Doctor noster Seraphicus ad caput 2. Lucæ, vbi ponderans hæc eadem verba, quæ disquirimus. Erant Ioseph, & Maria Mater Iesu mirantes super his, quæ dicebantur de illo, ait; *Christus Dominus in Nativitate, & etatis profectu, in doctrina, in taciturnitate in agendo, in patiendo, in resurgendo, & in ascendendo admirabilis fuit, quemadmodum erit in iudicando.*

CIRCAILLA CON-  
textus Euangelici verba.

*Luca cap. 2.*

*Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel.*

### ANNOTATIO III.

*Vnde iusti inueniunt consolationem, suavitatem, & vitam; inde impro-*

*bi scandalum, amaritudinem, & ruinam.*

**P**Ræter ea, quæ in literali annotatione, circa hæc verba, annotauimus, aliqua amplius ad morum instructionem ex eisdem eruere, & annotare non grauabit, venisse nempe Christū sicut in multorū salutē, ita & in multorum condemnationem; non quod ipse quid tale intenderit, (ut ad hunc locum Victor Antiochenus diligenter aduertit) qui omnes homines vult saluos fieri; sed quia eorum nonnulli, inter quos fuerunt præcipui Pharisei, eorumque Principes, ex illis suaui, ac salutifera doctrina, & vitæ sanctimonia, omnimodaque probitate, à qua debebāt instrui, & vitæ suæ componendæ auferre documenta proficia, scandalizati, verterunt in propriam condemnationem, & mortem, illud, à quo veri fideles abstulerunt salutem; quemadmodum ab eodem flore aufert venenum ad mortem anguis, à quo suavitatem, & dulcedinem ad vitam apis.

**C**In hunc sensum intelligendum esse putat Martyr Bertarius, quendā subobscurum Pauli locum 2. ad Corinthios capite 2. qui manifestam cōtraditionem inuoluere videtur; & si bi metipſi repugnare, *Christi bonus odor sumus in his, qui salvi fiunt, & in his, qui pereunt; aliis quidem odor mortis, in mortem; aliis quidem odor vitae*

**D***in vitam:* Quid ais? ò Paule (interrogat Martyr Bertarius) si bonum, suauem, ac viuificum Christi odorem vbique emittis, & odor istius suauissimi floris vñus, idemque est vbique, quemodo quibusdam viuificus, quibusdam verò lethalis est? quomodo odorem mortis in mortem esse ais, odorem illum; quem statim odorem vitae, in vitam protestaris? Et statim dubitandi diluens fundamentum, sic ait idem Bertarius: *vñus idemque Christi odor,*

*Iustus, & im-  
probus ad-  
instar apis, &  
anguis, & cur-*

*Paul. locus  
2. ad Corint.  
cap. 2. dispu-  
gitur à Ber-  
ta. in lib. dub.  
noui testim.  
dub. 71.*

*vite, & mortis odor est, mortis improbis, vitae instis, non quia diuersus odor A sit, sed quia diuersimodè accipiatur;*

Illustratur locus ab eodem, locis aliis duobus, Cant. in c. i. & Matth. 26 amplificat idem Pater Pauli locum, suamque interpretationem in eodē Christo florido, iniquorum manibus contrectato, ne pedibus dicam trito, qui in nares Ecclesiae adeò viuiscū, & suauem emisit odorem, ut statim sentiens dixerit: *Fasciculus myrrae dilectus meus mibi;* vt autē ad perfidorū aures peruenit; statim dixerunt: *Reus est mortis.* Ecce vnuis idemque Christi odor; *odor mortis in mortem* (concludit dicens) & *odor vite in vitam:* bono enim Christi odore, alij saluantur, alij pereunt, non quia ubique viuiscus non sit, sed quia diuersimodè percipiatur.

Illustrabis superiorem doctrinam, si disquiras cum Augustino alterum Pauli locum, nempē ad Galat. 6. vbi postquā Apostolus de illis egit, quib⁹ crux Christi erat scandalum, de se ait: *Mibi autem abſit gloriari, niſi in Crucē Domini nostri Iesu Christi,* &c. ad quem locum sic Augustinus, *Crux, quæ est grande ludibrium imp̄ijs, est grande mysterium p̄ijs,* & vnde mundi philosophus erubuit, ibi Apostolus gloriam reperit; optima est in hoc argumentum S. Petri Chrysologi obseruatio circa illa verba, Ioan. i. *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis,* & vidimus gloriam eius: obseruat enim præfatus Pater, quām diuersi fuerint in iudicando circa Verbi Incarnationem Ioannes, & Arrius; iste enim intulit ex facto ignominiam, Ioannes gloriam: *Ioannes (inquit) vidit gloriam, infidelis iniuriam,* serm. 145.

Petr. Chrys. serm. 145.

Illustratur etiam à Diuino Hieron. altero Matthei loco cap. 26.

Adiuenit D. Hieronymus eiusdē assumpti probationem; dum illa Iude Scariotis verba exponeret, Matth. 27. *Vi quid perditio hæc,* &c. vbi sic habet præfatus Pater: *Perditos de salute perditionem inuenit (Llamò perdida a lo que era cierta ganancia)* ut in fucis fructifera, mortis laqueum nanciscere-

tur; ac si dicat, in arbore, à qua dulces, ac suaves fructus quis inueniret, suspendium adiuenit.

Perstringamus tandem argumentū præsens, ac vltimo roboremur loco illo Ioannis 6. vbi refert sacer Euan gelista, quod postquam Christus Dominus latè egerit de suæ carnis esu, & de sui sanguinis poculo, quod daturus erat credentibus responderint audientium nonnulli, dicentes: *Durus est hic sermo, & quis potest eum audiēre?* ac si dicerent, frangit aures huīus sermonis durities; quidam vero eūdem Christi sermonem viuiscum, ac salutare esse dixerunt: *Domine ad quem ibimus? verba vite aeterna habes, quid igitur fieri potui!* (ait Theophilatus) ut eadem Christi verba, & eodem modo prolatæ quibusdam dura; viuifica vero quibusdam, & consolatoria visa sint, niſi quia illi cum perfidia, isti vero cum fide suscepereunt?

Ioan. cap. 6.

Ibidem.  
Disquiratur  
loca à Theo  
philato.

Adde denique illud, quod de diuino Eucharistia edulio canit Ecclesia, vt omne prorsus tollas de Simeonis vaticinio dubitandi fundamen tum.

*Mors est malis, vita bonis*  
*Vide pars sumptionis*  
*Quām sit dispar exitus.*

Ecclesia in  
Missa de diuino Eucha  
ristia Sacra  
mento.

## AD ILLA SACRI CONTEXTUS VERBA. LUCA C. 2.

*Et in signum cui contradicitur.*

## ANNOTATIO IV.

*De variis acceptiōibus signi, que Christo competunt, & secundum quas omnes fuit ab improbis contradictus.*

**P**ræter illas omnes signi acceptiones, de quibus in annotatione literali dixi, sunt & nonnullæ, quæ Christo

Christo competit, & secundū quas ab improbis contradicuntur est.

Positus nobis fuit Christus ( ut ad hunc locum Hugo Cardinalis annotauit) multiplicitate in signum; primo in præsepio pannis vilibus inuolutus positus fuit, in *signum paupertatis, & humilitatis*, ut Angeli attestati sunt, dicentes Lucæ 2. *& hoc vobis, signum innenietis, infantem postum in præsepio, & pannis inuolutum*; Huic signo à multis contradicuntur est; in primis namque contradicitur ab intellectu creato;

qui dum in Christi obsequium per fidem non redigitur, Deo pauperi renuit assentire, cum præsertim audiat Paulum dicentem. *Dives in omnes, qui innocant illum.* Quomodo enim Deus diues indicet paupertatem, non capit intellectus creatus, nec intelligit; idēq; in quantum lumine fidei non illustratur, contradicit, & assentire renuit, cum potius intelligat, diuitias quibus ipse abundat, paupertati omnino obuiari:

adaptat tamen illum Regius Vates, ut assentiat, & vt non contradicat huic signo Psal. 48. dū ait. *Audite hec omnes gētes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbe, quiq; terrigenæ filii hominum,*

*simul in unum diues, & pauper, ac si dicat, ne contradicat intellectus creatus, Christo pannis vilibus inuoluto in signum paupertatis apposito; assumens enim, quod non erat, mansit quod erat; & sic quatenus illud, quod erat, diues in præsepio est, vt antea erat in cœlo: quatenus verò illud, quod assumpsit, & antea nō erat, pauper effectus est, & in signum paupertatis nobis positus in præsepio est: sic ferè Petrus Damianus sermone de Epiphania, & Cassiodorus ad hunc*

*locum Psalmi : De Christo Domino (inquit) dicitur. Simul in unum diues, & pauper; diues, quia Deus; pauper, quia homo; sicut dixit Apostolus 2. Corinth. cap. 8. Memento gratiae Domini nostri Iesu Christi, qui propter vos pau-*

Ex Hugone  
Cardinali ad  
cap. Luee 2.  
Christus in  
præsepio au  
pertatis fig  
nū ab intel  
lectu crea  
contradicū.

Ad Rom. 10.

Psal. 48.

Exponitur  
Psalmi lo  
cus à Petro  
Damiano, &  
à Cassiodo  
ro.

Cassiodo. ad  
Psal. 48.

Paul. ad Co  
rith. 2. cap. 8.

omnino

per factus est, cum esset diues, ut illius paupertate nos diuites essetis. Ecce signum: Ecce vnde contradicunt: Ecce vnde receptum.

Contradicunt etiam ab huius saeculi diuitibus hoc signum in præsepio fuit, quia diuites huius mundi, ut qui maximè paupertati consueuerunt contradicere, illamque habere exosam, atque despectam; probat assertum locus ille Iudicum 6. vbi agens sacra pagina de misera Israelitarum seruitute, sub Madianitis passa, sic habet. *Humiliatus est iudicium 6. valde Israel in conspectu Madian.* Ad quem locum sic Paraphrastes. Addita calamitas calamitatibus, illos in maximam miseriam, ac paupertatem destruit; vnde ab omnibus contradicebantur, quia paupertatem sequitur despectus, humiliatio, & contradictione.

Secundū positus fuit Christus in Cruce in signum patientie, & obediencie; iuxta illud Pauli, factus obediens usque ad mortem, &c. vbi à multis

contradicunt fuit; iuxta illud eiusdem Pauli, *Preditamus Iesum Christum, & hunc crucifixum, Iudeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam;* Qui de contradictione, quam ibi Christus passus est, loquens, ait ad Hebreos 11. *Recognoscite eum, qui tam passus est apud semetipsum contradictionem;* Prosequitur hoc argumentum Damiani sermone de Exaltatione sanctæ Crucis, vbi sic habet.

*In signum contradictionis Redemptor Petrus Damiani noster est positus, quia in Cruce erat, pro redemptione humani generis passurus; cui nimis Crucis, omnis mundana sapientia contradixit, sed Regi, per eam, gloriae triumphanti, tandem denicta succubuit.*

Tertiū positus est in sepulchro in signum resurrectionis, ut ipse de se ipso testatur, Matthæi 12. dicens. *Generatio mala, & adultera, signum petit, & signum non dabiture eis, nisi signum Iona Propheta;* sicut enim fuit

Christus in  
præsepio au  
per, signū à  
mundi diuis  
tibus contradi  
ctum.

Iudicum 6.

Paraphrast.

Christus in  
cruce in sig  
nū patientie,  
& obediencie.

z. Corint. ca.  
1. idem ad  
Hebr. cap. u.

Petr. Dam.  
ser. de Exalt.  
S. Crucis.

Christus in  
sepulchro  
positus in  
signū nostrū  
refurrexit.  
Matth. 12.

Jonas

*Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; sic erit filius hominis in corde terrae tribus diebus, & tribus noctibus.* Huic signopertinaciter cōtradictū est ab haereticis Saduceis, qui carnis resurrectionem turpiter abnegarunt.

*Quartō positus fuit Christus in cœlo ad dexteram Patris, in signum præmii, & retributionis; iuxta illud Pauli; Propter quod Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen; & secundum illud Esaiæ 55. Et erit Dominus in signum aeternum, quod non auferetur.* Expli-

*Apocal. 3.*

*cans autem Christus ipse, in cuius rei signū datus, seu positus ipse sit in cœlo; ait Apocal. in cap. 3. Qui vixerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo.* Huic signo contradic̄tum fuit ab illis, qui Sapientiæ in capite secundo, laborum post mortem premium, & vi-

*tiorum supplicium abnegarunt, dicentes; Non est refugium in fine hominis. &c. Venite ergo, fruamur bonis, quæ sunt, &c. quoniā hæc est pars nostra.*

*Obiter adnoto: duas, tā bonis; quām malis esse partes calicis designatas; nā improbis, qui huius mundi gaudia, nūc pro parte sua habent, vt isti dicunt, fruamur bonis, quia hæc est pars nostra; altera in vēturo sēculo pars reseruata est, vt attestatur Psalmista Psal. 10. di-*

*Psalm. 10.  
Sapiens. ca. 2.*

*Psalm. 10.*

*Psalm. 72.*

*Psalm. 74.*

*Qui plures huius signi acceptiones, eiusq; contradictiones desiderauerit, videat apud Hugonē Cardin. in expositione huius Lucæ loci; ego autē ab hoc argumēto expediar illa tātū apponendo, quæ habet Lusitanus Hector ad caput Ezechielis 7. explicans verba illa. *Et signa Thau super frontes virorum, &c.* Adducens enim ibi præfatus Pater hæc Simeonis verba; *Positus est in signum, cui contradicetur,* sic ait; *A multis (inquit) contradic̄tus fuit Christus;* ipse enim amat humilitatem; mundus superbiam; ipse benignitatem; mundus iram; ipse honestatem; mundus incontinentiam; ipse charitatem; mundus inuidiam; ipse pacem; mundus discordiam; ipse denique virtutem; mundus impietatem; unde ab omnibus contradic̄tus: *Væ mibi mater mea, (inquit Hieremias) quare genuisti me virum rixa? virum discorde in vniuersa terra?* Quem locum de Christo potius, quām de Hieremia intelligendum esse docet Author glosæ, vbi sic: *Potest hoc de Hieremia intelligi. Verè autem Domino competit, de quo scriptum est, positus est hic in signum, cui contradicetur.**

*Quām parui autem momenti sit hominum impiorum contra virtutem contradictio, gratias rependens Æterno Patri per os Dauidicum ostendit Christus Dominus, qui tot modis contradic̄tus fuit, dicens. *Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium;* Non de Christo à Iudæis cōtradicto, & de eius sacrę humanitatis exaltatione locum Psal. intellecerunt Hieronym. D in Esiam ad cap. 17. Cyprianus lib. 1. cap 21. Augustin. lib. 17. de Ciuit. Dei capite 16. Tertulianus contra Iudæos capite 3. & multi alii Patres, inter quos præcipiuus est Eusebius, qui ait Christum, & Christianam Religionem, refutatis Iudæis, à quibus cōtradicebatur, omnes gentes si bi adiunxisse; & tā hæc Psalmi verba,*

*Vide de hoc argumento multa apud Hugo. Card. ad ca. 2. Luc.*

*Hector Lusi.  
ad c. Ezecl. 7.*

*Hicrem. 25.*

*Psalm. 17.  
Psalmi locū de Christo intelligunt,  
Hiero. ad ca.  
Esaias 17.  
Cyp. lib. 1. ca.  
21. Aug. li. 17.  
de Ciuit. Dei  
cap. 16.  
Tertul. cōtra  
Iudæos ca. 3.*

*eripies me de contradictionibus populi;*  
 quām illa Simeonis, circa quæ la-  
 boramus; fuisse nēpē positum Chri-  
 stum in signum, cui contradicere-  
 tur, intelligit idem Eusebius de con-  
 tradictione, & refutatione, quam  
 Christus pertulit apud Pilatum; re-  
 liqui verò Patres supra citati tam de  
 hac, quām de illa, quæ contra eius  
 doctrinam, vitā, & miracula fecerunt  
 Iūdæi; à quibus cum se liberum vi-  
 dit Christus, & ad dexteram Patris  
 collocatum, hæc illi verba dixisse,  
 ait Hieronymus loco superius alle-  
 gato. *Eripisti me de contradictionibus populi, constituisti me in caput gentium:* sic enim illic legit, atque;  
*Hæc verba Christus fuit loquutus, quan-*  
*do ad Patrem victor ascendit, fulvis*  
*vestibus de Bezra contra populum, qui*  
*clamauerat: Crucifige, crucifige eum:*  
*In signum itaque positus fuit Chri-*  
*stus a multis, & diuersimodè con-*  
*tradictus, vt Simeon vaticinatus*  
*est, dicens: Ecce hic positus est in sig-*  
*nūm, cui contradicetur. Sed de omni-*

*Christus s̄g. nū ab omnibus contradic- tū, ex omnib⁹ vīctor euasit, ex cetera sic ait. Redemptor nōster, qui i non venit mittere pacem, sed gladium, lorica carnis accinctus, in huius mundi campum præliaturus accessit, & vexillum præferens Crucis, omnium sibi resistentium colla calcauit.*

CIRCA ILLA VERBA  
 contextus Euangelici.

*Lucæ 2.*

*Tuam ipsius animam pertransibit*  
*gladius.*

ANNOTATIO V.

*Sagittarius vterque amor, at diuinus*  
*sicarius simul, ac sagittarius.*

B

**A** primam huius assumpti par-  
 tem cōfirmandam maxime iu-  
 uabit disquirere locum illum Apo-  
 calysis in cap 1 vbi inter illa, quæ  
 de illo, filio hominis simili, qui Ioan-  
 ni apparuit, dicitur, quod de ore eius *Apoc inc. 1*  
*gladius viraque parte acutus exhibet,*  
 vbi aduerto obiter parum referre  
 ad præsens intentum, fuisse Chri-  
 stum, qui apparuit, ac Angelum  
 ipsum Christum repræsentantem,  
 (vt fert opinio communior) solum  
 enim nobis conuenit disquirere, quid  
 significet gladius ille acutus, qui ex  
 ore Christum repræsentantis prodi-  
 bat. Omitto nunc Ruperti exposicio-  
 nem; quia per hunc gladium extre-  
 mam sententiam intelligit, ex ore  
 Christi in finali iudicio proferen-  
 dam, & accipio Richardi de sancto  
 Victore, Primasio, & Arethæ senten-  
 tiā, qui hunc gladium, *Dei siue*  
*Christi Verbum* interpretantur, quod

**D** per se ipsum, & per Apostolos præ-  
 dicauit, quod nihil aliud continebat,  
 nisi charitatem, nisi amorem, nisi di-  
 lectionem, iuxta illud, quod ipse  
 respondit Legisperito interroganti,  
 quod esset mandatum magnum in  
 lege; *Diliges (inquit) Dominum Deū* *tuum ex toto corde tuo, &c. & alibi:*  
*Hec mando vobis, ut diligatis ini- cem;* Quo supposito, dubitat Io-  
 achimus Abbas de eo, quod lex di-  
 lectionis, & amoris, per gladium in-  
 nua-

*Quid per*  
*gladium ex*  
*vtræq; parte*  
*accutum in-*  
*dicatum sit.*  
*Ruperti sen-*  
*tentia.*

*Gladius ex*  
*vtræq; parte*  
*acutus, Dei*  
*Verbum, ex*  
*Richardo, &*  
*Primasio, at-*  
*que ex Ate-*  
*tha.*

*Matth. 6. 22.*  
*Ioan. 15.*

Per gladiū diuinus amorem significari, ex Ios. chimo ad hunc Apoc. lypſ. locum.

*Matth. 10.* 10. quin & corda vulnerare, & corpora frangere, ac secare in frustra; & optimè quidem, nam quis Petrum, & Paulū decapitauit? Diuinus amor: quis Bartholomæo cutem exuit? Diuinus amor; quis martyrum corpora diuisit in frustra? Diuinus amor; quis hominem à seipso diuidit, & facit, ut seipsum abneget? Diuinus amor; *Bene utique per gladium lex diuina designatur;* (ait Abbas præfatus) quæ et si lex amoris est, ad instar tamen gladii separat, ac diuidit membra à membris, & filios à patribus, ut Paulus testatus est,

*Ad Hebr. 4.* dicens, ad Hebreos 4. *Vnius est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipi, & pertingens usque ad divisionem animæ, ac spiritus, compagnum quoque, ac medularum, quin & credo de hoc gladio locutum fuisse Simeonē, quando Beatae Virgini dixit tuam ipsius animam gladius doloris pertransibit:* huic argumento valde consentanea sunt illa, quæ primo confessionum suarum

*Augustin. 1.* Augustinus habet: *Mulsum, ait, vexat hominem amor mudi, cum relinquatur; multum amor sui cum calcatur, super omnia autem penetrat, & transfigit eum hominis amor Dei, cum venerit.*

*Cantic. 2.* Clarius adhuc quæm desiderari potest, indicatur hæc diuini amoris proprietas ab sponsa, Canticor. 2. dum ait: *Falcite me floribus, stipitate me malis, quia amore langueo: quem sic 70. transtulerunt, fulcite me in unguentis, quia charitate vulnerata ego sum; quasi dicat sponsa; applicate (ò sodales charissimæ) huic vul-*

A nuatur, qui dissensionis, rigoris, & vindictæ potius, quæm amoris instru-

mentum, & signum est; & dubitationem statim tollens ait; ideo diuinum

amorem per gladium significari, quia notus illius effectus est, gladioris instar separare filium à pa-

tre, & à matre filiam, & nurum à so-

cri, ut ipse Dominus testatur, Matth.

10. quin & corda vulnerare, & cor-

pora frangere, ac secare in frustra;

& optimè quidem, nam quis Petrum,

& Paulū decapitauit? Diuinus amor:

quis Bartholomæo cutem exuit? Diuinus amor; quis martyrum corpora

diuisit in frustra? Diuinus amor; quis hominem à seipso diuidit, & facit, ut

seipsum abneget? Diuinus amor; *Be-*

*ne utique per gladium lex diuina de-*

*signatur;* (ait Abbas præfatus) quæ et si

lex amoris est, ad instar tamen gladii se-

parat, ac diuidit membra à membris, &

filios à patribus, ut Paulus testatus est,

*Ad Hebr. 4.* dicens, ad Hebreos 4. *Vnius est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gla-*

*dio ancipi, & pertingens usque ad di-*

*visionem animæ, ac spiritus, compagum quoque, ac medularum, quin & credo de*

*hoc gladio locutum fuisse Simeonē, quando Beatae Virgini dixit tuam ipsius animam gladius doloris pertransibit:* huic

argumento valde consentanea sunt illa, quæ primo confessionum suarum

*Augustin. 1.* Augustinus habet: *Mulsum, ait, vexat hominem amor mudi, cum relinquatur; multum amor sui cum calcatur, super omnia autem penetrat, & transfigit eum hominis amor Dei, cum vene-*

Adducitur  
Canticorum  
locus in prä-  
sentem senten-  
tiam ab  
Ambr. serm.  
15. Psal. 118.  
& lib. 3. de  
Virgin. item  
à tribus Pa-  
tribus apud  
Theodoret.

*A Magn. Ba-*

*silius inter-  
rogat. 2.*

*Apatre Gre-  
gor. lib. 6. Mo-  
ral. 14. Ab  
Orig. hom. 3.*

*ex quatinor.*

*Ab August.*

*in Psalm. 37.*

*Aug. vbi sup.*

*C sonat Augustinus, dicens: Ama-*

*bat sponsa; & nondum tenebat; do-*

*lebat quia nondum habebat: ergo si do-*

*lebat, vulnerata erat; sed hoc vulnus*

*ad veram salutem rapiebat; qui hoc*

*vulnerere non fuerit vulneratus, ad ve-*

*ram sanitatem non potest peruenire, &c.*

Ex quibus patet sicarium esse amo-

rem utrumque, tamen humanum nem-

pè, quæm diuinum; ea tamen di-

stinctione, quod mundi amor ad

mortem, Dei autem ad vitam vul-

nerat, ut ad calcem annotationis mo-

strabimus.

Sagittarius item amor est, seu carnis, seu spiritualis sit: Nec quis-

D quam ex illo vulnera tutus abit; ut ca-

*Propertius  
Poeta.*

*Iob cap. 6.*

*1. Reg. c. 22.*

Diuinus amoris sagittæ, re, dederit ei signum, dicens:  
mor sagittæ, ex loco Si dixeris puer sagittæ intra te sunt, tolle eas, pax tibi est, & nihil est mali, &c.

Iob cap. 6.

A ex quo loco duo inferunt Patres, quæ etiam ex loco Iobi infert Chrysostomus hom. 3. de patient. Primū, quod inferūt, est esse diuinum amorem sagittarium, ut Iob ipse testatur, cum ait, *Sagittæ Domini in me*, & ut colligitur ex facto Ionathæ, qui sagittam intra emissam pro signo dedit benevolentiæ, amoris, & pacis; sunt enim sagittæ amoris arma, eiusque signa ipsum amorem indicantia, quemadmodum calamus scribam indicat. Secundū verò, quod Patres inferunt ex utroque loco apposito, est illud, quod iam sèpè diximus; iactus, siue sagittas diuini amoris, non occidere, sed sanare; non prosternere, sed erigere; non debilitare, sed confirmare: *Amat* (inquit Angelomus ad locum Regū) *Deus, quos sagittat*; ecce, amore mediante, cor proborum hominū impetum sagittis; *Cui sagittæ ipsius infixæ sunt* (prosequitur Pater catus), *hest ab eo furor Dei*; ecce quomo- do istius sagittarii sagittæ lethales nō sunt, sed viuificæ, vnde (prosequitur idem Pater) *huius diuini sagittarii sagittas possumus appellere cum Eliseo: sagittas salutis Domini*, 4. Regum cap. 13.

4. Reg. c. 13. Chrysostom. hom. 3. de pa-

Optima sunt, & aurea Chrysostomi verba, quæ habet loco supra citato, vbi introducens Iob colloquenter de diuini amoris sagittis, sic ait: *Non me mouent exteriores sagitta, interioribus vallatum; confirmant me magis intro Dei potentis acute sagitte*; ac si dicat, à duabus sagittariis impetus, ab amore nempè Dei, & carnis; iste filiorum, bonorumque omnium, ac propriæ valetudinis iacturis vtitur pro sagittis; at, quæ mihi sunt in corde infixæ, à diuino amore illas respuunt, ac faciunt exilire; nō enim ad mortem vulnerant, sed corroboro-

rant ad vitam diuini amoris sagittæ: audi vndeclim milliarum virginum ductricē Ursulam, huius sagittarii sagitta vulneratam, atque dicentem: *Cum sit mors alius, vita est mihi missa sagitta*.

*Si ferit hæc viuo, ni ferit illa cedo.*

Probat tandem secundam assumpti partem illud Dauidicū Psalm. 37.

Psalm. 37.

*Sagittæ tue infixæ sunt mihi*; qui locus,

quamquam ab Eusebio, & Basilio intellegatur de calamitatibus, quæ Dauidem conficiebant, propter peccatum;

B tamen Chrysostomus vbi supra, de diuini amoris sagittis intelligit, quibus ipse post pœnitentiam saucius erat: *Sagittæ, inquit Dauid, tue infixæ sunt mihi*; tūc interrogat Pater, quales sagittæ? & respondens ait: *Sagittæ pietatis, sagittæ desiderii, sagittæ itaque diuini amoris*; consonat tandem

Augustinus lib. 9. confess. cap. 2. vbi diuinam dilectionem, seu charitatē sagittaria m appellat, dum Deum alloquens, sic ait: *Sagittaueras tu Domini ne cor meum charitate tua.*

August. lib. 9. confess. cap. 2.

*CIRCA EAD. EM S A-*

*cri contextus verba,*

*Luce cap. 2.*

*Tuam ipsius animam gladius pertransibit.*

## ANNOTATIO VI.

D Amorem doloris esse mensuram, & dolorem amoris, verificatur ex Christo, & in Virgine Deipara eius matre.

Ephren. hom. de pœn.

**T**'antum (inquit Ephren Syrus) quisque dolet, quantum diligit, que quidem doctrina quamquam in multis aliis personis possit verificari,

ex

ex Christo tamen Seruatore , & in eius Matre cūdētissimè comprobatur. In iunioris Tobiae matre adinuenit Ambrosius ad Psalmum 118. appositi asserti comprobationem, dū ibi eius intensi doloris verba ob filii absentiam , quem intimè diligebat , considerat. *Flebat* ( inquit contextus Sacer, Tobiae 10. ) mater eius irremediabilibus lachrymis, atq; dicebat; *Heu, heu me filii mi, ut quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostra, solatum vita nostra? Deficiens à desiderio* ( inquit Ambrosius) pro filio, quem intensè amabat, dolebat, & patiebatur intensè : Ecce intenso amori , dolor intensus adæquatus : Quod item in Paulo , ac in Maria peccatrice amplificat idem Ambrosius ad caput 7. Lucæ , adæquans eorum in Christum amorem, dolori, quem propter ipsum passi sunt. *Multum* ( inquit ) *dilexit Paulus, qui usque ad Martyrum perseuerauit; multum dilexit Maria, quæ multum doluit; lachrymæ enim sunt doloris indices.*

C Ecce habes ( studiosè Lector ) in Tobiae matre , quomodo probes amorem doloris esse mensuram ; & in Paulo, & Magdalena , dolorem amoris : sed firmius huius doctrinæ adinuenies fulcimentum in illis sancti Euangelistæ Ioannis verbis , quæ ab ore quorundam Phariseorum accipit, retulitque sui Euangeli in capite 11. vbi Lazari resurrectionem enarrans, ait fuisse Christum lachrymatum ; *Et Lachrymatus est Iesus* ( inquit ) & statim amnebit : *Dixerunt ergo Iudei: ecce quomodo diligebat eum.* Disquirit verba Martyr Bertarius, & ait : *Tantum plorare vident, & inferunt amare? nonnè certius intulissent dolere? nam lachryme doloris sunt testes; Benè vtique, ( respondit) quia lachryma doloris indicant, & dolor presupponit amorem, unde quantum quisq;*

*Tob. cap. 10.  
Amb. ad Ps.  
118.*

*Idem Amb. ad  
cap. Luca 7.*

*Ioan. cap. 11.  
Dispuigit locū Bertarius  
dubio 59. ex  
eis, quæ sunt  
noui testimoniū.*

A amat, tantum dolet ; nam ex dolore peccatricis , eins in se amorem comprobavit Christus, dicens : *Dilexit mulum.* Habet igitur præsens assertum in infallibili veritate Christo fundatum , qui vtrobique ex doloris magnitudine , intulit dilectionis intentionem ; veramque facit veritas ipsa Ephren Syrisententiam. *Tantū quisq; Ephren ubi  
dolet, quantum diligit.*

B Sed quid amplius fatigamur in huius asserti inquirenda probatione, cum in Beata Virgine maximè comprobetur , ad quam Simeon dixit. *Tuam ipsius animam gladius pertransi- Luca cap. 2.  
bit; quis nam gladius (interrogo) gladius, proculdubio , illius de quo annotatione superiori monstratum est, gladiatorem esse, atque sicarium; gladius, inquam, amoris, qui tam intensum confuevit inferre dolorem, quætus est amor ipse , qui vulnus infligit ( vt superius monstratum est: ) vt igitur inferamus, quām fuerit dolorosum vulnus amoris, quo in Christi morte sauciata fuit Beata Virgo, necesse est inquiramus , quantus fuerit (ipse, qui intulit) eius amor in filium.*

C Multa congerit Anselmus libro de excellentiis Beatae Virginis , cap. 4. & 5. vt ostendat intensiorem , & perfectiorem fuisse Beatissimæ Virginis in Christum filium suum amorem, amoribus omnibus, quibus reliquæ matres fuerunt, vel erunt suos filios prosecutæ : *Excedit omnes amores, amor istius matris in filium,* ( ait præfatus Pater:) ad tria autem capita possunt reduci rationes omnes, quas ipse congerit, vt probet intentum. Pri-

D ma fundatur in pulchritudine Christi; est enim omne pulchrū ex se amabile, & eo amabilius , quo pulchrius; pulchritudo enim amorē cōsiliat, vt in suo de natura dilectionis Aug. obseruat; cū igitur ( attestate Psalmog. Ps. 44.) esset huius Virginis filius, præ omnibus aliis matrū filiis , speciosus , &

*Luca 9.*

*Ephren supra.*

*Amor Virgi-  
nis in Chri-  
stū filiū suū  
excessit om-  
nes amores  
matrū in fi-  
lios, ex An-  
sel. lib. de Vir-  
ginis excelle-  
tiis c. 4. & 5.*

*Pulchritudo  
amorē consi-  
liat ex Aug.*

Prima ratio  
ob quā Christus prae omnibus filiis hominū diligē meruit.

Secunda ra-  
tio, ex cap.  
Genes. 25.

Expenditur  
locus à Ru-  
perio, & ab  
Amb. lib. de  
Iacob. cap. 2.

Genes. 25.

Virtus ama-  
bilis à se ipsa  
ex Amb. loco  
citato.

gratiosus. Inde equidem profluxit, vt esset prae filiis omnium matrum, A à matre dilectus; vndē optimè Anselmus. Excedit omnes amores amor istius matris in filium.

Secunda verò istius excellentissimæ dilectionis ratio desumitur ex virtute, ac probitate morum; est enim virtus, ac morum probitas per se amabilis, nullis indigens externis administriculis, vt ametur: probant hoc patres, dum verba illa contextus Sacri disquirunt, Genesis 25. Isaac amabat Esau, eo quod de venationibus eius vescebatur, & Rebecca diligebat Iacob.

Expedit Rupertus diuersam vtriusq; parentis dilectionis enuntiationem; etenim paterni amoris causam aperit ponit Sacer contextus dicens. Isaac amabat Esau, eo quod de venationibus eius vescebatur; maternæ autem in Iacob propensionis, nullam prorsus assignat, sed absolute dicit. Rebecca diligebat Iacob: Istarum autem enuntiationum discriminis causam si queraris, accipe ab eodem Ruperto ad hunc locum, & ab Ambrosio libro de Iacob & vita Beata cap. 2. Virtus administriculis non indiget alienis, vt ametur, ipsa sui amoris causa est; bonum enim, honestum, & purum per se ipsum amabile est. Vndē materni erga Iacob amoris causa nulla assignatur; cum enim bona indolis, ac virtute praeditus esset (vt indicat contextus Sacer dicens: Iacob vir simplex habens in tabernaculo) per se ipsum amabilis erat; vndē iustior Rebecca amor, Isaac amore; quia ille respectiū diligebat reprobum; illa verò diligebat Iacob electum, non quia filius erat, sed quia virtuosus, & iustus: vndē optimè Ambrosius loco citato: Non tamen filium preferebat filio, quam iustum iustus; est itaque virtus amabilis per se ipsam, ac dilectionis consiliatrix; Quod item multis ostendit Guaricus Abbas sermone 3. de S. Benedic-

to, vbi inter alia sic habet: *Virtus sine alieno suffragio se ad omnium commendat censentiam: Consonat Seneca lib. de tranquillitate, vbi sic ait; est equidem amabilis, ac venerabilis virtus suis etiam inimicis: Adde(sì placet) ea, quæ in hanc sententiam libro de premissis, & pœnis ludæus Philon obseruavit; Reuerendā(inquit,) & amoris consiliatricem virtus præfert speciem; & propterea ab omnibus colitur.*

Vndē iam causa desumitur, ob quam fuerit intensissimus Beatæ Virginis amor in Christum; quia si virtus, ac morum probitas amorem consiliat, quād intensum, & omni alio amori incomparabilem amorem sibi valuit consiliari in matris pectore filius ille, qui non tantum virtuosus fuit, sed ipsa virtus, qui (vt 1. sua epistola cap. 2. loquitur Petrus) peccatum non fecit, neque dolus invenitus est in ore eius. Quinon tantum purus fuit, sed ipsa puritas; nam vbi vulgata nostra editio legit in Psalmo 1. Apprehendite disciplinam, legunt Cayetanus, Folegius, Eugubinus, & Genebrardus: *Osculamini filium: vel adorate puritatem, quo ostendunt Verbū in carne Æterni Patris filium, non tantum fuisse purum, sed ipsammet puritatem; consiliat itaque pura virtus amorem; ergo virtus, & puritas Christi, ac eius morum probitas, omni alia probitate longè incomparabilis; longè incomparabilem omni alio amore, amore in matris pectore consiliauit: vndē optimè Anselmus. Excellit omnes amores amor istius matris in filium.*

Tertiam denique intensissimam Beatæ Virginis erga filium dilectionis causam desumit idem Anselmus, ex eo quod reliquæ matrē amorem diuidant in filios, & maritum; at Beata Virgo, cum non haberet alterum filium, nec maritū (discesserat namq; passionis tempore è vita Ioseph) amorem non diuidebat, sed totum conferebat

Guaric. Ab-  
bas ser. 3. de  
S. Benedictū.  
Seneca lib. de  
trāquillitate  
Philon lib. de  
premissis.

Secunda cau-  
sa intensissimi-  
mi Virginis in  
Christi  
amoris.

1. Petr. cap. 2.  
Psalms. 1.

Versio mul-  
torū.  
Christus nō  
purus tan-  
tum, sed ipsa  
puritas.

Anselm vbi  
supra.

Tertia cau-  
sa intensissimi  
amoris, q̄e  
habuit in  
Christi Bea-  
ta Virgo, ab  
Anselmo.

rebat in filium; quod si dicas etiam  
Objicitur cōtra Anselmū  
in Deum multum amoris contulisse  
Beatam Virginem; responde Ansel-  
mus, exinde inferri eiusdem Beatæ  
Virginis dilectionis in filium inten-  
sionem; nam cum filius, quem ama-  
bat, esset Deus; quo plus amabat fi-  
lium, eo plus diligebat Deum; & quo  
plus diligebat Deum, eo plus dilige-  
bat filium. Vnde excessit omnes amo-  
res, amor istius matris in filium.

Optima eius  
de Anselmi  
dubii solu-  
tio.  
Perpendas ergo nunc quæso ( hu-  
manissimè Lector) ea, quæ de Dei di-  
lectione, & amore, annotatione ante-  
cedenti dicta sunt, esse nempè sica-  
riū, ac sagittarium; perpēde (inquam)  
esse doloris mensuram; & aliqualiter  
comprehendes, quantus Beatæ Vir-  
ginis fuerit dolor, dum carissimum  
sibi filium clavis confixum & à plāta  
pedis, usque ad verticem capitis vul-  
neratum in cruce obire conspexit ex  
amoris mensura intulerunt Ansel-  
mus, & Sophronius, eiusdem Virginis  
doloris intensionem. Quidquid crude-  
litatis (inquit Anselmus libro de ex-  
cellentiis Beatæ Virginis capite 5.)

Incompara-  
bilis Virg-  
inis dolor in  
infictum est corporibus Martyrum, leue  
fili sui pa-  
scione, ex An-  
selmo.

fuit, aut potius nihil comparatione tuæ  
passionis, o Beata Virgo; etenim non cre-  
diderim te potuisse ullo pacto stimulos  
tanti cruciatus, quin vitam amitteres,  
sustinere; nisi spiritus dulcissimi filii tui  
te intus doceret, non esse mortem eum  
absumentem, sed magis triumphum om-  
nia ei subiicientem. Annexens autem  
Sophronius, sermone de Virginis af-  
sumptione, causam tam immensi do-

Beata Virgo  
plusquam Mar-  
tyr, & quo-  
modo ex So-  
phronio ser. de  
Assump. eius.

loris ait. Verè Mariam plusquam Mar-  
tyrem prædicamus; alii namque sancti,  
etiam si passi sint pro Christo in carne; ta-  
men in anima (quia immortalis est) pati  
non potuerunt; Beata vero Dei genitrix,  
quia in ea parte passa est, que impassibili-  
lis habetur, idèò, (ut ita fateari) quia spi-  
ritualiter, & eos caro passa est gladio  
passionis Christi, plusquam Martyr fuit;  
Concludit tandem Sophronius di-  
cens. Vnde constat, quia plus omnibus

A dilexit; propterea, & plus doluit, in tan-  
tum ut animam eius totam pertransiret,  
& possideret vis doloris, ad testimonium  
eximiae dilectionis; Hæc omnia So-  
phronius, ex quibus patet amorem  
doloris esse mensuram, & verus sensus  
percipitur sancti Simeonis ver-  
borum ad Virginem. Tuam ipsius ani-  
mam gladius pertransibit.

CIRCA ILLA VERBA  
B Euangelici contextus.

Lucæ 2.

Vt reuelentur ex multis cordibus co-  
gitationes.

## ANNOTATIO VII.

Detegit animos fors aduersa, ac tri-  
bulatio.

C **H** vius annotationis assumptum  
Boetius libro  
de cōsolatione  
Boetius admirabili quadam senten-  
tia, dicens. Amicorum tibi fidelium  
mentes aspera, horribilisque fortuna de-  
texit; hæc tibi certos sodalium vultus,  
ambiguosque secrevit: Consonat Oui-  
dius, qui præter ea, quæ libro 1. de  
tristibus de hoc cecinit argumento,  
sic alibi dixit:  
Prospera fors passim simulatos iungit  
amicos;

Ouid. lib. de  
Tristibus.  
Sed paucos tantum senior aura probat.  
At demissis externis: sacre Scripturæ  
locis præsens assertum potius iuuat  
stabilire; quod optimè probat illud  
Hieremiæ lamentabile cariné, Thre-  
norum in capite 1. Quomodo sedet so-  
la civitas plena populo, &c. omnes amici  
eius spreuerunt eam, & facti sunt ei ini-  
mici: ad quem locum sic noster habet  
Lyranus. Quando Hierusalem tempori-  
bus Davidis, & Salomonis in sua vige-  
bat prosperitate; alii Reges proximi sede-  
bant

bant ei, & mittebant dona, suaque latabantur amicitia, tamen, aduersa urgente fortuna, facti sunt ei inimici; ex quo clarè constat, nunquam veros fuisse amicos, sed aliud aduersus Hierosolymitanos habuisse in corde, ab eo, quod ostentabant longè diuersum, quod aduersitate monstratum est; unde optimè Ioannes Chrysostomus sermone 6. de passione. *Aduersis (inquit) probatur amor, affectio pensatur periculis.*

*Ioan. Chrysost. ser. 6. de Passion.*

*Iob 37.*

*Gregoribi.  
In aduersitate probantur amici.*

*Osee 7.  
Disquisitur à Ruperto.*

Probat item præsens assertum fitus sancti Iob amicoru animus erga ipsum, qui vbi primum eum miseriis oppressum conspexerunt, verbis contumeliosis eundem affixerūt, de quibus ipse conqueritur dicēs. *Quare persequimini me sicut Deus? & carnis meis saturamini?* ad quem locum congruenter valdè ait Pater Gregorius. *Cum quis in prosperitate diligatur, incertum valdè est, utrum prosperitas, an persona diligatur; amissio vero felicitatis offendit vim dilectionis, neque prosperitas quippè amicum indicat, neq; aduersitas inimicum calat.*

Facit etiam pro eiusdem assumpti confirmatione locus ille Osee in capite 7. in quo (ut Ruperto visum est) loquutus fuit Deus de euentu hoc, quod predixit Simeon, agēs de Christi Passione, & dicens, *ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes; ita nāq; loco citato ait Dominus. Cum sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samaria;* vbi diligenter obseruat citatus Abbas, non dixisse Dominum; *Exhorta est iniquitas, seu oriri cœpit, sed reuelata est, ut ostenderet tunc, nempè tempore passionis, reuelandam esse multorum malitiam, & odium in Christum, quod usque tunc occultabant in pectore.* *Ex passione (inquit) Christi, compassio neque matris eius, factum est, ut multorum hominum cogitationes, quæ anteal latebant, reuelarentur; idest, per quosdam effectus aliis proderentur, ac reuelaren-*

tur: tunc enim manifestatum est, quod in pectore celabat Iudas, Caiphas, & Ananas, & quid in animo fuerit Nicodemo, & Iosepho. Quærit Theodoreus rationem, & causam, ob quam Dominus non duxerit filios Israel, per aliam viam breuiorem, facilioremque, quā per longum iter solitudinis, fame afflictos, sitiq; cruciatos, & eruit responsionem, ex cap. 8. libri Deuteronomii, vbi sic ait sacra pagina: *Eduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, ut ffligeret te, atque tentaret,* B *& nota fierent, que in tuo animo versabantur; ad quem locum sic habet prefatus Author: *Dinturna afflictio pectora reuelat, & qualis quisque intus sit, ostendit;* Adducit idem Theodoreus in confirmationem suæ expositionis, præsentem locū Euagelicum, de quo agimus; aitque: *Hoc sensu dixit Simeon ad Virginem de puerō Iesu: Ecce postus est hic in ruinam, &c. ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes:* Tunc annectit, *predixit enim in his beatus sequens, magnas fore rerum reuolutiones in aduentu Christi: magnos matris dolores in morte ipsius, ut eo apparente, ac paciente cognoscatur, quo quisque in illum animo, quāq; fide sit.**

*Cur Dominus non duxerit filios Israel per viam faciliorem, ex Theodor. ad c. 8. lib. Deut.*

*Afflito diu-  
turna, anima  
reuelat.*

*Luca 2.*

#### AD ILLA SACRI CONTEXTUS VERBA. *Luca c. 2.*

Et erat Anna Prophetissa filia Phanuel de Tribu Asers Hæc processerat in diebus multis, &c. & hæc vidua, usque ad annos octuaginta quatuor, quæ non discedebat de Templo, in ieuniis, & orationibus seruiens nocte, & die.

#### ANNOTATIO VIII.

Veræ viduitatis studia, recessus, Templum, gratio, & ieunium.

C Vm mysterio loquutum fuisse Paulum 1. ad Timothæu cap. 5. cum

Neq; omnes viduae vere viduae sunt: ex Paul. i. ad Timot. & ex Hierony. ad Principiam.

cum dixit, *viduas honoras, quae vere viduae sunt*, obseruauit diuus Hieronymus ad Principiam scribens, & non sine maximo fundamento ab Apostolo dictum esse putat, *Viduas honoras, quae vere viduae sunt*; nam omnes, quae postquam nupserunt, maritos amiserunt, veras viduas esse sensendas communis hominum fert opinio; unde redudare videntur verba illa Pauli, *quae vere viduae sunt*, si absque aliquo occulto mysterio apposita non sunt: at Paulus ipse se explicat, dum subdit inter viduas, ac viduas distinctionem, ex qua clarè infertur, quod

quamquam omnes mulieres post matrimoniorū suorum obitum verè dicantur viduae, non tamen omnes veras viduas esse; aliud enim est verè esse viduas, id est, verè esse maritis destitutas; aliud est veras esse viduas, id est, verè se accommodare suæ sorti, conditioni, & tempori, ac viduitatis studia amplexari: audi Paulum, & percipies verborū mysterium, qui postquam docuit esse viduas honoradas, quae veræ viduae sunt, non solum distinctionem posuit inter viduas, & viduas, sed ostendit esse vnamquamque earum ab studiis dignoscendam, dicens,

*quae verè vidua est, & desolata, speret in Deum, & in istet obsecrationibus, & orationibus, nocte ac die: nam quae in*

*Paul. ubi su. Vidua deliciosa veravia non est, sed mortua est.* itaque Paulus ex diuersis studiis diuersam omnino viduitatem; nam vidua, quae studet recessui, orationibus in Templo, ac mortificationibus, & ieiuniis, vera vidua est; quae vero studet locutionibus, confabulationibus, ac deliciis, falsa vidua est, & viuens mortua est, vt loquitur Apostolus, id est apparēs tantū vidua est. (*No tieuen estas de viudas mas que las tocas.*)

*Illustratur verè viduā doctrina, ex exemplo Marcellae, & Neomi.* In sua vidua Marcella confirmat Hieronymus Apostoli doctrinā, cāq; illustrat exemplo viduae Neomi, quae vbi primum se marito, liberisque destitutā conspexit, statim relicta Moa-

A bitarum terra, tanquam profana, in Bethleem reuersa est, (en vendo se vidua, recognoscere a sagrado,) audiamus Patrem. Raro quidem Marcella pro Hiero. in vita cedebat ad publicum, & maximè nobis S. Marcella. lium matronarum vitabat domos; ne cogeretur videre, quod contempserat: Martyrum basilicas secretis celebrabat orationibus, ut populorum frequentiam declinaret; qualis fuit Neomi, quae vbi primū filios, & maritum perdidit, ad sacrarium confugit; hoc enim est officium veræ viduae, sicut Paulus dixit, *quae verè vidua est, & desolata, sperabit in Dominum, & persistet, in oratione die, ac nocte.*

Annecte iis, quae dicta sunt, ea, quæ Aug. epist. 121

habet Augustinus epist. 121. ad Probram viduam. *Quod maius* (inquit) *esse potest viduitatis negotium, quam præstere, in oratione nocte, ic die, secundum Apostoli admonitionem; quamvis enim omnia membra Christi orare debeant, specialiter tamen diligenter cura orationū in sacra Scriptura viduis Christi inuenitur commendata;* & prosequitur idem Augustinus argumentū hoc, ostendens longè fortiorē esse viduarum, (quae veræ viduae sunt) ad impetrandum orationem, aliorū mulierū orationibus;

C *Quamvis* (inquit) *in Templo duas Annas orantes inuenimus, unam uxoratam, alteram viduam, una filium inuenit, altera Deum in carne: illa genuit filium, vidua autem, de qua dicitur 3. Regum. 17. oratione sua mortuum filium excitauit; accessit Anna uxorata ad Templum, vt filium in felicitate inueniret, alteri viduae occurrit Deus in via, vt filium suscitaret; quod si vidua, de qua agimus, filium non inuenit in Templo, inuenit Deum in carne de suo sanguine;* Prosequitur idem argumentum Chrysologus sermone peculiari, vbi multa habet eidem valde cōsentanea, ex quibus probare poteris peculiare, ac proprium veræ viduitatis studium, & officium esse, Templa inuisere, orare, ac ieiunare.

D Verarum viduā oratio efficacissima

Ad perfectam denique assumpti  
huius

huius comprobationem maximè iuabit adducere, ea quæ epistola 14. (quæ est ad viduas sorores suas) affert Cardin. Petrus Damianus, vbi inter cætera hæc intermittit. *Ne diurna fortasse orandi consuetudo vobis ingerat tedium, Euangelica illa Anna vestra viduitati præponatur exemplum; quæ nimis mirum (attestate scriptura) septenni coniugio fructu, iam usq; ad octoginta quatuor annos in viduitate processerat; veruntamen, quæ tam prolixum, & tam annosum viuēdi sacerdos accepit; nunquid vel vacando fabulis, vel deliciosa viuendo curuatrices annilis eui molestias temperauit; minimi: sed continentia (longeuitate permitta) protinus Euangelista subiungit. Quæ non discedebat de Templo, ieuniis, & orationibus seruens nocte ac die, & aliquibus intermissis tandem cōcludit, dicens: Hanc itaque egregiam viduā, quasi signaculum quoddam vobis metip̄sis solerter imprimite, ut verae viduitatis mereamini premium reportare: Hæc circa veræ viduitatis studia dixisse sufficiat, ad alia transcamus.*

\*\*\*\*\*  
CIRCA ILLA VERBA  
contextus sacri. Lu-  
ce cap. 2.

*Et erat Anna Prophetissa filia Pha-  
nuel de Tribu Aser; Hæc processerat in  
diebus multis, & vixerat cum viro suo  
annis septem à virginitate sua, & hæc  
vidua usq; ad annos octuaginta qua-  
tuor non discedebat de Templo, ie-  
uniis, & orationibus ser-  
uiens nocte, ac die.*

ANNOTATIO IX.

*Non eneruat, immo adauget vires cor-  
poris, exercitium virtutis.*

**S**I attentè computes annos (curioso Lector) quibus vixerat Anna, quæ de Christo Domino perhibuit testimonium, adiuuenies centesimū quintum ad minus iam expleuisse: si namque septem quibus vxorata vivit, addas octuaginta quatuor viduitatis suæ facies nonaginta, & unum quibus tandem si addas quatuordecim, qui à Nativitate, usque ad nuptias debebant intermitti, facies ad minus centesimum quintum; quæ cum tam longævæ ætatis esset, à virtutis tamen exercitio minimè eneruata, die, ac nocte seruiebat Domino in ieuniis, & orationibus; ex quo optimè probatur præsens assertum, non eneuari, nempe animi, nec corporis vires, immò augeri, & roborari exercitio virtutis: audi Theophilatum; *Vt intelliga, (inquit) quod castitas non solum animi & saluti prodest, verum etiā & longam tribuat corpori sanitatem, & vitam; sicut è diuerso libidinosi actus vitam breuem; postquam Euangelista dixit Annam multos vixisse annos, quasi causam reddens castitatis, honestatis, ac ieuniis, & orationis, illam laudat dicens: & vixerat cum viro suo annis septem, & usque ad annos 84. non discedebat de Templo seruens Deo die, ac nocte in ieuniis, & orationibus; Non labefactat, immò adauget vires exercitium virtutis.*

**D**Hoc idem argumentum prosecūtur Patres, dum Judith viduam se ieuniio macerantem considerant, vt hostem ingulet, & patriam tueatur; ieunabat (inquit contextus Sacer, Judith cap. 8.) omnibus diebus vita fæcilius, præter Sabbathum, & Neomenicas: admirable equidem adiuuentum, ieuniio præparari ad tam arduum factū iniendum! vires non ieuniio macerare, sed cibo augere confueuerunt fortes, ac robusti viri, cum in singulare certamen cum hoste descendere intentarunt; at è contra fragilis foemina ieuniis exercetur, vt virum fortem, ac bellum.

Castitas &  
animi, & cor-  
poris salui  
proficia est,  
ex Theoph.  
ad ca. Luc. 2.

Nō labefac-  
iat, sed adau-  
get vires  
exercitii vir-  
tutis.

belligerum valeat superare! ne tamē mireris (Lector humanissime) non enim frangit, nec debilitat vires, sed adauget exercitium virtutis. Audi Ecclesiam canentem. Deus, qui comparat ieiuniū mentem eleuas, vītia cōprimis, vītūtē largiris, & p̄mīa: Audiique Patrem Hieronymum optimè circa Iudith factum differentem, sic enim hābet ep̄stola, quam ad Furiā

Ecclesia in  
Missa qua-  
dragesimæ.

Vincit mu-  
lieris vidue  
ieiuniorum  
maceratio  
luxuriā, ex  
loco Iudith  
cap. 8. & ex  
Hierony. ad  
Furiam.

scribit. Legimus viduam Iudith confe-  
ctam ieiuniis, & habita lugubri sordida-  
tam armatam gladio; manum cruentatā  
dextram, de mediis hostibus, Holopher-  
nes caput reportantem: vincit itaque vi-  
ros fēmina ieiuniis macerata, & castitas  
truncat libidinem.

Latè prosequitur idem hoc argumen-  
tum Ambroſius libro de viduis,  
ex quibus optimè probare poteris  
assumptum p̄ſens. Sed neque bona  
viduæ fortitudo deesse consueuit, (inquit  
Ambroſius) quæ orationi intendit, &  
ieiuniū maceratur; hac enim vera forti-  
tudo est, quæ naturæ uſum, ſexus infir-  
mitatem, mentis deuotione transgredi-  
tur; qualis illa cui nomen Iudith, quæ ie-  
iuniū robora, viros obſedione fractos,  
percussos metu, tabidos fame, ſola potuit  
à colluione reuocare, ab hoſte defendere;  
ex muro proceſſit illa fortior exercitu,  
quem liberauit, atque eo p̄ſtantior, quæ  
fugauit: ſed ut ſcias (prosequitur idem  
Pater) vnde tantus viduitatis proueni-  
ret effectus, ſeriem ipſam prosequere ſcri-  
pturarum à diebus viri ſui, quibus ille de-  
ſanctus eſt, uſtem deposituſ ſocūditatis,  
mæroris afflūpſit, & per omnes dies in-  
tentia ieiuniū roborata eſt: Hæc Am-  
broſius; ex quibus patet non frange-  
re, neque eneruare vires, immo robo-  
rare exercitium virtutis.

Neque rationi consentaneum mihi viſum fuit silentio p̄terire ea,  
quæ circa hoc idem argumentum  
homilia 36. ſuper 1. ad Corinth. ait  
Chryſtoſtomus, vbi cōqueſtus de vi-  
duis, quæ veræ viduæ non ſunt, & in  
deliciis viuētes, (vt loquitur Paulus)

Prosequitur  
ide argumē-  
tū ab Amb.  
lib. de viduis.

Contra deli-  
catas viduas  
ineuctio, ex  
Chryſtoſ. bo.  
36. ſuper 1.  
ad Corinth.

mortuæ ſunt, & ita eneruare, ac de-  
biles, vt non ſolum ieiunare, & orare  
non valeant, ſed neque templa inui-  
ſere, ſic ait: *Viduarum hodie, & virginū  
in Ecclesia chorus eſt, ſed viduæ illæ an-*  
*tiquæ magnum ornamentum p̄abebant*  
*Ecclesiis; nunc autem ab iis Ecclesia deſer-*  
*ta eſt, & exinanita, ſolumque manent*  
*viduarum signa;* (No han quedado de  
las antiguas viudas, mas que las tocas.)

quamvis enim nunc viduæ ſint, non ta-  
men illud habent ornamentum, quod hu-  
buerunt illæ, quæ ſe p̄parauerunt ad  
hæc certamina; non enim ſunt apta arma  
ad pudicitiam tuendam delicie, ſed ora-  
tio, & ieiunium, ac Temporum frequē-  
tatio. Prosequitur hoc idem argumē-  
tum Rauenæ Archiepiscopus, oſten-  
ditque hanc virtutis proprietatē ſer-  
mone 28. dum cauſam reddit, ob quā

Dominus permiferit. Apoſtolos ſuos,  
quos intimè diligebat, tot laboribus  
exerceri: De labore (inquit) uenit ad  
laborē; quia labor neſit laſſere me-  
ditatus; omnia enim, quæ de uſu uenit,  
non fatigant: virtus exercitii roboratur;  
hinc eſt, quod Dominus humanis labori-  
bus ſuos voluit exercere, ut eos indeſef-  
ſos redderet in diuinis; voluit enim, ut  
illis maneret fortitudo corporis ab exer-  
citio virtutis: Quod propriissima com-  
paratione oſtendit Plutarchus lib. de  
iniuriis tollerandis: Eadem (inquit)  
eſt natura virutis, ac lini; ſicut enim li-  
num quod magis teritur, eo melius redi-  
tur, & magis dealbatur; ſic & virtus ſui  
exercitio purior efficitur, & ſplendidior.

In maiorem p̄ſentis argumenti  
confirmationem, teſtem laudo puerū  
Danielem, cum ſociis eius, qui cibo-  
rum abſtinentia, ob diuinæ legis ob-  
ſeruantiam macerati non ſolum non  
ſunt viribus, ac valetudine deteriora-  
ti, ſed robustiores, & elegatioreſ euau-  
ferunt; Dentur (inquit) nobis legumina  
ad uſendum, & aqua ad bibendum, &  
contemplare uultus noſtrós, & uultus  
puerorum, qui uescuntur cibo Regio, &  
ſicut videris, facies cum ſeruis tuis: Ad-  
mirā-

Delicie in-  
epitæ ſunt ad  
tuendā pudici-  
tias ieiuniū  
verò, & ora-  
tio aptiſſima

Virtus exer-  
citio roborat  
ex Arch. pif.  
Rauenat. ſer.  
28.

Illustratuz  
appositissi-  
mo exemplio  
Plut. lib. de  
ieiun. toller.

Ampliatur  
ide argumē-  
tū, & illuſtra-  
tur, ex loco  
Dan. cap. 1.

*Theod. ad e. r. Daniel.* miratur Theodoreetus huius pueri circa hunc virtutis effectum philosophandi rationem , & ait. *Eximum profecto, & admirandum fuit pueri Danielis, in tam puerili etate tanta continenterie, & Dei legis obseruanda exemplum;* Sed quid ex huius abstinentiae exercitio , & diuinæ legis non frangendæ proposito sanctis pueris cœnerit , ex sacra pagina audiamus.

*Daniel. i.* Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores , & corpulentiores, præ omnibus pueri: qui vescebantur cibo Regio ; ubi sic habet noster Lyranus apparuerunt magis viuidi in colore, & magis carnosí: Interlinealis sic. Apparuerunt vultus eorum meliores decore, & pinguedine ; Mira equidem res, & notatu digna; quod pane tantum, leguminibus, & aqua, cum quibus solent eneruari vites minui carnes & vultus pulchritudo , ac colorum suauitas desperdi omnibus aliis, qui opipare manducabant pueris, robustiores, carnosiores, ac venustiores euaderent isti pueri; vnde hoc à virtute studio (respondet Theodoreetus) cuius exercitium vires non minuit , sed adauget, inde dices posse aliquem exercitio virtutis, reiunio nempe , & abstinentia corporis robur , & decorem sibi comparare: Comparauit equidem mulier de, qua nobis sermo est , quæ per octuaginta , & quatuor annos virtutibus se exercens , centenaria cum esset, vires ad orandum , & ieunandum non amiserat.

*Theod. ubi supra.* Protestatus est hanc eandem veritatem Romanæ eloquentiæ patrens, dum vulgi opinionem retundens ait. *Nescis insane, nescis quantas vires virtus habeat, nomen tantum virtutis usurpas, quid ipsa valeat ignoras.*

*Cicero in Paradoxis.*

A D I L L A S A C R I  
contextus verba. Lu-  
cae cap. 2.

Et erat Anna Prophetissa filia Phanuel de Tribu Aser, &c.

A N N O T A T I O X.

*Carnis munditia optima preparatio ad diuina mysteria capienda, intelligenda, & declaranda.*

**M** Vlierem annosam , & à carna- libus voluptatibus segregatā, & omnino alienam ( vtpote quæ, per octoginta, & quatuor annos viduitatis suæ castè, & virtuosè vixerat) nobis proponit Euangelista Sacer diuina mysteria propalantem, & de Verbo incarnato mirabilia proferentem, vt intelligamus, quām sit apta carnis munditia ad diuina mysteria capescēda, & penetranda.

**C** Optimè confirmabis intentum præsens, si disquiras cum Patribus illa Esaiæ verba cap. 28. *Quem docebit scientiam? (subintellige Dominus,) & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulso ab ubere;* Vbi is est planus loci sensus secundum grammaticalem constructionem, *quos indicabit Dominus aptos, ut eos edoceat sciētiā diuinorum mysteriorū?* Et interrogationi à se ipso factę, statim respondet idem Propheta dicens.

**D** *Illos qui iam à matrum saarum vberibus auulsi lac suggerere desierunt: Pungit locus: Quomodo aptos iudicat Propheta pueros recenter ab vberibus auulso, & ablactatos ad diuina mysteria capienda, ad quę potius requiri videntur anni seniles, vel saltem matura aetas, & mēs perfecta; obuiare omnino videtur Propheta Ecclesiastico cap. 9. qui ait; In sensu sentiūm verbum, & capite 25. corona se-*

*Esaia 28.*  
Disquistitur  
locus Esaia,  
& adducitur  
ad præsentis  
affectioni fulci-  
mentum.

*Obuiari vi-  
detur Esaia  
loco duobus  
locis Eccles.  
cap. 9. & 6.25*

*Psal. 110.* *num multa peritia, & gloria illorum timor Dei;* At omnis sapientiae fundatum Dei timor est Psal. 110. quomodo ergo non senes, sed puerulos à lacte nuper ablactatos ad Dei mysteria capescenda, seu addiscenda, & edocenda, aptos iudicat Esaias? pungit inquam locus; dispungamus tamen illum cū Patribus: nō reiicit hic Propheta hanc vel illam æratem; nā spiritus, vbi vult spirat, Ioannis 3. sed deponit at carnis munditiam, quæ requiritur ad diuinorum mysteriorum scienciam addiscendam; & ad illam illos tantum idoneos iudicat, qui ad instar puerorum, qui nuper à matrum vberibus auulsi sunt, carnis munditiam custodiunt; intelligit enim Propheta in loco adducto secundum omnium fere Patrum interpretationē per lac fluxas carnis illecebras, & voluptates audi in primis Lyranum nostrum. *Quem* (inquit ipse dispungens locū) *docebit Dominus scientiam per sacrarum Scripturarum studium?* & quem intelligere faciet auditum? idest verba Doctorum; vel etiam Angelorum reuelantiū, & respondet; *Ablaçtatos à lacte,* idest, à delectationibus carnalibus segregatos; alii enim illis eisdem dediti, sunt ad hoc incepti.

Disquiritur  
etiam locus ab  
Hugone Cardinali.

*Ad 4. Hebr.  
cap. 5.*

*Esaie locus  
alter eiusdē  
capitis discu-  
titur.*

Si autē fundamentaliter loci sensum vis obtinere; audi Hugonē Cardinalem disquitemem. *Sicut* (inquit) reprobrati sunt supra, qui vacat voluptatibus carnis, & eius deliciis indulget; ita etiam hic approbantur, & eliguntur, qui carnis renuntiarunt operibus, ut siant cœlestis doctrinae participes; vnde consonanter ait Apostolus ad Hebraeos cap. 5. *omnis, qui laclis est particeps, expers est sermonis iustitiae, ubi per lac fluxas carnis voluptates intellige.*

Insequere (curiose Lector) Prophetæ cōtextū, & adinuenies aliud huius assumpti validū fundamentū; annectit enim statim Esaias quædā verba adeò obscura, ut multorū cruciēt intellectus. *Quia manda, remanda; māda,*

*remāda; expecta, reexpecta; expectare exspecta;* modicū ibi, modicū ibi: Audi loci expositionē, & habebis (vt dixi) validā assumpti probationem; & in primis aduerte sic locum habere in noua translatione, quā multi sequuntur: *Mandatū post mandatū;* *mandatū post mandatū;* linea post lineam; modicū ibi; Secundū quam translationem is (secundum Vatablū, & Isidorū Clarū) est loci sensus. Adeò incepti sunt omnes, qui carnales voluptates sectantur, ad diuina mysteria percipienda, vt etiam si eis detur mandatū, post mandatum, & linea post linéa declaretur, nihil intelligent, aut addiscat, ex quibus omnibus clarissime cōprobatur, carnis munditiā prærequiri ad diuina mysteria addiscenda, penetranda, & promulganda.

Hanc assignat Patres pro fundamento pueri Danielis, & sociorū eius diuinorū mysteriorū interpretādi gratiē rationē; *Pueris autē his* (ait contex. Sacer) dedit Deus scientiā, & disciplinā in omni libro, & sapientiā; Danieli autē intelligentiā omnī visionū; ad quē locum sic habet glosa: *Mundis, & honestis dat Deus scientiā, & scripturarū notitiam.* Addè ex Ambrosio libro de Ioseph; idè H̄br̄ puerū somniorū interpretandi percaluisse scientiā; quia castus fuit. Addas etiam si placet illud, quod diuus Hieronymus circa Sybillas obseruavit: Ideò nēpē de verbi Diuini incarnatione, de finali iudicio, & de multis aliis mysteriis prophetasse, D quia virginēs castissimæ extiterunt.

Ad idē argumentū spectat illa Pauli verba ad Hebr. 12. *Patē sequimini, & sanctimoniam;* sine qua nemo videbit Deū. Vbi pro sanctimonia, castitate, ac carnis munditiā acceperūt Patres, nēpē Hiero. ad c. Ezech. 47. D. Chrys. ad eundē Pauli locū, & ho. 4. in ca. 2. epist. ad Ephes. Theodo. ad præcitatā Pauli verba: Ioannes Cassianus lib. 6. cap. 16. quin & Augustinus tractatu 44. in 1. Ioannis epistolam, & diuus

*Noua transla-  
tio.*

*Verus loci  
sensus fecū-  
dū Vatablū,  
& Isidorū.*

*Dan. cap. 1.*

*Divinorū se-  
cretorū cog-  
nitio datur  
mūdis corde  
ex glos. ad c.  
Dan. 1 & ex  
Genes. ca. 40.  
& ex Ambr.  
lib. de Ioseph.  
Sybillæ, quia  
castæ permā-  
serunt, & vir-  
gines, pro-  
phetia dono  
sunt illustra-  
tæ, ex Hiero-  
nymo.*

*Locus Pauli  
ad Hebreos 12  
Adducitur à  
Hieronymo  
ad ca. Ezech.  
47. & à D.  
Chrysost. ho.  
4. in cap. 2.  
epist. ad Epho-  
ses, & à re-  
liquis Patri-  
bus, quos vi-  
de intus.*

Thomas ad præfata verba, sic legūt,  
sine castitate impossibile est videre Deū,  
qui iicitur habet hanc spem, castificat se.  
Ex quo inferes, quod si talem, ac tan-  
tam prærogatiuam habet carnis mū-  
ditia ad diuinam essentiā intuendā,  
& contemplandā, vt absque illa, hoc  
consequi iudicet Apostolus rem im-  
possibilem, à fortiori vim, & virtutem  
habebit ad eius mysteria, & ad reli-  
qua diuina percipienda.

Si postquā attentè perpenderis in-  
trepidum, ac celerem illius diuinæ  
aquilæ volatū, ciusq; acutissimā mē-  
tis oculorū aciem contéplatus fueris,  
Euangelistæ (inquam) Ioannis; si (in-  
quā) postquā attentè consideraueris,  
fortasse dubites, vndē indocto písca-  
tori tanta, tamq; prouenerit diuinorū  
mysteriorū noritia, vt hom. 2. de laud.  
eiusdem audeat August. dicere, quod

*transcedat nubes, transcendat sydera,*  
*transcedat & Angelos, trascendatq; om-*  
*nem creaturam, & perueniat ad verbum,*  
*per quod facta sunt omnia;* Fortassis pu-  
tabis, id ab eodē solo Spiritu sancto  
acepisse; à quo & reliqui Apostoli,  
qui etiam indocti erant, acceperunt;  
vt diuina mysteria intelligerēt; fateor  
acepisse sicut & cæteri, sed vndē ha-  
buit, quod ipsos, & Angelos in eisdē  
diuinis mysteriis penetrandis (vt lo-  
quitur Augustinus) transcederit nō  
apparet. Audi tamē Rupertū in pro-  
logo Euangelii eiusdem Ioannis, &  
ie ad cœle  
stia penetrā  
da, ex Ruper.  
præsens argumentū non debile fulci-  
in prolo. Euā  
gelii eiusdem  
mentum: *Hanc aquilā (inquit) carnis*

*munditia iuuit, vt claritatē Solis eterni*  
*plus cæteris diuina visionis animalibus*  
*irreuerberata possit mētis acie contéplari.*

Iuuat equidem, ac conductit per-  
quā maximè castitas, ac cordis, cor-  
porisq; munditia ad diuina mysteria  
capescenda: vndē nemini mirū videri  
debet, quod Anna, quæ per tot anno-  
rū curriculū castitatē seruauit, futura  
Christi mysteria præuiderit, populoq;  
Anna, quod expectanti nuntiaret, vt ad hūc locū

Origenes obseruauit dicēs. *Iustè ergo de Christo*  
*sanctā mulier spiritu prophetandi mērit Prophetae-*  
*accipere, quia longa castitate ad hoc cul- rit, ex Orig.*  
*men ascendit. ad cap. Luc. 2.*

CIRCA EADEM SACRI  
contextus verba. *Luc. 2.*

*Et erat Anna Prophetissa filia Pha-*  
*nuel de Tribu Asér; Hac processerat in*  
*diebus multis, & vixerat cum viro suo,*  
*Eccl. quæ non discedebat de Templo, in*  
*ieiuniis, & orationibus seruiens nocte,*  
*ac die, & hæc ipsa hora superueniens*  
*confitebatur Domino, & loque-*  
*batur de illo.*

ANNOTATIO XI.

*Vera laus, & commendatio, non nisi à*  
*probis viris admittenda.*

**C** *N* Otanter obseruauit Cardinalis Hugo ad hunc locum, à multis  
virtutibus priùs cōmendasse Euāge-  
listam Simeonē, & Annam, antequā  
eos introduceret Christi cōmendato-  
res, & laudatores; vt scilicet doceret  
non esse speciosam laudē in ore pec-  
catoris, vt c. 15. Eccles. nos edocuit.

*A multis (inquit) virtutibus priùs Euā-*  
*gelistā Simeonem, & Annā cōmendauit,*  
*antequam introduxerit Dñi laudatores, ut*  
*ostendat, quod laudabilis debet esse, qui*  
*laudat; vndē Ecclesiasticus ait. Non est*  
*speciosa laus in ore peccatoris.*

*Quare tu enarras iusticias meas, &*  
*assumis testamentū meū per os tuū? In- Psalms. 49.*  
*troducit Dauid Deū peccatori dicen Dilquuntur  
tē, seu impio, vt obseruat Hier. Ps. 49.  
Dubitat August. de Dei prohibitione;  
quia cū diuinæ laudes ex se optimæ  
sint, & à nullo deteriorati possint, pa-  
rū interesse videtur, quod tā ab im-  
piis, quā à probis persoluantur; & sta-  
tim ad dubiū respondens ait: *Quānis* Laus iusti in  
*Dei laus speciosa sit in auribus audiētiū, ore inusti*  
*suspecta.*  
*& præ-**

& præsertim fidelium; tamen speciosa nō est in ore impiorum, quorū mores improbi faciunt, vt eorum dictis plenus non prebeatur assensus: manet itaq; laus iusti suspicioſa in ore iusti; & hoc est, quod dicitur, nō est speciosa laus in ore peccatoris.

*Pſ. 50. vers. expensus ab Hugone.* Huic argumento cōsentanea sunt ea, quæ in expositione illorū verborū Psalmi 50. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam, habet supracitatus Hugo; dubitat Pater præfatus de Dauidis deprecatione; quam facit, atq; si os clausum, aut præpeditum haberet, cum liberū haberet & solutum; aitque apertum, & solutum habere Dauidem os, & linguam ad loquendum, sed non aptam ad diuinā laudes proferendum, quia grauis peccator erat, & linguā quasi excommunicatam habebat, excommunicatis autē interdicitur in diuinis participare, & diuinā laudes in Ecclesia persoluere, quo ad vsque resipiscant, & restituantur ad pristina. Audiamus Patrem: Rogauit (inquit) Dauid bene conscius peccatorum suorū aperiri à Deo labia sibi, ad annuntiandum laudem ipsius; quia sciebat interdictum eam annuntiare, quandiu quis peccator esset, atq; oppilaret iniquitas os eius; & quod solus

*Hugo Card. ad Psalm. 50.* Deus poterat tollere hoc interdictum, de lendo iniquitatem, & immittendo in os Canticum nouum.

*Luca cap. 4. Ibidem.* Cum Christus Dominus expelleret diabolum à quadam homine muto in Synagoga, itemq; ab aliis; (vt Lucas refert sui Euangelii in cap. 4) clamarent dæmones, & Christū Dominum Dei filium protestarentur dicentes: Tu es filius Dei; statim annectit Euangeliſta dicens, & increpans, non sinebat ea loqui. Disquirunt locum Chrysostomus, & Athanasius, & inquit rationem, & causam cur non pateretur Christus Dominus à dæmonibus laudari, cum conueniēt esſet eorum testimonium, vt filius Dei crederetur; quod ipſe turbis, quæ adearāt, persuadere nitiebatur? Respondeſt

*Disquiritur locus Lucae à Chrysostomo, & ab Athanasio.*

tamen Chrysostomus dicens: Non decebat Iesu mysterium lingua fæda publicari. Profundiū autem, & compendiosiū Athanasius, qui sic ad locum habet: Ocluđitur serpentina lingua, ac virus ultra spargat; emphasym habent sancti Patris verba; est ne virus spargere Christum Dei filium appellare? Nonne dixit Paulus, non fecisse Christū rapinam ullam, dum se Deo æqualem reputauit? nonne Pater ipse cœlestis coram testibus semel, ac iterum protestatus est dicens, Hic est filius meus dilectus, &? Nonne hoc est totius fidei fundamētum, vt credamus, quod Iesus sit verè filius Dei? Quomodo ergo Athanasius hanc infallibilem veritatē, qua in fidei symbolo protestatus est dicens; est ergo fides recta, vt credamus, & confitemur, quia Christus filius Dei, & homo est; nunc vocat virus spargere eundem Christam Dei filium inclamare?

*Idem Athanasius in symbolo.*

Vt autem ad dubium respondeamus, necesse est priùs disquirere cum Origine locum illum Leuitici in capite 13, in quo præcipiebat Deus, vt obtegeretur os leprosi; dubitat enim præcitus Pater hom. 8, in hunc librū de hoc Dei mandato; parum enim referre videbatur, quod leprosus os aperiret, & loqueretur; non enim ex vocis sono erant alteri inficieudi; immo optimè poterant leprosi proficia, & veracia verba proferre, vt de facto protulerū decē illi leprosi, *Lucæ 17. Qui leuantes vocem suam dixerunt: Iesu præceptor miserere nostri.* Quomodo ergo, aut cur iubet Dominus os leproforum operire, & claudere? *Propter mysterium* (inquit Origenes) *est enim, quod optima essent eorum verba, erat tamē putrido illo morbo, seu humore infecta; id ēq; potius noxiua, quā proficia; vnde potius euitada, quam audiēda; sic & prauorū hominum verba, quamquam optima fint, & veracia, quia tamē ab ore peccatorum labo infecto sunt; virulentā,*

*Lucæ 17.*

*Origenes, in Leuiticū.*

*in Leuiticū.*

*Disputatur verba Athanasii, ex doctrina Origenis.*

& nosciua sunt: hæc fere omnia Origenes loco citato; iam ad Athanasi dictum accedamus. *Veluditur serpentina lingua, ne virus ultra spargatur;* Quid salubre, quid verum, quid ad salutem non solum proficuum, sed omnino necessarium credidit, & protestatus est Athanasius Christum verè Dei filium conservare; sed in virulenti hostis lingua fieri virulentum credidit; non poterant enim verba illa ab improbo ore, & virulento prolati carere virus, carere deceptione, carere inuidia; iubet ergo Christus, ut taceant; he verba adeò veracia; infamentur, dum à tam nefaria lingua proferuntur; quod optimè dixit Chrysostomus iam citatus. *Non decebat Iesu mysterium lingua, sed publicari;* vera enim laus, veraque commendatio, à virorum proborum ore est expetenda. Quod absque fide, & quasi per solos rationalis luminis cancellos rimatus est Seneca in sententiis, dicēs.

*Vera virtus pios, si que mundos precones expositulat; unde tam turpe tibi sit lardari à turpibus, quam si lauderis ob turpia.*

Ut igitur Euangelista ostenderet, quam vera, quamque ab omni prorsus suspicione aliena essent omnia, quæ Anna de Christo Domino prædicebat in Templo, multus extitit in eius virtutum laudibus enarrandis, & commendandis, dicens. *Et erat Anna Prophetissa filia Phanuel de Tribu Aser;* hec processerat in diebus multis, &c. quæ non discedebat de Templo, ieiuniis, & orationibus seruens nocte, ac die; Et postquam à nobilitate, ab ætate, & annorum probitate sanctam viduam commendauit, statim annexit, dicens; *Cōfitebatur Domino, & loquebatur de illo.*

Quod optimè ad locum obseruauit Ambrosius, dicens: *stipendus viduitas, & moribus taliis Anna inducitur, ut digna fuisse credatur, quæ Redemptorem omnium numeraret.*

*Cum Christus Dñs iuf-  
fert de mo-  
nibus, ne cū  
Dei filii ap-  
pellarentur,*  
*Luke 4.*

*Chrysostom:  
v. i. syra.*

*Seneca in sen-  
tentiosis.*

*Luke 2.*

*Ambros. ad  
lunc. Luca  
locum.*

## A CIRCA SACRI CONTEXTUS SERIEM, LUC. 2.

*Erant Ioseph, & Maria Mater Iesu mirantes super his, quæ dicebantur de illo, &c.*

## ANNOTATIO XII.

*Allegorica, & moralis sancti Patris nostri Antonii de Padua; seu potius Olysonensis circa personarum nomina, quæ continentur Ioseph scilicet, Maria, Simeon, & Anna.*

**P**ostquam Euangelici contextus seriem, vt cumq; disquisiui, placuit hic quandam apponere morale concionem, quam inter suas Dominicales habet sanctissimus Pater Lusitanus, seu (vt vocant) Paduanus Antonius, in qua, ex nominibus personarum, quæ in praesenti Euangelio continentur, admirabiles aufert: moralitates; confido benè accipies ( pie Lecto), ea enim circa beatissimum huc Patrem omnium fideliū deuotio est, & propensio, ut nullus (opinor) sit, cui eius doctrina non arrideat; cuiq; non videatur egregia.

Quatuor (inquit) hic personæ ponuntur, & ideo quid moraliter significant videamus: Ioseph, Accrescens: Maria Stella maris: Simeon, Audiens tristitiam: Anna Respondens interpretatur: vnde Ioseph, veram paupertatem designat: Maria veram humilitatem: Simeon veram paenitentiam: Anna veram obedientiam.

Quod attinet ad Ioseph, qui verā paupertatem designat, quia accrescens interpretatur, aduertendum est, quod quādo miser homo afflit deliciis, & se dilatat in diuitiis, tunc decrescit, quia libertatem amittit; solicitude enim diuitiarū cum afficit, quibus deficit, a se, & in se decrescit: infelix homo, qui minor est eo, quod habet: tunc enim

Nominum  
Ioseph, Ma-  
ria, Simeonis  
Anna inter-  
pretatio.

Quando de-  
crescat.

enim minor est, cū se rei, & nō rē sibi supponit; hæc seruīlis suppositio tūc A apertiūs cognoscitur, quando quod cum amore possidetur, cum dolore aīnittitur; ipse namq; dolor magna seruitus est: quid plura? nūsq; vera libertas, nisi in voluntaria pauperatāe; hæc est Ioseph: qui accrescens interpretatur, vndē dicitur Genesis 41. Crescere me fecit Dominus in terra paupertatis mea: in terra (inquit) paupertatis, non abundantiae; in illa namque crescit, in ista decrescit; vndē 2. Regum cap. 3. dicitur, quod B David erat proficiēs, & semper in se ipso robustior; domus autem Saul decrescens quotidie: Dauid (inquam) qui dixit: Ego autem mendicus sum, & pauper, quasi lux resplendens profecit, & crescit, & se ipso robustior fit; quia paupertas lēta, & voluntaria, robur tribuit; vndē dicitur Esaīe 25. spiritus Robustorum, ( idest pauperum) quasi turbo impellens parietem, scilicet diuitiarum: diuitiæ enim dissoluunt, deliciæ euacuant; vndē Hieremias 31. vñquequo deliciis dissolueris filia vagas?

Deliciæ dissoluunt, & relaxat animi robur: ex Hierem. 31. domus autem Saul, qui interpretatur abutens; idest domus diuitum humi*s* mundi, qui abutuntur bonis, & donis Domini in voluntate sua, & in voluptate sui cordis, & corporis quotidie decrescit: vndē Moyses Deuteronomii 28. Percutiat te Deus egestate: permittit enim Deus percuti huius mundi diuites egestate, quia semper egent, febri: quia de alterius felicitate torquentur semper, & do-

Quibus malis laborent, & duites huius mudi, & cur, ex Deut. 28. lent: frigore (idest timore, ne acquisita perdant:) ardore acquirendi plura: mudi, & cur, astu galæ; aere corrupto, idest malæ famæ; Rubigine luxuriæ; ecce quomodo decrescit domus Saul; domus diuitum: Domus verò Dauid mendici, & pauperis crescit de virtute in virtutem in terra paupertatis eius.

Maria sonat, stella maris. Sequitur dicere de nomine Maria, quod, stella maris sonat, & humilitatem designat: O stella maris! o hu-

militas cordis! quæ mare amarum conuertis in lac dulce, & iucundum! O quam dulcis amaritudo! quam leuis tribulatio, quam electi sustinent pro Christi nomine lapides Stephanus, craticula Laurentius, carbones ignis Vincentius dulces fuerunt: inundationes maris, quasi lac pro Christo fuxerunt, vt dicitur Deuteronomii 33. Nota quod in hoc verbo sugere notatur auditas cum delectatione; sola enim humilitas cum spiritus auditate, & delectatione nouit sugere tribulationem, & dolorem; vndē Canticorum 8. dicitur. Quis mihi det te fratrem meum fugientem ubera matris mea: Tres hic personæ ponuntur, Mater, soror, & frater: Mater est pœnitentia, quæ duo habet ubera, dolorem scilicet, & contritionem; tribulationem, & satisfactionem: Soror est paupertas: Frater est spiritus humilitatis; Dicit ergo soror paupertas: quis mihi det te fratrem meum spiritum humilitatis, vt cum auditate sugars ubera matris mea: Ecce frater, & soror Ioseph, & Maria, sponsus, & sponsa; paupertas, & humilitas. Qui habet sponsam, sponsus est: Beatus ille pauper, qui dicit sibi sponsam humilitatem.

Sequitur de tristitia pœnitentia, Simeon nempè, qui audiens tristiam interpretatur, de qua Apostolus 2. ad Corinthi cap. 7. Tristitia, quæ secundum Deum est, pœnitentiam in salutem operatur; Vbi myrrha tristitia, ibi non admiscetur vermis luxuriæ; vndē Esaīe 22. Discedite à me amare flebo; nolite incubere, vt consolemini me super vastitatem filiæ populi mei: Sicut fumus expellit apes, sic amara, & lachrymosa compunctionis expellit dæmones, qui circumdant animam, sicut apes fauum; & nolite incubere, scilicet, in carnalitate affectus; vt consolemini, quia vt dixit Iob 16. Consolatores onerosi omnes vos estis; Renuit consolari ani-

Humilitas  
cordis ama-  
ra dulcia  
reddi.

Deut. 33.  
Veibi fugi-  
re vis, & pio  
pietas.

Cantic. 8.

Pœnitentia  
ubera dolor  
nec, & sa-  
tisfacio.

Paupertas hu-  
militatis fo-  
rator.

2. ad Cor. c. 7.

Esaīe 22.

Copunctio  
cordis; ita  
expelli dæ-  
mones, atq;  
fumus apes.

ma mea, consolatione scilicet vestra: vñæ vobis, qui habetis consolationem vestram: nolite ergo incubere, vt consolamini me super vastitatem, idest afflictionem filie, quæ est caro, filia populositatis quinque sensuum meorum, sed consolamini me cum Simeone, audiente tristitiam, idest, cum pœnitentia, quæ subdit populum meum sub me.

*i. Reg. cap. 1.* Anna, quæ respondens interpretatur, obedientia est, quæ non interrogat, sed ad interrogata respondet cū Samuele, dicens *i. Regum cap. 1.* *Loquere Domine, quo audit seruns tuus:* & cum *Esaia cap. 6.* *Ecce ego Domine, mitte me,* & cum *Saulo Actuum 9.* *Domine quid me vis facere?* Quoniam, vt ait *Salomō Proverbiorum cap. 15.* *Responsio mollis frangit iram,* idest, *responsio mollis humilis subditi frā-*

*Filia populi  
id est caro.*

*Esaia 6.*

*Actuum 9.*

*Proverb. 15.*

*Exponitur  
locus.*

*A* git iram superbi Prælati: vnde Proverbiorum 25. *Patiētia linetur Princeps,* ne conceris contra flumum ire, idest, contrā voluntatem rapidi Prælati, sed humilia ei caput; nam *lingua en haris in bono homine abundabit,* Ecclesiast. 6. lingua eucharis, idest bonæ gratiæ, abundabit in bono subdito, si præsertim dicat cum *Iob cap. 14.* *Vocabis me, & ego respondebo tibi;* vocanti namque respondet, qui Prælato præcipienti ex animo obedit: Ecce de his quatuor virtutibus prælibauimus, vt qui desiderat Iesum Christum inuenire has primò habeat, quia in medio istarum requiescit Iesus: Ioseph, & Maria Iesum ad Templum deferunt: Simeon, & Anna contentur, & benedicunt.

*Proverb. 25.*

*Job 14.  
Qui te interroganti, verè respondere dicitur.*



**I N**

I N  
EVANGELIVM VI-  
GILIÆ EPIPHANIÆ  
DOMINI.

Ex cap. 2. Euangelistæ Matthæi.

*Defuncto Herode: ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, dicens, surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel, defuncti sunt enim, qui quererbat animam pueri: qui consurgens accepit puerum, & matrem eius, & venit in terram Israel: audiens autem, quod Archelaus regnaret in Iudea pro Herode patre suo, timuit illò ire, & admonitus in somnis secessit in partes Galilæa, & veniens habitauit in ciuitates quæ vocatur Nazareth, ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur.*

EXPLANATIO LITERÆ.

Quando tempore exulauerit Beata Virgo, cum pueru Iesu in Aegypto.

**P**ostquam Beata Virgo simul cum dilecto sibi filio, & fidei sponso Ioseph in Aegypto quinque annis exulauerat, quibus post pueroruinn innocentium stragem in Hierusalē imperauit Herodes; mortuo tyranno isto, apparuit Angelus Domini Ioseph, dixitque ei, vt reuerteretur in terram Israel: quia iam omnes, qui puerum Iesum querebant, vt interficerentur, mortui essent: Ex quibus Angeli verbis, se se statim offert obiectio, seu dubitatio; cur nèpè dixerit defunctos esse, qui querebant animam pueri, cum solum Herodem antea dixerat quæsitus pue-

A rum ad perdendum? *Fuge* (dixerat) in Aegyptum, futurum est enim, vt Herodes querat puerum ad perdendum eum, Matth. 2. Literalem iudico ad dubii solutionem, responsioneq; quæ assignatur à Laudunensi Ambrosio in sua Interlineali ad hunc locū; ideò hic plurali numero usum fuisse Angelum; vt Principes Pharisaorū comprehenderet, qui simul cum Herode de nouo infante occidendo cogitabant, quamquam à solo Herode infantium strages fuerit imperata. Huius sunt opinionis, seu sententiæ diuus Hieronymus, & Euthymius; dederant fortassis ipsi Herodi de occidentis infantibus adiunctionē, & cōsilium, vt inter eos occideretur Christus:

Dubitatur de verbis Angeli.

Tollant du-  
bitat enim  
Ludurēsis.  
Ambros.  
Hieronym.  
& Eusebym.

*Defuncti sunt, dixit, qui quererant ani-*  
*mā pueri; quia Scribe, & Pharisai mor-*  
*tem Christi meditabantur cum Herode:*  
at intra quinque hos annos, quibus  
benedictus puer exulauerat, mortui  
sunt eorum multi, sicut & Herodes  
mortuus est, idē ita dixit Angelus  
plurali numero; literalis ratio hæc,  
puto est: moralem prosequar anno-  
tatione peculiari.

Cut Joseph  
ex Ægypto  
dig. edens,  
potius in Iu-  
dea, quān  
in Galilea  
voluerit ha-  
bitare: ex  
August. lib.  
2. de consen-  
su, cap. 9.

Quod si causam scire cupis, ob  
quam Joseph ex Ægypto reuersus,  
antequam audierit Archelaum re-  
gnasse loco Herodis patris sui, non in  
Galilæam, sed in Iudeam voluisse  
habitare, spreta ciuitate sua Nazar-  
eth, à qua discesserat, cum in Ægy-  
ptum profectus est accipe ab Augu-  
stino lib 2. de consensu Euangeliou-  
rum, cap. 9. qui idē ait potius in Iu-  
deam, quān in Galilæam voluisse  
regredi, quia illi Angelus dixerat:  
*Revertere in terra Israël: terra autem*  
*Israël principalius Iudea erat: appo-*  
*nō Augustini verba: ubi primum an-*  
*gelus in somni: dixit: Vade in terrā Is-*  
*rael, intellectum primum est à Ioseph,*  
*ut putaret in summ se esse pergere in Iu-*  
*deam, ipsa enim primitus intelligi po-*  
*tuit terra Israël.*

Causa alia à  
Nicephoro  
non proba-  
tur quia cū  
Beatam Virginem, tām in Nazareth,  
cō erit Euā-  
gelico pug-  
nante videtur

Aliam assignat causam Nicepho-  
rus lib 1. cap. 13. Joseph, nempē, &  
Beatam Virginem, tām in Nazareth,  
quān in Bethelēm, habuisse domi-  
ciliū, & aliquam hæreditatem. vñ-  
dē potuit Joseph de incolenda Be-  
thelēm, quā Iudea est, cogitare: pa-  
reat tamen antiquus Author, non af-  
sentio suā sententiā; imò cum con-  
textu Euanglico aperte pugnare  
mihi videtur; nam in primis pugna-  
re puto cum dicto Christi, Matth. 8,

Matth. 8.  
& Luc. 9.

*Vulpes foueas habet, & aues cali nidos;*  
*filius autem hominis non habet ubi re-*  
*clinet caput suum; nam si Ioseph, &*  
*Beata Virgo domum haberent, &*  
*possessionem in Bethelēm, domus*  
*ipsa, siue possessio Christo Domi-  
no obtigeret, & verum non esset,*

quod ipse de se ait loco citato.

A Apertius etiam pugnare videur  
Nicephori opinio cum illo, Luca 2. *Luc. 2.*  
Factum est autem, cum essent ibi, id est  
in Bethelēm, impleti sunt die, & par-  
ceret filium suum primogenitum, & pan-  
nis eum inuoluit, & reclinavit eum in  
præsepio, quia non erat ei locus in din-  
sorise; pugnat (inquam) aperte opinio  
Nicephori cum istis Euāgelistæ ver-  
bis. Si namque Job, & Beata Virgo,  
possessionem haberent in Bethelēm,  
vt ipse ait, in eam se reciperen, &  
B non diuerterent ad speluncam extra  
oppidum, ad pernoctandum: vndē  
hanc Nicephori opinionem omnino  
reiicio, & adhæreo Augustini sen-  
tentiae, & aliorum.

Maior altera exurgit dubitatio ex  
illis Euāgelistæ, verbis: *et veniens*  
*habitauit in ciuitate, quā dicitur Na-*  
*zareth; ut adimpleretur, quod dicitum*  
*est per Prophetas: quoniam Nazarenus*  
*vocabitur; nam in nullo ex Proph-  
etis legitur venturum Messiam Naz-  
arenus appellandum fore: adinuenit*  
*dubitandi fundamentum t̄. Ieronymus*  
*ad cap. 1. Isai. posuitque, dicens:*  
*Omnis Ecclēstiaſtici quæreront, & non in-*  
*ueniūne, ubi scriptum sit: Quoniam Na-*  
*zarenus vocabitur.*

Quatuor adinuenio apud Patres  
huius dubii soluendi modos primus,  
quo vñtūr Isidorus Clarus, & Osiā-  
drus ad hunc Matthæi locum; is est,  
intellexisse ibi Euāgelistam nomine  
Prophetarum, Expositores, & Inter-  
pretes eorum, qui ex his, quā à Pro-  
phetis acceperunt, testati iunt, Mes-  
siam Nazarenus appellandum fore:  
exiguo valdē fundamēto nititur hæc  
opinio nam Euāglista nomine Pro-  
phetarum, Prophetas intellexit, &  
non eorum Interpretes.

Secundus huius dubitationis tol-  
lendæ modus, est Leonis à Castro, &  
Eusebii Cæsariensis, qui putant Chri-  
stum in figuris Nazarenus fuisse ap-  
pellatum; quia nempē Samson, &  
alii,

Altera ex  
Euāgelistæ  
verbis exut

gr. dubitatio

in nullo ne-

p̄ Prophe-

tarum repe-

riti, Mesiā

foīe appelle-

landum Na-

zarenus.

Quatuor  
modi iſpō  
decet dubi-  
tationi pri-  
mū, et Iſi-  
dro. & Osi-  
dro.

Secundus  
modus tet̄. 6  
dēcēt a dubi-  
tationē  
Eusebii Cæ-  
sariensis, &  
Leonis à Ca-  
stro.

alii, qui eius fuerunt figuræ, Nazaræi dicti sunt: neque hæc solutio sufficit, non enim de Christo figuratiuè dicit Euagelista. *Quoniam Nazareus vocabitur.*

Isai. 11.

Tertius respondendi modus, qui Hieronymi est, magis accedere videatur ad veritatem, nam scribens ad Pammachiū, de optimo genere interpretandi sacras Scripturas, cap. 3. ait Christum ab Isai. cap. 11. *Nazaraum* fuisse appellatum in illo vaticinio: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet;* ibi enim ex nomine *Neser* Nazaræum vertit Hieronymus, aitque in eo loco ubi nos legimus, atque transtulimus: *Exiit virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet;* in Hæbræo, iuxta linguæ illius idioma scriptum est: *Nazareus de radice eius crevit.*

Versio, seu lectio Hebreorum.

Quartus ad dubium respondendi modus, ex Chrysost. homil. 9. in Lukan.

Sufficienter soluit hic explicandi modus dubitationem; sed omne tollit dubitandi fundamentum Chrysostomi responsio hom. 9. in Matthæū, quem sequitur Euthymius dicuntq; multorum Prophetarum libros periisse; tam incuria Iudeorum, quam ob eorum transmigrationes, captiuitates, & bella; quod euidenter probat ibi Chrysostomus, & Athanasius in Synopseos.

Fuerit ne Christus Dominus Nazareus secundum legem: Num. 6.

Non minorem puto difficultatem esse in disquirendo, utrum Christus Dominus fuerit Nazareus secundum legem, Numer. 6. qui à vino abstinebant, pilos non radebant, neque barbae, neque capitisi; ideoque Nazaræi vocabantur, quod abstinentes essent, & ab aliis, in modo viuendi separati; nam nomen *Nezir abstinentem, ac separatum,* seu *segregatum* sonat: fuisse Christum Nazaræum secundum legem, probari potest ex illo loco Pauli ad Hæbreos cap. 7. ubi de illo agens Apostolus, sic habet: *Talis decebat, ut nobis esset Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus.*

Fundamenta affirmativa opinionis, &c. ex illo Pauli ad Hebr. cap. 7.

Secundo probari potest ex verbis

A Nicephori lib. 1. cap. 4. quibus affirmit Christum Dominum longā semper gestasse Cæsariem, quæ legitimi Nazaræi erat insigne: *Nunquam (inquit) nonacula ascendit super caput eius;* quibus omnibus non obstantibus, firmiter tenendum puto Christum Dominum non fuisse Nazaræum; ratio verò huius opinionis hæc est. Quia duo præcipue obseruabant Nazaræi (vt patet ex citata lege:) primū erat: *Vinum omnino non bibere,* alterum *mortuos non tangere;* at Christus Dominus vinum bibit, vt patet in cœna visuali, in qua sanctam Eucharistiam sub panis, & vini speciebus instituit: Ioan. 13. & Pauli ad Rom. cap. 11. & mortuos teteget, vt patet, Matth. 9. tenuit enim mortuæ puellæ manum: quod nequaquam faceret, si Nazareus esset secundum legem, quam non soluturus venerat, sed impleturus, Matth. 5.

C Ad Pauli autem verba dices fuisse Christum à se ipso sanctum, & à peccatoribus segregatum, quia *peccatum non fecit, neque dolus invenitus est in ore eius,* 1. Pet. cap. 2. ad illud autem, quod adducit Nicephorus de cæsarie, dices cæsariem portare non ita Nazaræorum fuisse proprium, vt soli ipsi portare potuerint: nam Absalon, etiam cæsariem portabat, vt patet ex 2. Reg. cap. 14. & tamen Nazareus non erat; quod si quis proteruiens dicat Absalonem Nazaræum fuisse, & ideo cæsariem portasse. Responde aliud patere ex allegato capite; nam ibi dicitur, quod per singulos annos toderet capitis sui coram, quod Nazaræis secundum legem caustum erat.

D Nihil, puto, iam restat in Euangelica hac serie, quod indigeat explicatione; nam de apparitione Angeli in somnis Iosephi, iam latè dixi, in literali expositione Euangeli vigilaz Nauitatis: pergo ad mores,

*secundum fundamen-*  
*tum ex Nicéph. lib. 1.*  
*cap. 4.*

*Pars negâs,*  
*& eius fun-*  
*damenta.*

*Ioan. 13. 4.*  
*Paul. ad Ra-*  
*man. 11.*  
*Matth. c. 9.*

*Matth. 5.*  
*etiam alios*  
*sunt*

*1. Petr. cap. 2.*

*Cæsarie por-*  
*tare nō om-*  
*nino Nazar-*  
*æorum pro-*  
*prium.*  
*2. Reg. cap. 14*

*Nazaræi*  
*caustum cæ-*  
*satiem ton-*  
*dere.*

CIRCAILLA SACRA  
contextus verba.

*Surge accipe puerum, & matrem eius,  
& vade in terram Israël.*

ANNOTATIO IMORALIS.

*Iustus, neque ab urbe pelli, neque in  
exilium mitti potest.*

Prima ratio  
ob quam vi-  
ri iusti exu-  
lari nō pos-  
sunt.

Cicero in  
declamato-  
riis.

Viro iusto  
omne solū  
patria.  
Hugo Victo-  
rinus lib. 3.  
cap. ult.

August. lib.  
de natura di-  
lectionis, c. 7.

**A**B exilio reuocatum, cum pue-  
ro Iesu, & Maria matre eius,  
sanctum, & iustum Ioseph nobis ante  
oculos mentis hodie Euangelista  
proponit; sed impropriè dicimus ab  
exilio reuocatos, quos à patria relegatos, exiles officere non potuit Herodis cæca tyrannis, exulem se face-  
re neminem posse gloriabatur Cicero, dicens: *Exilium mihi graue non est, qui totum orbem, unam urbem esse possum;* quod si adeò amplum gentilis homo  
habuit animum, ut toto orbe includi non potuerit; quantò ampliorem  
habebit iustus quidam, cui omne so-  
lum patria est, vel exiliū unum mundus totus: si equidem illi omne so-  
lum patria est; vbi nam exulabit? si  
totus mundus exilium; quò mittetur  
in exilium, qui semper in exilio est?

Audi Hugonem de S. Victore lib. 3. Didasc. cap. vlt. de hoc argumento  
optimè philosophantem: *Delicatus* (inquit) *ille est adhuc, cui patria dulcis* est; *fortis iam, cui omne solum patria* est, *sed perfectus, cui mundus totus exilium est;* ille mundo amorem insinxit, *iste sparxit, hic extinxit;* per alè quidem; nam qui rerum mundi harum  
amorem omnino extinxerunt, & in  
coelestes collocarunt, vbique gentiū  
sint, exulantur corpore; *sed exiles* animo, & amore esse nō possunt: iuxta illud Augustini in suo de natura  
dilectionis, cap. 7. *ibi sum, vbi non*  
*sum, ibi sum, vbi est amor.*

Huc illud Pauli spectat, 2. ad Corin-  
th. cap. 5. *Dum sumus in corpore, pe-*  
*regrinamur à Domino;* nam qui quan-  
diù viuit in corpore, peregrinatur à  
Domino, nullam habet in mundo  
ciuitatem, à qua exulare dicatur; op-  
ti. *Nazianzenus orat. 28. Mibi (in-*  
*quit, illa terra patria est;* quomodo  
quero homini de terra formato nul-  
la terra patria erat? aere ne formatus  
est? minimè sed illi patria solùm bea-  
titudo erat, & nullam in terra habe-  
bat patriam, à qua possit exulare.

Idèo deinde viri iusti exulare nō  
possunt, quia vbiique patrem habent,  
& vbi pater, qui foueat, tueatur, &  
ait, ibi patria eorū est; nam vbi balat  
nè, ibi patria: vide ex Augustino ser-  
mone de S. Cypriano: *Quo (inquit)*  
*sanctus Cyprianus mitteretur, vbi ille*  
*non esset, propter cuius testimonium mit-  
tebatur: Christus in omnibus membrorum*  
*suum recipiebat, quocumque furor inimi-  
ci pellebat:* tunc exclamans Augusti-  
nus ait: *O stulta infidelitas persecu-  
tis! si queritis exilium, quo Christianus*  
*iubeaturire, prius (si potest) innueni,*  
*unde Christus cogatur exire; de patria*  
*sua in alienam arbitraris te excludere*  
*hominem Dei, Christo nusquam exulam,*  
*in carne vbiique peregrinum?* Afferam  
tandem in præsentis asserti confir-  
mationem, optimam quandam Philo-  
lonis moralitatem, quam ipse habet  
lib. 2. allegor. ad illa Genesis verba  
cap. 3. *Abscondit se Adam, & rixor*  
*eius à facie Domini;* docet namque,  
& ostendit causam ob quam impius,  
etiamsi in patria sit deliciis afluxens,  
exul tamen semper sit: *Hic (inquit*  
Philon) introducitur dogma, quo doce-  
mur omnem malum esse exulam, ciuitas  
enim iustorum propria virtus est, ex hac  
ciuitate constans, & iustus vir à tyran-  
pelli nequit, nusquam ergo exulat: in  
ciuitate sua, id est in virtute, quocumq;  
fugiat, semper habitat.

Hinc est quod Abraham (ut super  
cap. 12. epist. ad Hebreos obserua-  
uit

*Paul. 2. ad  
Corina. cap. 5.*

*Disquisitio  
locus Nazia-  
zeni orat. 28.*

*Secunda ra-  
tio, ob quam  
viri iusti  
exulare non  
possunt.*

*August. serm.  
de S. Cypri.*

*Philon. lib. 2.  
Legis allego-  
riarū, ad illa  
verba Gen. 3.  
Abscondit  
se, &c.*

*Impius sem-  
per relega-  
tus: iustus à  
ciuitate sua  
nunquam ex-  
pulsus.*

*Cet Abra-  
ham semper  
in casulis  
habituatice  
ex Anselm.  
ad cap. 12.  
epist. ad He-  
breos.*

uit Anselmus ) quandiu in hac vita fuit, fundamentalē domum non construxerit, sed semper in casulis habauerit; quia scilicet totum Orbem exilium reputauit, neque existimauit posse pelli à loco, seu patria propria, quam in terris non habuit, & semper se exulem iudicauit, in quantum à celesti patria exulabat: audi Anselmum: *Non enim Abram (inquit) magna domorum adicia construebat, sed illi parua sufficiebat tuguria: quoniam mens eius alio tendebat, & semper exulem se credebat, in quoq; loco huius mundi positus esset.*

### AD EADEM SACRI contextus verba. *Lu- cæ cap. 2.*

*Surge, & accipe puerum: & matrem eius, & vade in terram Israël; mortui sunt enim, qui querebant animam pueri.*

### ANNOTATIO II.

*Praeulaet innocentia à tyrannide impetita contra ipsam tyrannidem roboratam.*

**I**mperita ab Herodis tyrannide innocentia, quam ipse gladio suo putabat imperfectam, hodie salua, & in columnis regreditur ex Egypto: Herodes vero, qui remanserat in Regio solio collocatus, vita priuatus, & in infernum detrusus acerbissime cruciatur, præualuit namque (vt adsolet) innocentia lassellata, in tyrannidem roboratam, coronaque insignitam; illa viuit, & gloriatur; ista moritur, & in infernum detruditur.

Innocentem Abelem per dolum dicit Caim in campum, & ibi inhumaniter fratrem innocētem occidit:

A **E**grediamur (ait) foras, cumque essent in agro, consurrexit Caim aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum; sed quid inde? viuit innocens, & tyranus frater aeterno supplicio mācipatur: *Maledictus eris* (inquit ad eū Dominus) *super terram, quæ apernit os tuum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua*, &c. Genes 4. At dices, quomodo viuit innocens, qui ibi statim mortuus est? quomodoque præualuit in fratrem, qui viuus permanxit, ac superstes? Audi Rupertum ad hunc locum, immo audi prius; vtriusque matrem, quæ (vt ait contextus Sacer) concepit, & peperit alterum filium, quem appellauit *Seih*, dixitq; statim: *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel*, Rupert. ad  
hunc locum.  
Vident iusti  
in virtutib;  
quas operati  
funt. *quem occidit Caim; ad quem locum sic* *habet Rupertus; Seih resurreccio in-  
terpretatur; vnde in nomine isto resur-  
rectionem agnouit Ena, seu pro Abele  
positionem, quia quæ in Abele occubuisse  
videbatur virtutum generatio, in Seih  
quodammodo resurrexit: Nonnè vides*

C **p**räualuisse in fratris tyrannidē, Abe- lis innocentiam? viuit in fratre *Abel*, qui putabatur occisus, & moritur Deo, qui viuus remanserat, aeterno supplicio mancipatus.

D **V**iuent in Christo innocentes occisi pro Christo, & cum Christo de Ægypto reuertūtur in terram Israël, qui *videns Deum interpretatur*; quia quos occidisse putauit Herodis tyran nis ex Ægypto, idest, ex hoc mundo tenebroso transiit in terram Israël, idest, in claram Dei visionem: vnde optimè applicant Patres puero Iesu ex Ægypto redeunti illud Esaiæ va ticinium in capite 8. *Ecce ego, & pueri Esaie vatici mei, quos dedi mihi Dominus in signū Israël.* Ac si dicat, puer Iesus de Ægypto regressus in Israël, nonnè videtis quod Herodis cæca tyrannis peruenit, ille me existimauit occisum inter innocentes pueros, quos occidit, sed neque ego, neque illi occisi sumus, viuent namque ipsi occisi, & ego regredior

Pelbart. Pa.  
rifi. ser. 1. de  
innocent.

gredior ad propria, Herodis vero ty-  
ranis in infernū detrusa est: *Ecce ego, &*  
*pueri met: idest viuimus, & Herodes*  
*mortuus est; ita ferè locum istū Esaiæ*  
*in hunc sensum adducit Pelbartus*  
*Parisiēs. ser. 1. de pueris innocentibus.*

Daniel 3.

Ibidem.

Aug. ibi.

Idem Aug.  
ser. 1. de in-  
nocentibus.

Vis videre innocentiam de tyran-  
nide triumphantem, lege cap. 3. Da-  
nielis, vbi sic enarrat pagina sacra, re-  
ferens trium puerorum euentū, quos  
Nabuchodonosor crepitantibus flam-  
mis comburi iussérat: *Non cessabant*  
*(inquit contextus Sacer) Ministri Re-*  
*gis succendere fornacem, naphtha, & stu-*  
*pa, & pice, & malleolis, & effundebatur*  
*flamma super fornacem cubitis quadra-*  
*ginta nouem: Nonnè vides puerorum*  
*innocentiam à tyrannide validissimè*  
*impetitam? vide nūc quis præualeat;*  
*Irrupit, & incendit fornax, quos reperit*  
*de Chaldeis, Angel⁹ autē Dñs descēdit cū*  
*Azaria, & sociis eius in fornacem, & ex-*  
*clusit flammam ignis, & fecit medium*  
*fornacis, quasi ventum roris flantem, &*  
*non tetigit eos omnino ignis, neque con-*  
*tristauit, nec quicquam molestia intulit:*  
*Optimè ad locum Augustinus stetit*  
*Angelus pro innocentibus, & in circuitu*  
*fornacis, quo scumque tyrannos inuenit,*  
*ignis ille consumpsit: Præualuit itaque*  
*innocentia in tyrannidem, & in se*  
*ipsam gladium inuertit, quando in-*  
*nocentes conatur de medio tollere:*  
*vt ser. 1. de pueris innocentibus, idem*

Augustinus obseruauit. In scripturis  
sanctis (inquit) bonos, & innocentes vi-  
ros persecutionem malorum semper susti-  
nnisse cognoscimus; sed si diligenter con-  
sideramus, inueniemus, maiora supplicia  
sustinere, qui faciunt, quam qui sustinere  
videntur, & vires præbere innocentibus,  
ut victores euadant, dum illos tormentis  
vincere laborant; Viua, & victrix re-  
greditur ex Egypto innocentia, quam  
Herodes existimauit occisam; & mor-  
ritur ipse, qui ut in Regno diutiū vi-  
tueret, & tranquilius, innocentiam  
conatus est interimere.

Considera cum Augustino euentū

Susannæ Daniēl. 13. & inuectiōnes pro- Daniel 13.  
A positi asserti validum fulcimentum;  
accusat ab impiis mulier innocens,  
vincitur, & traditur ad mortem, senū  
persuasū, inuertit Deus sortem, & li-  
berat innocentem, impiosque condé-  
nat; *Factumque est eis* (ait contextus  
Sacer) *sicut mali egerant aduersus pro-*  
*ximā, & interfecerunt eos: Optimè Au-*  
*gustinus ser. 242. de tempore. Stupet de tempore,*  
*populus pro iudicio repentinō; renocatur*  
*addicta; falsi testes condēnantur ad mor-*  
*tem; gaudent Angeli de pudoris integri-*  
*tate comperti, & quod defendatur in ter-*  
*ra veritas, præualeatque innocentia im-*  
*petita.*

B Latè prosequitur Ambrosius argu- Amb. ser. 51.  
mentum hoc ser. 50. ostendens inno-  
centiam semper de tyrannide vi-  
toriam reportasse, tam in hoc Susannæ  
successu, quā in Christo à Iuda tradi-  
to, & ait: *Susannam seniores deferunt,*  
*Dominum Iudas accusat, illam Doctores*  
*suos; hunc Discipulus criminatur: Susan-*  
*nae accusatores, tamquam falsi testes pro-*  
*phetica sententia feriuntur, & eiusdem*  
*criminis puniuntur rei, cuius damnare*  
*innocentis sanguinem gestiebant, Domini*  
*autem traditorem inuenio, se ipsum con-*  
*demnasse, & innocentem se tradidisse*  
*confessum esse, quō igitur plus innocentia*  
*impeccitur (concludit Ambrosius,) eo*  
*magis inualescit, & roboratur.*

—  
CIRCAILLA SACRI  
contextus verba.

D Defuncti sunt enim, qui quærebant  
animam pueri.

ANNOTATIO III.

Morigerantur sibi iniucem improbi  
etiam in male actis, & presertim  
subditi superioribus.

N On sine maximo fundamento  
dubitant Patres de istis Ange-

li verbis; nam antequā Herodes ageret de quærendo pueru*m* Iesu ad perdendum, dixerat idem Angelus sancto seni. *Accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum, &c. futurum est enim, ut Herodes querat puerum ad perpendum eum, & de nemine amplius mensionem fecit; nunc numero multitudinis vtitur, dicens: Defuncti sunt enim, qui quærebat animam pueri: Huius dubii literalem solutionē iam habet in literæ explanatione; moralem*

*Moralē rationē pono, ob quā Angelus dixerat: mortui sūt, qui quærebat antimā pueri, ex Remig. ad c.*

*Matth. 2. Morigerantur inferiores superiores, etiā in male actis.*

*Ita plenè contigit, quod Regi morigerentur sui, & etiam in male actis cum ipso conueniant, illiusque ita induunt animum, ut omne illud, quod ipse vult, se velle protestentur, & odire quod odit; ita ut qui Christiani sunt, nō idē esse profiteatur, quia lex Christi optima sit, sed quia Rex fortè Christianus est; & qui hæretici sunt, nō idē sint, quia hæresis bene sapiat, sed quia Rex fortasse hæreticus est; ita illius imbibunt animum, ita illi morigerari student; optimus in hanc sententiam locus est ille Genesis 34. in quo refert sacra pagina, quod cum ageret Sichem Princeps Sichimorum connubio iungi cum domo Iacob, & de mutanda etiam religione ageret, vix suis id communicaret, cum omnes statim assentirent; non quia meliorem iudicarēt Iacob religionem, quam suam, sed ut Principi suo complacerent: ad quem locum optimè Oleaster. *Quam facile (inquit) ut Principi morigerentur, religionem mutant,**

*Verificatur quodā sacra Scriptura loco Genes. 34.*

*nouamque amplectuntur; optimè docet locus iste, quod iam non simus Christi, aut Dei Christiani, sed Principum.*

*Matth. 2.*

*Ibidem.*

I N  
EVANGELIVM DO-  
MINICÆ INTRA OCTA-  
VAS EPIPHANIÆ.

Ex cap. 2. Lucæ.

*Cum factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis in Hierosolymam, secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognoverunt parentes eius: existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei; & requirebant eum inter cognatos, & notos, & non inuenientes, regressi sunt in Hierusalem: & factum est post triduum, inuenient illum in Templo sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos: stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia, & responsis eius; & videntes admirati sunt; & dixit Mater eius ad illum: Fili quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus, & ego dolentes quererebamus te: & ait ad illos: Quid est quod me querebatis? nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? & ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos: & descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis; & Mater eius conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo: & Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia, apud Deum, & homines.*

ANNOTATIO LITERALIS CIRCA EVAN-  
gelici contextus seriem.



*Ammō. Ori-  
genis prae-  
ceptor in armo-  
nis Euāgel.  
D. Ansel. ad  
cap. 2. Matr.  
D. Bonau. de  
vita Christi,  
cap. 13.  
D. Anton. 1.*

**P**uertens Beata Virgo cum puerō Iesu, & beatissimo sposo suo Joseph, ex Ægypto, (vbi secundum opinionē melius sentiētium, per quinque annos exulauerat:) reuertēs

iniquā in Galilæam, habitauit in Nazareth; vndē Christus Nazaræus dicitur est, non à loco natalitii sui, qui Bethleem fuit, sed à parentum domicilio loco nomē fortitus; in Nazareth igitur habitans ascendebat per annos singulos cū parentibus ter in Tēplum Hierosolymitanum ad tria precipua

*par. iii. 5. cap.  
1. § 2.  
Iacob. Bergo.  
in vita Dei-  
para.  
Diony. Cart.  
in ser. de in-  
nocētibus, &  
multi alii.*

cipua festa celebranda, Paschæ scilicet Penthecostes, & Tabernaculoru: secundum legis præceptu, Exodi 23. & Detiteronomii 16. vbi sic: *Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini, &c.* cum igitur completo, iam eius ætatis anno duodecimo, ascendiisset puer Iesus cum parentibus ad diem festum Paschæ de more celebrandu, expletisq; octo diebus, reuertentibus suis in domum, ipse remasit vltro in Hierusalē, ac Doctoru Gymnasium petens, ibi latentis in pectore sapientiæ quosdā quasi radios omniū admiratione foras cœpit emittere.

Virgo autem beatissima, ac Ioseph eius putatiuus pater, quibus puer ipsa solis luce charior erat, illū se se aliis pueris eiusdem sui loci admixtum in Nazareth simul descendisse sunt arbitrii; at, primo itineris die trāsacto, puerum non inueniunt; siscitantur de illo à cognatis, & notis; à quibus cum agnoscant puerum non comparrere, statim solliciti ascendunt Hierosolymam, reuertuntur in Templum, illumque inueniunt in Doctorum Gymnasio, cū ipsis de legis difficultatibus disserentem: Hæc circa sensum historicum dixisse sufficiat; nam de aliquibus, de quibus aliqua potest esse dubitatio, dicā statim, prius quā ad mores descendam.

Dubitare in primis, à quo quis poterit, circa Dei mandatum, quomodo præceperat ipse, vt viri omnes ascenderent in Templum, ciuitatesque deserterent, ac mulieres solas relinquenter, bonaque sua hostibus deripienda exponerent, hanc, inter quæstiones, quas excitauit, posuit Augustinus, quæst. 161. ad quam sic respondet, *Curabant diuina Israelita, Deus curabat humana: sicut ipse promiserat, Exodi 34. his verbis: Cum iulero gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus infidabilitur terra, tue, ascende te, & apparente in conspectu Domini, Dei*

Dubitatur de eo, quod præcipiebat Deo, vt omnes Israelitas ter in anno ascenderent in Tē plū, & ciuitates deserentes derelinquentur?

Respō. Aug. ex loco Exodi 34.

*tui ter in anno;* Ex quibus inferre possumus, quod in tantum erit Deus de nostris rebus humanis, solicitus in quantum nos de eius seruitio, & obsequio cogitauerimus, & quod si fuerimus præceptorū eius obseruatores, ipse vrbes nostras, regnaq; custodiet.

Deus cu  
stos bonorū  
hominū illorū, qui  
eius obser  
uat mādata.

Secundo dubitari etiam potest circa præsens euentum, quomodo Beata Virgo, quotannis cum spōso ascendebat in Templum, cum non tenetur ex lege? nam lex solos viros in Tē plū præcipiebat ascendere, vt ex eius

Dabitatur  
2. quomodo  
Beata Virgo  
ter quotan  
nis alende  
ret in Tem  
plū, qua nō  
tenebatur ex  
lege.

tenore clarissimè appareret, qui sic habet. *Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Deo tuo.* Ad hanc dubitationem ex mente omnium ferre Patrum respondit, Beatam Virginem, non ex obligatione aliqua, sed ex mera deuotione, & ex diuini cultus prop̄p̄sione, ter quotannis cū sposo suo Templū ascendere cōsueuisse.

Respōditur  
dubio, ex  
mente Patrū

C Tertiò illa inter Patres altercata quæstio se se offert, vtrum ne Beata Virgo culpabiliter benedictum puerum amiserit: ad hāc quæstionem facile respondent Patres ex Euangelici contextus verbis. *Existimantes illum esse in comitatu:* Cum enim (vt ad hūc locum venerabilis Doctor obseruat) mos Iudæorum fuerit, mulieres à viris semotas ad Templum ascendere, & ab eo descendere; pueros autē vel cū matribus, vel cū patribus aggregatos, facillimè se persuasit Virgo Beata benedictū puerū cū Ioseph pergere simul, vel saltē se se aliis pueris cōsan-

Dubitatur  
3. an Beata  
Virgo cul  
pabiliter pue  
rū amiserit.

D guinis addidisse, vt simul pergetet; idēq; de incuria nullo modo esse causandā. At ex hac communi solutione difficilior quæstio exurgit: vtrū nēpē in hac existimatione decepta fuerit Beatavirgo: falsū enim sibi persuasisse videtur. Parcat Abb. Rup. (alias mihi, vt omnibus valde colēdus) nō placet certè eius ad quæst. respōsio; ait enim lib. I. in Cāt. sciuisse Virginē, vbi tūc tēporis Christus esset, neq; reuera existimasse illū esse in comitatu; pugnat

Respōditur  
negatiuē, è  
ostēditur, ex  
Iudæorum  
more in Tē  
plū ascendē  
tiū.

Noua ex so  
lutione du  
bitatio.

*Non placet  
Ruperti so-  
luto lib. 1.  
Cantic. nam  
contradicit  
contextui.*

*hæc Ruperti responsio cum sacro cō-  
textu qui expressè assertit, existimat-  
se Ioseph, & Beatam Virginem, puerū  
Iesum esse in comitatu; vnde aliter  
nobis est incedendum ut propositam  
dubitatiōē diluimus; neq. enim au-  
diendus est Cordubensis, qui libro 1.  
Theologicarum quæstionum q. 46.  
ausus est dicere, deceptā fuisse in hoc  
Beatam Virginem; contra quem in-  
surgit Maior ad c. Luc. 2. *Mibi altius*  
*(inquit) rimanti viſum est abſonū à ve-  
ra p̄tate admittere ullam errorem, etiā  
speculatiuum in Dei genitricem eadere;**

*Maioris de  
hac te ſent-  
tia ad 2. L. v.  
D. Bonau. in  
2. diſt. 23. q. 2.  
D. Tho. 1. p. q.  
9 + art. 4.  
Suar. 3. p. q.  
37. art. 4.  
Aug. lib. 3. de  
libero arbi  
tri, ap 18.  
Reſpōdeſur  
ad dubiuſu-  
pta poſitum.*

*Hæc ille: cuius pia, & vera ſententia  
libetissimè fuerat iam à Patribus am-  
plexata: nam eam ſecutus eſt noster  
Seraphicus Doctor in 2. diſt. 23. q. 2.  
D. Tho 1. par q. 94. art 4. Suar. 3. par.  
q. 37. art. 4. diſp. 18. Fundatur autem  
hæc ratio in quadam doctrina, quam  
habet S. Pater August. lib. 3. de libero  
arbitrio cap. 18 his verbis: *Approbare  
vera pro falſis, non eſt naturæ inſtituti  
hominis, ſed pœna dñnnati: ſed data  
fuit hæc perfeſtio primis parentibus  
in ſtatu innocentia; cur ergo non da-  
retur Virgini, quā maximè decebat?  
potius igitur dicendum puto Beatam  
Virginē in nullā incurriſſe deceptio-  
nem, in nullumque errore existiman-  
do benedictum puerū Iesum eſſe in  
comitatu; ſicut enim nullum habuit  
actum appetitus, vel voluntatis inor-  
dinatum; ita veriſimile eſt, nullum  
habuiſſe actum intellectus à recto iu-  
dicio alienum.**

*In Beata Vir-  
gine nullus  
actus intel-  
lectus à re-  
cto iudicio  
alienus.  
Noua exur-  
git ex diſcipli-  
na dubitatio.  
Reſpōdeſur  
dubitatio.*

*Viget tamen adhuc quæſtio; nam  
ſi Beata Virgo nullum habuit intel-  
lectus actum à vera iudicio alienum;  
quomodo existimauit id, quod aliter  
ſe habebat? nam existimauit puerum  
Iesum eſſe in comitatu, in quo reue-  
ra non erat; ergo decepta eſt, & inci-  
dit in errorem; Reſpōdeo existimas-  
ſe; ſed ſine affensu firmo, & ſine iudi-  
cio à veritate aberrante; hoc eſt exi-  
ſtimasse ex probabilibus conieeturis,  
& rationibus, eſſe puerum Iesum cū*

A *Ioseph ſponſo ſuo in hominum co-  
mitatu; hoc autem non eſt decipi, ſed  
verè iudicare: non enim decipitur,  
qui probabilibus rationibus ductus  
probabiliter aliiquid existimat.*

*Dubitabis tandem circa ultima  
verba, quibus Euangelista ſacer præ-  
ſentem euentum concludit dicens. Ei  
puer Iesu proficiebat, ſapientia, & aeti-  
te, & gratia, apud Deum, & hominem.  
Accipe ergo duos istorum verborum  
interpretandi modos; vnum ab Ambroſio  
libro de incarnationis Domini-  
næ Sacramēto, cap. 7. ab Euthymio  
ad hunc Lucæ locum, & à Ricardo  
de S. Victore libro 2. de Emmanuele  
cap. 18. qui ita locum interpretantur,*

*Proficiebat ſapientia experimentalis:  
appono Ricardi verba circa augmen-  
tum Sapientiæ, quod namque profi-  
ceret aetate, dubium nō eſt, de gratiæ  
autem profectu ſtatim dicam; *Quem-  
admodum (inquit Ricardus) ſeundum  
Apostolum Christus didiſcit ex his,  
qua paffus eſt, obedientiam, iuxta eundem  
modum, profecit ad ſcientiam; profecit ad  
ſapientiam: Quibus adde ea, quæ ad  
eundem locum habet venerabilis  
Author, dicens: *Sicut carnis eſt, aetate  
proficere, ita & animæ ſapientia, & gra-  
tia.***

*Hic tamen interpretandi modus  
non eſt omnimodè verus; quamquā  
enim in Christi ſapientia acquisita  
verificari poſſit; tamen de gratia verū  
non aſſumit: non enim ita proficie-  
bat puer Iesu gratia, vt in eius ani-  
ma gratiæ habitus augeretur. Deinde  
cum eſſent in Christo quatuor ſcien-  
tiæ, Diuina nempè, beata, infusa, &  
experimentalis, & hæc inter illas in-  
fima ſit, non videtur veriſimile, de  
hac tantum commendatiōē Euangeli-  
ſtam puerum benedictū cæteris præ-  
termiſſis.*

*Accipe igitur præſantiorem in-  
terpretandi rationem à diuo Grego-  
rio Nazianzeno, oratio 20. de laudi-  
bus Basilii; à diuo Ioanne Damasce-*

*Dſquiruntur,  
& exponuntur  
doubus  
modis Evan-  
gelij verba  
circa pueri  
Iesu gratiæ  
& ſapientiæ  
augmentum.*

*Primus in-  
terpretandi  
modus, ex  
multis Patri-  
bus.  
Ricard. lib. 2.  
de Emman.*

*Beda ad cap.  
Lucas 2.*

*Obicitur  
iterū contra  
dicta, immo  
refellunt ſu-  
prapofitū  
interpretan-  
di modus.*

Prestantior nō lib. 3. fidei cap. 22. à diuino Cyrillo Euangelista inter ad 1. Ioannis, capite 17. à diuino Athanasiō oratione 4. contra Arrianos, à dus à Nazianze. orat. 10. de Theophilato ad caput Lucæ 2. qui omnes afferunt illud gratiæ, ac sapientiæ incrementum intelligendum à D. Cyrillo esse, quo ad effectus, non quo ad habitus; ad 1. Ioann. Ac si dixerit Euangelista Sacer, clausores, & euidentiores quotidie latenter intus gratiæ, & sapientiæ demonstrationes hominibus dabat; vnde op. Luca 2. Cayetanus ad hunc locum. Cayetanus ad cap. Luca 2. Christus (inquit) proficiebat actibus sapientiæ, procedendo de actibus sapientibus, ad sapientiores: similiter intellige de gratiæ profectu apud Deum, & homines, quoniam erat in veritate progressus ad ampliora merita apud Deum, & in dies apparebant apud homines, qui circa hunc explicandi modum, quid amplius desiderauerit, petat à diuino Thoma 3. par. quæst. 7. art. 12. dum ego hic appono diuini Bernardi verba eundem exponendi modum maximè declarantia: Non fuit (inquit hom. 2. supermissus est) hora

D. Thom. 3. p. 9. art. 12. Adæquare exponitur locus à Bernardo hom. 2. super Missus est. in quaunque ætate, qua de plenitudine illa, quam in sua conceptione Christus accepit in utero, vel aliquid minueretur, vel aliquid eidem adiiceretur, sed à principio perfectus, à principio plenus sapientia spiritu, & intellectus, spiritu consilii, & fortitudinis, spiritu scientie, & pietas, & spiritu timoris Domini: nec te moueat, quod de illo legis. Iesus autem proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines: nam quod de sapientia, & gratia hic dictum est, non secundum, quod erat, sed secundum quod apparet intelligendum est; non quia videlicet aliquid ei nouum accederet, quod antea non haberet, sed quod accedere videatur, quando volebat ipse, ut videatur. Hæc Bernardus.

Tertius Euāgelista verba de augmēto scientiæ Christi expoñendi modus apud Damascanus, sequiturque Aymon, quia tamen literalis non est,

A sed mysticus, seu moralis; moralem quandam ex eo annotationem componam, suoque loco tradam: Ne autem aliquid circa hunc euentum defideretur, aliqua cum Patribus annotabo; circa deperditi pueri in illo triduo alimentum: Ex ostiatim mendicatis vixisse tribus ille diebus, deuotè meditatur Bernardus sermone intra octauas Epiphaniæ, vbi sic habet. Quid dicam Deus mens: an vi te per omnia nostræ conformares paupertati, & in te humanae naturæ calamitates susciperes, quasi unus è turba pauperum stipem per ostia mendicabas? quis dabit me buccellarum illarum sic mendicatarum participem fieri; Piam hanc Bernardi meditationem maxime placuit Doctori nostro Seraphico, in sua pauperum apologia, & Alexandro Alensi 4. parte quæstione 31. membro 2. articulo 2. sequitur hos Patres Landolphus 1. parte vite Christi cap. 15. vbi sic habet. Mendicabat Christus in illo triduo cum pauperibus ostiatim, &c.

C Huic Bernardi meditationi se se impugnatue Bernardi sententia à Patribus sum pro fundamento, ex le-

rat in lege apud Iudeos, vt patet in Deuteronom. in cap. 15. vbi sic legitur. Omnino egenus, & mendicus non erit apud vos. Hoc igitur præcepto fundati, tenent Abulensis ad caput Abul. ad cap. Matth. 17. q. 194. Carthusianus, 194. & Lyranus eodem loco Christum, Carthus. & neque in hoc triduo, neque aliquando ostiatim mendicasse, contra quos obstarat videtur locus ille Lucæ 16.

D Mendicare erubesco. Quamquam suā Obiicitur cōtra Patrum etiam locus iste habeat solutionem, istorū fundamētum, ex loco Lucæ 16. Respondeatur tamen obicationi. Manet quæstio iadecita.

Reiicitur  
Maioris op-  
nio, qui re-  
currit ad mi-  
raculum.

Primū mira-  
culum fecit  
Christus an-  
no 30. ætatis  
sue.

quod non probo Ioannis Maioris opi-  
nionem, qui ait ad cap. Lucæ 2. sicut  
Christus postea quadraginta diebus,  
& quadraginta noctibus non mādu-  
cauit, ita & hic tribus diebus nō man-  
ducasse; non (inquam) hanc possum  
approbare responcionem, cum videā  
hoc (sicut & illud) non nisi per mira-  
culum fieri posse; Christum autē ante  
ætatis sue annum 30 nullum fecisse  
miraculum, primumque egisse sue  
prædicationis anno 1. in Cana Galilææ; vndē aliter cum eodem Ioanne  
Maiori dicendum puto, puerū Iesum  
ab aliquo eorum Doctorum, qui eum  
audierūt fuisse alitum; quis enim vi-  
dens tenellum puerum adeò subtili-  
ter, & fundamentaliter de rebus su-  
blimibus differenter, illum summo  
non prosequeretur amore, in domūq;  
suam gaudens non reciperet?

Quod si hunc euentū attentè cō-  
sideraueris Lector humanissimè, for-  
tassè inuenies, quid ad dubiū absq;  
tanto opinionū strepitū valeas respō-  
dere. Puerum nempè Iesum à nullo C

Christus in  
illo triduo à  
nemine acce-  
pit cibū, vno  
enim tātum  
die nō man-  
ducauit.

cibum accepisse, neque miraculum  
aliquid fecisse, vt à famè acerrimè nō  
angeretur; vnum enim tantum diem  
à cibo abstinuit, quod cuique viuenti  
tolerable est; nam tres illi dies, de  
quibus meminit sacra pagina, sic cō-  
putantur, atq; computatur triduum,  
in quo in sepulchro eiusdem Christi  
corpus requieuit; primus ille is fuit,  
in quo Beata Virgo, cum Beato Iose-  
pho à Templo discessit, & iter cœpit  
conficere, ad cuius terminum puerū D

Luke 2.

non inuenerunt, vt ex cōtextu luce  
meridiana clariū apparet. Venerunt  
(sinquit) iter diei, & requirebant eum  
inter cognatos, & notos; & altera statim  
die regressi sunt in Hierusalem requi-  
rentes eum: Ecce dies secundus, &  
factum est post triduum, inuenerunt illū,  
&c. Ecce dies tertius; computandum  
enim est illud triduum à die amissio-  
nis pueri benedicti, vsque ad diem  
inventionis illius; sic enim computa-

A tur in glossa, vbi sic: *Vna die reuersi sunt ab Hierosolymis, secunda querunt, tertia Glosa ad hunc locum.*  
inueniunt: Quo posito, aduerte, quid cogito, prima die, quando Beata Virgo, & Ioseph dicesserunt, dubium nō est, quod cibum sumerent, vt communis est itinerantium mos; cū quibus, & ipse simul māducauit, quautū ad vnius parci, & benè morigerati pueri sustentationem sufficiens fuit; die autē tertia in qua inter Doctores inuentus est, etiam dubium non est à parentibus amantissimis alitum fuis-  
se statim, vt inuentus est, ac proindè omnibus diebus (vno excepto) cibum sumpsit, ad vnum autem diem à cibo abstinere non impossibile, neq; difficile est tolerare; & sic respondēdo omnia tolluntur incommoda, quæ ex aliis responcionibus sequi videtur, sequere quod libuerit.

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Ascendentibus illis Hierosolymam  
secundum consuetudinem  
diei festi.*

## ANNOTATIO I. MORALIS.

*Qui verè festiuare desiderat, necesse  
est, vt à se, & à creaturis auulsus  
ad Deum meditando ascenda-*

**M**Ultoties ascendisse in Templū Annā Samuelis matrē, nō tan-  
tū, vt festiuū ageret diē; quātū vt lu-  
geret refert sacra pagina, Regum 1.  
cap. 1. nam præter continuam, quam  
gerebat in corde mæstitudinē, quia ster-  
ilis erat, affligebat eam vehementer  
Phenenna amula eius, obiiciens illi  
vuluz sue conclusionem. Affligebat  
quoque eam amula eius (habet contex-  
tus Reg. t. cap. 1.)

*Ad plorandum, & ad implorandum debemus ingredi per singulos annos, cum redeunte tempore ascenderent ad Templum Domini; portava Anna flebat, & non capiebat cibum: stuandum.*

*Ex quibus apparet, non ad festiuandum, sed ad lugendum fuisse Annæ in Templum ascensum; disquirit locum Titus Bostrensis;*

*Ascensus duplex, ex Tito Bostrensi Episc. ad 1. cap. 1. libri Regum. Titus Bostr.*

*& distinguens inter ascensum, & ascensum, ait, esse ascensum duplum, ex domo unum in Templum, alterum ex se ipso in Deum; verum autem gaudium, veraque luctuam, ac festiuandi rationem, non tam ex primo, quam ex secundo ascensu prouenire. Postquam Anna ascendit in Templum (ait praefatus Episcopus) & adeo intense oravit, ut extra se posita Sacerdoti visa fuerit, de filii conceptione latata est; neque enim tantam postea haberet causam latandi, si ascendens in Templum, in Deum extra se posita non ascenderet.*

*Psalm. 83. Facit pro presentis asserti confirmatione locus ille Psalmi 83. Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit, &c. sive Ascensus sui in corde eius, ut habent Petrus Chrysologus ad Psalm. 6. Penitentiale & Genebrardus, qui ad locum sic habet, est allusio ad situum Hierusalem, que erat in loco montuoso; sed id*

*realiter vult dicere. Beatus qui in corde suo habet seminas adeundi domum Dei, dum est in terris lacrymarum valle, ut illic iter suscipiat ad celebrandum Deum cum calicolarum catu: consonat Cassiodorus, qui praefatum locum ad intentum praesens adducens, ait illum bene se ad beatitudinem (in qua vera festiuandi ratio consistit) preparare; qui super omnia terrena adhuc, & super se ipsum ascendere disponit.*

*Verè (inquit) ille beatus est, qui quantum Dominus præstat auxilium, tantum altius ascendit, cum nempè vicerit liberdinem, scendit unum gradum, cu dominus fuerit superbiam ascendit alterum;*

*Qui ad festiuandum se verè præparat, ex Casiod. ad Ps. 83.*

*& tot gradibus ad beatitudinem ascendi, quot vitiis fuerit absoluus. Cui re-Quomodo he mo se re-  
tē concinit Doctor noster Seraphicus, tomo 2. opusculorum tractatu de  
gradibus contemplationis, ubi agens  
de extasi, quo animus quasi relicto  
corpo ascendit ad Deum, ac eius  
fruitione iocundatur, sic ait *Extasis est  
desirio exteriori homine, sui ipsius supra  
se voluptuosa quedam eleuatio ad super-  
intellectuali diuinæ amoris fonte;* ubi  
ponderanda sunt, & pensanda illa  
verba) (*desirio exteriori homine, sui  
ipsius supra se voluptuosa eleuatio*) his  
enim verbis docet Seraphicus Do-  
ctor necessarium esse illi, qui verè, ac  
voluptuosè festiuare desiderat, supra  
omnia temporalia, ac etiam supra se  
ipsum ascendere & eleuari; supponit  
enim Doctor Seraphicus id, quod iam  
ex se suppositum est, omnium verarū  
voluptatum, ac perfectorum gaudi-  
rum fontem, & originē Deum esse,  
ad quem anima, mediante dilectione,  
eleuatur, & ascendit, & quemadmodum  
ille, qui limpidissima, ac purissima  
limpha vult sitim extinguere, &  
perfectè refrigerari, debet transire ri-  
uulos, & ad fontem peruenire: ita qui  
veræ festiuatatis, & gaudii dulcedine  
gaudere exoptat, & recreari, debet  
mundana omnia gaudia terere, & ad  
verum fontem ascendere.*

*Optima cō-  
patatio.*

*C Quomodo autem poterit quisque super se ipsum ascendere, ut his gaudiis, ac festiuitatibus perfruatur, absq; reali à corpore separatione, si scire desideras, disce ab August. lib. quæstionū ad Simplicianum quæst. 1. ubi sic inter alia, hæc huic argumento consentanea intermittit: *Per alienationem (inquit) à sensibus corporeis, as-  
sumitur spiritus ad intuenda diuina my-  
steria, & ad diuinæ consolationes degu-  
standas;* Quid autem distinctionis sit  
inter hæc mentis à carnalibus in Deum  
ascensionem, & mortem si quæris, in-  
uenies apud eudem Augustinum li-  
bro de Genesi ad literam cap. 26.*

*Aug. li. quæ-  
stionum q. 1.  
Idem lib. ad  
Genes. ad li-  
terā cap. 26.*

Dices

Dices fortassis altiorem esse hanc ascendendi ad gaudiū festuale doctrinam, quam postulat concionandi methodus, fateor, sed speculationem tibi serua, auditoribus verò tuis, ea, quæ sequuntur, propones; locuturus Dominus cum Moysè, illique legem daturus districte præcepit, ne quis, è populo præter Moysem, montem in quo ipse Dominus erat, ascenderet, dicens, Exodi 16.

*Exodi 16.  
Dispungitur  
locus à Greg.  
moralium 6.  
cap. 17.*

*Dices ad eos, cauete ne ascendatis in montem, neque tangatis fines illius.* Disquirit Pater Gregorius Magnus Domini prohibitionem Moralium 6. cap. 17. & dubitar de illius fundamento, & causa; nam consentaneū videtur omnes ascendere ad montē cum Moysè, ut omnes simul hæc tarentur, Deique sui gloria, & consortio fruerentur, & festiuum obstantum beneficium diem agerent; cur ergo ascendere prohibentur? Audi quid ad dubium respondeat præfatus.

*Nemopoteſt  
cū Dño feſtiuare, niſi  
qui prius mū  
dāna ſpre-  
ueſtit.*

Pater. Cum lex (inquit) accipitur, populū ad montem accedere prohibetur, quia videlicet, qui adhuc terrenis desideriis implicabantur, gaudere de cœlestibus non præsumerent; prius igitur mens ab appetitu glorie temporalis, atque ab omni carnalis concupiscentia delectatione tergenda est, quam ad gaudia cœlestia per actionem contemplationis ascendat. Ecce habes, locū quo probes impossibile esse verè festiuare animam illā; quæ spretis omnibus gaudiis temporalibus, super omnia, atque etiam super se ipsam non ascenderit.

*Ad Philip. 4.3  
Disquiritur  
locus Pauli  
ab Hugone  
Cardinali.*

Quomodo autem illic sit ascendendum si queras, disquire illa Pauli verba ad Philippen. cap. 3. *Noſtra autem conuersatio in cœlis eſt:* Dubitabit fortassis aliquis de verbis Apostoli, dicetq; quomodo possibile fuit Paulo adhuc degenti in terris, in cœlestibus conuarsi? Respondet statim Hugo Cardinalis, & ait. *In cœlis erat deſiderio mentis, & actione contemplationis.* Ecce iam habes ascendendi modum, ut cū Deo, & cū beatis spiritibus festiuos,

A & læteris: audi nostrum Lyranum, & clariū locum Pauli intelliges, meliusque ad intentum accommodabis. *Dixerat superius Paulus (ait Lyranus) eorum, qui terrena ſapiunt, & terrenis implicantur, gloriam eſſe confuſionem;* tūc anne ētīt dicens: *noſtra autem conuersatio in cœlis eſt, per ſpēm ſcilięt charitate formata;* quia anima, quæ eſt præcipua pars hominis, magis eſt, ubi amat, quā ubi animat; hæc Lyra. Ex quibus pater, ſolū illum verè Dei festa age, veraque affici lætitia, qui ascendit, id est, qui ſpretis rebus temporalibus, ſpretis creaturis, ſequi ipſo ſpreto, ad cœleſtia contemplanda eleuatur.

*Qui verè  
Dei festa ce-  
lebret.*

## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Ascendentibus illis Hierosolymam ſe-  
cundum consuetudinem diei  
festi. Luc. 2.*

## ANNOTATIO II.

*Deo, & ſibi festa, & delicias parat, qui illum ſemper in mente gerit, eiusq; beneficiorum recordatur.*

*D*ei memoria præcipuum eſt festi caput, idque maxime exegit Deus à nobis in diebus festiuis, ut eius ſcilięt recordemur, ait Nazianzenus Gregorius, oratione in sancta lumina, ope- raque eius, & beneficia memoria recolamus: Ecce, ex mente Nazianzeni, Dei memoria, eiusque beneficiorum recordatio, veræ festiuitatis fundamen- tum, tam Deo, quam ſibi.

Sed disquire locum Psalmi 75. & inuenies alia ſuprapoſiti asserti probationem. *Cogitatio hominis, (inquit Regius Psaltes) conſitebitur tibi, & reliqua cogitationis diem festum agenti tibi,* non ſine fundamento dubitabis de verbis Psalmista, cum præcipue ſcias

*Dei benefi-  
ciotū memo-  
rari, illigatiſſimum, &  
iocuſiſſimum,  
ex Nazā e-  
no, oratione  
in sancta lu-  
mina.*

*Psalmi 75.*

*Illucidatur  
ampli⁹ Pauli  
locus à Ly-  
rano.*

*Genes. 2.* scias Deum, cum quo ipse loquitur, continuò festiuare, ac sabbatizare A perpetuò; postquam enim quieuit die 7. ab omni opere, quod patrarat; omnes usque nunc dies festiuos ducit; ducetque perpetuos, & in se ipso habet verum lætandi, ac festiuandi fundamentum: quod cum ita sit, non indiget, hominum recordatione, aut memoria, ut lætum, & festiuum diem agat, ac proinde inconsonè loqui videtur David, dum ait minimā quāq; recordationē cuiusvis hominis Deo diem festiuū agere. *Reliquia* (inquit) cogitationis diem festum aget tibi: Cō-

*Vbi supra.*  
Discutitur locus Psalmi Aug. lib. meditatio. c. 36. gruentius equidem loqui videretur, si dixisset sibi, non tibi; sibi enim nō Deo festum agit, qui Dei beneficiorū recordatur, eiusq; bonitatis, clemētię, & pietatis memoriam recolit; id enim ipsum Deū deprecabatur Augustinus libro meditationū cap. 36. ut lætam, ac festiuam vitam in terris ageret, dicens. O dulcissimè Iesus, infunde, obseruo, multitudinem dulcedinis tuae pectori Dei memoria, & eius beneficiorū recordatio, maximā cāu sat voluptate, & gaudiū.

*Ad Timoth. cap. 1.* Ecce ex præfatis Augustini verbis apparent, quomodo Dei beneficiorum recordatio festiuam ingerat in corde lætitiam: sed ex eis quæ statim addit, auget dubii supra positi fundamentum; nam adducens in exemplum Paulum Apostolum Dei beneficia commemorantem, ac memoria recolentem, ait ipsum in hoc facto, non tantum D sibi sed Deo diem festum egisse: alludens enim ad illa eiusdem Pauli verba, i. ad Timothæum cap. 1. Ego, qui prius fui blasphemus, & contumeliosus, &c. Sic ait Augustinus loco citato. commemorat, quid illi donatum est, & reliquiis cogitationum diem festum agit Deo. Nonnè melius dixerat Augustinus, Diem festum agit sibi? Id certè probant priora eius verba superius

adducta; sibi nempè festum parare, qui Deum semper in mente gerit; ex posterioribus verò eiusdem verbis appetat, præfatum Patrem cum Psalmographo conuenire, qui Deum alloquens ait. *Reliquia cogitationis diem* Ibidem. festum agent tibi equidem stat adhuc idem dubitandi fundamentum, quod posuimus.

B Aliquis responsonibus dubium soluam, sit prima ex Genebrardi interpretatione desumpta: est Deus sui honoris, & gloriæ, ut qui maximè zelotypus, ut ex multis sacræ Scripturæ locis clare monstratur, & præcipue ex illo Esaiæ cap. 42. Ego Dominus, hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri nō dabo, & laudem meam sculptilibus. Cum autem ille, qui de Deo cogitat, ipsi pro acceptis beneficiis laudes rependat; Gaudet, festumq; agit Deus, quoties hominis cogitatio, ipse confitetur, ipsumque laudat, cui extrema hominis cogitatio eo fertur, ut ipsum laudet, & solemniter colat, inde est, quod diem festum agat tibi (air Genebrardus, ) nam laudem dat Deo, qui confitetur ipse: Hæc Genebrardus.

C Secunda ad propositum dubium solutio desumi potest ex sancti Gregorii Nazianzeni verbis oratione 40. vbi sic habet. *Lassionibus nostris Deum nostrum afficiimus detrimeto:* Mira quidem res' est ne Deus damni, seu detrimenti alicuius capax, ut dicat Nazianzenus, ipsum nostris lassionibus, & ruinis detimento affici: audi eundem Nazianzenum, causam reddenter, ipse enim pro diuitiis nos habet: al ludit Pater præfatus ad mercatorum morem; quorum si quis nauim, quam mercibus onustam expectat; vacuam portum appellere conspicit, quia vētorum vi, ac maris impetu impedita merces in mare proiecitur, tristatur valde, quia suas diuitias amisit. Si verò eandem onustam accipit, lætatur, festuumque diem dicit, quia diuitias suas cum maximo lucro recepit; ita Deus,

Respondebitur ad obiectio-  
ne aliquibus responsoni-  
bus.

*Esaia 42.*

*Genebrard.*  
Qui verè  
Deū laudet.

Secunda ad  
dubiu respō-  
sio, ex Na-  
zianzen. orat. 40

*Idē Nazian-  
zen. ibid.*

Deus pro di-  
uitiis nos ha-  
bet.

Deus, ut nostro more loquamur, detrimentum accepit, cū vnumquemq; A nostrū inter huius mūdi fluetus naufragari, virtutibusque spoliari conspicit, cum pro diuitiis nos habeat, lētatur verò, & diē festū agit, cū quempiam videt virtutum mercibus onustum, cōlum petere dices fortasse, benè vtique, sed non ad intentum. Attende tamen quid dicam, homo absque sui beneficiorum memoria, nauis mercibus vacua est: ille verò, qui perpetuo recordatur, de quibus accepit, & malorum, à quibus Dei gratia liberatus fuit, nauis mercibus pretiosis onusta est, de cuius prouentu Deus ipse lētatur, & diem festum agit: audi Hieronymum ad caput 1. epist. ad Ephæeos, & id ipsum mecum senties: *Diuinitas (inquit) gratiarum silente in se non facit vacuas, qui quantum valet humana fragilitas Dei, eiusq; beneficiorum nititur, laborat; at contendit recordari, & cum Apostolo dicit: gratia Dei in me vacua non fuit; qui vero eius beneficiorum inmemor ad deteriora delabitur, in eo diues Dei gratia, & opulenta largitio paupertate rēnatur;* Ecce habes ex prefatis Patribus nostrā obliuionem ipsum Deum afficere detimento, eiusque, ac beneficiorum suorum recordationem, illi diem festum agere, ob quæstum animarum nostrarum, quas pro diuitiis habet, vnde benè dixit Psaltes. *Reliquæ cogitationis diem festum agent tibi.* Ad exactā omnino propositi asserti confirmationem, quod ait, & Deo, & sibi festū diē agere qui illius recordatur: audi quid prefatum Psalmi versiculum exponens dicat Augustinus. *Cogitatio (inquit) confessionem habet, id est Dei laudem, & insuper à veteri vita recessionem; sed si oblitus fueris, à quibus malis liberatus sis, non agis gratias liberatori tuo, & non celebras solemnia tibi, nec Deo tuo.*

Ex diuerso loquendi modo, quo vsus est Deus loquens de festiuitati-

bus ad populum, Numerorum 28. & Esaiæ 1. & 58. intulerunt Origenes, & Interlin. glosæ Author Ambros. Laudunensis, quibus festiuitatibus colatur Deus, à quibus verò abhorreat. Præcepit Dominus filiis Israel, & dixit ad eos: *Oblationem meam, & panes, & incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua,* & Esaiæ 58. Si aduerteris à Sabbatho pedem tuum in die sancto meo, & vocaberis Sabbathum delicatum; seu delicias, (vt transtulerunt 70.) & sanctum Domini gloriosum, &c. At verò loquens per eundem Prophetā de eisdem festiuitatibus ad eundem populum ait, *Kalendas vestras, & solemnitates vestras odiuit anima mea:* Tria sunt nobis in his duobus locis discutiēda. Primum, cur in primo loco Iudeorū festiuitates suas appellat Dominustibi, *oblationem meam,* & ibi in die sancto meo, & cur in 2. non suas sed Iudeorum. Secundum, cur dixerit se festiuitates odiisse. Tertium, cur Sabbathum aliqua appellat *delicata;* seu delicias.

Quod igitur attinet ad 1. dubitant præcitatī Patres, cur Dominus cum primo de festiuitatibus mandauit, suas eas appellauerit, quas postea per Esiam non suas dixit, sed populi, *Kalendas vestras, & festiuitates vestras odiuit anima mea:* quomodo illic (inquit Origenes) suas; hic Iudeorū, & non suas festiuitates appellat: & respondēs ait; *vbi peccata, & beneficiorum obliniores non sunt, festa sua dixit; at vbi oblio, & peccata sunt, festa sua non sunt;* Ac si dixerit, quando Deus primo sibi festa agere, & oblationes offerri mandauit, nondum oblii erant beneficiorum eius, nondum ingrati, nondum Idolis seruientes, nondum murmuratores, idēque cum illis simul festiuarē gaudebat, suasq; eorum festiuitates appellabat: at verò postquam obliujosi, & ingrati facti sunt, tantum ab est, vt cum illis festiuos dies agat, vt neque nomine tenus eorum accipiat

Hiero. ad c.  
1. epistol. ad  
Ephes.

Psalm 75.

Ostenditur  
quibus Deus  
gaudeat fe-  
stiuitatibus,  
ex loco Nu-  
mero cap. 28.  
& ext. Esai. 58.

70. Interp.  
versio Esaiæ.

Disquirun-  
tur verba a-  
liqua locotū  
præcitatō  
a Patribus  
præcitatī.

Origenes ad  
locum debi  
solucio.

*vbi supra.* piat festiuitates; sed dicat, festiuitates vestras odiuit anima mea.

*Solutur ite dubitatio, ex Psalm. 7.* Quod verò ait festiuitates odiisse, rationem pete ex Psalmo 7. vbi sic. Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis, siue diei, qua redemit eos, (vt habet Genebrardus) ex quo apparet, tantum abesse Dei obliuiosos, eiusque beneficiorum inmemores. vt illi festū agāt, vt ipsum potius ad furorem, & odiū incitent, (vt sacri contextus more loquamur.)

*Cur Sabbathia aliqua Dei deliciae appellatur ab ipso Proverb. 8.* Ratio verò ob quam Sabbathia, in quibus eius beneficiorum recordamur, illique gratias rependimus, *sabbatha delicata*, seu *delicias vocat*, ea est; quia qui eius recordatur, ipsum semper præsentem habet, & cum ipso conuersatur: ipse autem ait, *delicie meæ esse cum filii hominum*, Proverb. 8 vndè tandem patet illum Deo, & sibi diem festum agere, qui illius recordatur; quo ductus fundamento dixit Nazianzenus orat. 1. de Theologia. *Non tam sèpè spiritum ducere, quam Dei meminisse debemus; immo si dici hoc potest, aliud nihil, quam hoc faciendum; nam eam legem probo, quæ die, ac nocte Deum iubet meditari.*

### CIRCA ILLA SACRI contextus verba. Luc. 2.

Ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi, remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognoverunt parentes eius.

### ANNOTATIO III.

Amittitur fermè Deus in latis, & prosperis, & reperitur in aduersis.

*V*ltra literalē sensū horū verbo-rū, secundū consuetudinem diei festi,

A de quo iam egimus, est aliquid amplius in eis, quod pensitemus; voluisse forrassis innuere, & indicari Euangelistam, iam quasi ex consuetudine habere festiuitates, & gaudia, mundiq; prosperitates, quod in illis Deus amittatur: videmus siquidem Beatam Virginem super filium, adeò solicitā, adeò vigilantem, illum in die festo (quamquam inculpabiliter) amisisse: festus hic dies Christum à parentum oculis perditum abstulit, & die, temporeque festiali amiserunt Iudai eundem Christum, quem vsq; adhuc multi eorum non reperefunt; nam vt ad hunc locum obseruauit Origenes. Festa, secundæque res Christum sèpè nobis eripiunt, aduersæ verò adiuueniunt.

B Optima in huius asserti confirmationem est sancti Patris Augustini ad Psalmum 50. obseruatio, circa tempus, quo David Deum per culpam amisit: tempore nempè festiuo, idest, prospero, & cum iam aduersis rebus minimè premebat. *Pressura* (inquit) Aug. ad Ps. 50 caruit David, *rumor excrevit, Deum amissit*; Tunc annectit idem Pater. *Periculosa est res prospera animo, quam aduersa corpori*: Prosequitur idem argumentum Pater Gregorius Magnus 1. parte curæ Pastoralis cap. 3. vbi sic ait. *Prospéra sèpè per tumultum cor inquinant, aduersa per dolorem purgant; in prosperis homo Deum, & se ipsum obliuiscitur; in aduersis ad suū, & ad Dei memoriam nolens etiam coactus reuocatur.*

D Probat intentum locus ille Paralypomenon; quem alibi iam discussimus, in quo Regis Manasses vitæ decursus enarratur, qui in prosperis obcæcatus est; vt Deum, eiusque cultū omnino amiserit; nam (vt loco citato ait contextus Sacer) *Cum quinquaginta quinque annis in Regni prosperitate permanxit; fecit malum iuxta abominationem gentium, &c.* Et ita se gessit, atq; homo, qui Deum suum omnino amiserat; at vbi primum calamitatibus pres-

Quasi quid festiuitatis, & iocis propriis Dei amissio, ex Orig. ad hunc lucas locum.

Prosperitas alongat à Deo aduersitas dicit ad ipsum, ex Greg. 1. par. Cura Past. cap. 3.

2. Paral. c. 33

*Ibidem.*

pressus fuit, statim Deū, quem in lœtis perdidérat, adinuenit. *Superinduxit Dominus Principes exercitus Assyriorum; cœperunt Manassem, & catenis victum, atque compedibus, duxerunt in Babylonem; qui postquam coangustatus est, cognovit, quod Dominus ipse est Deus.*  
*Amb. lib. de pœnit. cap. 2. Optimè Ambrosius libro de pœnitentia, cap. 2. Manasses Deum in pœna cognovit, quem in Regno positus abnegaverat.*

*Luc. cap. 15.*

Nemo est qui nesciat illam de Patre, & filio Prodigio parabolā de Deo, & de peccatore interpretari; qui profertate à Patre separatus est, eiusq; gratiam amisit, ipsum autem necessitate quæsiuit, & adinuenit: vnde optimè Petrus Chrysologus sermone 2. in

*Petr. Chryso. serm. de filio Prodigio.* hanc parabolam. *Fames renocat, quem saturitas exulauerat; Fames illum patrem dedit sapere, cui copia tulerat sentire genitorem.*

*Exodi 32.*

Et si Israeliticus populus, multoties signa præbuit evidentia, quod vetum Deum sua ipsorum culpa amiserint, evidenter tamen id ipsum demonstrarunt in euentu illo, quod refertur, Exodi in cap. 32. Aarōnem instantissimè deprecantes, ut sibi Deos faceret, qui ipsos præcederet in deserto. Admiratur maximè de eorum postulatione Signiniensis Bruno, & ait.

*Discutitur locus à Brunone Episco po.* *Cur Deos sibi fabricari expostulant, ac si Deum, qui eos usque tunc præcesserat, non haberent? & statim respondens ait. Non vtique habebat, quia illum sua ipsorum culpa tunc amiserant, ut ipse Dominus Moysi subindicanit, dicens, peccauis popu-  
lus tuus; Quibus verbis annexit glo-  
sa, Iam non meus, & disquirens idem*

*Glosa ordin. ad hunc locum**Exodi 32.*

Pater euentum, corumque verba perpendens. *Hi sunt di tui Israel, qui edu-  
xerunt te de terra Ægypti, ait, inter co-  
niuandum, & festiuandum, verum Deum  
amisisse fatentur, qui Idolo conflatili im-  
molabant, ut Author sacer exponit, cum  
ait, sed it populus manducare, & bibere, &  
surrexerunt ludere; Festiuantes itaque  
Deum amiserunt, quem in Ægyptio-*

A rum pressura lachrymis, & gemitibus obtinuerant.

Neque erit abs re, ad huius annotationis calcem illud affere, quod circa illa Dominica verba ad Moysēm. *Peccauit populus tuus, idem Pater obseruavit; dedignari nempè Deum eorum Deum appellari, qui illum Deū habere dedignantur; iuxta illud etiā, quod idem Dominus alibi ait, Deuteronomii 32. Ipsime provocauerunt in eo, quod non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis, & ego provocabo eos in eo, qui non sunt populus meus, ut habeat Sancte spa-  
gninus.*

De diuini sponsi amissione cōquesta, ait sponsa, Canticorum in cap. 3.

*In lectulo meo per noctem quæsiuit, quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni; postquam vero retulit, aduersitates omnes, omniaq; incommoda, quæ in illius inquisitione perpetua est, dicens: Vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum, tandem concludit di-*

*cens. Inueni quem diligit anima mea.* Communior istiū loci expositio, tra-

*dita à tribus Patribus, & à Cassiodoro, à Beda, & ab Anselmo, ait Deum mi-*

*nimè inueniri, dum quartitur in lectulo voluptatum; inueniri autem in afflictionibus, & pressuris, ut ipse pro-*

*miserat dicens. Cum ipso sum in tribu-  
latione. Ita ferè præcitatī Patres. Opti-*

*mè autem, & ad nostrum intentum valde accōmodatè Signiniensis Bru-*

*no ad eundem Canticorum locum:* vbi sic ait, *qua in lectulo querit, in le-*

*ctulo se amississe cognovit; nemo enim querit, ubi non amississe intelligit; tunc addit idem Pater, amittitur Deus, in*

*mollibus, in deliciis, & in noxiis blandi-  
mentis, & inuenitur in aduersis.*

Subtilem etiam eiusdem asserti probationē adinuenies, si locum istū Canticorum conferas, cum alio Psalmi 76. vbi loquens pia quedam anima, ait se Deum (sicut & hic sponsa) quæsiisse noctu, & statim inuenisse;

*Voce*

*Ibidem.* Dēdignatur Deus illō Deū esse, qui eius populi esse dēdignatur, ex codice Bruno. Deuteronomii 32.

*Lectio San-  
tespagn.*

*Cantic. 3.*

*Ibidem.* Exponitur Canticorum locus, à tribus Patribus A Cassido, ab Anselmo, & à Beda, Psalm 90.

Brunonis Canticorum loci optima disquisitio.

Cōponit Canticorum locus præci-  
tatus cū alio Psalm. 76.

*Voce (inquit) mea ad Dominum clama-  
ni, voce mea ad Deum, & intendit mi-  
hi, in die tribulationis mee Deum exqui-  
siti manibus meis, nocte contra eum, &  
non sum deceptus. Quid igitur fieri po-  
tuit, ut ista inuenierit; illa autem, quæ  
etiam nocte quæsierat, & ardenter  
amabat, non inuenierit? accipe à Car-  
pophor. a  
pophoron dubii solutionem: Quia (in-  
quit) ista & si manibus, & voce quoque,  
in lectulo tamen quæsivit, & in lectulo  
suo singulari quietem agens: illa autem  
de tribulatione clamauit, & de angustia:  
inuenitur itaque Deus in aduersis,  
qui in prosperis amittitur, & in læ-  
tis.*

### CIRCAILLA SACRI contextus verba.

*Remansit puer Iesus in Hierusalem, &  
non cognoverunt parentes eius.*

### ANNOTATIO IV.

*Deum, ciusque gratiam perdere, & non  
sentire periculum valde, ac mi-  
serimum: At ipsum querere fru-  
ctuosum valde, valdeq; proficuum.*

**Osa 7.** *In præsentis annotationis confir-  
mationem subobscurus quidam  
Osee cap. 7. locus nobis est dispungé-  
dus. Factus (inquit) est Ephraim quasi  
columba seducta non habens cor. Ad cu-  
ius loci intelligentiam maximè con-  
ducere puto diuersam columbæ ac-  
ceptionem in sacris literis: assumitur  
enim communiter ad significandam  
innocentiam, & animi synceritatem,*

*Prima ac-  
ceptio ex ea.  
Ipsi. 60. pro  
synceritate,  
& animi can-  
dore, item ex  
Cæt. 2. & ex  
Matth. ca. 10*

**A** minus. Estante prudentes sicut serpentes,  
& simplices sicut columba. Alter vero  
in hoc Osee loco de columba, cui  
Propheta assimilat Ephraim, nobis  
sentiendum est; accipit enim hic col-  
umbam ad innuendum, & significan-  
dum eos, qui in eam stultitiam, amé-  
tiā, ac vecordiam deuenierunt, vt  
mala, & infortunia sua non senserint;  
quod clare innuerunt 70. qui locum  
sic transtulerunt. Factus est Ephraim;  
tanquam columba inspiens, & amens, no  
habens cor.

**B** Dubitabis, & iure quidem, circa  
locum quomodo de columba dicar-  
tur, quod cor non habeat, cum sit cor  
vitæ principium, fons, & origo; mor-  
tua igitur potius dicenda erat absque  
corde columba, quam decepta, seu a-  
mens: amentes enim quamquam sanæ  
mentis non sint, cor tamen habent?  
Optime tamen respondet Hierony-  
mus in huius loci commentariis; idē  
velle significare illa tropologica lo-  
cutione Prophetam, ac si dixerit, in  
eam amentiam, in eamque vecordiam

**C** deuenisse Israelis Principes, vt Dei sui  
amissionem non senserint; quemad-  
modum damna non sentiunt amen-  
tes, & vecordes; ideoq; illos Proph-  
etam columbæ, absque corde compa-  
rare; quia columba ablato, & amissos  
filios non amplius querit, neque eo-  
rum amissione cruciatum, aut dolet;  
vnde cor dicitur non habere. Audi  
Hieronymum, *Sola (inquit) columba  
ablato pullos non dolet, non requirit;* **D** *eandem in modum iniquus, vt seducta  
columba, ablatam gratiam, ablatam æter-  
nam vitam, ablatum cælum; animam,*  
*Deum non dolet, non requirit; quia non  
sentit.* Consonat Augustinus libro 1.  
confessionum cap. 13. vbi sic ait. *Quid  
est miserius miserio non miserante se ipsu-  
s terè, & non  
qui hac ignorantia laborat, Christū amis-  
sum non querit; vt enim rem aliquam,* **E** *sentire miser-  
ia maxima,* *ex Aug. lib. 1  
quam amisisti queras, amisisse te illam  
animaduertas necesse est.*

Secunda ac-  
ceptio colub-  
æ pro ho-  
mine vecor-  
de, ex loco  
Osee, & ex  
70. versione.

Dabitur de  
Osee verbis

Tollit Hie-  
ronymi du-  
bitandi fun-  
damen-

Sola intet  
aues columba  
ablato filios  
no sentit, ex  
Hieronymo.

*Iob 4.* Agens Beatus Iob de peccatorum insensibilitate ait cap. 4. *Consumetur velut à tinea.* Dispungit locum locus à Gregorio, & explicatur quid sit à tinea cōsumi sic ait. *Tinea damnum facit & sonitum non facit; ita ini-*

*quorum conscientia, quia dama sua considerare negligunt, integratatem, & gratiam quasi nescientes perdunt; & quasi à tinea consummūtur, quia sine sonitu mortuum culpe tolerant, dum quanta detrimenta vita, gratiae amissionis patientur, ignorant.*

In eandem hanc sententiam veniunt ea, quæ Nicetas in commentariis, & Gregorius Nazianzenus oratione 40. illud Psalmi 51. *Sicut nouacula acuta fecisti dolum;* Disquirentur locus à Niceta, & à Nazianzeno. illud operam ponere, in eo quod in amissione Dei, & eius gratiæ, nihil sentiat peccator. *In diabolum* (inquit Nazianzenus Gregorius ad prefati Psalmi verba) *dictum hoc conterqueri potest; etenim nouacula ita comam abscindit, ut qui raditur, nihil sentiat;* *sic etiam diabolus, ita dolos machinatur, ac animæ gratiam detinet, ut ea sibi hoc ornamentum detrahi non sentiat.*

Aliter equidem de Beata Virgine sentiendum est, quæ quamquam ad instar columbarum in filiorum amissione deceptæ, charissimum sibi pignus inculpabiliter amiserit, cor tamen habuit, doluit, sensitque vehementer, testantur proculdubio verba ab eius ore proleta. *Dolentes quereramus te,* de quibus peculiari annotatione agendum est.

Bona, quæ proueniāt à sedula Dei Inquisitione ex Bern. ser. 84. in Canticis. Nunc autem ad roborandum secundam nostri assumpti partem transamus, quæ ingens nempè sit bonum, quamque proficuum Deum querere incessanter; quod latè probat, ostenditque Bernardus sermone 84. in Cantica, explicans verba illa: *In lectulo meo per noctes quesui, quem diligit anima mea: Magnum*

(inquit) *bonum est querere Deum; ego hoc bonum nullis in bonis anima, secundum existimo; primum in donis, ultimum in profectibus, virtutum nulli accedit; cedit nulli, cui accedat, quæ nulla præcedat, quæ omnium magis consummatio est; quæ enim virtus adscribi potest, non querenti Deum; quisve terminus Deum querenti; quarite (inquit Psalmista) faciem eius semper; non enim tundit desiderium sanctum felix invenitio.*

Prosequitur idem Bernardus argumentum idem sermone 85. & reconsens ibi commoda, quæ proueniunt animæ, ex sedula Dei inquisitione, sic ait: *Querat anima verbum, idem Bern. cui consentiat ad correctionem; quo illuminetur ad cognitionem; quo innitatur ad virtutem; quo reformetur ad sapientiam; cui conformetur ad decorum; cui maritetur ad fæcunditatem; quo fruatur ad incunditatem.*

Disquirens autem Ambrosius eundem Canticorum locum libro de Ioseph capite 5. dubitat de eo, quod ait sponsa, se per noctes, & in lectulo multoties quæsiuisse sponsum, quem nullo pacto inuenit: *In lectulo* (inquit) *meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea: ad quid* (inquit Ambrosius) *per singulas noctes querit sponsa in lectulo, si iam experientia non inuenire nouit?* Et infert statim ex sponsæ verbis sedulam diligentiam, qua vnaquæque anima Deum querere tenetur, usque dum inueniat, & possideat, dicens: *Qui bene querit, in cubili querat, in noctibus querat, nec dies feriati, nec noctes sint, nullum tempus vacet à pietatis officio; & si enim primo non inuenit, perseverando tamen in querendo, inueniet.*



A D I L L A V E R B A  
contextus sacri.

*Et requirebant eum inter cognatos,  
& notos.*

## ANNOTATIO V.

*Non est requirendus Deus inter cognatos, & notos, sed neque in tumultu: at in Templo in oratione, in lacrymis, & in quiete.*

Orig. ad cap.  
2. Luc. 2.

**O** Primè in hanc sententiam Orogenes ad hunc sacri contextus locum: *Non inueniatur Iesus (inquit) inter mortales cognatos, maiorque omni mortali notitia est, quere Iesum in Templo Dei, & in oratione, & quiete.* Huc spectat illud Christi Domini ad Petrum Matthæi 16. *Caro & sanguis non reuelauit tibi; sed Pater meus, qui in cœlis est: ad quem locum Angelomus: Non est capax mortalis notitia ad inueniendum, & cognoscendum Dei in carne diuitiatem.*

**Cant. t.**  
**Solus Deus edocere scit,**  
**vbi ab anima inueniatur,**  
**ex Carpophoro ad c.**  
**1. Cantic.**

*Hinc est, quod vehementer exoptas sponsa scire locum certum, in quo sponsum inueniat, à nemine, præterquam ab ipso, expostulat edoceri, deprecans eum Canticorum in cap. 1. vt edoceat. Indica mihi (ait) ubi passas, vbi cubes: Ad quem locum sic habet Carpophorus: Bene quidem non ab homine, non à sodalibus, non à consanguineis, tanti sponsi locum inquirit, sed ab ipso me, quem intimè diligit; quem admodum enim, qui aliquem vult inuenire abditum thesaurum, ab illo solo sibi indicare expostulat, qui abscondit, ita & sponsa.*

**Cantic. 3.**

*Ex sponsi sui quæstione defessa conqueritur iterū sponsa dicens, Canticorum in cap. 3. Per ricos, & plateas queram, quem diligit anima mea: quæsi illum, & non inueni. Laudant om-*

**A** nes ferè Patres, sponsæ, id est sanctæ cuiusvis animæ conatum. Sed non ap- probant quærendi locum: *Per ricos neimpè, ac plateas ciuitatis.* Disquirit Bernardus præfata verba sermone de triplici cohærentia vinculorum to. 1. suorum operum; & postquam probat, laudatque indefessam sponsæ in spon- si sui inquisitione curam, & solicitu- dinem, admiratur valde, quod non in- uenerit, vel quod ipse sollicitè, ac de- fessæ sponsæ se ultrò non obtulerit; qui alibi ait: *Inuentus sum à non qua- rentibus me: palam apparui eis, quia me non interrogabant.* Esaiæ 65. & Pauli ad Rom. 10. tollit autem idem Ber- nardus illicò dubitandi fundamen- tum dicens. *Non est parua res, quod illa que singulari dilectionis nomine gloria- tur, sapientia queratur esse frastatam,* di- cens: *quæsi illum, & non inueni; est enim Deus sicut amabilis, ita etiam ad- mirabilis; quia cum non queritur, inuen- ietur, & non inueniatur cum queritur,* neque ubicumque queritur, inueniatur.

**C** Prosequitur idem argumentū Hiero- ronymus epistola 22. ad Eustochium dicens. *Frustra queritur Deus in seculo, & in inani negotiorum solitudine;* id ipsum agit Ambrosius libro de Isaæ cap. 5. sed latius, & eleganter libro 3. de virginibus, vbi sic habet. *Nequa- quam ibi queramus Christum, vbi inuenire non possumus; non est Christus circu- foraneus: Christus enim pax est, in foro lites: Christus iustitia est, in foro iniuriæ: Christus fides est, in foro fraus, atque perfidia: Christus operator est, in foro ina- ne otium: Christus charitas est, in foro obrectatio.* Concludit tandem dicens: *Eugiamus ergo querere Christum in foro, querere in plateis, non enim iniuria tantummodo est non inuenire quem qua- ras, sed multò magis, vbi non oportet que- siuisse.*

*Iter faciens Jacob à domo Patris sui in domū Labā auunculi sui; Cūqz venisset ad quendam locū, & velle in eo requiescere, post solis occubitum tulit*

Disquiritur  
locus à Ber-  
nard. ser. de  
triplici cohæ-  
rentia.

*Esaiæ 65 & ad  
Rom. cap. 10.*

Deus amabi-  
lis, & admi-  
rabilis, ex  
Bern. lib. 3.

Vbi quer-  
dus sit Deus,  
vt inuenia-  
tur, ex Hiero-  
ad Eustoch.

*Ita ex Ambri-  
lib. de Isaæ  
cap. 5. & la-  
tius lib. 3. de  
virginib.*

Inueniendū est Deū  
querere, vbi  
non oportet  
querere.

*Genes. 28.*

*do lapidibus, qui iacebant, & supponens capiti suo dormiuit in eodem loco, ( ait A contextus Sacer: ) & statim commemorans visionem Dei, scalæ, & Angelorum, annexens verba, quæ Iacob euigilans protulit, ita habet : Vrè Dominus est in loco isto, &c. Disquirit Augustinus verba Iacob, epistola ad populum, & Clerum Hippomone-*

*sem, & ait ; Quid miratur Iacob, Deus in*

*in illo secessu inuenisse, cum ipse ubique*

*sit, & ubique inueniatur? & respondens*

*ait. Ubique certè Deus est, sed in secessu*

*facilius inuenitur : Consonat Diuus*

*Inuenitur Deus in secessu faciliter.*

*Hirony. ad Enstoch. quœns sic ait. Si ubi concava vallium, of era montium, rupium prærupta ternebam, ibi Deum querebam, ibi mea orationis locus, ibi eum inueniebam, & ut ipse mihi testis est, post multas lachrymas videbar mihi Deum videre, & agminibus interesse Angelorum, ac latet cantabam: post te curremus Domine in odorem vnguentorum tuorum. In secessu igitur quærendus est Deus, & in Templo, at non in foro.*

*Deus in tranquillitate quærendus. Reg. 3. ca. 19. Quærendus item est in tranquilitate, & quiete; optimus est in hanc sententiam locus illé 3. Regum cap. 19. vbi agens sacra pagina de Dei ostensione ad Heliam sic habet. Spiritus Domini grandis subvertens montes, & conterens petras ante Dominum; non in spiritu Dominus, & post spiritum commotio; non in commotione Dominus, & post commotionem ignis; non in igne Dominus, & post ignem sybilum aura tenuis, &c. Optimè ad hunc locum Angelomus; in commotione, & turbine dicitur non esse Dominum; sed in sybilo aure tenuis manifestari; ut eum non in*

*Angelom. ad ca. 19. libri 3. Regum. tumultu, & murmure queras, sed in suavitate, & quiete.*

## AD EADEM VERBA contextus sacri.

*Et requirebant eum inter cognatos,  
& notos.*

## ANNOTATIO VI.

*Non quæritur à nobis Deus semel perditus, quin priùs fuerit adinuentus, & nisi ab eo nos simus priùs quæsiti.*

**D**Esumptū est ex Augustino præsens assertum, qui tractatu, seu libro de quærendo Deo sic ait. Pótest equidem Deus inneniri non quæsus, sed non potest quari non inuenitus. Huius sententiae prima pars parum, aut nihil difficultatis continet, cum Dominus ipse dicat, Esaiæ 65. Inuenias sum à non quærenib[us] me, & palam apparui eis, qui me non interrogabant, quod præter quam in multis aliis, maximè in Saüllo comprobatur, cui Dominus se non quærenti, immò persequenti, vlrò apparuit; vt actuum Apostolorum cap. 9. sacra pagina attestatur. At secunda asserti pars difficillima est intellectu, quomodo enim possibile est, vt quis defatigetur in inquirēdo, id quod iam à se adinuentum nouit? animæ quippe, quæ Deum adinuenit, potius conuenit in eius fruitione quiescere, quā in illius inquisitione fatigari; quomodo ergo, ait Augustinus, nō posse Deū quæri, nisi priùs fuerit adinuentus? Audi Patres dubium exantlantes, & quiesces.

*Misericordia eius præueniet me; ait Psal. 55. Regius Psaltes Psalmo 58. quem Psalmi locum de anticipata solicitudine, & cura, qua Deus pro admirabili sua pietate, & clementia, gratia sua præueniente, quærit vnumquemque nostrum, & venit ad nos, intelligit Cassio.*

*Augustini assertū lib. de querendo Deo.*

*Prima asserti pars probatur, ex E. saï. cap. 65. & ex actis Apostolorum cap. 9.*

*Secunda asserti pars difficillima probatione.*

*Animæ fructu Deo, potius conuenit quiescere, quā fatigari.*

*psal. 55. De gratia præueniente interpretatur Psalmi locus à Caligorio.*

Cassiodorus dicens, minimè posse aliquem Deum querere, nisi à Deo fuerit primo ipse quæsus, ipse (inquit) prius donat, ut bona velimus, ipse prius nos querit, & ad nos venit, quam nos ipsum queramus, & ad eū veniamus.

Optimè circa hanc materiam Philosophatur Bernardus variis in locis, & præsertim hom. 33. in Cantica, explicans verba illa sponsæ, de quibus superius actum est, Canticorum 3. Per vicos, & plateas queram, quem diliget anima mea, &c. vbi sic eleganter ait. *Anima querens Deum, ne magnum bonum, in magnum sibi detorqueat malum; neuerit se præuentam in illo, & ante se quæsitam, quam querentem: Prosequitur idem Pater hoc argumētum, meo quidem iudico, elegantius hom. 84.*

*Minimè (inquit) oī spōsa, nisi prius quæsita quereres; sicut nec diligeres nisi dilecta prius; non in una tantum benedictio-nes, sed in duobus prænentæ es, dilectione, & quæstione, dilectio causa quæstionis, quæstio fructus dilectionis: Et luculentius idem ibidem adducēs illud Psal. 118. Erravi sicut ouis, quæ perii, quæ seruum tuum. Animam alloquens sic ait. Redire vis; sed si in in voluntate tua res est, quid opem flagitas? quid aliundem mendicas in quo abundas tu tibi? Et statim concludit dicens; Certum est, quia vult, & non potest, si sibi fuerit derelicta.*

Probat intentum euentus ille mulierum sanctorum, quæ valde manè consurgentes venerunt ad monumētum, orto iam Sole. Marci 16. trita est dubitatio, & nota solutio, veniunt ad monumentum orto iam Iustitiae Sole, inquit Laudunensis Ambrosius; quia & si valde manicauerint pīx fœminæ, vt Christū quærerēt, præmanicauit Christus, vt ipsas præueniret; Ut mane faceret manicauit, ait Chrysolog. fer. 82. Sed quid præcipue contigerit Magdalena, audiamus in nostri assumpti cōfirmationem: iam Christum inueniebat, & inquiriebat inuentum dicens.

Tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum; Ioannis 20. Domine si tu substulisti eum, dicit mihi; Ecce inuenierat, & quærebat: optimè Origenes: Inquirebat ademptum, quem præsentem habebat, quærebat magistrum, à quo fuerat primo ipsa quæsta.

Optimè (fateor) probant loca, & Patres, neminem posse Deum quærere, nisi ipse præueniat, gratia suā præueniente, & adiuuante, sed propositam dubitationem omnino non tollunt; quomodo scilicet non quæratur Deus, nisi prius fuerit adinuētus, quomodoq; quærat quis, & defatigetur in quærendo, id quid iā adinuenit & possidet; accipe ex Magno Gregorio dubii solutionem.

Adeò occultè ad animam sibi dilectam ingreditur Deus, vt nec ipsa met sciat, cognoscatur an ipsum adinuenerit, an possideat ipsum; & ideo adhuc, cum iam cum ipsa sit, ipsum quærit, quia ignorat, an adinuenerit; vnde fit, vt adinuentum adhuc quærat, immò ipse adinuentus facit, vt quæratur: & reddens Magnus Pater Gregorius lib. 5. Moralium cap. 4 huīus Dei adinuentionis causam; sic ibi eleganter ait. Abscondit se spōsa, cū quæritur, vt non inuētus ardentius quæratur, & differtur quærens sponsa, ne inueniat, vt tarditate sua capacior reddit a multiplicis quandoq; inueniat, quod quærbat.

Alludit fortassis Gregorius ad ingens gaudium, ad inexplicabilemque lætitiam, quam accipit, ille, qui pignus aliquod sibi pretiosum, & carum, quod perdiderat, adinuenit; quæ quidem lætitia tanta est, vt illius anima capi vix, aut nequaquam possit: vt Dominus ipse, in parabola de drachma perdita, & inuenta apud Lucam cap. 13. attestatur, dum ait: Cum inuenierit, conuocat amicas, & vicinas, dicens; congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram; Et loquitur Christus in persona mulie-

Cōprobatur  
assumptū in  
Magdale  
Iean. 20.

Adeò occul-  
tē ingredi-  
tur Deus in-  
uti animā, vt  
nec ipsa no-  
uerit an pos-  
sedit, & cur  
Ex Gregor.  
moral. lib. 5.  
cap. 4.

Lucas 13.

ris perditam drachmam inuenientis ; & illius exemplo ostendit, quantum sit gaudium inueniendi illud, quod audiissimè desideratur , quod benè explicat Græcus contextus. Qui loco illorum verborum : *Congratulamini mihi* ; sic habet, *congaudete mecum* ; Quasi si adinueniens dicat : adeò ingens lætitia est , quæ de inuentione pignoris, quod perdideram, mihi prouenit , vt ab anima mea tantum capi non possit; ideoque animas vestras inuoco adiutrices, atque participes : ad hanc igitur ingentem lætitiam inueniens, quod queritur, puto allusisse Gregorium , qui ait, ideo Deum, ita occultè venire ad animam sibi dilectam, vt neque ipsa nouerit recepisse, ac possedisse, vt scilicet multoties ardenter querat, quem diligit , & multoties inueniens perpeti lætitia perfruatur.

Bernardi  
vbi supra  
causas , ob  
eius Deus  
aled occul-  
te iusti ani-  
mam inge-  
diavit , vt  
neq; sentiat  
ipsa.

Consonat Bernardus, dum causas reddens , ob quas Deus ab anima ipsum querenti abscondatur , cum reuera ipsi grata sit, ideo facere ait , *vt auget desiderium; vt crescat affectus; vt exerceatur negotium amoris* : & cetera, quæ ibi affert huic argumento valde conuenientia.

Absconditur  
Deus ab ani-  
ma, quæ in-  
habitat , ne  
ipsa super-  
biat, ex Gre-  
gor. & ex Ri-  
cardo ad ca-  
p. Cant. 5. s. fessione superbiat : Valde quoque huic argumento congruunt, ea, quæ ad caput 5. Canticorum habet Ricardus: *Ne (inquit) anima se dignorem Dei suscepione existimet; non illi se prebet, si cuius desiderat, sed ab ea se abscondit, ut in humilitate eam conservet, & desiderium eius amplius excitet , & perfectius impletat, ut cum ex ipsius absconde humilitate fuerit , & magis feruens quasierit, meritum eius crescat, & pleniùs illū posse dandi digna sit*; concludit tandem

A dicens: *Tunc autem ab anima declinare, & abscondi Deus dicitur, quando praesentiam suam sentire non dat, cum tamen ei praesens sit.*

Quid si:  
abscondi  
Deū ab an-  
ima ex Ricar-  
do.

Huc attinet dubitatio illa , quam excitat Rupertus explicans verba illa Canticorum 1. *Induc mei*, quem dicit *anima mea, vbi pascha triduo est?* Accommodat ille verba Beatae Virginis deperditum puerum querenti, & dubitat de eo , quod nesciret Beata Virgo , vbi esset eius benedictus infans? quod Prophetæ non ignorarunt: *Si enim (inquit) non nesciebat, quomodo querens dolebat? si autem sciebat, quemodo, vel de quibus in corde conferebat? vt ait Euangelista: Maria autem conservabat omnia verba, hæc conferens in corde suo; ridentur hæc duo pugnantia inter se: Et respondens illicet ait, Mariam sanctissimam non ignorasse, quoniam gratia plena erat, & ex consequenti magna erat prophetisa; Quæsiſſe tamen cum dolore, vbi Christus esset; quia dispensationi divina ipsa suo silentio seruiens; quamuis cum querentibus quereret, tempus racendi custodiebat, & dolentibus condolebat.*



## ADILLA VERBA contextus sacri.

*Inuenerunt illum in Templo sedentem  
in medio Doctorum audientem  
illos , & interrogan-  
tem eos.*

## ANNOTATIO VII.

*Nihil absque prudentum consilio per-  
agendum; neque absque sufficienti  
scientia publicè proferendum.*

O *Primus in hanc sententiam est Proverb. 11.  
ille locus, Proverbiorum in cap.  
xi. vbi*

11. vbi sic ait Sapientus: *Vbi non est gubernator, populus corruet; salus autem, vbi A multa consilia; seu in medio consilio,* (vt vertunt 70.) Ad quem locum sic Dorotheus sermone 5. Cauere nos admonet diuina scriptura; ne nos metipos informemus; ne nobis, int scientia nostra fidamus; nè existimemus esse nos, satis nobis, ad regimen nostrum; opus enim nobis est auxilio, opus coadiutoribus; nihil equidem est miserabilis, nihil, quod citius expugnari queat his, qui nullos duces, nullos autores habent ad operandum.

Exponit  
locus à Do-  
rotheo ser. 5.

Consonat locus alter eiusdem libri  
Proverb. 12. cap. 12. *Vita* (inquit) *stulta recta in oculis eius;* qui autem sapiens est, audit consilia. Pugnare aduersus seipsum videatur locus; nam si quis sapiens est, potius consilia dare debet, quam capere;

Pugnit locus.  
Disputatur  
alteio lacra  
Scripturę lo-  
co Prover. 8.  
à Bert. du-  
bio 63.

vnde stulto potius, & inscienti consilium audire conuenit, quam sapienti; euerterat iam sapientia ipsa huius dubii fundamentum cap. 8. eiusdem libri dices: Ego Sapientia habitus in consilio; *Quid mirum* (inquit Bertarius)

*Si filia inhabitet domum Patris?* ex multis enim prudentum consiliis sapientia generatur, & quo plus sapiens prudenter consiliis acquiecerit, eo plus sapientior evadet, & eo cordatus operabitur, sicut scriptum est: *omnia fac cum consilio, & post factum non paenitebit.*

Probatos, &  
non proban-  
dos eligere  
debemus cō-  
filiatos; ex  
Bern. ad Eu-  
genium 4. de  
cōsideratione

Addiderim ego cum Bernardo, magnam esse adhibendam diligentiam in eligendis consiliariis; nam ut ipse ait ad Eugenium 4. de consideratione: Probatos debemus eligere, & non probandos; probatos (inquam) in scien- tia, & moribus, quales erant legis Doc- tores, quos benedictus puer Iesus se legit consiliarios, quos interrogabat, & audiebat: optimè in hanc sententiā

Ambr. lib. 2. Ambrosius lib. 2. officiorum cap. 12. offic. cap. 2. *Idoneum ne reputabo, qui mihi det consilium, qui non sufficit dare sibi?*

Psalms. 62. Aurea in probationem secundæ istius asserti partem, sunt quædam Davidis verba Psalm. 62. vbi sic ait: *Sicut adipe, & pinguedine repleatur ani-*

*ma mea, & labiis exultationis laudabit os meum:* Disquirunt Davidis verba Incognitus, & Laudunensis Ambrosius, dubitantque, cur dixerit Psaltes animam impinguati, cum ipsa non sit capax pinguedine; nam potius dicere debuit; *sicut adipe, & pinguedine repleatur corpus meum?* Soluunt tamen prefati Patres dubitationem, ex illo aduerbio, *sicut*, idque dicunt voluisse dicere Psalmem, ac si aperte dixerit: *sicut corpori necesse est impinguari,* vt actiones suas valide, debiteq; exer-

B ceat, ita ego desidero, quod anima mea impinguetur, & imbuatur scien- tia, sapientiaq; vt recte possit os meū diuinias laudes proferre; nam *ex abundantia cordis, os loquitur*, dicuntq; ibi per pinguedinem, intelligi sapientiam, sine qua anima debilis, & infirma est; atque ad Dei laudes persoluendas inepta: impinguatur autem anima ad sapientum pectora, vt puer ad matris vbera.

Hane istius asserti doctrinam, ex hoc Christi facto eruerūt Patres gra- uissimi Gregorius, nempe, Magnus hom. 2. in Ezechielem; & Laurentius Iustinianus cap. 11. sui amoris fasci- culi, quorū primi appono verba ipsif- sima: *Vigilante (inquit) consideratione pensandum est, quod cum iesus annorum duodecim dicatur in medio Doctorum se- dens; non docens, sed interrogans inueni- tur; quo exemplo ostenditur, ne infirmus in scientia docere quis audet;* siquidem ille puer doceri interrogando voluit, qui in amoris fa- per diuinitatis potentiam, verbum scien- tie & ipsi Doctoribus poterat ministrare.

Optimo quidem iure ex eodem hoc Christi facto, aliqui nostræ etatis concionatores incusantur, qui absque aliqua scripturatum notitia concio- nandi munus temerè audet exercere: qui sanè Virgines fatiguntur haben- di; quia sine oleo in Ecclesia Dei lu- cere contendunt: *Doctrina stultorum fatigata*, ait Sapiens, Proverb. 16. red- dit Lyranus noster rationem dicens;

Dispungitur  
locus ab In-  
cognito, &  
ab Landene-  
si Ambrosio.

Sapientium  
doctrina v-  
bera impin-  
guantia.

Grego. Mag-  
no. 2. in Eze-  
chielem.

Iustin. Laur.  
sculo ca. II.

Incusantur  
pueri Iesu  
exempli, qui  
temerè sibi  
assumunt pre-  
dicandi mu-  
nus, sive da-  
cendi.

*Qui sine scientia docere audent, Virgines fatuæ sunt, ex loco Pro. 16.*

*Quia de sacco non exit, nisi quod intus habet; Cum ergo fatuitatem intus habent, hanc proculdubio edocebunt, dum prædicant: pulcrè Hieronymus ad eundem locum: Qui prius Doctor esse desiderat, quam discat, stultitia nostra non declinat.*

*Hierem. 2.  
Interlin.*

*Qui per Prophetas Samariae designati.*

*Predicare, vel docere abs sciencia, fatuitas maxima, ex Lyra.*

*Doctores, & Magistri sine scientia; fontes absq[ue] scien- tia, emanatibus, ex Bern. ser. 16. in Cät.*

*Idem Bern. ubi supra.*

*Sed quid mirum, si à Salomone, & à Hieronymo fatuitatis nota afficiantur hi, si & ab ipsa infallibili veritate dicuntur fatui? In Prophetis (inquit per Hieremiam cap. 2.) Samariae vidi fatuitatem; Optimè Laudunensis ibi: Omnes (inquit) qui iactat falsi nominis*

*scientiam, Prophetæ sunt Samariae; Fatuæ ergo virgines sunt, qui volunt contra nostri diuini pueri exemplum, sine doctrina docere, quod idem est, ac velle lucere sine oleo, & sine aliqua scripturarum notitia prædicare; nam magna fatuitas est (ut ibi noster Lyranus obseruat) docere, vel prædicare que ignorantur.*

*Harum virginum fatuarum temeritatem, & inscitiam in damnum totius Ecclesiæ contingere, ait idem Lyra, dum diligenter obseruat, nomine Fatuitatis, esse in Hebræo, Blasphemia, istorum namq[ue] inscitia (ait) in blasphemias prorrumpit.*

*Optimè de similibus sermone 16, in Cantica ait Bernardus, quod prius fontes esse intentent, quam conchas; Quieren ser fuentes manantiales, sin tener madre de donde les venga el agua: Tantæ (inquit) charitatis sunt y, ut ante effundere, quam infundi velint, loqui, quam audire, paratores, & promptiores docere, quod non didiscerunt. Quorum audaciam, vt sanctus Pater redarguat, adducit puerum Iesum in medio Doctorum audientem multū ante tempus, quam doceret, & ait: Disce & tu non nisi de pleno effundere; neque Deo largior esse velis, cōcha imitetur fontem, non manat ille in riuum, neque in lacum extenditur, donec satietur aquis; non pudeat ergo, concham non esse suo fonte profusorem, impleto igitur*

*prius, & tunc curato effundere; nam benigna charitas, & prudēs, potius affluere, quam effluere consuevit.*

*Placet tandem obiter, & quasi per transennam, quandam cum diuo Hieronymo calamitatē deplorare, quā inter omnes scientias sola sacra Scriptura patitur: Sola (inquit ille ad Paulinum scribens) scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant; hanc audaces pueri, hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc uniuersi præsumunt lacerare docentes antequam discant.*

## AD ILLA SACRI contextus verba.

*Fili quid fecisti nobis sic? ecce Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.*

## ANNOTATIO VIII.

*Inexplicabilis dolor de Dei amissione, his præcipue, qui eius dulcedinem aliquando degustarunt.*

*Nihil est, quod grauius mentem cruciet, animumque premat, & afflictet, quam prosperæ fortunæ in aduersis recordatio, adinuenit Lyranus noster huius sententiæ probacionem in illis verbis, Iob cap. 25. Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris; sicut fuit in diebus adolescentiae mee, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo; quando erat omnipotens tecum, quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei; ad quem locum sicut habet præfatus Pater: Recenset Iob sub metaphorâ, tam temporales, quam spirituales*

*Prosperæ fortunæ in aduersis recordatio, in-dicibile infelix cruciatu*

*Iob 25.*

*Lyran. ibid.*

Plus cruciat amissi boni recordatio, quā calamitas actualis, **A** males prosperitatis, quibus ante a potitus fuerat, cum Deus illius tabernaculum inhabauerat, & ab earam memoria, & desiderio grauius premi significat, quā ab actualibus calamitatibus, quas tunc patiebatur.

Dolor de spiritu ritualibus amissis omnino indicibilis.

*Lucas cap. 15.  
Guarri. Abbas serm. de Prodigio.*

*Psalm. 41.*

*Didymus.  
Basilius.  
Theodoreetus.  
Eusebius.  
Cassiodorus.  
Hieronymus.  
Remigius.  
Beda ad luc.  
Psalmi locū.*

*Dei amissio-  
nis dānum,  
sola ipsius  
præsentia re-  
paratur, ex  
Psal. se. Ep. 2.  
Hieronymo.*

Quod si adeò angit, & premit temporaliū fœlicitatum recordatio, quōd grauius, & intensius cruciabit veræ fœlicitatis memoria? ipsos præcipue, qui aliquando degustarunt, Dei præsentiam nempē, eiusque dulcedinem, ac indicibile suavitatem: Nouit hoc, ac tetigit Guaricus Abbas disquirēs illa prodigi filii verba, *Lucæ 15. Quātum mercenari in domo Patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Plus (inquit) illam paternæ domus deliciarum memoria, quātum actualis calamitas craciabat.*

Indicibilem, inexplicabilemque dolorem, quem Regius Psaltes patiebatur, postquam Dei consortium, propter peccatum amiserat, indicare voluisse existimant Patres verbis illis *Psalmi 41. Fuerunt mihi lachrymae meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie; ubi est Deus tuus? Hec recordatus sum, & effudi in me animam meam: de hoc namque indicibili dolore hic egisse Psalmem putant Didymus, Basilius, Theodoreetus, Eusebius, Cassiodorus, Hieronymus, Remigius, & Beda; qui omnes tenent hunc esse istiūs loci sensum: Quotiescumque mente recolo consolaciones illas, ac suavitatum abundantiam, quas Deo presente, degustabam, ita nunc angor, ita affligor, ita crucior, tamque abundantem lachrymarū copiam emitto; ut cor, & anima prætristia, & dolore per oculos effundi visa sit.*

Tantam esse tristitiam illis, qui Deo aliquando potiti sunt, & illo postea carent, ait Hieronymus, ut sola ipsius Dei præsentia valeat resarciri: nam expones verba illæ eiusdem Psalmatis, *Psal. 50. Redde mihi lætitiam sanitatis tui: Ita legit: Redde mihi læti-*

tiam præsentia tuæ, aitque hunc Psalmum composuisse David, post adulterium, & homicidium, cognoscens se Dei gratiam, & lætitiam per scelerata perpetrata perdidisse; ut ex dictis, & ex dicendis pateat, quātum incomprehensibili dolore fuerit Beata Virgo cruciata, ex sui carissimi pignoris amissione, quem ipsa his verbis illi proponere voluit: *Fili, quid fecisti nobis sic? maximè conductet vim, & energiam illius aduerbi, sic, disquirere, & ponderare; quod quamquam in omnibus sacræ Scripturæ locis, vbi ponitur, maximam semper vim habeat, maximumq; aliquid mysterium innuat, hoc præcipue in loco, maximam habet energiam, & illo solo indicari voluit Beata Virgo illud, quod multis, largissimisque verbis indicare se non posse existimauit.*

**B** Pro quo aduertendum est, quod quotiescumque spiritus Sanctus sacræ Scripturæ Author voluit indicare, vel implicitè, vel explicitè, puritatem, atque mentis, & corporis munditiam, quæ ad Christiferæ carnis esum prærequiritur (quæ tanta esse oportet, ut explicari verbis non possit) illam, hoc semper aduerbio, innuit, *sic* Nam agens libro Exodi in cap. 12. de Agni Paschalis comeditione, quæ Christi carnis comeditionis figura fuit, ita incepit: *Sic autem comedetis illum: Et quamquam multas agni figurati debite edendi posuerit circumstantias; numquam omnimodam puritatem abunde explicauit, quam solo illo sic voluit innuere, neque omnes illæ circumstantiæ istiūs aduerbi sic profunditatem exauferunt: nam si interrogates, quomodo aut qua puritate edenda sit caro Christi, nihil aliud respondere debet, quātum, *sic*; & si iterum petas, quomodo *sic*? iterum respondet, *sic*: nam illius aduerbi *sic* energis, ac profunditas, & in significando vertitas inexplicabilis est.*

*Vis meæ penitentiationis probatione?*  
*lege*

*Maxima  
istius aduer-  
bi sic in sa-  
cris literis  
significandi  
vis.*

*Ostenditur  
ex multis sa-  
cræ Scriptu-  
ræ locis e-  
iusdē aduer-  
bi vis in sig-  
nificantando.*

*Exodi 12.*

*Inexplicabi-  
lis puritas,  
quæ ad esum  
diuinæ Eu-  
charistie pie-  
re requiritur.*

lege eiusdem libri Exodi cap. 16. vbi agitur de manna, quem Dominus dedit Israelitico populo in cibum, qui eiusdem dominie carnis figura fuit, & inuenies; nam tradens ibi Moyses modum colligendi manna, & edoces reuerentiam, qua accipiens erat, ita innuit: *Sic tollitis.* Vide deinde quid Paulus dixerit, cu[m] egerit de figurato ad Romanos 11. Prober autem (inquit) *se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat:* quomodo autem vnuquisque probandus sit, ut debit[er] acepiat Christi corpus, aut quanta puritate præparatus, si inquiras, & à Paulo expositus, nihil resp[on]debit, quam, prober se quisque sit: & sic probatus manducet: deficiunt enim illi verba, quibus totam præparationem, & probationem significet, & declareret, quæ requiritur, & quam innuit, illud sic: & plus dicit illud sic, quæ verba omnia, quæ Paulus poterat expendere, ad significandam animi corporisq; puritatem, & munditiam, quæ ad tantum eisum prærequiritur.

Neque tantum Moyses, & Paulus huius aduerbii *sic* profunditate vsi sunt, ut rem indicibilem indicarent, sed & Christus Dominus, Ioannis 3. volens inculcare, & significare infinitum, & indicibilem amorem, quo Aeternus Pater mundum dilexit, eodem Syncathegorema vsus est, dicēs: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Dices fortassis ibi limitari, & terminari istius aduerbii *sic* significationem, per verba apposita à Christo Domino: *Vt filium suum unigenitum daret;* Et ita non significare hic rem indicibilem, & imperceptibilem: at metire tu, vel explicato quantus fuerit amor, quo Deus dilexit mundum, & si exhauseris; tunc fatear ego te exhausisse illius *sic* in significando profunditatem.

Volens Ioannes Euangelista cap. 4. fatigationem, & lassitudinem indicibilem indicare, quam patiebatur

Christus ad puteum *sichar*, eodem quoque aduerbio vsus est dicens: *Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.* Omnes istius loci Expositores defatigati sunt in disquirendo istius aduerbii *sic* profunditatē; qui autem aliquiter rem è vicino attigit, Bruno Signiniensis fuit, qui serm. de Samaritana omnes ferè defatigationes adducens, quas ait Scriptura sacra aliquos homines fuisse passos, illasque componens cum hac Christi fatigatione; ait omnes illas fuisse, *ut nullam* verò *sic*: *Quod si (ait) Iohannem interreges, utrum Esau defatigatio, de qua ipse Genesis 25. ait: oppidò lassus sum, fuerit sicut ista Christi fatigatio? utrum Sisera sitis fuerit sicut ista sitis, quam hic Christus passus est?* & si fatigatio illa, ac membrorum lassitudo, quam Heliias passus est fugiens Iezabelim Regum 19. fuerit sic sicut ista, quam Christus passus est? Respondebit certè Ioannes aliquam cum ista habuisse omnes has fatigationes similitudinem; nullam autem earum fuisse sic: nam idem sonant Euangelistæ verba. Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem, ac si dixerit: sedebat Iesus incomprehensibiliter, & inexplicabiliter fatigatus; nam illud, sic, innuit quid inexplicabile, & indicibile, sibique ipsi tantummodo comparabile.

Nunc ad rem, volens Beata Virgo charissimo sibi pignori ingentem animi tristitiam, & indicibilem, ac inexcogitabilem dolorem significare, quem propter ipsius absentiam passa fuerat, satis habuit dicere. *Fili* Luca 2. *quid fecisti nobis sic?* Melius existimās vim sui doloris afflictionisvè indicare, dicendo, *quid fecisti nobis sic?* Quā si in idipsum declarando longa verba proferret, indicensque breui illo Syncathegoremate se quid incōparabile, & indicibile fuisse passam, obstanti pignoris amissionem; si namque Beatissimam Virginem quis supplex interroget, utrum dolor quem ob benedicti

Exodi 16.

Ad Rom. 11.

Defecetūt  
Paulo ver-  
ba, ut expo-  
neret quāta  
præparatio-  
ne sit acci-  
piens Eu-  
charist. cus  
eibus.

Iohann. 3.

Iohann. 3.

Inmensus  
Dei erga nos  
amor inex-  
plicabilis.

Iohann. 4.

Genes. 25.  
Iudicum 4.  
Regū 4. c. 39.

Bruno Sign.  
ser. de Samari-  
tan. conuers.

Indicibilem  
fuisse virgi-  
nis dolorem  
ia pueri la-  
su amissione  
ex ipsius ver-  
bis cōproba-  
tur.

*nediti pueri amissionem passa est, fuerit sicut dolor ille, quo ob filii sui Ismael sitim afflictata fuit in deserto Agar videns puerum æstuarem, de quo ipsa Genesis 21. Non video mo- rientem puerum. Aut si fortassis fuerit sicut Rebeccæ afflictio, ob duorum filiorū, Esau scilicet, & Jacob, quorū timebat interitum; de quo ipsa afflita dixit Genesis 27. Cur viroque or- balor filio in uno dic? tædet me vita mea. Vtrum denique fuerit sicut ve- hemens illa animi anxietas, quam iunioris Tobiæ mater ob carissimum sibi filium, quem putabat desperdi- tum, passa est? de qua ipsa Tobiæ 10. Heu heu me fili mi, ut quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis noſtrae, solarium vi- ta noſtra, spem posteritatis noſtrae? Omnia ſimul in te uno habentes te non de- buimus dimittere à nobis: Respondebit proculdubio Virgo sanctissima omnes hos matrum dolores, ac ani- mi anxietates dolori ſuo in aliquo af- ſimilari; nullam autem fuiffe ſic: id eft nullam posse anxietati ſuæ in filii ſui carissimi amissione adæquari, aut comparari; quod ipsa alibi indicauit dicens. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte ſi eft dolor ſicut dolor meus?*

*Ne autem Virginis, Matrisque amantissimæ in carissimi filii amif- fione anxietatem, & dolorem breuif- ſimi cuiusdam aduerbi significationi commitamus, diſcutienda nobis amplius ſunt, cum Ruperto ad 1. Can- ticularum, Virginis verba. Fili quid fe- cisti nobis ſic? ecce ego, & Patertus do- lentes quarebamus te. Dicens: fili ( in- quid Rupertus) unico verbo totam id ex- preſſit, quod de eximio ſuo amore, vel longiſſima explicare poſſet oratione. Optimè quidem dictum: nam ſicut inter amores nullus maior eft amore matris in filium; bene quidem ex prætantia dilectionis, indicauit Bea- ta Virgo vim ſui doloris, ac intensio-*

*Genes. 21.**Genes. 27.**Tobias 10.**Threnor. c. I.**Rup. ad cap. 1. Cantic.*

nem anxietatis dicens, *fili quid feci- ſti nobis ſic?* Addè id, quod de iſtius Matri amoris excellentia apud Ca- niſium Amadæus annotauit dicens:

*Excedit omnes amores amor iſtius Ma- tris in filium:* Et intelliges, ita exces- ſiſſe Virginis dolorem omnes ma- trum in ſuorum filiorum amissione dolores, vt indicibilis ſit eius exces- ſus, & inexplicabilis quod illo aduer- bio ſic aliqualiter Beata Virgo indi- cauit. Audi eundem Rupertum loco

*Lib. 4. de Bea- ta Virg. c. 22.*

*Ruper. ubi. ſupra.*

*B* tem ex verbo ſic: *Quid (inquit) feciſti nobis ſic?* Ac ſi diceret, *quare nos tanto cruciaſti dolore, vt pene mortui ſimus?* *quare ſic nos afflixisti, ut nec dolorem noſtrum exprimere valeamus?*

*Quod ſi quis vel curiosè, vel de- uotè interroget, an plus doluerit Bea- ta Virgo, in hac cariſſimi filii amif- fione, quam in eiusdem paſſione legat quid pro vtraque quæſtionis par- te ſenſerint, dixerintque Patres: in- tentiū doluisse in hac prima filii a- miffione,*

*C* videtur colligi ex diuo Thoma 1.2. quæſt. 29. att. 3. ibi enim ait ex Auguſtini ſententia libro 10. de Trinitate. Amorem per quam tu- tum ſentiri, cum eum absentia pro- uocat: in quam etiam ſententiam vi- dendus eft Ambroſius in Psalm. 118.

*D. Tho. 1.2. q. 29. art. 3. e. 2. Aug. ſen- ten- tia, lib. 10 de Trinitate.*

*ſermone 11. vbi explicans verba illa. Defecit, in ſalutare tuum anima mea, ostendit quam vehemens fit dolor illius, qui dilecti ſui præſentia caret, quam ardentet exoptat, aitque: Quid- quid eft; quod vehementer expetimus,*

*Pſalm. 118. Amb. ad huc locum. ſer. II.*

*D* ſi non contingat deſideranti, deficit in il- lud, & ipsam quodammodo deponit ani- mam, qui deſiderat, & quod plus laſſatur affectus, eo amplius amor accreſcit, & ex eo expeſtantis deſideria maiora fiunt, & quadam vi amoris igneſcunt, caro deſicit, ſed cupiditas alitur, &c. Quod equi- dem in hac benedicti filii ſui abſen- tia in Virgine verificari nemo eft qui dubitet; vnde ad indicibilem dolo- rem eius animam cruciantem, quem

tunc

tunc passa est referendam esse videatur Simeonis prophetiam. Lucæ 2. tuam ipsius animam gladius doloris pertransibit.

In contrariam tamen veniunt sententiam Anselmus libro de excellentiâ Beatæ Mariæ Virginis cap. 5. Sophronius sermone de assumptione. Amadæus homilia 5. de Virgine Mater; qui omnes sentiunt longè vehementiorem fuisse dolorem, quem Beata Virgo iuxta Crucem passa est, omni alio, qui excogitari potest, dolore:ratio horum Patrum validissimum habet fulcimentum, amorem nempè tantæ matris in filium: Dices fortasse in eodem fundari primæ opinionis Patres; fateor libenter; sed scio amorem, quo Beata Virgo filium diligebat tempore passionis validiorem, & intensiorem fuisse amore, quo ipsum diligebat in hac de qua loquimur pueri ammissione: accrescit enim amor, & inualeat conuersatione, & tempore, & quod magis exercetur inter amantes, eò magis augmentatur. Adiunge si placet, quod obiectum præfens moueat potentiam; vndè plus cruciari debuit Virgo Beata, dum carissimum sibi pignus atrociter cruciari conspergit; quam cum illum absentem famem pati, solatioque destitui, meditabatur; apponam Patrum verba, elige quam tibi placuerit dubitationis partem.

Anselm. ubi supra.

*Quidquid crudelitatis inflictū est corporibus Martyrum, (ait Anselmus) leue fuit, aut potius nihil comparatione tuæ passionis, o Beata Virgo! non crediderim te potuisse illo pacto stimulos tantii cruciatus, quin vitam amitteres, sustinere, nisi spiritus dulcissimi filii tui te intus doceret non esse mortem eum absumentem, sed magis triumphum omnia ei sub-*

*Beata Virgo iicientem. Sequitur Sophronius Anselmum, qui Mariam iuxta crucem plusquam Martyrem facit, & elegantem hanc assignat rationem: Alii (inquit) sancti & si passi sunt pro Chri-*

*sto in carne; tamen in anima, quia immortalis est, pati non potuerunt; Beata verò Dei genitrix; quia tunc in ea parte passa est, quia impassibilis habetur, idèo (ut ita fatear) quia spiritualiter caro eius passa est gladio passionis Christi, plus quam Martyr fuit; vndè constat, quia plus omnibus dilexit, propterea & plus doluit, in tantum, ut animam eius totam pertransiret, & possideret vis doloris, in testimonium eximia dilectionis, quæ amplius fortis, quam mors fuit, & idèo mortem Christi suam fecit: Audi tandem Amadæum. Magis (inquit) torquebatur Maria, quam si torqueretur in se; quoniam supra se incomparabiliter dilegebatur, id vndè dolebat.*

*Addè quod in suo ligno vitæ meditatus est Iustinianus Laurentius, fuisse tunc effectum cor Virginis clarissimum speculum passionis filii sui; ita ut quidquid Christus patiebatur in corpore, Beata Virgo pateretur in corde; cum autem dolores, quos tunc Christus passus est, omnes superauere dolores; etiam dolor quem ibi Beata Virgo sustinuit, omnes dolores superauit.*

## AD ILLA SACRI contextus verba.

*Nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?*

## ANNOTATIO IX.

*Propter Deum, & propter officium relinquendi sunt parentes.*

*P*ro suprapositi asserti confirmatione disquirenda sunt duo sacri contextus loca, & consilianda; aliquā enim videntur inuoluere repugnantiam: primus habetur Numerorum in cap. 32. vbi sic refert contextus Sac. Filiū autem Ruben, & Gad habebant

Cōponuntur  
duo lacte  
Scriptura  
loca, & cō-  
siliantur, & ex  
eius cōsilia-  
tionē proba-  
tur afflatum

pecora

Plus pertulit  
videns, pan  
filiū, quam si  
ipsa patete-  
tur, ex Ama-  
do ubi sup.

Cor Virgi-  
nis in passio-  
ne filii sui  
effectū, illius  
Passionis spe-  
culū, ex Lau-  
rent. Iustini.  
in ligno vas

Locus p.  
imus, ex lib.  
Numer. c. 32.

pecora multa, & erat illis in iumentis in-  
finita substantia; cumque vidissent opti-  
mas animalibus alendis terras, venerunt  
ad Moysen, & Eleazarum Sacerdotem,  
& Principes multitudinis, atque dixe-  
runt. Terra, quam percussit Domi-  
nus in conspectu filiorum Israel regio  
uberrima est, ad pastum animalium, &  
nos serui tui habemus iumenta plurima,  
precamurque, ut des eam nobis famulis  
tuis in possessionem, &c. Et de facto  
obtinuerunt à Moysè, quod postula-  
bant, & ædificauerunt ante Iordanis  
transitum sibi, vxoribus, ac filiis ibi  
ciuitates munitas, in quibus postea  
habitarunt.

Locus alter  
cui suprapo-  
situs coura-  
riari videatur  
est in lib. Ge-  
nes. 49.

Iosue cap. 4.

Numer. 32.

Bertarius:  
Martyr ia-  
dubis vere-  
ris testameti,  
dubio 27.

Soluitur du-  
biuum, & lo-  
corum con-  
tradiccio tol-  
litur, ac co-  
firmatur af-  
fertum.

Pugnare equidem videtur locus  
cum sancti Patriarchæ Iacob prophe-  
tia, quam protulerat, dum benedicens  
filium Gad dixerat Genesis 49. *Gad*  
*accinctus prælibabitur ante eum*, id est,  
ante populum Israel, contra Iebu-  
sæos, Euxæos, &c. quæ pugna inita non  
fuit ante Iordanis transitum, sed in  
terra promissionis, tempore Iosue, vt  
patet ex capite 4. eiusdem libri Iosue,  
vbi iterum confirmatur sancti senis  
Iacob prophetia de Gad, vbi sic: *filiis*  
*quoque Ruben, & Gad, & dimidia tri-*  
*bus Manasses armati præcedebant fa-*  
*lios Israel*; Pugnare equidem videtur  
locus iste, & Iacob vaticinium de  
Gad, cum illo, quod dicitur Numeri-  
rorum in cap. 32. fundasse nempè  
Gaditas ciuitates ante Iordanis tran-  
situm; ibique cum filiis, & vxoribus  
habitasse: *Quomodo* (inquit Martyr  
Bertarius) *Gad accinctus, siue expedi-*  
*tus prælibabatur ante filios Israel contra* D

*Cananeos, & Heuæos, si iam ante Ior-*  
*denem partem elegerat, sibique, ac filiis*  
*suis ciuitates fundauerat?* Et statim du-  
biuum soluens idem Pater, sic ait. *Ex*  
*pacto cum Moysè ciuitates fundauerat,*  
*quod nempè relæcta ibi substantia, & li-*  
*beris, fratres suos in prælio adiunaret:* vt  
*autem id ad quod quasi ex officio teneba-*  
*tur, adimpleret, relictis filiis, ante Iorda-*

A nem ante fratres suos expeditus pugna-  
bat; propter officium enim, & propter  
Deum reliquendi sunt liberi, & paren-  
tes.

Iubet Dominus Moysi, vt vadat  
in Ægyptum filios Israel de misera  
seruitute educturus. qui post multa  
acquiescens Dei præcepto, seque ad  
executionem accingens, tulit uxori Exodi cap. 4.  
rem suam, & filios suos, & imposuit eos  
super asinum, reuersusque est in Ægyptum  
portans virgam Dei in manu sua, vt ait  
sacra pagina, Exodi in cap. 4. vbi, ali-  
B quibus intermissis, refertur, quod cum  
esset Moyses in itinere voluerit il-  
lum Dominus interficere. Disquiritur,  
euentum Theodoretus quæst. 14. su-  
per Exodum; & dubitat de ratione,  
& causa, ob quam Dominus volue-  
rit interficere hominem suis obtem-  
perantem mandatis, & se ad illorum  
executionem properantem, & ait:  
*Propterea Angelus Dei, obuiam factus*  
*Moysi, ei comminatus fuit mortem, quia*  
*missus ad liberandos suos, coniugem,*  
*& filios secum tulerit; nam propter*  
*Deum, & officium relinquendi sunt pa-*  
rentes.

C Hanc eandem Dei mandatorum  
adimplendi formam præbuit Chri-  
stus Dominus suis Ministris, & se-  
quacibus, dicens Lucæ 14. *Siquis (in-*  
*quit) venit ad me, & non odit patrem*  
*suum, & matrem suam, uxorem, & fi-*  
*lios, fratres, & sorores; non potest meus*  
*esse discipulus*, qua de re vide multa  
apud Augustinum lib. de fide con-  
tra Marcionem cap. 22. & 25. Episto-  
la item 38. & apud Chrysostomum  
homilia 36. in Matthæum, apud Am-  
brosum ad Psalm. 118. serm. 15.

D Expende ( si placet ) in confirma-  
tionem præsentis asserti illa Chri-  
sti ex cruce pendentis verba, Ioannis  
19. ad Matrē amantissimam: *Mulier*  
*ecce filius tuus*, circa quæ multi mul-  
ta dixerunt, quæ in meo vitæ Christi  
completorio fol. 84. & deinceps vi-

Disquiritur,  
& dispungi-  
tur locus à  
Theodo. q. 14  
super Exodū.

Luca 14. cir-  
ca locū, vide  
apud Aug. li.  
de fide c. 22.  
& 25.

Expenditur  
verba Chri-  
sti ad Matrē  
sanctissimam  
Ioan. 19. ab  
Aug. træd. 8.  
in Ioan.

deri poterunt, circa quæ optimè Augustinus tractatu 8. in Ioannem; Ope-A  
raturus (inquit) facta dinina, non agno-  
scit viscera humana; ideo dum officium  
sibi à patre iniunctum adimpleret, ma-  
trem non agnoscit: Quasi dicat Au-  
gustinus, quia non ex sanguinibus,  
neque ex voluntate carnis, neque  
ex voluntate viri, sed de Spiritu san-  
to conceptus est, de consanguineis  
non curat, dum ea, quæ superni Pa-  
tris sunt, conatur implere.

Optimus est locus ad intentum B  
¶ Regum in cap. 3 vbi refert sacra  
pagina, quod cum Samuelem iussu  
Dei ex itinere fessus peruenisset ad  
domum Isai Dauidis patrem, vt  
ipsum vngeret in Regem, ita fessus,  
& fame, ac siti cruciatus statim di-  
xerit. *Mittite, & adducite eum, neque  
enim discubemus priusquam ille ve-  
niat*, ponderat, expenditque Pro-  
phetæ verba Gregorius lib. 6. Mora-  
lium, & ait. *Cum fessus Samuel, cum  
famelicus esset etiam; neque cibum su-  
mere voluit, neque tantisper requiesce-  
re, quoadvsque vngendo Dauidem  
officium perficeret.* Relinquendi igi-  
tur sunt parentes, immò neque de  
his, quæ ad vitam necessaria sunt cu-  
randum est, vt Dei adimpleamus  
mandata, ad exemplum pueri Ie-  
su, qui vt Æterni Patris mandata  
perageret, reliquit parentes, nec  
de cibo, vel potu co-  
gitauit.



## ADILLA VERBA contextus sacri.

*Et descendit cum eis, & venit Na-  
zareth.*

### ANNOTATIO X.

*Descendere debet vir Christianus à tu-  
more superbia ad humilitatis con-  
uallem, vt Deus ad eius descendere  
animam non dignetur.*

**P**roficuam huius moralis anno-  
tationis doctrinā persuadere Ba-  
bylonicis nitebatur Esaias, vt suppli-  
cium euaderent, quo Dominus ob-  
nimiam suam ipsorum elationem, &  
tumorem eos punire decreuerat: *De-  
scende* ( dicebat Euangelicus Vates  
cap. 47 ) *sede in puluere virgo filia Ba-  
bylon;* Circa quem locum mira sunt,  
quæ habet noster Paduanus, seu (vt  
melius dicam) Lusitanus Antonius,  
sermone huius Dominicæ, damnans  
hominum mentis elationem, & su-  
perbiæ tumorem ad Christi humili-  
tatis considerationem. *O rigida (in-  
quit) superbia, quæ super altitudinem  
nubium moliris ascendere; super astra  
caeli solium tuum exaltare; in monte te-  
stamenti sedere, id est anima superbia  
tumore elevata; descendere obsecro*, quia  
*Iesus descendit; erubescat iam effranata* Carpitur ar-  
mos exépte  
humilitatis  
Dei filii.

**D**in Nazareth locum humilem, & miser  
homo manibus, & pedibus reptans ad  
honores conatur ascendere.

Optima est in hanc sententiam  
contrapositio quædam, quam facit  
Signiniensis Bruno homilia contra  
cordis tumorem; contraponendo ver-  
ba illa Psalmi 63. *Accedes homo ad* Psalm. 63.  
*cor*

*Luca 1. Optima istorū locorū contrapositio à Bruno. hom. contra cordis tumo. rem.*

cor altum, & exaltabitur Deus ; verbis illis Angeli Lucæ 1. Spiritus sanctus superueniet in te, &c. exaltatur (inquit) Deus ab homine, cum exaltatur homo; descendit ad Virginem, quia à dominata ad ancillatum virgo descendit, dicens: Ecce ancilla Domini.

Ne te pigeat amice concionator ea perlegere, quæ ex hoc Christi descensu in Nazareth idem (quem superius retulimus) Pater noster Antonius Philosophatur: sunt enim tam pietatis, quam eruditionis, ut quæ maximè plena, apponam fideliter, tu accommoda: *Descendit* (inquit) *Iesus Nazareth, quæ interpretatur flos, & quia locus humilis est, significat humilitatem, quæ benè dicitur flos; in quo tria notantur; pulchritudo caloris, suavitatis odoris, & spes fructus; sic in humilitate nostra est pulchritudo honestatis; secundum illud Ecclesiastici 2. 4. flores mei fructus honoris, & honestatis, suavitatis bona opinionis: sicut enim cum flos spirat odorem, non corrumpitur; sic verè humilis non eleuatur, cum de bona vita odore laudatur; unde Bernardus. Verus humilis vult vili haberi, sed non humili prædicari, ut in se ostendit David, cum ait Regum 2. cap. 6. ludam ante Domum, & vilioriam, plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis: quantum autem humilis vili est apud se, tantum apud Deum est sublimis: quod fortasse indicauit Sapiens, cum dixit. Impinguabitur locusta: quod tunc fit, quando honestas in opere, suavitatis in mente floret: quod verò attinet ad humilitatis, seu istius floris odorem, aduerte, quod de humiliis ait Apostolus. Christi bonus odor sumus in omni loco: nō impinguatur humili odore proprie laudis, non impinguatur, sed flore proprie humilitatis redolent, flore proprio, non arboris alieni: spes autem fructus mihi datur, cum video florem; sic cum video verum humilem, spero illum in cælis fore beatum: in horto igitur Nazareth, non est palliurus, aut*

spina, idest hypocrita, aut superbus, de quibus ait Michaelas 7. Qui optimus est in eis, quasi palliurus; & qui rectus quasi spina de sepe; sed lilium, & viola, & ideo Iesus venit Nazareth, ut lilia colligat, & ut violis, idest humilibus, deleteretur. Hæc omnia sanctus Pater Lusitanus Antonius.

## A D I L L A S A C R I

contextus verba.

B *Et erat subditus illis.*

## ANNOTATIO XI.

De obedientiae necessitate, qua subditi suis præpositis obedire tenentur, & de prouenientibus, qui ex hac cœlesti virtute deducuntur.

C **Q**uam necessaria, quamque proficia obediencia subditis sit, facile intelliget, qui intenta mentis acie pensauerit, id ipsum in monachorum Monasteriis obediencia efficeret, quod in vniuersali Ecclesia fides facit; quemadmodum enim si (per impossibile) fides deficeret, rueret penitus Ecclesia; ita si in Monasteriis deficit obediencia, religio omnino desperatur. & quemadmodum quamdiu in quo quis maximo peccatore fides retinetur, tamdiu de illius salute non desperatur; ita quamdiu religiosus obedienciam custodit, etiam si maximè depravatus sit, tamdiu de illius resipiscientia iure confiditur: optimus ad hanc veritatem confirmandam est locus ille Amos in cap. 3. vbi sic de bono obediencia tropologicè ait Propheta; *Quomodo si eruat pastor de ore leonis extremum auricula, sic eruentur filii Israel;* Neq; de maximo peccatore omnino desperandum est; quamdiu fidem tenet, neq; de malo religioso, quamdiu obediencia custodit, ex Amos cap. 3.

Ad cuius loci faciliorum intelligentiam discutiendus prius nobis est locus alter, Esaiæ nempè 53. vbi agens Propheta de perfecta obedientia Christi in Patris adimplendis mandatis, sic ait. *Oblatus est, quia ipse volunt*: Quem locum sic vertit Simacus: *Oblatus, quia ipse exaudiuit*: Hebraicus autem contextus sic: *Oblatus est, quia ipse obediuit*; vbi annexit Cayetanus: *Patri iubent, ut pro nobis moreretur*: Ex quibus liquidò patet, idem in Scriptura sacra esse audire, atque obedire; indeque secundo B etiam patet auriculam esse obedientiæ organum, ianuam, ac instrumentum; quod adhuc clariùs patebit, si legis cuiusdam Exodi 21. fundamen-tum inquiratur; disponebat præfata lex, vt transacto seruitutis septennio unusquisque seruus liber maneret; quod si tamen aliquis in domo Domini sui remanere vellet, perpetuæ seruituti manciparetur; præcipiebatq; lex, vt in signum huius perpetuæ seruitutis, ei aures subula perforarentur C tanquam perpetuæ subiectioni, & promptissimæ obedientiæ mancipatio.

His igitur prænotatis, veniamus iam ad expositionem loci Amos, quem attulimus ad probandum, tamdiu desperandum non esse de cuiusdam subditi resipiscientia, quandiu ipse obedientiam seruat, & obedire omnino non recusat: *Quomodo (inquit locus) si eruat pastor de ore leonis extremum auricula, si eruerit filii Israel*; ad quem sic Procopius, *Idem (inquit) vult significare Propheta, ac si diceret. Rugiat licet leo, immò pene deuoret ouem; si tamen extremum saltum auricula remanserit extra leonis os, adhuc & onis omnino non peribit; potest enim diuinus Pastor ad aurem clamare, & per eam ab ore leonis totam extrahere; dum superat ad audiendum auris, id est, obedientia ad obsequendum, & ad obtemperandum;*

*ad huc ad vitam potest reuocari*: Hæc Procopius: ex quibus clarissimè certè patet, quā sit proficia subditis obedientiæ virtus, qua mediante, etiam si multis sint vitiis implicati, ad perfectam possunt obseruantiam reuocari.

Addiderim & sanctificari; sanctificat enim obedientiæ virtus, quos libertas profanauerat, vt probat locus ille apud Esaiam cap. 13. vbi loquens Dominus de Medis, & Persis, quos Deus Ministros assumerat, vt se per illos de Babylonii vlciseretur, sic ait: *Ego mandavi sanctificatis meis*: Pūgit equidem locus; si namque Gentiles sunt Medi, & Persæ, & ex consequenti Idolatræ, & profani, quomodo appellat eos Dominus *sanctificatos*? Dispungit locum Strabo, dum legit. *Ego mandavi obedientibus meis*; Et statim annexit. *Quasi mera executione mandatorum, id cognominis affecturis*. Sanctificat itaque obedientia exercita, quos profanos inuenierat.

Exaltat, & coronat: accipe à Paulo primi dicti probationem; qui non Christi diuinitati, sed eius obedientiæ tribuit sui corporis exaltationem: postquam enim illius diuinitatem, & cum Patre æqualitatem protestatus est ad Philippenses 2. dicens. *Non rapiam arbitratus est esse se aequalem Deo, &c. concludens ait. Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, &c. propter quod & Deus exaltavit illum*. Disquirit locum Signiensis Bruno homilia de obedientiæ bono, & ait: *Si Patri aequalis est, cur huic aequalitati eius exaltatio non tribuitur?* & statim respondit, dicens, *quia aequalitatem habet ex diuinitatis natura, exaltationem vero ex merito obedientie*: Exaltat equidem suos sectatores obedientia.

Coronat itē: patet in primo Israëlitarum Rege Saule 1. Regum cap. 9. qui dum patris sui mandatum in assi-

Per obedientiæ meritum potest religiosus à multis vitiis auctiori, immo, & sanctificari, ex loco Esaiæ cap. 13.

Dispungitur locus ab Sua bone.

Sanctificat obedientia, quos profanos inuenit.

Exaltat itē, & coronat obedientis.

Discutitur locus à Brunnon ho. de bona obedientie.

Coronat suos sectatores obedientia.

*si eruat pastor de ore leonis extremum auricula, si eruerit filii Israel*; ad quem sic Procopius, *Idem (inquit) vult significare Propheta, ac si diceret. Rugiat licet leo, immò pene deuoret ouem; si tamen extremum saltum auricula remanserit extra leonis os, adhuc & onis omnino non peribit; potest enim diuinus Pastor ad aurem clamare, & per eam ab ore leonis totam extrahere; dum superat ad audiendum auris, id est, obedientia ad obsequendum, & ad obtemperandum;*

nis

nis inquirendis exequitur ad Regni altitudinem, & ad coronam assumitur, nota est historia, apponam illa tantum sacri contextus verba, quæ ad rem attinent. *Tolle* (inquit pater eius ad eum) *vnum de pueris, & con-surgens vade, & quere asinas*: Qui ut de illis adiuueniendis Samuelem cōsuleret, in Regem vngitur: *Cumque aspexisset Samuel Saulem* (ait contextus Sacer) *Dominus dixit ei; ecce vir, quem dixeram tibi; iste dominabitur populo meo*: Optimè Nazianzenus oratione in laudem Basili: *Qui obedien-do, patris asinas querit, Regnum inuenit*: *Quem etiam locum adducens Bruno ubi supra. Saul, dum patri obediens asinas querit, exaltatur, & in Regem eligitur.*

*Non debet subditus deceptari de pueris confundatur in pueri Iesu.* Ut autem hæc bona omnia subditus assequatur, deceptari circa prælati iusta non debet, sed humiliter acquiescere; in puer benedicto Iesu veræ obedientiæ magistro amplificat, confirmatque hoc assertum Bernardus sermone 19. in Cantica, ubi Bern. ser. 19. in Cantica. ait: *Non legistis in Euangelio, quam formam obediendi puer Iesu nobis tradidit cum remansisset in Hierusalem, & dixisset, in eis, quæ patris mei sunt, eportet me esse; non acquiescentibus parentibus eius, sequi illos in Nazareth, non amplius recusauit, Magister discipulos, Deus homines, verbum, & sapientia fabrum, & feminam; Tunc insurgens Bernardus in eos, qui obediunt suis maioribus, & eorum mandata discutiunt, & examinant, sic annexit: Quousque vos sapientes eritis in oculis vestris? Deus se mortali-bus credit, & subdit, & vos in viis vestris adhuc ambulatis.*

*D. Pater no-ster Anton. ubi sup.* Concludo tandem morale hoc de vera obedientia, documentum apponens ea, quæ sermone huius Dominicæ ad illa verba, & erat subditus il-

*lis, habet Paduanus noster; non enim tam aurea sunt quam diuina: Liquefiat (inquit) omnis superbia; defluat omnis contumacia; humilietur omnis inobedientia, cum audit, quod Iesus erat subditus illis: quis est, qui erat subditus illis? ille qui solo verbo creavit omnia ex nihilo: ille qui mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit, qui appendit tribus digitis molem terra, & qui commouet eam de loco suo: iste ergo talis, ac tantus erat subditus illis, quibus illi: fabro, & paupercula Virgini; O primus! ò nouissimus! ò Angelorum prælatus, & hominibus subditus! cæli Creator subditur fabro, Deus aternæ gloria subditur Virgini paupercula; quis audiuit unquam tale? & quis vidit huic simile? non ergo dedignetur subiicit Philosophus piicatori, sapiens simplici, literatus idiota, filius Principis ignobilis. Hæc omnia S. Pater Antonius, qui autem plura de hac materia desiderauerit, legat in huius libri sacerdotali ad illa verba Euā gelii Matthæi 4. in die S. Andræ. Matth. 4. At illi continuo relictis rebus secuti sunt eum.*

## ADILLA SACRI contextus verba.

*Iesus proficiebat sapientia, & etate, & gratia apud Deum, & homines.*

## ANNOTATIO XII.

*In virtute non progredi, est retrogradi.*

*P*robat assertum Doctor mellifluus sermone 47. in Cantica, pôderans illa sponsæ, idest animæ sanctæ, verba, Canticorum 2. Lectulus noster floridus; Dubitabis fortasse de loci

*Cantic. 2.*  
Disquisitur  
loci cū pro-  
posito asser-  
to cœuenientia.

loci conuenientia, eum asserti præsentis doctrina; nullam enim habere videtur lectulus floribus aspersus, cum anima, quæ in virtute retrocedit, quia non proficit: audi tamen Patrem, & cognosces quæ pulchra similitudine prober intentum ex loco adducto. si (inquit) conscientia respersa sit bonis operibus; nequaquam sat est, semel, atque iterum bona operari nisi incessanter addas noua prioribus; alioquin marcessit flos boni operis, atque in breui omnis ex eo nitor extermintur; si non aliis, atque aliis superiebris pietatis actionibus continuò reparetur: Posita igitur similitudo est in eo, quod quemadmodum, lectulus, vt odoriferus sit, & gratus, non sat est, vt semel floribus spargatur, sed vt veteribus addantur noui, ita & non sufficit animæ, vt in virtutibus sifstat, quas semel operata est, sed necesse est, vt ad nouas acquirendas progrediatur, alioquin enim marcessent priores, & ibit retrò. Consonat Philon Iudæus libro de Abrahamo, vbi vocat animam, quæ non progreditur in virtute, absque villa dote sponsam; quæ verò in eadem progressus facit, diuitem, ac locupletem. Prima (inquit) hominis virtus, seu animæ, spes est; secunda fides eius germana comes; tertia verò pænitentia, quam progressus in virtute sequitur, qui est proprias bene natae animæ: Non vides virtutum acquisitionem, & in eis progressum? Primò supposuit spē: secundò addidit fidem: vt tandem animam dixerit locupletem, apposuit in virtute progressum: anima enim quæ hac dote caret, ad instar pauperis puellæ non nubit, sed in dies veterascit, & consumpta, quam habebat, substantia, sit pauperrima.

*Phil. lib. de Abrahamo.*

Anima abscit virtutis augmēto spōla paupercula.

*Plutarch. quest. 37. cii. ea Romano-rum legem resolutiur.*

Huc spectat illa Plutarchi quæstio, quæ inter Romanorum quæstiones 37. locum habet, & in qua ipse petit, cur apud predictos Romanos

A lege cautum erat, vt sola spolia tempore corrumpta relinquerentur ex bello, nec ea licebat reparare, quod ob id sanctum esse ait præfatus Author, vt yidentes quod ad interitum rerum illarum interiret corum gloria, cuius res illæ testes erant, & præcones, alias de novo strenuè bellando acquirere laborarent, vt non finiret omnino suæ gloriæ munimentum, aut ne redderentur inglori.

B Optimus in hanc sententiam est ille locus, qui habetur Genesis 19. vbi refert sacra pagina, quod cum mulier Loth cum marito, & filiis à Sodomæ incendio Angelo duce eauderet, eo quod respexerit retrò, in statuam salis conuersa sit. *Respicens uxor eius post se (inquit sacra pagina) versa est in statuam salis;* quem locum dum adducit, explicatque Augustinus ad Psalm. 69. sic consonanter ait. *Mulier Loth, quæ liberata ab incendio respexit retrò, ubi respexit, ibi remansit, factaque est statua salis, vt condiat se;* exemplo enim tibi data est, *vt tu cor habeas, & non remaneas fatuus in via;* attende igitur remanentem, & transi; attende respicientem retrò, & tu in anteriora extensus es.

C Non itaque sistendum in virtute est: vbi enim sistitur, retroceditur, vt sermone 1. de Purificatione annotavit Bernardus dicens. *Si quis proficeret in virtute dissimulat, nouerit in statuione esse, & non in processione; immò retrò in regresione; quoniam in via vita non progrederi, regredi est, cum nihil in eodem statu adhuc permaneat.* Proabant etiam assumptum Cyrillus Alexandrinus, Chrysostomus, atque Patres alii ex loco illo Ioannis 4. vbi promittens Dominus se gratiam datūrum mulieri Samaritanæ, dixit. *Qui bibent ex hac aqua, sicut iherum; qui au- tem bibent ex aqua, quam ego dabo ei, sicut in eo fons aquæ salientis in vi- tam æternam.* Dubitant Patres de eo,

Genes. 19.

*Aug. ad Ps. 69.*  
Mulier Loth in statuam salis conuersa, in exemplu retrocedens.

Bern. serm. t. de purific.

*Ioan. 4.*  
Disquisitor locus à Cy- rillo Alexan- drino, & à Chrysostomo.

eo, quod Dominus non promiserit mulieri aquam illius putei, vel A fontis alicuius frigidissimi, sed fontis salantis, seu in cælum saltantis. Respoſtidentque dicentes; ibi sub aquæ nomine promisisse Domine, gratia iustificâs intellecta, quæ non otiosa, sed operosa est, & semper operatur usque dum tentat ad cælum; quod non exprimeret, si promisisset aquam putei, quæ non mouetur, & semper in eodem lo-

*Cyril. ad cap. 4. Iohann. 4. Paul. ad Phi lippen. 3.* co est. Audi Cyriſum. Aquam salientem promittit, quia proprium est eius gratiae, qua iustificamur, progressum facere in sanctitate; unde Paulus dicebat, postquam biberat ex hac aqua. Ego non arbitror me comprehendisse, idè quæ retro sunt obliuiscens, ad ea quæ sunt priora extendo me ipsum, & prosequor ad destinatum brauium supernæ vocationis.

Optima etiam sunt in hanc sententiā illa, quæ oratione tertia habet Nazianzenus Gregorius, vbi ait, id ipsum accidere illis, qui in virtutibus exercendis sīstunt, nec alias acquirere de nouo laborant, quod trochis, qui à pueris agitantur; qui etiā

*Qui in virtute nō proficiunt similes trochis, qui in orbē mouentur, ex Nazian. ora. 3.* numquam quiescāt, nunquam ab uno eodemque mouentur loco; nec aliquem de nouo adquirunt spatium: *Eis idem quod trochis accidit* (ait præfatus Pater loquens de eis, qui in virtute non proficiunt) quos in orbem volvi, non autem progredi videmus, atque immota scurice vi impulsos rotari: Pungunt Patris verba: dixerat nunquam quiescere, & nunc ait immotos semper esse; vt dispungamus verba Nazianzeni, prius necesse est dispungamus duo sacræ Scripturæ loca, quæ eandem inuoluere videntur difficultatem; est primus apud Esaiam cap. 9. & ait. Ambulantibus in regione umbra mortis, lux orta est eis. Secundum verò locum inuenies

apud Matthæum in cap. 4. vbi a-  
gens de eodem argumento, sic po-  
suit Euangelista. *Sedentibus in regio-  
ne umbra mortis lux orta est eis:* Non  
equidem fideliter recitat videtur  
Euangelista Esaiæ locum; nam Pro-  
pheta dixit. *Ambulantibus in regio-  
ne umbra mortis;* Matthæus verò di-  
xit *sedentibus*, at sedere opponitur  
ambulare; quia si quis sedet, ergo  
non ambulat; & si quis ambulat, er-  
go non sedet: attende tamen (ait præ-  
fatus Pater) in regione umbra mortis *Nazian. vbi  
supra.*

*s. Matthæ. 4.*

B ambulare, idem est quod sedere; Sedet ergo, qui in virtute progressus non facit, quamquam toto orbe deambulet; unde bene immotos ad instar trochi hos appellat Naziāzenus, qui continuè mouetur, & in eodem semper loco permanet; quod Spi-  
ritus sanctus alia metaphora con-  
firmat dicens: *Sicut ostium voluitur  
in cardine, ita piger in lectulo.* Mouetur equidem ostium, sed in eodem semper loco permanens pu-  
C tescit, & veterascit; ita qui in vir-  
tute sīstit, & aliquam de nouo ac-  
quirere non laborat, retrocedit, &  
perit.

D Vedit aliquando Iacob scalam cuius cacumen cœlum tangebat, & Angelos continuè motu ascenden-  
*Genes. 28.* tes, & descendentes, Deum au-  
tem solummodo in scalæ summitate immobilem permanentem; miratur Bernardus epistola 91. de conti-  
nuè Angelorum motu, & de Dei quiete; aitque exinde edoceri ho-  
mines, vt nullus eorum in hac vita,  
quæ ad instar scalæ est, qua vel ascen-  
dimus, vel descendimus, gradum in virtute sīstat, quamquam ad An-  
gelicam perfectionem se peruenis-  
se arbitretur; nam pendula est scala, *In continuo  
Angelorum motu perpetuus in vir-*  
*epist. 91.* & ad lapsum proclivis; solus Deus sīstit, qui nullam de nouo virtutem valet acquirere; nec quas habet de-  
per-

*In continuo  
Angelorum  
motu perpetuus in vir-*  
*tuteprogres-  
sus designa-  
tur, ex Bern.*

perdere , audiamus Patrem ; Vedit  
(inquit) Iacob in scala Angelos ascen-  
dentes , & descendentes ; nunquid stan-  
tem quempiam , siue sedentem ? non est  
stare omnino in pendulo fragilis sca-  
lae , aut descendere necesse est , aut ascen-

dere : si attentas stare , ruas ne-  
cessitatem : minimè profectò est bonus,  
qui melior esse non vult : solus Deus  
melior se ipso esse , ideo non  
vult , quia non  
valet.

## Laus Deo.



PRI-



PRIMÆ  
ANNOTATIONVM  
IN TOTIVS ANNI EVAN-  
GELIA; TAM DOMINICA-  
RVM, QVAM FESTIVITATVM

PARS SECUNDA.

C O M P L E C T E N S S A N C T O R V M  
*festinitates ab initio Aduentus Domini usque ad eius  
Epiphaniam.*

I N E V A N G E L I V M F E S T I V I-  
TATIS SANCTI ANDREÆ.

Ex capite 4. Matthæi.

*Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius mittentes rete in mare; erant enim pescatores; & ait illis: venite post me, & faciam vos fieri pescatores hominum. At illi continuo, relictis retibus, secuti sunt eum.*

---

SACRI CONTEXTVS LITERALIS  
EXPOSITIO.

**P**RIMIS statim suæ prædicationis ini- A tiis, antequam Ga- lilæa Christus Do- minus peragraret, socios, atque coad- iutores cœpit feligere, ac congregare; B quorum priores duo fuerunt Petrus,

& Andreas, genuini fratres, & pescatores: nam ambulans Iesus iuxta ma- re Galilææ, seu stagnum Genesareth: vidit illos mittentes rete in mare, & vocauit eos, dicens. *Venite post me, faciam vos fieri pescatores hominum:* Ob- iicies fortassis dicens, quod iam antea vocati fuerant à Christo, vnde vel nō A cohæ-

Matt. ca. 4.

cohærent, Euangelistæ, vel non benè assignamus istorum Apostolorum vocationem. Nam Ioannes sui Euangeli in capite 1 aliter eorū vocationem narrat, aitque iam Simonem à Christo appellatum fuisse Cephas, quod interpretatur Petrus, quando hic fuerunt vocati, & retia relinquentes secuti sunt Christum: ita enim habet Ioannes postquam Baptistæ de Christo testimonium refert; *Et audierunt eum duo Discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum; conuersus autem Iesus, & videntes eos sequentes se, dixit. Quid queritis? qui dixerunt ei, Rabbi; (quod dicitur interpretatum, Magister,) ubi habitas? dicit eis; venite, & videte; venerunt, & viderant ubi manebat, & apud eum manserunt die illo; hora autem erat quasi decima: Erat autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus, qui audierant à Ioanne, & secutus fuerat eum; inuenit hic primū fratrem suum Simonem, & dixit ei: inuenimus Messiam; (quod est interpretatum Christus) & adduxit eum ad Iesum; intuitus autem eum Iesus, dixit. Tu es Simon filius Ionæ: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus: Ex quo Ioannis loco colligi videtur, iam Petrum, & Andream in Apostolos fuisse electos, quando retia relinquerunt, & Dominum sunt secuti.*

*Confiliatur Euangelista Matthæus, Lucas, & Ioannes, qui discordare videbatur certe, tamen, quo Petrus, & Andreas vocationi sunt ad Apostolatum.*

Addiderim, ex Luca cap. 5. iam Christum iussisse Petro, vt duceret pusillum à terra nauim, vt ex illa concionaretur ad turbas; vnde dubium remanet hoc, quod Matthæus narrat, & ait de Petri, & Andreae vocatione, ad Apostolatum: paucis dirimit litem D Augustinus, dicens in de consensu Euangelistarum cap. 17. *Intelligendum est Ioannis dictum, non sic eos vidisse Dominum, vt iam ei inseparabiliter cohererent, sed tantum cognouisse, quis esset, cumque miratos, ad propriam remeasse: ad societatem igitur tam vocati fuerant, qui hic fuerunt ad Apostolatum vocationi.*

Dubitabis insuper, quod nam sit

istud Galilææ mare; quod variis nominibus appellatur à variis, nam Numerorum in primis capite 34. & Iosue in cap. 13. *Mare Cenereib* dicitur; à diuo verò Luca cap. 5. *Stagnum Genesareth* vocatur; à diuo Ioanne cap. 6. *Mare Tiberiadis*: Vtrum igitur mare sit, an lacus, cognoscet ex Iosepho lib. 3 de bello Iudaico cap. 18. vbi ait, esse quendam lacum aquæ dulcis, & potabilis, habens plusquam Iucam vnam latitudinis, longitudinis vero leucas tres qui quidem lacus (secundum diuū Hieronymū ad cap. Esaiae 9. fit ex aquis Iordanis illuc confluentibus.

Appellatur autem mare, quia mos est Scripturæ sacræ aquarum congregations appellare Maria; ut in quæstionibus Hebræis in Genesim Hieronymus annotauit: *Mare Galilææ dictum fuit, quia in Galilæa erat: Stagnum Genesareth; vel lacus Genesar, à propinqua regione Genesareth, vel Genesar: Mare vero Tiberiadis, à cluitate Tiberiade, quæ propè eum sita erat: iuxta hunc lacum oppida aliquod fuere, quorum Euangelistæ meminerunt: ciuitas nempè Capharnaum ex eius occidentali parte sita fuit, Corrosaim ex orientali, quatuor milliari bus distans à Capharnaum, inter duas vrbes Iordanis influit in lacum. Hæc circa litteram; pergamus ad mores.*

## A D I L L A S A C R I contextus verba.

*Ambulans Iesus iuxta mare Galilæa, vidi duos fratres.*

## ANNOTATIO I. MORALIS.

*Allicit Dei hominumque oculos fraterna charitas.*

AD

Mare Galilææ varie, à variis appellatum.

Numer. c. 34.  
Iosue cap. 13.  
Lucas cap. 5.  
Ioan. cap. 6.  
Ioseph. lib. 3.  
de bello Iudaico cap. 18.  
Hieron. ade. 9. Esaiae.

Mos Sciri prout facit, aquarū congregations appellare Maria, ex Hieron. in questione Hebr.

**A**D præsentis asserti confirmationem, disquirendus nobis est, & exantlandus locus ille Iudith in cap. 16. vbi agens contextus Sacer de pulchritudine, & decore mulieris eximio, quo Holophternes illatus, captus, & vulneratus est; eius præcipue sandaliis hunc affectum tribuit dicens: *Sandalia eius rapuerunt oculos eius.* Iure equidé vertit in dubium Martyr Bertarius lib. quæst. veteris testamenti, quæst. seu dubio 59. quid fieri potuit, quod cum adèò pulchra esset Iudith, ut omnes eius pulchritudinem, & decorem mirarentur (ut eodem libro in cap. 10. idem Sacer contextus assuerat) ad solas sandalias, quæ infima sunt corporis paramēta, ita intentè attéderit Holophternes, ac si in tota Iudith, nihil pulchriùs, amabiliùs vè conspexerit, à quo eius oculi raperentur.

**A** Alter item sacræ Scripturæ locus nobis est dispungendus, vt dubitationem à Bertario positam cum eodem diluamus, & vt assumptum probemus, Apocalypsis nempè in cap. 2. vbi agitur ad literam de Christo Domino, diciturque *pedes eius similes aurichalco, quasi in camino ardenti;* Vbi per pedes Christi ignitos multi Expositores, & præcipuè Arethas, eius sacros Apostolos designari contendunt; qui, vt ad eundem locum Gregorius annotauit, charitate æstuarunt. **B** sonuerunt ( inquit ) verbo, æstuarunt charitate; Per quos quidem pedes Christus Dominus ( vt ait Arethas ) totum orbem peragravit, Ecclesiaque longè, latèque dilatata est; His igitur pedibus charitatis igne incensis, calciata adeò pulchra, adeò decora redita est Ecclesia, vt Christi sponsi sui oculos rapiat: quod vt putat præfatus Martur figuratum fuit in eo quod

Dispungitur  
inē alius lo-  
cus Apoc. c. 3

Per Christi  
pedes Apo-  
stoli designa-  
ti charitate  
feruidi.

*Greg. Mag.  
ad eundem Cæ  
tic. locum.*

C iuxta præfatum , iamque expositum  
Apocalypsis locum : audiamus nunc  
Bertarium. *Inter Judith* (inquit) &  
*Holophernem Christi , & Ecclesie myste-*  
*rium suspicor ; rapuerunt Judith sandalia*  
*Holophernis oculos ; rapuerunt Ecclesie*  
*pedum calceamenta , idest ardens chari-*  
*tas , qua ad orbem peragrandum sunt cal-*  
*ciati ; Christi oculos , qui semper sibi per-*  
*quammaxime in charitate complacuit.*

In Holopher  
nis oculorū  
captione Iu  
dith pedibus  
Christi in  
Apostolis  
cōplacentia  
desiguita.

D Allicit itaque Dei oculos fraterna  
charitas; vt Matthæus attestatus est  
dicens: Ambulans Iesus iuxta mare  
Galilæe vidi duos fratres; Quasi dicat,  
nihil aliud fuit in toto illo maris litto-  
re eius oculis gratiosius, & iucun-  
dius, quam actiones illæ, quibus Pe-  
trus, & Andræas, vt veri fratres se-  
se mutuò iuuabant, charitate calcea-  
ti.

Math. 41

Inter multa alia sacræ Scripturæ loca, quæ in eiusdem asserti confir-

mationē adduci possunt , optimus est ille Genesis 24.vbi refert sacra pagina , quid contigerit Eleazer missō à Domino suo Abraham vxorem filio

Per Rebecceā Ecclesi designata.

Genes. 24.

Rebeccaē charitas , Ecclesi charitatē adumbravit.

Rebecceā charitas , Ecclesi charitatē adumbravit.

Et cum ad puteum aquas hauriētem reperiret , ab eaque peteret , vt sibi potum daret , alacriter , ac festinanter deponens hydriam , ei potum tribuit , & insuper adiecit dicens : *Quin & camelis tuis hauriam aquam , donec cuncti bibant ;* *ffundensque* (ait contextus Sacer) *hydriam in canibus , recurrit ad puteum , vt hauriret aquam , haustaque omnibus camelis dedit .* Et ultra progre- diens eius charitas adiecit amplius , dicens . *Locus spacioſus est ad manendū apud nos , offerēs illi vltro ad camelos frenū , & patris domū in hospitiū ;* quæ omnia dum ageret dixeritque puella ; admiratus Eleazer de feruida eius charitate , nihil agebat , nec dicebat , præterquam ipsam intentis oculis cō- templari . *Ipse verò contemplabatur eā ,* ait contextus Sacer ; quid autem intentis oculis contéplaretur in virgine Eleazer , dum Pater Gregorius inquirit , ait feruidas contemplatum fuisse Rebeccæ actiones , & annexit dicens .

Greg. Magn. apud gloſam ordinariam.

Nam locus spacioſus ad manēdum , quem obtulit , significauit eius latitudinem charitatis . Dispungit locum Theodore-

etus quæſt. 73. in Genesim ; & admira- tur , cur potius in puellæ actiones coniiceret oculos Eleazer , quām in eius admirabilem pulchritudinē ? De qua

Disquiritur ait Sacer contextus ; Erat decora nimis . Genesis locus à Theod. virgoque pulcherrima . Pulchritudo e- quæſt. 73. in nim , ac decor oculos allicere , ani-

mosque solet per quam maximè con- filiare ; & plusquā verba multoties , plusque quām dona ; diluit tamen Theodoretus dubitationem dicens .

Sat enim putauit ad desponsandam eum eum Isaac vidisse ī ei charitatem : Ac si dixerit , vbi primum in puella pro-

ximorum charitatem conspexit , to- tus in illius contemplationem raptus , nihil amplius in Rebecca requisiuit ; rapuit enim primaria , & delectabilis virtus hæc ita hominis oculos , vt nul- las alias puellæ perfectiones contem- plandi ei esset auditæ ; neque mirum , cum pulchritudo , & decor dotes na- turæ sint ; charitas autem gratiæ quæ longè antecellit naturā : habet itaque Charitas gratiæ dos , pulchritudo naturæ .

Dei , quām hominum alliciat oculos ; probant hoc evidenter facri contex- tus verba : *Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ vidit duos fratres . Ecce Elea- zer quærens Rebeccam ( vt ad hunc locum contemplatur Rupertus , ) Ecce adinuenit ad aquas ; Christus nempè ad mare ambulans Galilææ quærens Ecclesiam ; solam Rebeccæ charita- tem contemplatur Eleazer ; & solam charitatem contemplatur Christus in primis Ecclesiæ fundamentis Pe- tro , & Andrea , vidit duos fratres .*

Eleazer quæiens Ke- beccā Chri- stum figura- uit Ecclesiā quærente , ex Rup. ad hunc locum .

Idem optimè probabis intentum , si cum Fulengio disquiras illa Daui- dica verba Psalmi centesimi : *Oculi Psalm. 100. mei ad fideles terre , vt sedeant mecum .* Loquitur ibi Dominus per os Pro- phetæ de electione , quam postea fecit in mundum veniens , ex hominibus in coadiutores , & iudices ; & ad hoc in solos fideles oculos se conieeturum promittit , tām ad prædicandum gen- tibus , quām ad iudicandum nationes . Miratur præfatus Author , de Dei pro- missione , aitque illam omnino videri frustraneam ; clarum enim erat quod non assumeret Deus infideles ad iu- dicandum fideles ; vndè aliquid amplius voluisse Dominum istis verbis indicare suspicatur Fulengius ; dispu- gents igitur locum , ait ; nec omnes , qui fidem sectantur esse verè fideles , nam fides sine operibus mortua est , ( vt ait , Apostolus ; ) illos autem tantum- modo veros esse fideles , qui charita- te duxi fratrum suorum , cum qui-

D frustaneam ; clarum enim erat quod non assumeret Deus infideles ad iu- dicandum fideles ; vndè aliquid amplius voluisse Dominum istis verbis indicare suspicatur Fulengius ; dispu- gents igitur locum , ait ; nec omnes , qui fidem sectantur esse verè fideles , nam fides sine operibus mortua est , ( vt ait , Apostolus ; ) illos autem tantum- modo veros esse fideles , qui charita- te duxi fratrum suorum , cum qui-

bus

## ANNOTATIO II.

quibus fide coniuncti sunt, vel coniungi exoptant, salutem incessanter A operantur; inter quos praeipui fuerunt Christi Apostoli, qui Dei amore accensi, & proximorum charitate duci, pro ipsius Dei honore, & pro illorum saluatione, vitam cu morte fideliter commutarunt fideles; itaque in Dei amore, & in suorum proximorum charitate, quæ adeò Deo grata est, ut antequam esset in actu, huc in Deo operaretur effectum: audiamus loci Expositorem. *Oculi Dei* (inquit) ad fideles terræ, id est, ad primos Ecclesiæ proceres Apostolos, vera, & viva charitate fideles, ad quos postea Christus dixit. Cū sederit filius hominis, in sede maiestatis sue, sedebitis & vos iudicantes duodecim Tribus Israel. Huic Fulengii expositioni annexe illa, quæ super Euangelistarum verba habet Interlinealis, & adæquate assumptum confirmabis.

Fuleng. ad  
Psal. centes.  
Matth. 19.

Glosa Interl.  
ad c. Matt. 4

Fraterna cha-  
ritas magno  
precio à Deo  
habita, ex Pe-  
lus. epist. 10.

*Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ vidit duos fratres;* Vbi super verbum, fratres, annexit præfata glosa; Non tam corpore, quam dilectione: Et super omnia verba hæc; nempè vidit duos fratres, ita habet; unitatem fraternalę dilectionis approbavit: Ecce oculi Domini ad fideles terræ; ecce charitas rapiens, & alliciens diuinos oculos: optimè diuus Isidorus Pelusiota epistola 10. ad Eusebium; *Nihil* (inquit) apud Deum tanto in pretio est, quam charitas, ob quam homo factus est, & usque ad mortem obediens; eaque de causa discipuli quoque illi, qui primi ab eo vocati sunt, duo fratres extiterunt; ex quo statim Salvator per ipsa initia indicavit, quantum sibi in fraterna charitate complaceat.

AD EADEM SACRI  
contextus verba.

*Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ vidit duos fratres.*

Fraterna charitas Dei, hominumque oculis obiectum per quam maximè delectabile.

**S**iquidem, in antecedente annotatione monstratum est, rapere Dei oculos charitatem fraternalę; consequenter debemus ostendere, vndē hoc charitati proueniat. Prouenit igitur ex eo, quia nempè charitas grata, B ac delectabilis quædam virtus est; rapit autem omne delectabile obiectum, allicitque potentiam, cuius obiectum est: vndē illud Ecclesiastes in cap. 1. *Non satiatur oculus visu; neque auris auditu impletur.* Quod de eis tantum obiectis intelligendum est, quæ potentissimæ grata sunt, & iucundam Dauid obiectum visibile erat, & tamen à Saule percipi non poterat; quia illi gratus non erat. Ut 1. Regum cap. 10. sacra Scriptura testatur dicens. *Non rectis oculis Saul aspiciebat David:* Quæ oculorum repugnatio ab inuidia potius, quæ charitati regione opponitur; quam ab obiecto prouenire confueuit: De inuidia enim Ouidius. *Vultum, oculosque retorquet:* Hinc profluxit visitatus ille loquendi modus, quo illa, quæ grata nobis non sunt, inuisa consueuimus appellare: quod de fraterna charitate dici nequaquam potest; omnibus enim grata, omnibus iucunda, omnibus delectabilis est; tam Deo scilicet, quam hominibus.

Chatitas vis-  
tus delecta-  
bilis.

Eccles. cap. 1.  
exponitur lo-  
cus.

Neq; omni-  
objectu gra-  
tum poterit.  
Reg. 1. cap. 10

Fraterna cha-  
ritas tā Deo,  
quā homini-  
bus grata.

Probat assertum locus ille Psalmi 132. *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in unum.* Vbi super verbum, iucundum, habet interlinealis, Delectabile; Et noster Lyranus: *Vnde delectabile;* Ita ut sit loci sensus; *Nonne videtis, & perpenditis,* quam iucunda, quamq; delectabilis res sit charitas exercita inter fratres? Vbi notanter ponderandum est adquerendum.

Psalm. 132:  
Glos. Interl.  
ibi Lyra ibi  
verus Psal-  
locus sensu-

Aduerbi  
Ecce maxi-  
ma in signi-  
ficando vis.

Cassiodor. ad  
Psalm. 132.

Psalm. 44.

Charitas à  
duob⁹ grata.  
Ad Cor. c. 13.  
Primum à quo  
fraterna cha-  
ritas tā Deo,  
quam homi-  
nibus grata  
fit.

Genes. 25.

Dispungitur  
locus à Ru-  
percio.

illud. Ecce; habet namque enersym, & significantiam magnam plus enim illo de fraterna charitate innuit Psalmographus, quām si multa verba in illius commendāda iucūditate, & delectabilitate expenderet: Ecce dicit David, (inquit Cassiodorus) quasi plus explicetur ostensione, quām lingua, &c. vt omnino intelligeres charitatem bonum esse mirabile sub mysticis comparationibus, usque ad finem Psalmi eius laudem digne prosequitur; vt res pretiosissima cū sui praeconii gratia inungeretur: Quasi dicat idem Author, David mentem propalans, ideo adeò iucunda, adeòq; delectabilis fraterna charitas est, vt folis terum iucundarū exemplis posset exprimi, & indicari: quale erat odoriferum illud, suaueque vnguentū, quo antiquitus Sacerdotes, & Reges inungi consueuerunt, quod David ipse Psalm. 44. Oleum lētūtiae per anthonomasiā appellauit, dicens: Vnxit te Deus tuus oleo lētūtiae, &c. Ita vt quemadmodum hoc vnguentum quo Reges inungebantur, suauissimum, & delectabile erat olfactū; ita fraterna charitas iucunda, & delectabilis visu sit.

Sed fortasse quæres, vndē habeat charitas, quod tam Deo, quām hominibus adeò grata, ac delectabilis sit: A duobus, respondeo, fundamentis: Primum, quia cum vnaquæque virtus per se amabilis sit, & charitas inter virtutes præcipua virtus sit, secundū illud Apostoli ad Corith. cap. 13. Major autem horum est charitas: Inde fit, vt adeò iucunda, & grata sit: Sed video mihi probandum esse, quod sit virtus ipsa per se grata, & delectabilis: pergo ad probationem asserti, & affero, perpendiculariter cum Ruperto, locum illum

Genesis 25. vbi agens contextus Sacer de amore Rebeccæ erga dilectū sibi filium suum Iacob, & Isaac erga Esau, sic notanter habet: Rebecca diligebat Iacob: Isaac amabat Esau, eo quod de venerationibus eius vescebatur: Dispungit lo-

cum Rupertus, & dubitat, cur expresserit Scriptura sacra fundamentum, & causam, ob quam Isaac diligebat Esau, annexens statim; Quia de venerationibus eius vescebatur: Nullam autem assignauerit rationem, ob quam Rebecca adeo intēsē diligenter Jacob; sed absolute dixerit. Rebecca diligebat Jacob: Soluit tandem idem Rupertus dubitationem, quam posuerat dicens. Virtus alienis non indiget administrulis, vt ametur, ipsa sui amoris causa est, bonum enim per se amabile est; vndē matris erga Jacob amoris nulla expressa ratio redditur; cum enim bona esset indolis, ac virtute præditus, simpliciter, & absolute, & veluti ab intrinseco amabilis erat. Hæc ferè omnia Abbas Rupertus ad præfatum Genesis locum: ex quibus luce meridiana clariū videtur vndē proueniat charitati, quod adeò grata, adeò delectabilis, ac iucunda sit.

Secundum fundamentum à quo charitas habet, vt omnium oculis delectabilis, & grata sit, accipe (si exoptas) quemadmodum ideo cor uniuscuique adeò carum est, quia principium, & fons eius vitæ est, & ad eius interitū vita omnino terminatur; ita charitas, quæ (vt in suo de præcepto, & dispensatione Bernardus obseruat) fons spiritualis vitæ est, ideo omnibus cara, iucunda, & delectabilis est; Nemo enim est, qui non exoptet spiritualiter vivere, vt beatitudinem consequatur: Fons (inquit Bernardus) virtutæ charitas est; nec vivere animam dixerim, quæ de isto fonte nō hauserit: Quod à diuino Ioanne suæ primæ epistolæ in cap. 3. accepit Bernardus, vbi sic ait Apostolus Sacer: Qui non diligit, manet in morte.

Optima autem similitudine yl̄sus est Bernardus, vt innueret fundamentum, à quo charitas habet, quod omnibus grata, & delectabilis sit: fontis nemp̄, qui sitiētibus gratissimus est, ac delectabilis valde; ita & charitas om-

Virtus per se  
ipsam ama-  
bilis, & grata

Secundū fun-  
damentum  
proprietudo  
charitas om-  
nibus grata  
sit.

Charitas vi-  
tae spiritualis  
fons, & ori-  
go, ex Ber-  
nardō in suo  
de præcepto,  
& dispen-  
satione.

1. Ioan. epist.  
cap. 3.

Optima simi-  
litudo ja-  
ter fontis, &  
charitatem.

*Cit non puto, sed fonti charita est assimilauit Bernardus.*

omnibus, qui ad spiritualem vitam anhelant: est insuper & in fontis similitudine, cui Bernardus assimilauit charitatem aliquid amplius dignum, quod pensiterur: cur (quero) non potius puto, quā fonti assimilauit Bernardus charitatem, cum tam aquæ putei, quām fontis æquè sicim extinguant? à me ipso dicam: accipe si placuerit, quia aqua putei operosa non est, neque cursu, seu actione exercetur, & veluti mortua est: aqua vero fontis perpetuo cursu exercita, & veluti viua est: nam (vt obseruauit Ambrosius) *habet aqua motum pro indicio vite*; Quod itidem & charitati competit, quā si operosa non est, non viua sed mortua est; vndē tunc delectabilis, iucunda, ac Dei, hominumq; oculis grata est, cum inter proximos exercetur; ne autem sine Authore loqui erubescam; affero in meæ sententiæ confirmationem Magnum Gregorium, qui homilia 30. sic ait. *Nunquam est charitas otiosa, operatur etenim magna si est; si vero operari renuit, charitas non est*; Quod fortassis sponsus sponsam edocere voluit saltem secundum Damiani mentem, cum illam ad operandum hortabatur dicens, Cant. in cap. 4. *Surge amica mea, & veni, quæ sponsi verba sic interpretatur, expliq; catque Damianus: Veni sponsa mea, & noli otioso torpore lentescere; sed surge, & operare, hoc est, exempla virtutum proximis extrinsecus præbe, & operibus eos adiuua, quoad poteris; quibus verbis clare ostendit Damianus, tamdiu sibi Deū in Ecclesiæ amore, & charitate maximè complacere, quamdiu operatur, & quamdiu inter fratres exercetur; in actuali exercitio, & executione inter fratres charitas erat, quando præteriēs Iesus vidit duos fratres mittentes rete in mare, ideo stetit, & in illa sibi per quam maximè complacens dicit. Venite, &c.*

*Habet aqua motum pro indicio vite, ex Ambro. 30.*

*Charitas nū quā vacat ab opere, ex Gre gor. hom. 30.*

*Cantic. 4.*

*Damian. ibi.*

A CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Ambulans Iesus vidit duos fratres.*

### ANNOTATIO III.

*Omnis Ecclesiæ pulchritudo à charitate.*

B **D**ui Clementis Alexandrini est præsens assertum; qui explicans illa Dominica verba, Ioannis 13. In hoc cognoscunt omnes, quod discipuli mei estis; si charitatem habueritis ad inuidem. Inter multa huic argumento congrua, sic ait; *Id in quo Ecclesia apparet, Clemens A pulchra fraterna charitas est*; Vt tamen lex ad cap. 13 latius rem pertractemus, aliqua sacræ Scripturæ loca sunt nobis necessario discutienda, & illum in primis Cantorum in cap. 7. vbi loquens sponsus cum sponsa, seu Christus cum Ecclesia (vt fert multorum Patrum opinio) sic ait: *Quam pulchra es, & quam decora carissima in deliciis tuis.*

Dubitat Theodoreus de sponsi commendatione circa sponsæ pulchritudinem, cum coaluerit ipsa ex gentibus, suorum sacrificiorum fumo super carbones denigrata; vt Threnorum in cap. 4. loquitur Hieremias, dicens. *Factes eius denigrata super carbones; Vnde igitur adeò pulchra, adeòq; suavis facta Ecclesia est, vt à sponso Christo tantis, tamque mirificis verbis de pulchritudine commendetur* (ait præcitatius Pater) qui statim dubitationem tollens, subiungit dicens. *Decore, & pulchra redditæ est Ecclesia in gentibus olim feda, postquam in charitate Christi cœpit deliciari.*

Vt autem Theodoreti mens patet, pensanda sunt illius postrema verba: *Postquam in charitate Christi cœpit deliciari: Alludūt enim ad communem adolescentularum morem, & inge-*

*Disquisitus verba Theodoreti.*

Puerarum  
mos, & inge-  
niū ad nouā  
Christi spō-  
sam accom-  
modatum.

ingenium, quæ dum non curant de nuptiis, neque de sponsis; neque simul A curant de corporis venustate, neque de vultus specie, ac decore. *No trā de andar galanas, nt de parecer hermosas;* At vbi primum tempus nubendi aduenit, & ab sponsis videri gestiunt, ac delectantur, apprimè se se, ac venustè componunt, vultui suauissima applicant vnguenta, vt pulchræ apparet, ac decoræ: Dum igitur Ecclesia de nuptiis non egit, dum sponsum suum Christum ex vultu non nouit, nec de corporis venustate, neque de pulchritudine, seu de coloris suauitate curavit, denigrataq; facie incedebat; at vbi primum in charitate Christi cœpit delictari; statim sibi applicuit suauissimum illud vnguentum de quo superius egimus, & quo adeò pulchra, adeò decora, ac suavis facta est, vt concupierit Rex speciem eius: ab hoc igitur vnguento, quo delibuta est, tota eius pulchritudo est: vndē optimè Alexandrinus Clemens: *Id in quo Ecclesia apparet pulchra fraterna charitas est.* Quod si queras, quando hæc Ecclesiæ pulchritudo apparere incepit primo, & quando ipsa in sui sponsi amore cœpit deliciari, suauique hoc vnguento inungi? Respondeo, quod cum sponsus illam querens iuxtaque mare Galilææ deambulans *Vidit duos fratres:* tunc namque in eius charitate cœpit deliciari, illiq; pulcherrima apparere.

Optimè etiam probabis præsens assertum; si cum patribus dispungeris locum alterum eiusdem Canticorum libri in cap. 6. qui de Ecclesia militanti ab omnibus ferè exponitur; & præcipue à Gregorio hom. 8. in Ezechielè, à Beda, à Cassiodoro, & à Iusto Virgiliano ad hunc Canticorum locum, vbi loquens Christus cum Ecclesia, eiusque demirans pulchritudinem, sic ait. *Pulchra es amica mea, suavis, & de- cora sicut Hierusalem, terribilis, ut castrorum acies ordinata.* Pungit locus; quæ

namque similitudo, seu conuenientia reperitur, inter cuiusdam pueræ de corem, pulchritudinem, ac coloris suauitatem, & fortissimi cuiusdam exercitus horrorem, sauitiā, & armorum strepitū, vt sancta Christi Ecclesia ideo suavis, & decora dicatur, quia castrorum aciebus assimilatur? quod si ideo ob terrilitatem exercitiū similis dicitur; quomodo vt Hierusalē suavis ab sponso prædicatur, quæ pacis visio interpretatur? quid ne similitudinis habet; pacifica quædam ciuitas, ædificiis apprimè fabricatis composta, latis plateis distributa, & vndiq; viridariis circūcincta, cum exercitu, in quo nihil aliud præter armorum, cymbalorumque strepitū auribus percipitur: quod si hæc omnia adeò sunt inter se dissidentia, quid est, quod de ea dēmet Ecclesia dicit Christus, quod ideo pulchra sit, & suavis, quia vt castrorum acies terribilis? Disquisit, ac dispungit locum Author glosæ, & ait, in aliquibus castris vnum tantum ad considerandum reperiri; in aliquibus verò duo in castris namque gētilium, ac barbarorum solū ferocitas, & armorum strepitus reperitur (vt præfatus Author obseruat) at in castris Christianorum, & si idem reperitur armorum strepitus, est insuper in eis aliquid, quod delectet; fraternitas nempe militum, & unitas animorum, qua sub Christi vexillo pro propaganda, & tuenda fide vnanimiter decertat: vndē si ab armorum strepitū habent, quod terribilia videantur, ex vnanimi fraternitate pulchra sunt, & decora; quibus ideo propriissimè assimilatur Ecclesia, quæ ab insuperabili fortitudine habet, quod hæreticis, & barbaris sit terribilis, & à fraterna charitate ac vnanimi consensu, quo Martyres inuesti pro Christi fide prælitantur, habet, quod pulchra sit, & suavis: appono præcitatæ Authoris verba. *Castrorum acies ordinata.* (inquit) Remanorum terribilia erat, sed non pulchra, non suavia; quia totum

Disconueni-  
re videtur  
comparatio  
castrorū cū  
Ecclesia,

Theodor. vbi  
supra.

Fraterna  
charitas vn-  
guentū, quo  
delibuta Ec-  
clesia pul-  
chra redditā  
est.

Clemens A-  
lexand.

Ecclesiæ pul-  
chritudo in  
cepit in Pe-  
tro, & in An-  
drea.

Locus capi-  
tis 6. Canti-  
corū de Eccle-  
sia interpre-  
tatio, à Gre-  
gorio, à Be-  
da, à Cassio-  
doro, & à Ju-  
sto Virgili-  
no.

Disquisitur  
locus Canti-  
corum.

C

D

mun-

Dispungit  
locus Can-  
ticorū z. Au-  
thore glosæ  
ordinatio.

In quo dis-  
fertant Chri-  
stianorum  
exercitus ab  
exercitu ia-  
fidelium.

A fraterna  
charitate ha-  
bet Ecclesia,  
vt sicut Hie-  
rusalem su-  
avis, & à Mat-  
tyram con-  
stantia, vt ty-  
rannis sit ve-  
ribilis, & pul-  
chra, ex v-

*mundum premebant, sed charitatem non habebant; in Ecclesia autem terror suavitatem non auferet; quia per unitatem fraternalis dilectionis compacta decora est, & suavis sicut Hierusalem; quae visio pacis interpretatur. Ecce à fraterna charitate militantis Ecclesiae pulchritudo, & decor.*

*Illustratur eadē doctrina de Ecclesiā pulchritudine à charitate, ex loco Exod. 28.*

Illustrare amplius poteris præsentis asserti doctrinam, si cum venerabili Beda expenderis locum illum Exodi 28. vbi post reliqua omnia Sacerdotis paramenta, iussit Dominus apponi catenulas duas ex auro purissimo conflatas, quibus Sacerdotales vestes comprimerentur, eiusque corpori adaptarentur. Facies (inquit Dominus) in rationali catenas sibi inuicem coherentes ex auro purissimo, & duos annulos aureos, quos pones in utraque rationalis summitate, catenasque aureas iunges annulis, &c. Comprimebant igitur catenulæ illæ dux super impositæ reliquis paramentis, & adaptabant corpori Sacerdotis vestes illas pretiosas, quæ, & si pretiosissimæ erant, tamen non tam venustum, nec tam pulchrū reddebant Sacerdotis corpus disolutæ, & vagæ, quām illis aureis catenulæ religatæ; erant itaque catenulæ illæ omnibus aliis Sacerdotis paramentis venustati, & decori; ait igitur Beda, per duas illas catenas charitatem adūbrari, quæ duplex est, in Deum scilicet, & in proximum, & minus, quam inter duos, exerceri non potest; à qua mystica Ecclesiæ corporis omnis prouenit pulchritudo, & decor, & sine qua reliqua virtutum ornamenta, nec venusta esse possunt, nec gratiosa, vt

*1. Corint. cap. 13. Apostolus attestatur dicens. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem nō habeā, factus sum sicut as sonans, aut cymbalum tintinniens; & si habuero prophetiā, & noverim mysteria omnia, & omnē scientiā; & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum, &c. Quæ ibi habet Apo-*

*Glossa ordin. ad cap. 6. Cātatem non auferet; quia per unitatem frat-*

*stolus, quibus ostendit, à charitate habere virtutes reliquias valorē, pulchritudinem, & gratiam: & sine illa virtutum ornamenta, mystico Ecclesiæ corpori non adaptari, neq; ipsum venustum, & pulchrum reddere vnde idem Apostolus ad Colossens. 3. can-*

*Paul. ad Co-los. cap. 3.*

*appellat; quasi innuens illam esse zonam, quæ perficit, & adaptat totum Ecclesiæ corpus, illique venustatem confert, ac decorem, dum reliquias virtutes astringit, & continet: audi vene-*

*B rabilem Bedam. Catena (inquit) ex auro purissimo, est continuatio veræ charitatis; duæ autem sunt catena, quia duplex est charitas, seu dilectio, Dei videlicet, & proximi: rectè autem charitas per catenulas aureas significatur, quia sicut catena ex pluribus auris virgulis contextur, ita charitas ex multis fariis virtutum operatione perficitur, ut ipsa reliquias virtutes perficiat.*

*Quod si eandem hanc de charitate doctrinam amplius volueris comprobare, expende cum Anselmo locū illum 3. Cant. Ferculum fecit sibi Salomon, &c. Media charitate construit, vbi*

*præfatus Pater, ait per reliqua, ex quibus ferculum fabricatum fuit, nempe aurum, argentum, &c. significari virtutes reliquias, quæ sunt Ecclesiæ ornamenti; ideoque Salomonis Thronum Ecclesiæ typū media fuisse charitate constratum, ut reliquis virtutibus esset ornamentum, & decor: Ideo*

*(inquit Anselmus) Christus Ecclesiæ ferculum media charitate construit, & ornauit, ut scilicet charitas omnibus reliquis virtutibus esset ornamentum, ut Apostolus ait ad Corint. scribens cap. 13. prima epistola: consonat Ambrosius ad caput Canticorum 3. vbi sic habet.*

*Charitas una est, qua reliquias virtutes informat.*

*Illustratur eadē de charitate doctrina ab Anselmo, ex loco Cant. 3.*

*Salomonis ferculi media charitate constratum Ecclesiæ typus.*

*D Charitas omniū virtutum ornamenti, & decor, ex Amb. ad cap. 3. Cantic.*

CIRCA EADEM SACRI  
contextus verba.

*Ambulans Iesus, iuxta mare Galilææ,  
vidit duos fratres.*

ANNOTATIO IV.

*Omnis Ecclesia fortitudo, & robur à  
charitate fraterna.*

Ecclesia in  
officio plu-  
rimorum Mar-  
tyrum.

Canticor. 7.  
Locus de  
Ecclesia in-  
terpretatus  
ab Amb. ora.  
de obitu Va-  
lent. à Theod.  
à Carpophor.  
& ab Vergili.  
ad eundem locum.

Dubitatur  
de loco, cō-  
tradictionē  
namq; vide-  
tur inuolu-  
re.

Secundū in  
quo dissentie-  
re videatur  
locus.

**C**omprobat asserti veritatē ipsa-  
met Ecclesia Mater, dum Marty-  
rum fortitudinem commendans læta  
canit. *Hac est vera fraternitas, quæ vin-  
cit mundi crimina inelita tenens Regna  
cælestia.* Sed & est locus quidam Can-  
ticorum in capite 7. quem si cum Pa-  
tribus dispunxeris, satis comprobabis  
intentum: *Quid videtis*, ait sponsus  
(idest Christus) *in Sulamitide*, id est in  
Ecclesia, nisi chorus castrorum? nam de  
Christo, & de Ecclesia (præter multos  
alios) locum istum intellexerunt Am-  
brosius oratione de obitu Valentiniani:  
Theodoreus, Philo, Carpophorus, &  
Iustus Virgilianus, ad eundem Can-  
ticorum locum: pungit tamen ipse,  
maximamque contradictionem eius  
verba inuoluere evidenter: Nam in pri-  
mis *Sulamitis pacifica* interpretatur,  
quomodo autem stare poterit propria  
nominis significatio, cum illa, in qua  
nihil nisi castra conspiciuntur? abhor-  
ret equidem pax ab armorum strepi-  
tu, & à militum armatorum multitu-  
dine, & sauitia.

Secundò repugnantiam inuoluere  
videtur loci verba in eo, quod dicunt  
nihil conspici in Ecclesia, nisi chorus  
castrorum; quæ enim conuenientia  
inter militum castra, & cætorum cho-  
rus reperitur, ut eis, & illis Ecclesiam  
similem esse dicat sponsus? cum can-  
tentum chori suauem efficiant, ac  
delectabilem concentum; castra vero  
horrendum strepitum?

**A** Dispungit optimè locum Laudu-  
nensis Ambrosius, & ait ideo Eccle-  
siam choris, & castris similem dici;  
*Quia laudes Cr. atoris canit, & acies ini-  
mitas repellit; Pacifica igitur, & tran-  
quilla, ac suauis Ecclesia dicitur, ex  
eo, quod sui sponsi Christi, suiq; Crea-  
toris encomia venustis, ac deuotis cä-  
tilenis continuò modulatur; & castris  
similis, quia contra hæreticos in se  
insurgent, strenue insurgit; eorumq;  
audaciam reprimit, & coeret.*

**B** Aliter dispungit locum Rupertus,  
sed non multum ab hac interpreta-  
tione dissentēs, aitque ideo Ecclesiā,  
& canentum choris, & pugnatiū  
castris similem dici, quia ut solent  
milites post partas victorias læti ca-  
nere, & Imperatoris sui strenuitatem,  
& valorem commendare; ita Ecclesię  
filii, post agones, & certamina strenue  
superata, Christi eorum ducis laudes  
intonant, & decantant: *Nihil in Ecle-  
sia reperitur* (ait præfatus Pater) *nisi ca-  
nentum castra, id est laudes, seu cantiones  
prælianum, id est, prælia laudantium,*  
*quod verè suauissimum est, & incundis-  
sum; laudando igitur Christum Ecclæ-  
sia chori contra hostes præliantur; & præ-  
liando castra laudant:* Ecce cur Eccle-  
sia, & pacifica, & castris, & choris si-  
milis dicitur; quia nimis patienter  
tolerādo, vincit, iuxta id, quod de suis  
militibus ipsamet testatur, dū canit:  
*Cedunt gladiis more bidentium*

*Non murmur resonat, nō querimonia,  
Sed corde tacito mens bene conscientia  
Conservat patientiam.*

**C**astris similis, quia contra hostes suos  
strenue consuevit dimicare, & choris  
denique, quia post partas victorias  
Christi sui Imperatoris, & ducis lau-  
des indesinenter persoluit.

At est in loco amplius aliquid,  
quod cum Theodoreto pensaretur:  
*Quod (nempè) non dicat sponsus assi-  
milari sponsam castris chororum, sed  
choris castrorum;* ita namque legit  
præfatus Pater; *Quid videtis in Sulamiti-*

Dispungit  
locus ab Am-  
bros. Landu-  
in sua Interl.

Ecclesia exer-  
citus simili-  
& chorus.

Aliud funda-  
mentū à quo  
habet Ecclæ-  
sia, ut chorus  
similis, &  
exercitus, ex  
Rupero.

Rup. ad hunc  
locum.

D. squiritur  
amplius Cä-  
ticorū locus  
à Theodore-  
to, & nouum  
in illo myste-  
rii aperitur.

*mitide, que venit sicut chori castrorum? & annectit, non sicut castra chororum: A Et mysterium adaperiens addit: Ex castris enim sunt chori, siquidem cum in castris vinctur à militibus strenuis, revertuntur ipsi canentes, & choros ducentes victorie preconium laudibus concelebrant: Quasi dicat Theodoreetus: Nō inuertuntur humiliissimi Ecclesiæ filii, in crudeles milites, & saeuissimos hostes; quin potius crudeles, ac saui milites, in humillimos, & pacificos Ecclesiæ filios multoties conuertuntur, qui Christo, pro sua conuersione, & pro communi inimicorum victoria, gratias continuò rependunt, quod sit veræ charitatis interuentu.*

Nunc ad intentum principale; vnde nempè habeat Ecclesia robur, & fortitudinem hanc, qua ita strenue contra suos impugnatores insurgit, à quibus quotidie gloriosas victorias cōsequitur, pro quibus suo duci Christo laudes persoluit? Accipe à Patre Gregorio ad cap.6. Canticorum: Elecotorum multitudinem, eo maligni spiritus perimescant, quo eos per mutuam charitatis concordiam, inter se vident unitos, & conglobatos: Ecce à mutua, seu fraterna charitate Ecclesiæ robur, quo suis hostibus fit terribilis, vt castrorum acies ordinata, audi denique Iustum Vrgelitanum non mediocris nominis Authorem: Ecclesia (inquit) ob mutuam charitatem castrorum chorus conuenienter dicitur; quid enim fortius? quid incundius? quid mutua charitate suauius?

### CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres.*

### ANNOTATIO V.

*Consona Ecclesiæ vnanimitas, & sua-*

*nis concordia à charitate frater- na.*

**P**ercurrimus annotatione antecedenti illam Ecclesiæ similitudinem, secundum quam ipsa ob fortitudinem, qua hæreticis resistit, militum castris comparatur; est nobis autem in hac præsenti discutiendum, cur musicorū choro suauiter canentium similis esse dicatur, quod facillimè patebit ex quodam Pauli loco epistolæ ad Romanos in cap.15. vbi sic ait Apostolus: **B**Dens autem patientia, & soluit det vobis id ipsum sapere in alterutrum; ut vnam vno ore honorificet Deum, siue, <sup>Grac. context  
ibid;</sup> glorificet, vt habet Græcus contextus; pondero Pauli verba, & inquirō, quomodo possibile sit, vt vno tantum ore Romani Deum honorificet multi <sup>Expendit  
Pauli locus</sup> cum sint, & vnumquisq; suum habeat os? dico igitur ibi assignati ab Apostolo fundatum similitudinis, quæ inter suauiter canentium chorū, & Ecclesiā reperitur; quemadmodum enim, vt suauem concentum faciant chori cantores, necesse est, vt conformiter voces mittant, vt neque unus alium antecedat, neque alias ab altero dissentiat, sed vt omnes ad archipsallieis mensuram accōmodetur, ita vt multi cum sint, vnam tantum faciant consonantiam, & vt ita conueniant, ac si omnes eorum voces vno tantū ore essent prolatæ, ita in Ecclesia mutua, seu fraterna charitas, ita modificat, & adunat omnium verè Christianorum actiones, vt quamquā sint à multis cordibus prouentæ, ita tamen conueniant, ac si ab uno tantū corde prouenirent; vnde etiam fit, vt in Dei laudibus proferendis, ita vniuersi conueniant, ac si illas vno tantū ore proferrent; idem enim omnes de Dei bonitate sentiunt, idem locutur, & id ipsum omnes vnamiter protestantur; quam vnamitem concordiam, mutuamque inter se animorum consentiē, & charitatem <sup>Paul. ad Ro.  
man. cap.15.</sup> suos.

suos Romanos habere exoptans, Deū deprecabatur dicens. Deus autem patiens, & solatii dedit vobis id ipsum sapere in alterutram, ut unanimes uno ore laudetis Deum: Ecce à mutua Christianorum unanimitate concentus, & Ecclesiæ suavis armonia; quemadmodum à cuiusdam chori vocum unanimi conuenientia omnis resultat suauitas, oblectamentum, & delectatio: cantabant equidem ad duo, hanc suauem cantilenam Petrus, & Andreas, idem volentes, idem sentientes; id est Christus ad se vocavit, illosque primos istius chori perfecit Magistros.

Est item & fundamentū aliud, à quo hæc inter canentiū chorū, & Ecclesiā similitudo proueniat, ob mutuam charitatem; quod nempè quemadmodum in choro ex æquali labor partitur. inter utrosque alternatis vocibus diuinæ laudes proferentes, ita ut ex una parte quiescant eorum quidam, dum quidam canunt, quibus finientibus, ex altera parte incipiunt alteri se se mutuò iuuantes: ita in Ecclesia ob mutuam, fraternalque charitatē cōtingit, qua mediāte, illud Pauli adimpletur. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, iuuantur enim adiuicem veri fideles, ut fratres.

Mutuò se iuuare Ecclesiæ filios facit fraternalcharitas, ex Paul. ad Galat. cap. 6.

Illustratur hæc doctrina loco Esai. in cap. 6.

Expenditur Prophætæ locus.

Greg. Mag. ad hunc locum.

citabant. A fraterna igitur, ac mutua charitate habet Ecclesia, quod hostiis sit terribilis, vt castrorum acies ordinata, & quod sit sicut suauiter canentium chorus delectabilis; quod patet in primis eius fundatoribus Petro, & Andrea, quorum fraterna charitas, qua se mutuò iuuabant, ita allexit Christi oculos, auditumq; recreauit, vt ad nihil aliud, præterquam ad ipsam attenderet, vt Euangeliista testatur, dum ait. Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ vidit duos fratres.

Petrus, & Andreas pri mi in Eccle sia fraternæ charitatis cultores.

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres mittentes re te in mare.*

## ANNOTATIO VI.

Veræ fraternalque charitatis proprium, labores, & premia communia facere, quod in duobus fratribus Petro, & Andrea optimè comprobatur.

E St locus optimus ad huius asserti primæ partis confirmationem lib. 3. Regum in cap. 6. vbi refert sacra pagina, iussisse Salomonem duos ex auro purissimo Cherubinos efformari decem cubitos habentes à summitate alæ vnius, vsque ad summitatem alæ alterius; Et opus erat in duobus Cherubinis (ait contextus Sacer) id est altitudo vnius Cherubini decem cubitorum, & similiter Cherub secundus, &c. Expendit locus Author glosæ ordinariæ, & omnes eius circumstantias, esse nempè duo Cherub: esse palmorum decem, & esse æqualis staturæ, seu corporis: aitque præfatus Author, ex iis tribus circumstantiis evidentissimè inferri veræ, fraternalque charitatis mysteriū, siue

3. Reg. cap. 6.

Expeditus locus Prophætæ.

In Cherubini's Templi Salomonis fratrem charitas designata, ex Author gloso ordinaria.

*Idem Author ibid.*

*Idem ibid.*  
veræ charitatis Scopus diuinæ legis obseruatio.

Illustratur asserti doctri na alio loco Dan. in cap. i.

Disquiritur locus à Gregorio Papa.

Optima cōpatatio, qua fraternæ charitatis effe cōtus declaratur.

sive effectum, ac munus: *Duo* (inquit) facti sunt Cherub propter consortium charitatis significandum, quia minus quam inter duos charitas stare non potest, unde discipuli bini ad prædicandum mituntur: Ecce fraternæ charitatis consortium; progreditur vterius idem Author, & ait. *Vnius mensure duo sunt Cherubini*, ut onus unanimiter portent: Ecce chatitatis effectus, labores nempe communes reddere; concludit tandem idem Author dicens. *Decem tandem sunt cubitorum, quia decem precepta decalogi in Dei, & proximi dilectione exercent*. Ecce veræ charitatis scopus, diuinæ scilicet legis obseruatio, & executio, ad quam tendit fraterna charitas, seu dilectio.

Ut alteram habeas eiusdem asserti probationem, disquire cum diuino Gregorio locum illum Danielis in cap. i. vbi agens Propheta de mysticis illis animalibꝫ, quæ totiū currus onus portabant, in quo Diuina maiestas incedebat, sic ait. *Manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus, & facies, & pennas per quatuor partes habebant*; Et tandem concludit dicens. *Iunctæ erant penne alterius ad alterum*: Disquiro hæc vltima Prophetæ verba: *Iunctæ erant penne alterius ad alterum*; & interrogō, ad quid se se mutuò alis iungebantur animalia? nonnè velociùs mouerentur, si soluti alis euolarent? Respondet Gregorius. *Iunctæ erant penne alterius ad alterum, tanquam qui fraterna charitate se mutuò iuuabant*. Alludit Gregorius ad illorum morem, qui pondus aliquod asportare contendentes, brachia connectunt adiuvicem, seu manus, vt sustineant æqualiter, & ne grauetur vñus plusquam alter; quod est veræ, fraternæque charitatis effectus, labores scilicet communes facere, æqualiterque cum sustinentibus sustinere.

Expendo tertio in eiusdem asser-

ti partis probationem locum illum Sophoniæ in cap. 3. vbi loquens Propheta de legis gratiae oneris suauitate, sic ait. *Seruient ei humero uno*. Id est, vnum tantum humerum submittent filii legis gratiæ ad legis iugum asportandum. Pungit locus: ex eo enim inferri videtur futuros esse legis gratiæ filios in Dei lege adimplenda, in eiusque executione pigros, ac desideres; qui enim alicuius rei onus desiderè, seu inuitè suscepit, vnum tantum applicat humerum; est namque vnum tantum humerum rei submittere signum inuitè, seu remissè portantis; nam qui cum gaudio, & desiderio sarcinam portat, etiam si leuis sit, vtrumque sarcinæ submittit humerum, vt securius portet, & facilius: testem laudo bonum Pastorem, qui leuem ouem super humeros gaudens *Luca 15.* imposuit, cum super vnum tantum asportare potuerit. Pungit igitur locus; dispungam tamen cum Patribus in primis cum 70. qui vertunt. *Seruient ei sub iugo uno*. Clarius, & ad C rem conuenientius Laudunensis Ambrosius. *Seruient ei vñito labore*: Ecce iam apparent fraternæ charitatis effectus, vñire nempe laborem, vt ab utroque æqualiter sustineatur. Conuenientius adhuc glosa altera apud Emmanuelem Saa ad hunc Sophoniæ locum: *Seruient unanimiter, metaphora desumpta à baiulis idem simul portantibus*.

Consonant ea, quæ ad illud Pauli ad Galatas 6. *Alter alterius onera lat. 6.* portare, & sic adimplebitis legē Christi, ait Aquinensis Doctor: Apostoli enim verbis hæc annexit. *Necessitati vñtuæ subueniendo*. Quid ergo efficiet vñusquisque Christianus alterius necessitati, vt suæ propriæ subueniendo: interrogō: Respondet D. Thomas. *Adimplebit legē Christi, que in mutua charitatis executione consistit*; ipse enim precepit dicens. *Hoc est præceptum meum*; *vt diligatis inuicem*.

Illustratur amplius iste veræ charitatis effectus ex loco Sophoniæ in cap. 3.

Pungit So. phonie locus

Dispungitur Sophoniæ locus.

70. versio ibi.

Emmanuele Saa ad eundem locum.

hunc Pauli locum.  
Iohann. 14.

Sophonie  
locus addu-  
ctus in laude  
vergit frater  
næ charita-  
tis.

In laudem igitur filiorum Ecclesiae, & in fraternali charitatis commendationem dixit Sophonias, seruant ei humero uno, id est, laborem aequaliter sustinebunt, ut vere fratres, applicans unusquisque humerum unum, ut simul onus portent, fraternali namque charitatis proprium est labores communes facere.

Confirmatur  
affert pars  
secunda, ex  
Psalm. 141.

Pergamus ad secundæ asserti partis comprobationem, quod nempe præmia, & honores communes faciat fraternali charitas: *Me expectat iusti donec retribuas mihi*, ait Regius Psaltes Psalm. 141. expendo Psalmi verba, & inquirio ad quid expectabant iusti, ut Deus Dauidi suorum laborum præmium retribueret? quid enim commodi illis proueniebat ex eo, quod suorum laborum præmium acciperet sanctus Rex, ut id ita audire expectarent? auget dubitati fundamentum 70. versio, quæ sic habet. *Coronabuntur iusti, cum retribueris mihi*: Quomodo namque coronari dicentur iusti aliena corona, cum ipse tantum coronatur, cui corona imponitur? dicimus ne fortassis, cum Imperator coronatur, omnes qui adsunt coronari? minimè quidem; quomodo ergo ait Regius Psaltes omnes iustos ad eius coronationem coronari?

Tollitur, &  
eueritur du-  
bitandi fun-  
damentum, ex  
loco Pauli.  
ad Timoth.  
cap. 4.

Vt dubium diluamus, & ex verbis Psalmistæ assertum comprobemus ad illud Pauli 2. ad Timoth. cap. 4. necesse est, ut recurramus. *Reposita est mihi corona iustitiae; non solum autem mihi, sed & his, qui diligunt aduentum eius*: Pondero, & expendo Pauli verba, & illud autem præsertim, & interrogo cur de se solo non agit Paulus, sed ubi primum de suorum laborum retributio- ne, corona, & præmio egit, statim dicit: *Non solum autem mihi, sed & his, qui diligunt aduentum eius*. Ac si diceret; ea conditione ago de laborum corona, ut non mihi tantum, sed & reliquis simul iustis tribuatur? Respōdet Signiniensis Bruno, dicens. *Incen-*

Disquiritur  
Pauli locus  
à Bruno  
Signiniensi.

*sa Pauli charitas omnes Dei seruos, simul cum ipso coronari exoptabat, & præmium eius cum fratribus communicare satagebat*; Reuertamur nunc ad Dauidica verba. *Coronabuntur iusti, cum retribueris mihi*: Quod idem est, ac si vbi supra. dixerit Regius Psaltes, ea est iustorum conditio, eaq; in proximos charitas, ut se coronari putent, cum me à te Domine, viderint coronari: communes itaque, si charitas fraternali labores facit, item & laborum præmia.

B In eiusdem doctrinæ confirmationem aureus est locus ille Ezechielis in cap. 14. vbi inter multa alia, quæ refert Propheta de Templo illo, quod sibi monstratum est, ait se vidisse in Templi pariete depictos Cherubinos, binos, & binos, inter utrosque palmā: *Palma (inquit) inter Cherub, & Cherub*: Expendit locum Martyr Bertarius, & in dubium vertit, cur vnicuique Cherubino sua non respondeat palma, sed una duobus; *Cur (inquit) singulis Che- rubinis singulae non apposita sunt palmae* Et statim respondens ait: *Quia utrisque communis victoria, palma communis*.

C Paucis perstrinxit Apostolus totius huius annotationis argumentum, cum 2. ad Corinthios cap. 1. dixit: *Sicut socii passionum estis, ita eritis & consolatiōnis*.

Ezech. 14.  
Disquiritur  
locus à Ber-  
tario in du-  
biis veteris  
testamētū-  
bio 88.

2. ad Corin-  
thios  
cap. 1.

## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

Ambulans Iesus iuxta mare Galilæa, vidi duos fratres, Simonem, qui vocatur Petruſſ & Andream fratrem eius mittentes rete in mare.

## ANNOTATIO VII.

Illustratur anteactæ annotationis do-  
ctrinæ

etrina, Petri, & Andreae exemplo  
validissimo.

In retis písca-  
tione frater-  
næ charitatis  
exercitium  
adumbratū:  
aliter, verò  
in hanc pi-  
scatione.

**I**n ter omnes actiones, & munera, quibus homines in huius vitæ curiculo exerceantur, nullum omnino est, in quo clarius, & evidenter, superius fraternæ charitatis effectus repræsentetur, quam in retis pescatione, in qua omnium communis est labor, & commune præmium; quod aliter in pescatione contingit, quæ homo fit; in ea enim unusquisque pescator solus intendit labori, & sibi soli applicat suæ pescationis prouentum: nullum admittens sui lucri participem, non itaque fraternalm respicit charitatem, sed lucrum: vnde non incongruè hanc pescationem diabolo applicat Abacuc suæ prophetiae in cap. I. dicens, *Totum in hanc sublevauit: Todo lo quiere para si el diablo*; Neque mirum, inuidus enim cum sit, fraternalm charitatem non nouit.

Aliter verò in retis pescatione contingit, in qua omnes æqualiter laborant, & omnes sui laboris fructum æqualiter participat, partitum æqualiter in ea onus est omnibus, omnibus est communе vestigial; vnde fit, ut veræ, fraternali symbolum: nō erubescā sine Authore loqui: nā D. Chrysostomus, siue Author operis Imperfecti in Matthæum ad hunc locum, considerans duos hos verè fratres mittentes rete in mare, obseruat non vacare unum, & alium laborare, sed unum,

Petrus, &  
Andreas, dū  
se se in retis  
pescatione  
exercet frater-  
næ charitatis  
veri cul-  
tores, ex Au-  
thore operis  
Imperfecti,  
ad c. 4. Matt.

Matth. 4.  
Cóptobatur  
assertum in  
primis in Pe-  
tro.

*Eran officii opere suam gratiam prophetantes, ac si diceret, in retis pescationis exercitio, in quo communis est labor, & commune præmium, indicabant suam gratiam, id est, fraternalm charitatem, quam habebant, & qua se mutuo diligebant: à qua ille. Etus Saluator vocavit illos, in illisque sibi benè complacuit, dixitque, venite post me faciā vos fieri pescatores hominū.*

*Quod sua pescatione indicauerint*

A duo hi fratres mutuam charitatem, quæ bona propria communia facere consuevit, paucis ostendo in Petro, latius verò in Andrea; cū præsens Euægeliū isti potius applicetur, quæ illi: cum aliquando Christus Dominus (vt refert Euangelista Ioannes) oves suas tradiderit Petro, cumq; totius Ecclesiæ instituerit gubernatorem, eiq; dixerit, *Sequere me*; vidisset Petrus Ioannem eius cõmilitonem; in quem tunc Dominus nullum beneficium conferbat; statim dixit. *Domine hic autem Ioann. 21*

B quid? Disquirit locum Chrysostomus; & inquirit cur Petrus antequa Christo gratias pro accepta mercede responderit, de Ioannis negotio egerit; & respondens ait. *Quia magna ei promiserat Dominus, & orbem terrarum commiserat, volens & Ioannem communicatorem accipere dixit: Domine hic autem quid?* Ac si dicat, minimè fert ardens, & fraterna charitas, quæ meo in pectori viget, ò Domine, vt beneficium, & honorem, quem in me confers, Ioanni etiam non communices; quæ Petri verba adamusim cohærent cum illis Pauli, quæ superius exposuimus.

C *Restat mihi corona Injustitia, non solum auctem mihi, sed & his, qui diligunt aduentum eius: Neque enim Paulus, neque Petrus, neque sancti reliqui, in quorum pectori viget charitas, sibi solis vera bona exoptat, sed illa communia facere desiderat, & cotendut; quod in sua retis pescatione præstendit Petrus, in qua, & labor communis est, & lucrum communis, quod obseruauit imperfectio- Author Imperfecti ubi supra.*

D *Quid referam de Andrea; qui (vt opinor) primus fuit, in quo Ecclesia in sui sponsi Christi charitate cœpit deliciari; hic namque Apostolus omnium primus fraternalm charitatem cœpit exercere, bonaque sua fratri suo Petro communicate; postquam enim Christum diligenter quesuit, de quo audierat à Magistro suo Baptista Ioanne*

Andreas A. postolus pri-  
num Ecclesie ornamen-  
tum, in quo ipsa deliciati-  
cœpit.

verum esse mundi Saluatorē, ipsumq; adinuenit summa statim cura conatus est, fratrem suū Petru ad illū adducere, vt tanti boni æquè, atque ipse particeps fieret, adinuentique thesauri gratiarum diuinitatis potiretur, vt ad hūc locum Rupertus obseruat dicens: *Vt qui socius fuerat desiderii, particeps fieret & gaudii. Inuenit primum fratrem suū Simonem, (ait Ioannes Euangelista, ) & dixit ei: inuenimus Messiam; & adduxit eum ad Iesum.* Multi sunt Patres in huius facti commendatione: in Andreæque in fratrem charitate commendanda. Statim adinuentum thesauram annuntianit fratri (inquit glosa) vbi annexit Beda: *Hoc fuit vera dilectione feruere, & fraternalia charitatis curam gerere.*

Solā equidem istiū sacri Apostoli charitatem puto sufficere, vt Ecclesia Christi sponsa, eius oculis pulchra fuerit, & gratissima: adduco in huius dicti confirmationem Interlinealis glosæ quædam verba, quæ habet super illa spōsi ad spōsam, Canticū 6.

*Quam pulchra es, & quam decora: Vbi annexit præfatæ glosæ Author Laudunensis Ambrosius: Dictis, ac factis, quibus aliis ad me querendū persuades: Quibus præhabitatis, sic dictum confirmo: Si ideo Ecclesia in oculis sui spōsi Christi, ideo pulchra est, quia dictis, ac factis persuadet ad illum venire, ipsumque sequi, cum iam monstratum sit hoc omnium primum fecisse Andream, dictis nempè, ac factis Petrum fratrem suum ad Iesum adducere: clare equidem patet primum, & præcipuum Ecclesiæ ornamentum, quo ipsa sponso suo, adeò pulchra visa fuit, accepisse ab Andrea: adinuenies huius veritatis probationem in ipso etiam istiū sanctissimi Apostoli nomine; nam Andreas virilis, seu decor interpretatur; & si vtrumque coniungas, facile intelliges accepisse Andream appellationem ab effectu: duo enim præcipua (vt visum est) in Eccle-*

sia facit fraterna charitas, & robur cōfert, & pulchritudinem, & quia hęc omnium primus sua eximia charitate sanctissimus hic Apostolus in Ecclesia habuit, ideo per antonomasiā Andreas dictus est, quasi prima Ecclesia fortitudo, ac pulchritudo prima: non illa (inquam pulchritudo, de qua ait Sapiens, Proverbiorum 31. *Fallax gratia, vana est pulchritudo: sed virilis decor à charitate proneniens, quæ tribulationum aquis nec extinguitur, nec retardatur, vt Ecclesiæ sponsus, qui multoties expertus est Cantic. in capite 8. attestatur dices: A quæ multæ non potuerunt extinguere charitatem: Hęc de beato Andrea hic dixisse sufficiat, de quo annotatione 12. aliqua iterum annotabimus; nunc autem ad sacri contextus seriem iterum reuertamur.*

Fraterna charitas vires cōfert Ecclesiæ, & pulchritudinem

Andreas primus Ecclesiæ ornementum, & fortitudo Prima.

Proverb. 31. Cantie. 8.

Rup. ad cap.  
Ioan. cap. i.

Andreas primus fraternalia charitatis, executor, ex glos. ad cap. Ioan. i. & ex Beda ibid.

Cantic. 6.

Interl. ibi.

Ioan. i.

Nominis Andreæ interpretatione.

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Venite post me, faciam vos fieri pescatores hominum.*

## ANNOTATIO VIII.

*Primus diuinæ gratiæ effectus immutare in melius illos, quos tangit.*

A Cutè pungit intellectum locus quidam Ezechieli in cap. 1. vbi agens Propheta de mysticis illis animalibus, quæ triumphale diuinæ Majestatis currum asportabant, primo ait. *Animalia ibant, & nō reuertebantur, cum incederent; & paucis interiectis, de eisdem ait, & animalia ibant, & reuertebantur, in similitudinem fulgoris coruscantis;* Pungens equidem contradic̄tio; si non reuertebantur, cum incederent, quomodo statim reuertebantur? Reuerti, & non reuerti manifestè proculdubio opponuntur; dessudant in consiliando loco Expositores; nego-

Ezech. 1. ibi.  
Pungit Propheta locus.

negotium tamen absoluit Theodore-tus, explicans primam loci partem: A Dispungitur locus à Theodo-reto.

*Non reuertebantur, cum incederent. Id est, (ait præcitus Pater.) Non flectebant se se ut huc, illuc vè ambularent: cum enim quatuor haberent facies, vultum flectere non indigebant, sed ad quamcumque partem ire vellent, illic iam vultum habebant versum, absque aliqua collorum conuersione:*

*Homo (ait Theodoretus) ad borealem partem incedens, si vult ad australē redire, necessario conuertitur unam tantum faciem sortitus, sed cui tot sunt numero facies, huic australē nihil est, sed ubiquecumque facies illius intuetur, & quo-cumque incedit, conuersione non indiget.*

Theodoreti loci expositiō literalis est.

Video Theodoreū locum dispunxisse, si ad literalem tantum sensum attendamus; at mysterium non tangit, ad quod præcipue attendere nobis est necessarium, cum sub literæ cortice inclusam habeat contextus Sacer dulcedinem degustandā: circa mysterium ergo, quod istis verbis cō-tinetur, quæ contradictionem inuoluere videntur, valde cruciantur nonnulli: Diuus Thomas i. par. quæst. 12. art. 1. his verbis: *Non reuertebantur, & reuertebantur ad beatorum, & Angelorum sortem alludere putat locum istum, quantum attinet ad beatificam visionem, quæ quoniam essentialiter eadem semper est, ideo dicitur non reuerti eorum oculos, sed semper eandem intueri; reuerti tamen aliquando dicitur secundum aliquas particulares reuelationes, & speciales; ita ut de beatis verè dici possit, quod nō reuertuntur, & quod reuertuntur; quod non reuertuntur ab obiecto beatifico, quod Deus est, & quod aliquando reuertuntur ad supradictas reuelationes.*

Altior tamen est dubii solutio, quā postulat cōcionandi methodus, vndē aliter nobis dispungendus est locus & ab ipso sacro contextu dubii est petenda solutio, qui sic habet: *Non reuerte-bantur, cum ambularent, & postea (pau-*

cis interiectis) ait, & animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris ibidem.

*coruscantis; Postea tandem assignans causam istiū reuersionis ait: Nā cum fieret vox supra firmamentū, quod erat supra caput eorum, stabant, & submittebant alas suas: A diuinæ igitur vocis imperio vocati reuertebantur, sed iam non vt animalia, sed vt fulgura. In similitudinē (inquit) fulguris coruscatis;*

Dispungitur locus, eiusq; mysteriū declaratur.

B Vndē si animalia ibant, & reuertebātur fulgura, nulla iam appetet contradic̄tio; cum de illis, quatenus animalia erant, dictum sint: Nēc reuertebantur, cū incederēt; & de illis quatenus à diuinæ vocis imperio in fulgura cōuer-sis dicatur, quod reuertebantur in similitudine fulguris coruscantis; quæ itaq; aëre agitata ibant, vbi primū sunt diuina voce vocata, ignita statim sunt, & inflammata, qui primus est diuinæ vocationis effectus; statim in melius immutare quos vocat, aërea ibant, at ignita reuertuntur; nam quos vanæ gloriæ aura infrigidat, diuinæ gratiæ feruor, vbi primū tāgit, statim inflamat; in aliosque viros immutat.

C Petri, & Andreæ exēplo hanc veritatem corroborat Hieronymus, dum locū illū Esaiæ 60 adducit, explicatq; de Synagogæ filiis per diuinā gratiam (Ecclesiæ tēpore) in melius immutatis. *Pro aere (inquit Dñs) afferam aurū, & pro ferro afferā argenti: ad quē locū sic habet Hieronymus. Promittitur hic Ecclesia ad fidē conuersę bonorum omniū augmentum, & in melius commutatio: sic Andrea, & Simoni pescatoribus pisciū irrationalium dicitur: Venite post me, faciā locum. vos fieri pescatores hominum.*

D Ingreditur Dominus in domū Zachei Luc. 19. & ait. *Hodie salus domū assertū Luca buit facta est, eo quod & ipse sit filius Abrahæ: expendo locum, & inquiero, quomodo Christus Dñs appellat Zachæū Abrahæ filiū, publicanus cū sit, & gentilis, ex præputio, & non ex circuncisione? Respōdet Theodoretus obiec̄tione, & ait; nō ex natura habuisse*

Immutavit in melius diuina gratia Petrū, & Andreā, ex Hieron. ad Esaiā locum.

Illustratue loco cap. 19.

Expenditū lucæ locus.

Zachēū, quod fuerit filius Abrahā; sed ex gratia, à qua vbi primū tactus fuit, statim fuit in aliū, à quo erat, immutatus: appono Patris verba. *Filia*: (inquit) *Abrahā non natura, sed gratia; antea enim nullam habebat ad Abram similitudinem.* Hęc Theodoretus: immutat itaque, & in melius conuertit diuina gratia omnes, quos tangit.

*Illustratur, & amplifica turas scribū ab Ambrosio, ex loco Ioan. cap. 4.*

Hausto diuinæ gratiæ poculo, in ciuitatem regreditur Samaritana mulier prædicatrix, quæ paulò ante venerat peccatrix; (vt Ambrosii verbis utar) vndē hęc tam subita in melius commutatio prouenerit, si quæreris? à diuina gratia, responderet Ambrosius; quæ nescit tarda molimina sed statim, ut ietigerit mentem docet, solumque tetigisse docuisse est, & in melius immutasse; tangit puerum Pastorem, & cytharadū facit; tangit Saulum persecutorem, & facit predicatorem. Hęc ferè omnia Ambrosius: componit Chrysostomus hęc Samaritanæ in melius conuersionem; cum Petri, & Andreæ vocatione, & utramq; primum diuinæ gratiæ effetum esse ait. *Sicut* (inquit) *Apostoli diuina gratia votati demiserunt retia, ita & bac hydriam, & Euangelistarum opus fecit.*

### CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Venite post me faciam vos fieri pescatores hominum.*

### ANNOTATIO IX.

*Nostris moribus, & ingenio sua Deus accommodat mandata, vt in illorum executione nullam reperiamus difficultatem, immo ablectamentum, & gaudium, illustratur assertum Apostolorum exemplo.*

*Theod. ad locum Luce.*

*Componitur Samaritanæ cōuersio, cū Petri, & Andreæ vocazione à Chrysost. ad caput Ioann. 4.*

**A** Vbet Dominus Moysi, vt vadat in Ægyptum populum sum à dura Pharaonis seruitute liberaturus, ipsumque debellaturus Pharaonem, & lanceæ, seu ensis loco, iubet armari illo, eodemq; baculo, quo vsq; tunc oues dirigebat, & minabatur, iure de hoc admiratur operis imperfetti Author apud Chrysostomum ad cap. Matthæi 4 & quasi ludens ait. *Moyses armatus baculo vadit in Ægyptum debellaturus Pharaonem, & populum ducturus: Iure* (inquam) miratur præfatus Author; nam conuenientius videretur ad negotiū: tā arduum peragendū quod in cederet armis accinctus, ducisque instrumentis insignitus, quām baculo, vilis, pauperisque Pastoris instrumento: optimè respondent Iudeus Phylō, & Ambrosius dicentes, idè sic statuisse, decreuissque Dominum; vt Moyses facilius, & libentius legationem acciperet, dum eodem baculo, quo vsque tunc vsus fuerat, vt oues regeret, ac à lupis defenderet, Dei populū à duriissimo Pharaonis imperio liberaret; & per desertum duceret, securè: *Sub Pastoris baculo tradidit Deus Moysi gubernationem populi, vt regendi disciplinam facilius induret*, ait Ambrosius epistola 4. quod itidem libro de vita Moysis testatur Phylon, dicens: *Voluit Dominus, quod prius præcesset gregibus, vt facilius hominum acciperet Principatum: Consonant item Origenis verba, quæ habet, dum illud Pauli ad Rom. 8. exponit; Quos D præsciuit, & prædestinavit, &c. Utitur* (inquit) *Deus tamquam optimus dispensator singulorum moribus, & ingenio, ad sua opera perficiend: sunt enim naturalia in nobis, veluti saltus quidam, ac motus ad opera maiora Dei adiutorio perficienda.*

**D** Iubet Deus Gedeomi, vt leuet manum ab opere, agriq; culturam demittat, vt fiat dux populi sui, liberetq; Israel à Madianitarum incursibus: *Vade (inquit) in hac fortitudine tua, libera-*

*Disquistur in eus. Exodi cap. 4.*

*Author operis Imperf. eti ad cap. 4. Matth.*

*Dispungitur locus Exodi à Philone, & ab Ambrosio*

*Amb. epist. 4. Philon lib. de vita Moysis.*

*Orig. ibi.*

*Ad Rom. c. 8.*

*Cap. 6.*

*Iudicum in*

*cap. 6.*

*Illustratur amplius asseretur, ex loco Iudicum in*

*berabis Israel de manu Madian, Iudicū  
6. rem difficilem iudicauit agricola,  
quæ sibi à Domino iniungebātur, &  
aggrederi recusauit negotiū, præmen-  
te tamen Deo, & urgente, signum pe-  
tit, & ait; Ponam hoc vellus in area; si  
ros in solo vellere fuerit, & in omni ter-  
ra siccitas, sciam quod per manum meam,  
sic ut locutus es, liberabis Israel: factumque*

*est ita, &c. Expendit locum Hierony-  
mus; & querit cur his potius signis,  
quam aliis voluerit Gedeonē de Dei  
mandato, & de prospero rei euentu  
certum fieri, curque Dominus ei li-  
benter eademmet signa, quæ postula-  
uit, concesserit; cum videretur conuenientiū, protentis aliis, ac signis suam  
potentiam ostendentibus, & indican-  
tibus vti, vt Gedeoni persuaderet  
quod volebat: Respondetque idem  
Pater, nullis aliis signis, id posse fieri  
conuenientiū, quam illis, quæ postu-  
lavit Gedeon, ut potè quæ illius vsui,  
& ingenio apta erant; nam agricola  
de pluuiia agere solet, & de ouibus, &  
velleribus: aitque Hieronymus. Con-  
uenientissimè Gedeon petiit, & Deus in  
his rebus signum exhibuit, quoniam hæc  
sunt, quæ tractat agricola; aream, vellus,  
pluuias conuenientes, aut disconuenientes  
segetibus.*

*Amplifica-  
tur assertum  
Ioannis loco  
cap. 4.*  
*Ibidem.  
Signi à Deo  
Gedeoni da-  
ti conuenien-  
tia.*  
*Auidè exoptabat Christus Domi-  
nus mulieris illius Samaritanæ, de  
qua superiùs egimus, conuersionem,  
vt suis illis mysticis verbis cap. 4. Euā-  
gelista Ioannes indicauit. Iesus autem  
fatigatus ex itinere sedebat sic supra fon-  
tem: Vbi primum autem mulier ad  
aquam hauriēdam accessit, cœpit sta-  
tim Dominus de aquis longum texe-  
re argumētum, vt diuinæ gratiæ effe-  
ctus commendaret. Dicens: *Omnis,*  
*qui biberit, ex hac aqua, sicut iterum, qui*  
*autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei,*  
*non sicut in aeternum; sed aqua, quam ego*  
*dabo ei, sicut in eo fons aquæ salientis in*  
*vitam aeternam: Ponderat locū Chry-  
softomus, & expendit quorsum Chri-  
stus Dominus tanta dixerit de aqua,**

*& cur aquæ potius similitudine, quam  
aliqua alia vsus fuerit, vt mulier gra-  
tiæ effectus indicaret, ipsamque ad  
meliorē vitæ rationem adduceret.  
Cur tam multa dixit Dominus de a-  
quo, & fonte? petit præfatus Pater, &  
respondens ait; Quia nulla esse poterat  
conuenientior disputatio cum muliere cir-  
ca aquam, & puto sum satagente: Ac si di-  
xerit: Accommodauit Christus Do-  
minus sermonem suum mulieris pro-  
pensioni, & intentui, vt illam faciliùs  
persuaderet, quod volebat.*

*B Anuntiat Angelus pastoribus à se-  
culis expectatam Redemptoris Nati-  
uitatem, & ait, Lucæ 2. Ecce Euange-  
lizo vobis gaudium magnum, quod erit  
omni populo, quia natus est vobis hodie  
Saluator mundi. Volens autem cœle-  
stis nuntius illos ad credendum indu-  
cere, & persuadere ad puerum bene-  
dictum querendum, & adorandum,  
annectit dicens. Et hoc vobis signum  
inuenietis, infantem pānis inuolutum, &  
positum in præsepio. Disquirit locum*

*C Landulphus Cartusianus, & inquirit;  
cur non dixerit Angelus pastoribus,  
Inuenietis Sapientiā Patris, aulā Regiam  
Dei, Angelorū plenā, & thesaurum divi-  
nitatis absconditum; Sed infantem, qui  
simplicitatem ostēdit, positum in præ-  
sepio; quod humilitatem innuit; &  
pannis inuolutum, quod præsefert  
paupertatem? & respondens ait, Ideo  
sic locutus est Angelus, quia Pastores erāt  
simplices, humiles, & pauperes; vnde ne  
timerent accedere, aut dubitarent credere,  
datum desuper illis est signum suis me-  
ribus conforme, infantia scilicet, humili-  
tatis, & paupertatis: Accōmodat itaq;  
Deus mandata sua hominum inge-  
niis, & propensionibus, vt nullam in  
earum executione experiantur diffi-  
cultatem, immò gaudium, & iucundi-  
tatem.*

*Vocat Dominus Petrum, & An-  
dreadm; Ut sedeant cum principibus, &  
solium glorie teneant, vt populorum sint  
Principes, ut sedeant indicantes, & ra-  
men*

*Gratiæ effe-  
ctus in aquæ  
motu desig-  
natus.  
Chrysost. ad  
cap. Ioan. 4.*

*Disquiritur  
Lucæ locus  
à Landul-  
pho Cartus.*

*In Dei man-  
datis exequē  
dis gaudium  
potius, quam  
labor expe-  
ritur.*

Psal 46.

Matthai.

Matthai 4.

*Quæ inter  
piscandi, &  
regendi arte  
conuenientia  
sit, ex Riccio  
ser. de S. An-  
drea.  
Chrysost. ad  
capit. Matt.*

men, nihil horum commemorans, tantum ait. *Venite post me, faciam vos affiri pescatores hominum; Quid conuenientiae (quæro) habet pescandi officium cum regnandi, & iudicandi munere, ut quos Christus ad homines iudicandos vocat, ad pescationem illos vocare perhibeat?* Optimè responderet Riccius sermone de S. Andrea, dicens; *Ideo sic locutus est Christus, ut artis similitudine delecati, discipulatu suo libenter colla submitterem;* Ad quem etiam locum optimè, & cum eneris Ioannes Chrysostomus causam eiusdem vocationis sub verbis præfatis assignans ait. *Quoniam pescabatur eos: Ac si diceret, factus est Christus pescator cum pescatoribus, & eodem modo, quo ipsi pisces capere consueuerunt, apposita scilicet hamo esca, quam pisces appetere nouerunt, & pescatus, & captus est ipsos: apposito scilicet pescationis munere, quo semper usi fuerat, & cum gaudio exercebant.* Optimè quidem ea enim Dei pietas est, atque clementia singularis, ut se se, suaque mandata nostris inclinationibus accommodet, ut absque appetitus contradictione, & cum suavitate, & gudio illa exercere possimus.

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*At illi continuò relictis retibus secuti sunt eum.*

## ANNOTATIO X.

*Celeriter ac propè obediendum est Dei mandatis; illustratur assertum Petri, & Andreae exemplo.*

**A** Deò plena mysteriis fuit visio illa, quam Ezechiel cap. 1. suæ prophetiæ se vidisse testatur, de quatuor illis animalibus, de quibus iam

multa dicta sunt, ut nemo mirum videri debeat, quod ad omnes virtutes corroborandas, & inculcandas, eorum utramur exemplo: antecedente annotatione, eorundem exemplo ostendimus illam in melius commutationem, quam diuina gratia facit in illis, quos tangit; in praesenti verò in eisdem comprobabimus quanta cum celeritate, & promptitudine debeat vniuersisque Dei mandatis obtemperare, illique obedire.

*Cum fieret vox super firmamentum, quod erat super capita eorum, stabant, & submittebant alas suas,* ait Propheta; postquam dixerat, quod volabant celeriter, & quod reuertebantur in similitudinem fulgoris coruscantis: Expendo Prophetæ verba, & inquirō, quomodo possibile esse potuit, quod cum tam veloci, & tam rapido cursu volarent, statim, & absque villa mora, audita Dei voce, alas submitterent, & starent? ut equus fræno obtemperet, & sifstat incursu, necessarium omnino est, ut ter, quaterè sessoris manu tenetur: at animalia ista, ubi primum fieret vox super firmamentum, statim, nullaque interposita mora, stabant, & submittebant alas: mira equidem celeritas, ac præptitudo ista videtur: Diluit Theodoreus dubitandi fundatum, dicens, non casu id fieri, sed mysterium continere; quemadmodum namque Dei præcepto, seu iussu adeò celeriter mouebantur; ita Dei iussui obtemperando sistebant promptè, & illicè submittebant alas, ubi primum illis imperatum erat; ut ostenderent, & edocerent quâta cum celeritate, & præptitudine sit Dei mandatis obtemperandū; appono Theodoreti verba: *Non temere (inquit) semouebant, sed ad uoem supernæ lassam mouebantur, & stabant.*

Vidit Esaias Seraphim duos sub Dei Throno, senas habentes alas; *Duo (inquit Propheta suæ prophetiæ in cap. 6.) Seraphim stabant super illa t sex*

*Animalia  
Ezech. cap. t.  
multum my-  
steriosa.*

*Maximū in  
illis obedien-  
tia exēplum.  
Ezech. t.*

*Exantantur  
Ezechielis  
verba de ani-  
malibus.*

*Theod. ad t.  
l. Ezech.*

*Esaiæ cap. 6.*

*sex alae vni, & sex alae alteri : Disquirit locum Lusitanus Hector, & inquirit, ad quid tot haberent alas, cum duas tantum, de more, habere sufficeret?*

*Cur Seraphim tot habuerint alas.*

*Subditus totus alas esse debet, ut in mandatis exequendis portius volare, quæ ambulare videatur ex Augu. ad hunc locum.*

*Agens Propheta Euangelicus de præpta, celerique obediētia, qua verbum carnem assumens Patris mandata erat executurum, sic ait suæ prophetæ in capite 53. *Voluntas Domini in manu eius dirigetur :* Disquiro Prophetam in usitatum loquendi modum, & inquiero quid conuenientiæ est voluntatis ad manum? velle Patrē Æternum in corde Christi, seu in anima Christi, si diceret Propheta, conuenientius loqui videretur: at *velle in manu*, dum dicit, impropiè loqui videtur, dispungit tamen locum Procopius, & ait; *Idem vult dicere Propheta, ac si dixisset; ipsam Christi manum futuram esse Æterni Patris exequenda voluntatis celerrimum instrumentum, tan- taque promptitudine illam executioni mandaturum fore, ut Patris præceptum, eiusque executio simul concurrant, quod enim in manu est, in actuali executione est.**

*Vt omnia quæ de præptitudine in Dei mandatis exequendis dicta sunt, Euāgelicis verbis & duobus istis fratribus accommodes (amicus concionator) expende cum Tito Episcopo, & cum Laudunensi Ambrosio, occasio-*

*nem, & tempus in quo à Christo vocati, illicè retia dimiserunt, & inse- cuti sunt vocatē : Mittentes reie in Matth. c. 4. Disquiritur horū verbo- rū enēsis à Tito, & à Laudunensi, Ambrosio.*

*A nem, & tempus in quo à Christo vocati, illicè retia dimiserunt, & inse- cuti sunt vocatē : Mittentes reie in Matth. c. 4. Disquiritur horū verbo- rū enēsis à Tito, & à Laudunensi, Ambrosio.*

*B Ac si dixerit; Ideò Christus Dominus vocationem, quousq; retia colligeret, non distulit, sed dum mittere inciperent, ut omnibus notum esset, quanta celeritate, & promptitudine executioni manda- bant, quod sibi fuerat imperatum: quod in eo precipue ostenderunt, quod non dixerunt: colligemus retia Domine, & statim sequemur te; sed statim relictis retibus secuti sunt eum : Vnde optimè ad locum Laudunensis Ambrosius: Perfe- cta obediētia sua imperfecta relinquit, ut obtemperet superiori p̄cipienti.*

*C C Andreas celeritate in Christi manda- to exequendo dicere possumus: *Vult Christus in manu Andreae,* Quia nem- pè fuerint eius manus, & pedes veloci- issima instrumenta Christi volunta- tis exequendæ; manus nempè statim ab opere cessando, & pedes iter arri- piendo: Totus itaque alatus fuit tam- quam verus obediens, qui manibus, pedibusque Christi mandata peregit.*

.....

*D CIRCA EADEM SACRI contextus verba.*

*At illi continuò relictis retibus secuti sunt eum.*

## ANNOTATIO XI.

*Non celeriter tantum, ac præpte Chri- stum vocatē insequi tenemur, sed perseueranter, & cautè, ut coronam gloriæ mereamur accipere.*

*Este*

*Esaia 53. Disquiritur in usitatu Propheta loquendi modus.*

*Procopius ad Esaiae locum.*

Eccles. c. s.

**E**sco firmus in via Domini, ( ait Ecclesiasticus , edocens vnumquemque fidelium in Deo sequendo perseuerantiam) quem locum in suo de exhortatione ad Martyrium adducens Cyprianus sic ait: *Insistendum est, & per-Martiyrum. seuerandum in via Domini, & in spiritualis gratiae consummatione, ut ad palma,*

*& coronam conueniatur: Quasi dixerit, Deficit corona si defecit in Christo sequendo perseueratio-*

Matth. 10.  
Expenditur  
Christi verba ab Aug.  
lib. de bono  
perseuerantia.

ripere, & in medio cursu sistere, cum corona illis solis debeatur, qui cursum consummantes ad brauim peruenient; unde si perseuerantia desit, proculdubio corona deficiet. Habet assertum hoc suae veritatis fulcimentum in ipsa infallibili veritate, quae dixit, Matth. 10. *Qui autem perseueraverit usque in finem, hic saluus erit: Expendit Augustinus Christi verba libro de bono perseuerantiae, & ait. Nonne multi Christum Dominum iam sequentur, cum ipse dixit, qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit? quomodo ergo illis tantum coronam promittit, qui usque in fine perseuerauerint? erit ne absque præmio, etiam ad tempus tantum, Christi sequela? ita quidem ( ait idem Pater) non enim sequelæ inceptioni, sed cursus consummationi corona debetur; informis enim, ac debilis virtus illa est, quae finit in cursu, & finem cursus non attingit; perficit itaque Christi sequentium coronam, & præmium parat in sequendo perseuerantia: audi in hanc sententiā aurea eiusdem Augustini verba: *Perseuerantia (inquit) informat meritum, remunerat pugnantem, coronat sequentem.**

Perseuerantia  
informata, re-  
munerata, &  
coronata, ex  
Aug. loco ci-  
tato.

Amplicatur  
eadē, de per-  
seuerantia,  
doctrina Pan-  
li loco 2. ad  
Timoth. c. 4.

Aureus mihi visus est ad hoc argumentum amplificandum Pauli locus ad Timothæu 2. cap. 4. ubi sic habet: *Cursum consummavi, fidem seruavi, in reliquo reposita est mihi corona iustitia: Multis aculeis pungit locus: dispun- gamus primum cum Ambrosio: expé- do ergo, cur non dixerit Apostolus, si bi coronam deberi, ex Apostolatus*

munere? aut saltem ex tot tantisque laboribus, quos propter Christi nomen iam sustinuerat; sed pro sui tā tum cursus consummatione? *Cursum (inquit) consummaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitia;* Optimè respōdet Ambrosius, & ait ita Paulum fuisse locutum; *Quia donec vita ista est, certamen non deerit, neque erit corona: nullus enim meretur, nisi postquam in finem perseuerauerit.* Ac si dicat mentē Pauli propalans: nemo sibi coronam securus adscribat, dum in cursu, & in sequela est; poterit enim à sequendo deficere, & ad præmium non accedere; idcirco nūquam de corona egi, nisi postquam cursum consummaui: nam perseuerantia informat meritum, remunerat pugnantem, coronat sequentem.

Pungit adhuc acrius Pauli locus, dum non misericordiæ coronam postulat, sed iustitiæ: nam expressè pugnare videtur cum illo Davidico: *Qui coronat te in misericordia, & miserationibus, Psalm. 102.* Quin & aduersus se ipsum pugnat hoc loco Paulus; nam ad Titum scribens ait cap. 3. *Non ex operibus iustitia, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit:* Ac si dicat, præmium, & coronā, quam Deus suis sectatoribus præbet, non equidem est iustitiæ iure consecuta, sed ex mera gratitudine concessa: quod si ita est, sibi ipsi contradicit Paulus, dum ex iustitia expostulat id, quod ex pura Dei misericordia confertur.

D Soluū supra posita Augustini verba dubitandi, euertuntque fundatum, perseuerantia remunerat sequentem, coronat pugnantem; quibus verbis innuere videtur Augustinus, vnicuique virtuti tradidisse Deum, cum se sequentibus in aliquo particulari concurrere, ipsosque in aliquo adiuuare, ne deficiat in sequela: fidei quod firmitas, spei, quod ad præmium impellat, charitati, quod alat; misericordiæ, quod fauacat; perseuerantiae tandem, quod

Dispungitur  
Pauli locus  
cū Ambrosio

Explicatur  
locus Am-  
brosi.

Aug. ubi sup.  
Adhuc pun-  
git Pauli lo-  
cus, & pug-  
nat cū loco  
Psalm. 102.  
& cum ipso-  
met Paulo  
ad Titū. c. 3.

Dispungatur  
Augustini  
verba

Concurrunt  
virtutes om-  
nes, cū iustis  
Christi se-  
quentibus.

quod coronet, vnde quamquam à fide  
sit incipere, ab spe progressum facere, A  
à charitate non deficere, & à miseri-  
cordia auxiliari; attamen cursum cō-  
summate tantum tribuit perseveran-  
tiæ, à qua usque ad ultimam vitæ pe-  
riodum Christum sequi accipimus,  
propter quod iusti coronatur est itaq;  
perseverantiae munus, & ad eā spectat  
ex munere coronam iustis præbere,  
vt sonant Augustini verba: *Persevera-  
tia remunerat sequentem, coronat pugna-  
tem;* Ideoque Paulus de iustitia, à per-  
severantia postulat coronari, dicens:  
*Cursum consummaui, restat mihi corona  
iustitiae,* idest ex iure me debet perse-  
verantia coronare; ad quam ex mu-  
nere spectat præmium, & coronam  
præbere eis, qui legitimè certantes  
usque in finem perseverant, de iusti-  
tia enim ab unoquoque exigi potest,  
vt faciat id, quod facere tenetur ex  
munere; non itaque à Christo petit  
Paulus ex iustitia coronam, sed à per-  
severantia; dicens *cursum consummaui,  
restat mihi corona iustitiae:* Nam Chri-  
stus ex misericordia coronat, vt ait  
Psalista, *qui coronat te misericordia,  
& miserationibus;* seu vt habet glosa,  
*qui coronat te effectibus suæ misericor-  
diae:* Perseverantia vero ex munere;  
ita vt iniustitiam faceret, si Christum  
usque ad mortem legitimè sequentes  
non coronaret.

Addiderim in verbis Pauli confir-  
mandis; non à perseverantia tantum;  
sed etiam ab ipso Christo Domino  
potuisse Apostolum coronam ex iu-  
stitia postulare, quod antequam osté-  
dam prius mihi cū Augustino dispu-  
gendus est locus ille Genesis 17. in  
quo Deus cum Abraham pactū fa-  
ciens dixit: *Statuam pactum meum in-  
ter me, & te, & inter semen tuum po-  
ste, in generationibus tuis fædere sem-  
perno,* ut sim Deus tuus, & semini tuo  
post te: Maximè de hoc euentu mira-  
tur Augustinus, & rationem querit,  
cur Deus se obligare voluerit ex pa-

*Perseverantia  
peculari est  
coronam pre-  
bere.*

*Paul. vbi  
supra.*

*Psal. 102.  
Glos. ibid.*

*Genes. 17.  
Disquisitur  
locus ab Au-  
gustin.*

eto Abrahamo, & eius posteris quod  
erit eorum Deus, & usque in æternū  
protector: nam nullo interueniente pa-  
cto, seu iuramento, Dominus, & pro-  
tector erat illorum, ac proinde eos  
protegere tenebatur: optimè respon-  
det præfatus Pater libro quæstionum  
ex Genesi; *Ut ad quod mouebatur ex  
gratia, supposito iuramento, ex iustitia te-  
netur.* Ac si dicat, ex mera Dei gra-  
tia, & misericordia fuit, quod fieret  
eorum Deus protector, ac Redemptor,  
nam per viscera misericordiae sua visita-  
uit nos oriens ex alto; Ideoque ad eius  
beneficia, & protectionem promeren-  
dam, & postulandam, ius nullum ha-  
bebant Abraham, & posteri eius: vo-  
luit igitur Deus se illis iuramento  
constringere, vt possint ex iustitia ab  
eo postulare illud, quod usque tunc  
tantum erat ex gratia.

*Lucus 1.*

Non aliter & nobiscum se gessit  
Christus, legem sanciuit Matth. 10. di-  
cens: *Qui perseverauerit usque in finem,  
huc saluus erit, sed, ad quid quæro Do-*

*C*mine legem saluandi instituis, cum ex  
pura misericordia, & non ex operibus  
iustitiae saluos nos facias? Respondet  
Augustinus; *Ut ad quod mouebatur ex  
gratia, supposita lege, ex iustitia tenetur;*  
benè ergo Paulus expectat coro-  
nam iustitiae, quæ ante legem latam in  
fauorem perseverantiae, erat ex mis-  
ericordia, & ex gratia: quam vt accipiat  
vñusquisque necesse est, vt firmiter in  
Christo sequendo persevereret.

*Deus sequen-  
dus, non an-  
tecedendus,  
ex Aug. ad  
Psal. 26. &  
ex loco Mat-  
thæi c. 16. &  
cap. 4.*

Adhuc plus exigit vera post Chri-  
stum sequela; non enim sufficit per-  
severanter Christum sequi, sed insu-  
per necesse est sequi, & non præsu-  
mere anteire; huius Catholicæ veri-  
tatis probationem intulit idem Au-  
gustinus, ex illis verbis Psal. 26. *Ad-  
hæsit anima mea post te:* Et ex illis eius-  
dem Christi Domini, Matthæi 16.  
*Si quis vult venire post me;* & ex præ-  
sentis Euangelii verbis: *Venite po-  
ste me, faciam vos fieri pescatores hominum:*  
*Necessæ est* ( inquit præfatus Pater ) *vt  
ille*

*Aug. li. qua-  
stionū ex Ge-  
nesi.*

*Lucus 1.*

*Cur Deus  
Abraham,  
& posteris  
eius se con-  
trixerit iura-  
mecto.*

*Cur petat  
Paulus coro-  
nam ex iusti-  
tia.*

*ille precedat, tu sequaris.* Cum iter faceret populus per desertum post mortem Moysis, ait contextus Sacer, quod iussit Iosue, ut Dei Arca antecederet populum spatio cubitorum milles: disquirit locum Ricardus de S. Victore ad caput Matthaei 16. & rationem, & causam inquirit, ob quam sic fieri iussit sanctus Dux, & respondit ad nostram instructionem id fuisse factum, aitque tanta verum Christianum in virtute proficientem fundari debere cordis humilitate, ut putet se, quam longissimè adhuc in sequendo à perfectione distare, quam exegit Christus per Arcam representatus: ideo Dominus Simoni, & Andreæ dixit. *Venite post me, non iuxta me, & omnibus clamat. Si quis vult venire post me.*

Quid autem doctrinale sit in eo, quod non conueniat, ut seruus Dominum antecedat, optimè ostendit Augustinus, explicans eademet Christi verba: *Si quis vult venire post me, Matthaei 16. Qui Deo vult aquari, aut ipsum antecedere, consilio suo vult ire, & ipsum non vult sequi;* Ait præfatus Pater, quid autem periculi sequatur ex eo, quod quis Deum vellet anteire, seu aquari; suo quidem damno expertus est Lucifer; quando dixit: *In cælū cōscendam, super astra Dei exaltabo solium meum; similis ero altissimo;* Esaie 14.

Non parum puto iuuabit hanc doctrinam strictius prosequi, & inquirere, quid damni proueniat illis, qui propriis operibus innixi Christum non solum non secuntur, sed anteire vaniloquè, & stultè præsumunt: quid igitur dani illis proueniat, si scire exoptas dicam breuiter, ad positam sibi beatitudinis metam nunquam deuenient; qui enim sui ducis vestigiis non incedit, quo ipse vadit, non peruenit; ad Patris Æterni beatitudinem iter facit Christus; ad illam ergo illi tantum peruenient, qui Christi vestigia sunt secuti; neque ipsum anteire conantes, neque ab eius exemplis discedentes: audi ca-

nentem Matrem Ecclesiam; & rationem reddentem, ob quam Martyres victores euaserunt, & gloriam possident. *Quia ( inquit ) Christi vestigia sunt secuti:* Confirmat hoc morale documentum contextus Sacer 4. Regū in cap. 22. vbi assignans rationem, & causam, ob quam Rex Iosias præcipita declinauerit, in quæ sui antecessores incederunt, sic ait. *Ambulauit per omnes vias David Patris sui, & non declinauit ad dexteram, neq; ad sinistram, vestigiis igitur David incedens, & non ipsum antecedens, adeptus est Iosias gloriam probi Regis: & Christi vestigiis post ipsum incedens adipisciatur verus fidelis gloriam summi Regis, ut primæ suæ epistolæ in cap. 2 attestatus est Petrus, dicens: *Christus pro nobis mortuus est, nobis relinques exemplum, ut sequamini vestigia eius.**

Ecclesia in officio pluri morū Matyrum.

4. Reg. c. 22.

1. Petr. cap. 2

## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*C Venite post me, faciam vos fieri pescatores hominum; at illi continuò relictis retibus secuti sunt eum.*

## ANNOTATIO XII.

*Comprobantur omnia ferè, quæ dicta sunt Andreæ exemplo: illustranturq; eius vocatione, vita, & morte.*

**O**ptime congruit in diuum Andream, ferè omnia, quæ circa Euangelicum contextum sunt annotata, si præcipue illustrantur illo sacræ Scripturæ loco libri 2. Regum cap. 2. vbi refert sacra pagina, quod cū duodecim Dauidis pueri, duodecim alios ex campo Abner acerrimè insequerentur sors tulerit, ut Hazaël velocissimus cursor curreret post Abner, & eius

Iosue exp. 3.  
Disquiritur  
locus à Ri-  
cardo ad cap.  
Matthæi 16.

Matthæi 4.  
Matthæi 16.

Matthæi 16.  
Aug. ibi.

Esaie 14.

Qui Deum  
vult anteire,  
nunquam ad  
beatitudinis  
metam per  
uenient.

<sup>a Reg. c. 2.</sup> eius vestigiis incedens, ipsum veloci-  
ter insequeretur : Porro Azael (inquit A contextus Sacer) *velocissimus cursor* sequebatur Abner, & non declinauit, neq; à dextris, neque à sinistris ; Pressus igitur Abner Azaelis vestigiis contorsit hastam, & transfodit ipsum, qui ibi statim mortuus est. *Percussit ergo eum Abner aduersa hasta, & transfodit, & mortuus est in eodem loco :* Id ipsum quod contigit Azaeli, in sequendo Abner, contigit Andreæ in sequendo Christo perseueranter ; eisdem suis vestigiis infecutus est Azael Abner, non declinans ad dexteram, neque ad sinistram; & eisdem vestigiis, quibus in terris Christus Dominus incessit, ipsum fecutus est Andreas, non declinans à dextris, neque à sinistris, hasta Abner transfoſſus mortuus est Azael; & hasta Crucis Christi affixus mortuus est Andreas ; qui igitur ad eandem, ad quam Christus Dominus metham deuenit, eisdem proculdubio vestigiis, & perseueranter ipsum fecutus est; quām autē strenuè, quāq; viriliter iuxta sui nominis significatū sanctus hic Christi Apostolus oppetuerit pro suo duce mortem, benē ostē des(amice concionatur) & illustrabis exemplo sancti Iacob Patriarchæ, de quo refert sacra pagina, Genesis 49. Quod adeò strenuè se in morte gesse- rit; vt ipsem, suum corpus ad mortē subeundam aptaret: *Finitis itaque mādatis: (Despues de auer. concluida su māda) collegit pedes suos super lectum, & obiit :* Admiratur Ambrosius libro de Iacob, & vita beata cap. 9. & ait. *Quis tam latus in flore adolescentia, quām iste in vitæ confinio?* Nunca jamas huuo moço, que paffasse la juuentud con tanto regozijo, y alegría, como la con que este santo Patriarca recibio la muerte ; Quod adhuc impensis considerauit Chrysostomus hom 57. in Genesim excla-

Letus mori-  
tar Andreas,  
& strenuè  
mortem ag-  
reditur.

Genes. 49.

Dispungitur  
locus ab Am-  
broſ. lib. de  
Iacob cap. 9.

Coryfost. ho.  
57. in Genes.

mans, & dicens. *O rem magno miraculo plenam! subteuant pedes in lectum, quasi cum voluptate rem aggrediens;* ac si dicat : *Tuno Iacob el morir por gusto, y la muerte por regalo.*

Cum aliquando in vitæ termino, mortisque effet confinio, quidam diui Bernardi frater ita latus transibat, vt omnes qui aderant, mirarentur; vocant Bernardum, vt rem miraculo plenam consideret, & admiratur ipse, ac sic successum narrans ait, tractatu de obitu fratris sui: *Accitus sum ego, ut illud miraculum viderem; exultarem sci- licet in morte hominem, & insultantem morti:*

Bernardus  
de obitu fra-  
tris sui.

Non immerito certè appellauit Bernardus hoc miraculosum fascinus, sed longè miraculosior fuit lātitia, ac gaudium, quo Beatus Andreas pro Christo subiuit tormentum Crucis, cui dulcia cantica dragnatis frequentans dixit ; *O Crux pretiosa, quæ decorem ex membris Domini suscepisti, à me diu desiderata, sollicitè amata, sine intermissione quaestita, & aliquando cupienti animo preparata; accipe me ab hominibus, & redde me Magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te me redemit.* Quæ igitur comparatio est inter Iacob, & Andreæ mortis lātitiam, cum moretur ille inter filios Patrem solantes, & moreretur iste inter tortores crucifigētes ? & quæ cōueniētia inter Bernardi fratrem, & Christi Apostolum morientem, cum moriatur ille inter fratribus manus solantium, & iste in potestate Ægeæ, & aliorum persequētiū? O virilis Ecclesiæ decor Andreas Apostolus ! o verus Azael, neque ad dexteram, neque ad sinistram declinans Christum sequens ! o plusquam Iacob in mortis confinio letus ! esto nobis in cursu comes, & in morte foliato, vt ad Christum accedere ad ipsumque valeamus peruenire. Amen.

I N  
CELEBRI INTEME-  
RATÆ SEMPERQ. VIRGI-  
NIS MARIÆ DEI MATRIS  
CONCEPTIONIS FESTO.

Euangelium ex capite I. Matthæi.

*Liber generationis Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham; Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob; Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius, &c. vñq; ibi: Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.*

OBSERVATIONES ALIQVOT LITERALES  
circa sacri contextus seriem.

*DE TITULO, SIVE INSCRIPTIONE, QVAM  
Euangelista Matthæus suo Euangelio apposuit.*

LIBER ( NEMPE ) GENERATIONIS IESV  
Christi filii Dauid, filii Abraham.

Dubius Euā-  
geliī Mat-  
thæi titulus.

**P**RIMVM quod circa presentis Euangeliī seriem se se discutiendum offert, titulus est, quem Euāgelista Matthæus suā huic historiā præfixit: ambiguū enim est quid nam significare voluerit Sacer Euangelista, cum Euangeliū suū *librum generationis Iesu Christi* appellauit, nam si idē fecit, quia primo hoc in capite Christi genealo-

A Obiicitur  
cōtra titulū. *giam refert, statim exurgit obiectio quædam; non esse nēmē conuenienter appositum totiū tractationis titulum, cum in ea Christi generatio parua quædam pars sit, respectu aliarum rerum, quæ in ipsa tractantur; unde non debuit liber totus à minori parte titulum, & inscriptionem for-*

B Solutio ob-  
iectio à diuō  
Thoma, & à  
Lyrano, & *Obiectio obuiāt diuus Thomas, Lyranus noster, & Carthusianus dicentes, accommodasse se se Euangelistam*

Cartusiano, ex Hebreorum more. listam Matthæum ad Hebreorū morem, apud quos suum scripsit Euā. A gelium, & quorum consuetudo erat libros suos à principio intitulare, idest ab ea re de qua in libri principio agebatur; vndē Moyses primum suū librum; *Librum Genesis*, idest, *generationis* appellauit, quia in eius principio agitur de generatione cœli, & terra, siue de eorum creatione; vndē cū Matthæus primo suæ tractationis in capite de humana Christi generatione egerit, non incongruè totam tractationem ab ea appellauit, dicens: *Liber generationis Iesu Christi*, &c. Secutus vtique Hebræorum morem.

Carpit Baradas, quia carpit prefatos partes, si ne fundamento.

Reicitur Barradas de titulo Matthæi Euāgeliī opinio.

Scio virum doctissimum, grauiſſimumque sacrae Scripturæ interpretē Sebastianum Barradas hunc Hebreorum morem inficiari, sed non video apud ipsum alium diuersum ab hoc; nam idem (paucis mutatis) est is, quæ assignat, vndē in meritō carpere mihi videtur prefatos Patres; neq; in eius venio opinionem, qua asserit, noluisse Matthæum hunc titulum *liber generationis Iesu Christi* toti sui Euāgeliī libro imponere, sed huic tantum capitī, in quo de Christi genealogia sermo erat; aliter enim absq; titulo maneret liber, quod maxima effet imperfectio, ambiguitasque; nam ex libri inscriptione, & titulo cognoscimus, quæ nam præcipua doctrina in ipso tractetur, & Euāgelistā Sacer nullum aliud suo Euāgilio titulum præfixit præter hunc, *liber generationis Iesu Christi*.

Apponit, & sequitur Chrysostomi opinio, circa titulū, quem Matthæus suo Euāgilio præfixit.

D. Chrysost. ad c. i. Matt.

Adhæro igitur diui Ioānis Chrysostomi sententiæ, & Euthymii, qui homilia 2. in Matthæum aiunt, idēt. Euāgelistam sic intitulasse suā tractationem, quia omnium gestorum Christi, & omnium bonorum caput, & radix est humana Christi generatio, eius ipsissima appono verba: *Librū (inquit) generationis vocat Matthæus; quia totius dispensationis caput, & ra-*

*dix, atque principium omnium nobis in hoc consistit bonorum, omni siquidem admiratione plenissimum est, & super spē, expectationemque mortalium, quod Deus homo factus est, quo adimpleto, illa omnia, quæ secuntur iuxta ordinem, & rationem consecuntur.*

*Vtrum ne quid impossibile agere ausus sit Euāgelistā Matthæus, dum Christi generationem incēpit enarrare, & de qua Christi generatione intelligendus sit libri titulus.*

B **Q** uod secundo se se discutiendū offert, illa dubitatio est, quam libro 1. commentariorū in Matthæum diuīs Hieronymus excitauit, dicens: *In Esaiā legimus, generationem eius quis enarrabit? non ergo putemus, Euāgelistā Prophetæ esse contrarium, ut quod ille impossibile dixit effatu, hic narrare incipiat.* Quād dubitationem, vt diluat idem Hieronymus, statim addit. *Quia ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnatione est dictum;* At ista tanti Patris solutio, si Matthæum absoluit, in Ioānem calumniam contorquet, qui à diuina verbi generatione sui Euāgeliī principium assumpsit dicens. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum:* Vltra quā, quod Hieronymus ipse aliis in locis, & ad caput Esaiæ 53. dicat Prophetæ locum. *Generationem eius quis enarrabit?* tam de diuina, quād de humana Christi generatione posse intellegi, vtraque enim ineffabilis cum sit:

C **D** ex quo videtur Euāgelistā Prophetæ esse contrarium, quamquam libri titulus de humana Christi generatione, & non de diuina intelligatur.

Vt omne dubitandi fundamentū euertamus, & sacrum Euāgelistam à calunnia temeritatis vendicemus, prius nobis discutiendum est, de qua nam Christi generatione intelligendus sit Esaiæ locus, & Euāgelistæ libri inscriptio, ac titulus,

Dubitatur de quanam Christi generatione hic titulus intelligatur.

D. Hiero. ad c. Mat. 1. locū Esai. c. 53 de humana Christi generatione intellegit.

Ioann. 1.

De vtraque Christi generatione intellegit idem Hiero. Esaiæ locum.

Discutitur de qua Christi generatione intelligendus sit Esaiæ locus, & Euāgeliī titulus.

de diuina intelligendum docet Hieronymus loco supra citato Esaiæ assertum Ambrosius apud Lyranum

**Opinio Hie** ad caput Matthæi primo hæc autem ronymi, & sunt Ambrosii verba. *Impossible est* Ambrosi.

Ambrosii *scire diuine generationis secretum; mens* verba. *defecit, vox scilicet, non mea tantum, sed*

*etiam Angelorum*: Author Interlinealis glosæ Laudunensis Ambrosius, de

vtraque Christi generatione, tam diuina scilicet, quā humana intelligē-

**Opinio Laudunensis, circa Esaiæ locū** dum putat Esaiæ assertum; sic enim habet ad hunc locum: *Diuinam, vel*

*humana, quam nemo ratione humana* comprehendit, vel deferit. At de huma-

Athanasii sententia cit ea Esaiæ lo- cū: quā habet lib. i. de ver bi incarna- tione. *lib. 1. de verbi Incarnatione; Hic (in- quid) qui natus est ex Virgine inenarrabilem habet, secundum carnem, generatio nem; non enim habet Patrem secundum carnem, cum ipse sit conceptus ex Virgine;* & *Spiritu sancto: vnde omnium Patriar charum texere seriem generationis possu mus; Christi non possumus.*

**Esaia c. 53.** Lyranus tandem propter antecedē

tia Esaiæ verba, *Quasi agnus corā ton dente obmutescet, & non aperiet os suum;* ibidem. & propter sequētia. *Qui abscissus est de*

Lycani sententia circa Esaiæ locū, quē de spirituali Christi generatione intelligit.

*terram viuentium; Quæ omnia ad Christi mortem, & passionem expectant, putat intelligendū esse Esaiæ locū de spirituali Christi filiorū generatione; quos crucis doloribus veluti parturiēs genuit, ac si dicat Esaias, Quis enarrabit Christi filiorum multitudinem, qui ab eo de terra viuentium absciso, vel ut ex semine, seu ex trūco pulularūt?* Appono Lyrani verba. *Videtur mibi (inquit) salvo meliori iudicio, quod melius expōnatur Esaiæ locū de spirituali Christi generatione per multiplicationem fidelium;* nam cum eterna filii generatione, non vi dentur habere aliquam cognitionem, qua antecedunt, & qua secuntur.

Nullo modo opponitur Esaiæ locus titulo p̄fentis Euangeliī.

De quacumq; tamen Christi gene ratione Esaiæ locus intelligatur, nunquam eius dictum opponitur huius libri titulo, aut Euangelistæ intentui,

qui fuit (vt clarè patet) enarrare Chri sti Domini ex parte Matris genera tionem, seu genealogiam recensendo Patriarchas, & Sacerdotes, ac Reges, à quibus Virgo Beata originem du xit: & esto quod hæc quoque Christi generatio ab humano intellectu sit incomprehensibilis, & inenarrabilis, adhuc est Euangelista à temeritatis criminē vindicandus; sicut & Euange lista Ioannes, qui etiam diuinā Christi generationem enarrans ait. *In princi-*

*pio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: Sumo rationem ex verbis Interlinealis glo sa, quæ ad locum Esaiæ sic habet; Ge*

*nerationem eius, tam diuinam, quam hu manam, quas nemo ratione humana com prehendit, vel differit: Item ex verbis Petri Apostolorum principis cap. 1.*

*sux 2. epistolæ; vbi sic ait: Spiritu sancti inspirati locuti sunt sancti Dei homines; Quamquam igitur inenarrabi*

*lis sit vtraque Christi generatio ab his, qui eas humana ratione vult compre hendere, & enarrare, vt volūt præfata glosa; id tamen satis Euangelistis non obstat, vt de eisdem non agerent, vt*

*pote qui non humana ratione ducti, sed ab Spiritu sancto inspirati, & edo*

*cti suas tractationes ediderunt: vndē patet ratio, causa, & fundamentū, quo ductus Euangelista Sacer humanam Christi generationis narrationē aus sus fuerit describere, & cur toti suæ narrationi hūc titulum præfixit, Liber generationis Iesa Christi.*

**D** Obiicies fortassis contra Euangeliū seriem dicens; non agi in ea de Christi generatione; vndē liber generationis Iesa Christi inscribi non debuit; nam hic Iosephi tantummodo generatio ponitur, à quo Christus genitus non est, solumq; dicitur fuisse Beatissimæ Virginis virum, idest sponsum; vndē Ioseph potius generatio, quām Beatissimæ Mariæ, & Christi Domini eius filii traditur, sicque potius inscribi debuit liber generationis Ioseph, quām liber

Matthæi mens, & in tentū in tra denda Chri sti genealo giae.

*Neq; Mat thæus, neq; Ioānes cau sandi sunt, quia de v traq; Christi generatione egereunt.*

*Glos. Interl ad cap. Esaiæ 53.*

*2. P tri c. 1.*

*Humana, vel diuina Christi generatio humanus declaratio posseunt, at diuinus possunt.*

*Obiicitur iterū contra Euangeliū Matthæi tū li inscrip tio nem.*

*ber generationis Iesu Christi.* Obiectio-  
nem tamen solues, si aduertas Beatissimam Virginem, & Iosephum, eiusdē esse familie, & Tribu, nempē de Tribu Iuda, & de familia David; vnde eadem enarratio progenitorum comprehendebat utrumque, Ioseph scilicet, & Mariam veram Christi Matrem, ac proinde & ipsum Christum: quod fuerit Ioseph de domo, & familia David, testatur expressè Lucas cap. 2. causas reddens, ob quam ex Cæsar's prescripto iuerit sanctus vir in ciuitatem Bethlehem ad offerendum vestigia:

*Lucas cap. 2.* *Eo quod esset de domo, & familia David;* Quod verè fuerit Beata Virgo ex eadem domo, & Tribu, aperto ore protestatur Ecclesia, dum in eius Natiuitate canit. *Natiuitas gloriose Virginis Mariae ex semine Abrahæ, orta de Tribu Iuda, clara ex stirpe David.*

*Esaia cap. 11.* Intelliges denique Christum Dominum, eiusque Beatissimam Matrem, ac eius putatium Patrem eiusdem fuisse Tribu ex illo Esaiae cap. 11. vaticinio: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet:* Vbi per virginem de radice Iesse egredientem, omnes simul Patres Beatam Virginem intellexerunt, & per florem Christum; cum ergo Euangelista dicat etiam Iosephum prouenire à Iesse Davidis Patre; liquidò cōstat, Christum Beatam Virginem, & Iosephum eiusdem fuisse Tribu, familie, ac dominus, sive eandem esse rem esse at auorum enarrationem, à potiori autem denominat Euangelista D eandem narrationem dicens: *Liber generationis Iesu Christi, filii David, filii Abraham.*

Obiicitur adhuc, & dices Virginem cognatam fuisse Elisabeth, vt patet ex verbis Angeli ad eandemmet Virginem Lucæ 1. *Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, &c.* Constat etiam ex eodem Lucæ capite, Elisabetham fuisse ex Tribu Leuitico: *uxor (inquit) illius de fi-*

*liabus Aarō, & nomine eius Elisabeth;* Unde liquidò constare videtur Beatam Virginem ex Tribu fuisse Leui, & sic nullam esse solutionem superius assignatam; vt diuus Augustinus obiectio nem diluat, dixit libro q. 83. q. 61. Beatam Virginem ex vtraq; Tribu Iuda scilicet, & Leui originem duxisse: at hæc solutio obiectiōnem nō diluit, nam si ex vtraque Tribu Maria originē duxit, Ioseph verò ex Tribu Iuda tantummodo, non benè tradit Euā gelista Christi originem per Virginis B sponsi Tribum.

Tenendum igitur cum Ecclesia est ex præcepto Sixti Quinti Pontificis maximi, tam Beatam Annam, quām Beatissimam Virginem eius filiam de Tribu fuisse Iuda: sic enim in festiuitate S. Annæ ait Ecclesia: *Anna Virginis Dei genetricis Mater Gaziri filia ex Tribu Iuda in Bethlehem oppido Iudeæ nata, Iosachimi fuit vxor, qui & ipse ex eadem Tribu Galileanus erat, ex Nazareth, ambo ex stirpe Regia, &c.* Ut autem ad verba Angeli: *Et ecce Elisabeth cognata tua, &c.* respōdeamus, dicemus fuisse equidē Elisabethā Virginis cognatā, sed nō ex eo, quod Beata Virgo fuerit ex Tribu Leui, sed quia potuit aliquis Beatissimæ Virginis progenitor vxorem ducere ex Tribu Leui, vel aliqua mulier ex Tribu Iuda alicui viro nubere, ex Tribu Leui: sic Augustinus in libro 83. quæstionum quæstione 61. Neque admittēda est Hippolyti Episcopi opinio, apud Nicephorum lib. 2. cap. 4. afferentis Beatam Annam fuisse Sacerdotis filiam, qui Matham appellabatur; nam hæc sententia aperte pugnat cū verbis sanctæ Matris Ecclesie superius iam adductis.

*An Beata Virgo Christi Saluatoris Mater, & Christus Dominus eius filius à Solis Indeis, an etiam à gentibus originem duxerint.*

*T*am à Iudeis, quām à gētibus duxisse originē Beatā Virginē, & ex

*Idem Etat gelista ibid.*  
*Beata Virgo tā ex Tribu Iuda, quā ex Tribu Leui orta, ex Au gustino, quæ respōsio dubitationē nō tollit.*

*Beata Anna, Beata Virgo eius filia, & Iosachimus virginis Pa ter, omnes de Tribu Iuda.*

*Luca 1.*

*Vnde Elisabeth Beatis simē Virginis cognata, ex Augu.lib. 83. quæstionib. quæst. 61.*

*Reicitur opinio Hippoli ti afferentis Beatā Virginē fuisse de Tribu Leui.*

Beata Virgo,  
& Christus  
Domin⁹ eius  
filius, tā à Iu-  
dæis, quā à  
gentilibus  
duxerunt o-  
riginem.

Duxisse à ge-  
tibus ostēdi-  
rūt ab Esaiā  
loco 16.

Per Petram  
deserti Ruth  
Moabitidē  
designata, ex  
Hiero. & ex  
Rupert.

Probatur ex  
Ambroſio,  
ad c. Luca 3.  
tā à getibus,  
quā à Iudæis  
virginē du-  
xisse Princi-  
pium.

Quod etiam ex quadam similitu-  
dine, & conuenientia ostendit Am-  
broſius ad caput Lucæ tertium, vbi  
ſic ait; *Quemadmodum ad edificandum*  
*Salomonicum Templum non Iudei ſolū;*  
*verum Ethnici quoque, & Tyrii operam*  
*contulerunt: ſic etiam ad extruendum di-*  
*uinitatis Templum, id est, corpus Christi,*  
*quod ipſe Ioannis 3. Templum vocat, non*  
*Israelitæ tantummodo, ſed gentes etiam*  
*conuenerunt; ratione enim congruum erat,*  
*ut qui gentibus ſalutem erat allaturus, ex*  
*gentibus etiam oriretur: A gentibus igi-  
tur, quemadmodum à Iudæis, originē*  
*duxit Beata Virgo, & ex consequenti*  
*Christus eius filius, per Ruth ſcilicet*  
*Moabitidem, & per Rahab meretri-  
cem.*

Cur Chi-  
ſtus Dñs, e-  
iusq; beatissi-  
ma Mater, à  
peccatricib⁹  
duxere prin-  
cipia.

Reſpondeatur  
ex Hierony-  
mo in initio  
ſtorū in Mat-  
thæu comen-  
tariorū.

consequenti Christum Dominū eius  
filiū luce meridiana clariū appetet, A  
non ſolū ex præſentis Euangeliſſe  
ſerie, ſed etiam ex multis aliis ſacræ  
Scripturæ locis: inter quæ præcipiuſ  
ille eſt Esaiæ 16. *Emitte agnum Domi-  
ne dominatorem terre de petra, deſerti ad*

*montem filię ſion: Vbi diuus Hiero-  
nymus, & Rupertus per agnum Do-  
minatorem Christum intelligunt, &  
per petram deſerti Ruth Moabitidē;  
& quamquam circa, id quod Esaias  
per petram deſerti intellexerit, variēt  
Patres, tamen omnes conueniunt in B  
hoc, quod expotulerit ibi Propheta ab  
Æterno Patre, ut mittat filium ſuum  
carnem ex quadam Moabitide ſum-  
pturum, ut intelligeremus Mefiaæ ſan-  
guinem, quo redempti ſumus, etiam à  
gentibus emanaffe.*

Ex quo non facilis statim dubita-  
tio exurgit, cur nempè æterna ſapien-  
tia diſpoſuerit, Beatissimam Virginem  
ipſiusmet puritatis Matrem, eiusque  
filium ſanctissimum originem ex mu-  
lieribus ducere peccatricibus, & pro-  
fanis, qualis fuit Rahab meretrix, &  
adultera Bersabeth. Rationem reddēs,  
ait Hieronymus in initio commenta-  
tiorum in Matthæu, dicens. *Vi qui*  
*pro peccatoribus venerat, de peccatoribus*

*nascens, omnium peccata deleret: Inſtan-  
tiam patitur diui Hieronymi respon-  
ſio; benè enim potuit Christus omniū  
peccata delere, absque eo, quod à mu-  
lieribus peccatricibus stirpem duce-  
ret, multorum enim peccata deleuit,*  
à quibus originem non duxit.

Optimè placet, mihi que maximè  
arridet sancti Epifcopi Brunonis re-  
ſponsio hom. de Beatissima Virginis  
Natiuitate; respicit enim Virginis, &  
Christi puritatem. Quarit ibi præfa-  
tus Pater, cur Euāgelista Sacer in tra-  
denda Christi, & Virginis eius matris  
genealogia, à Dauid peccatore in-  
cepit dicens. *Liber generationis Iesu*  
*Christi filii Dauid, &c. Et aliquas po-  
ſtea peccatrices mulieres intermife-  
rit, & cauſam assignans ait: *Incepit à*  
*Dauid peccatore, & mulieres peccatrices*  
*intermittit Euāgelista Matthæus in*  
*Virginis, Christique genealogia enarran-  
da; ne nos peccatorum lue inquinati vere-  
remur accedere ad tam purum Redēpto-  
rē, qui ex tam pura Matre naſcebat:**

C Ut igitur peccatoribus fiduciam da-  
ret in genealogia Saluatoris peccato-  
res intermisit, & à peccatore incœpit:  
Maximè equidem hæc iſtiūs Patris  
responſio Beatissimæ Virginis com-  
mendat puritatem, ideoque maximè  
etiam mihi arridet.

Hæc circa contextus ſeriem dixiſſe  
ſufficiat, qui plura defiderauerit le-  
gat diuum Hieronym. lib. 1. commen-  
tariorum in Matthæu; vbi multa  
reperiſſet ad ſacri contextus intelligē-  
tiam necessaria: ego namque pergo ad

D mores & ad Beatissimæ Virginis Cō-  
ceptionem ab omni labo immunem  
oſtendendam, ad quod eius auxilium  
imploro, ſupplexque deprecor, ut ipsa

Virgo ſacra ta à me, maximo pec-  
catore non dedignetur  
laudari.

Obiicitur  
contra Hiero-  
nymum.

Optima Bru-  
nouis. Respo-  
ſio, quæ in  
Christi, &  
Virginis co-  
mendatione  
vergit.

Ducit oxi-  
ginem Chri-  
ſitus ex pec-  
catoribus, vt  
illis fiduciā  
præbeat acce-  
dendi ad ip-  
ſum.

CIRCAILLA SACRI  
contextus verba.

Abraham genuit Isaac.

## ANNOTATIO I. MORALIS.

*Quod non adeò generosè egisset Christus cum Virgine Matre, atque egit cum nonnullis aliorum matribus, si ipsam à debito contrahendi originale peccatum immunem non fecisset, & quod expedierit ipsi sic cū Virgine facere, ac proinde fecerit.*

*Quod ostenditur petito illo à Philosophia fundamento.*

*Restituto habitu tollitur, & deletur priuatio.*

Verificatur,  
& illustratur  
Philosophi  
cū axioma,  
quodam  
exemplio.

Priuationis  
diffinitio.

Peccatum ori-  
ginale, quid  
sit ex Ansel.  
li. de B. Virg.  
Concept. c. 27

**C**erta, ac nota est apud Philosophos huius axiomatis doctrina, quæ hoc exemplo monstratur; cæcitate laborabat quis, restituit Deus illi visum, statim eo restituto in nihilum abiit cæcitas, qua antea premebatur, quæ cum non esset aliqua qualitas, sed quædam mera carentia, mirum non est, quod abierit in nihilum: patet ex priuationis definitione à Philosophis tradita. *Est (inquiunt) care-  
tia formæ in subiecto aptonato, & in tem-  
pore à natura constituto.*

Idem quod de priuatione dictū est, & de originali culpa etiam censendū esse docent Patres, & præcipue Anselmus libro de Virginis Beatissimæ Conceptione cap. 27. *Peccatum (in-  
quit) quod originale dico, nihil aliud in-  
telligere queo in infantibus, nisi nudita-  
tem debitæ iustitiae per inobedientiam Adæ, per quam omnes concipiuntur filii  
iræ: Exemplo res patescit. Erat quidā  
pretiosa veste indutus, exutus illa  
fuit; quæro, quid de nouo corpori  
istiùs aduenit? Aliqua ne qualitas fri-*

gida, an siccata? alba, aut nigra? minimè quidem; sed vna tantum externa denominatio: nā ab illa veste dicebatur *indutus*, & illa spoliatus dicitur, *nudi-  
dus*: quod si eadem iterum induatur, quid de nouo perdet, aut acquiret? illam solùm proculdubio externam denominationem amittet, a qua *nudi-  
dus* dicebatur; & acquiret aliam, à qua dicetur vestitus; idipsum Adæ primo parenti contigit in anima, quod homini induit, & postea à veste spoliato cōtingere solet in corpore: Erat nāq;

B quadam pretiosa gratiæ veste eius anima à Deo induita, quam *Originalem  
gratiæ* appellamus, quæ nihil aliud erat, quam *conformitas quædam*, ac *re-  
ctitudo voluntatis ad intellectum*, quā Deus Adæ tribuerat, ac suis posteris: amisit ipse, amisimus & omnes: cum hac ergo amissione, & carentia originalis iustitiae nascimur omnes, cū qua omnes nascetur, si primi nostri parentes non amisissent: quæro nūc, erit ne Deo possibile, quod aliquis concipiatur cum hac originali iustitia? quis dubitat; si Deus voluerit de nouo hoc in illum beneficium conferre, sicut primò in primos parentes contulit, cū creavit: æquè enim nunc potens est, atque tunc erat; iniuriam ne alicui faciet, vel aliquam vim inferet naturæ, si alicui conferat? minimè quidem; nā nihil aliud faciet, præterquam quod restituere illi personæ, cui voluerit, illam originalis iustitiae formam, seu concreare simul cum illa illam gratiæ, a qua in primo paréte fuerat spoliata, absque eo, quod indè aliquod damnū naturæ proueniat, immo commodum; siquidem, vt visum est, *priuatio nihil est*. Si namque hanc tollere carentia naturæ repugnaret, æquè repugnaret in Adamo, atque in qualicunque nostrum; & etiam repugnaret illam in Baptismo tollere; in quo in omnibus tollitur, qui baptizantur, per potentia Dei ordinariam.

D *Tollitur in  
Baptismoper  
potentiæ Dei  
ordinatiā  
priuatio gra-  
tia.*

*Quod igitur Deus omnibus dum bapti-*

Probatur  
exēpto cul-  
pā originale  
nihil aliud  
esse, quā pri-  
uationem.

Quid sit iu-  
stitia origi-  
nalis.

Omnis na-  
scimur, cum  
caementia ori-  
ginalis iusti-  
tiae.

Beneficium,  
quod omnibus in bap-  
tismo con-  
ceditur, con-  
cessum fuit  
Beatae Virgi-  
ni in sua Co-  
ceptione.

Eua efforma-  
ta cū gratia  
cōcreata cur  
non Maria?

*Luca 1.*  
Gabr. Biel  
ser. 1. de Vir-  
gin. Concep.

Expenditū  
verba Bielis.

*Matth. 1.*

baptizantur concedit, id ipsum Beatisimae Virginis Matri sue in Coceptio- ne concedere potuit, & de facto ( vt rationi consentaneum videtur ) concessit: quæ ( si quia filia Adæ erat ) hanc gratiam tunc tenebatur amittere, ve- lut melius dicam, absque illa omnino concepi; quia tamen Authoris gratiæ Mater futura erat, hoc ab eo beneficium expediuit accipere, & ( vt piè existimamus ) accepit: Neque Deo ex- pediebat, meliorem, & gratiorem Matrem nobis efformare, quam sibi;

Eua efformauit cum hac gratia; igi- tur & Maria efformauit cum illa.

Roboremus hanc rationem aliquibus sacræ Scripturæ locis, ac Patrum sanctorum, dictisq; accipiamusq; pri- mum ab Angeli ore, Verbi incarnationem Virginis nūtiantis: *Inuenisti enim gratiam apud eum*, inquit *Lucæ 1.* pē- sitat Angelica verba Doctissimus Biel:

& inquirit, cur non dixerit Angelus: *Adepta es gratiam*; seu *accepisti gra- tiam*; sed notanter ait. *Innenisti*: Cur ( inquit Biel ) non dixit *accepisti*, vel *C*

*adepta es*? sed *inuenisti*? Et statim my- sterium adaperiens ait; *Vt significaret equidem, quod sola Maria fuit, quæ illa gratiam inuenit, quam perdiderat Protoplaustus*; Circa quæ verba, quero, & interrogo, quæ nam fuit illa gratia, quam perdidit Protoplaustus? non poteris non respondere. *Concreatam*; seu *originalem*. Si igitur Beata Virgo illa gratiam adinuenit, quam perdiuerat prima paterens, gratiam proculdubio concreatam, seu originalem inuenit: quod idem est atq; esse cum illa gra- tia efformata, cum qua Adamus con- creatus fuit, & quam perdidit.

Obseruat Signiniensis Bruno funda- mentū, & causam, qua ductus Eu- gelista Sacer Christi, & Virginis ge- nerationem incœperit ab Isaac, cum potius ab Abraham initium sumere potuisse, dicens: *Thare genuit Abrahā, Abraham autem genuit Isaac*; Et obser- uat etiam, cur Angelus Gabriel volēs

sedare perturbatum Virginis animū, id Elisabethæ prægnantis exemplo fegerit dicens, *Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, quia nō erit impossibile apud Deū omne verbum*; Et infert ex utroq; loco sanctus Episcopus, idè sic ab Spiritu sancto ordinatum fuisse, vt animos

præpararet ad credendum posse Deū Matrem suam Virginem in conceptu, & in partu conseruare, sicut potuit Isaac, & Baptiste Matres steriles cum essent fæcundas facere; ex quo sic ar- gumentatur idem Pater; *Nunquid Bruno Sign.  
serm. hom. de  
virg. Natuvi.  
Æquè Deo  
possibile, Vir-  
ginē in par-  
tu conserua-  
re, atq; steri-  
le fæcūdam  
facere, & a-  
què illi pos-  
sibile Virgi-  
nem à culpa  
originali im-  
munē face-  
re, atq; ipsam  
in partu Vir-  
ginē conser-  
vare.*

*Gabriel benè conuinceret, & federet per-  
turbatum Virginis animum ex eius di-  
ctis; sterilitatis exemplo; si non æquè Deo  
possibile foret concipientem, & parientem  
Virginem seruare, atque fertilem reddere  
sterilem? sed Matrem suam ab originali  
culpa immunem facere æquè potuit, atq;  
potuit Virginem conseruare; ergo si non  
fecit, non ita generosè cum sua propria  
matre egit, atque cum matre Isaac, & Ioā-  
nis Baptista: Nam ex dictis iam con-  
stat, æquè possibile esse Deo Virginē  
immunem à culpa originali seruare,  
atq; sterilem fæcundam reddere; con-  
cludit tandem idem Pater dicens; *Qui  
igitur potuit, & voluit Matrem Isaac,  
Samuelis, & sui præcursoris, steriles cum  
essent fæcundas facere, potuit que, & vo-  
luit suam ipsius Matrem, à culpa origi-  
nali immunem reddere, quod fortassis  
voluit Euangelista innuere, cum de Chri-  
sto, & de Maria acturus, à coceptu Isaac  
ex sterili narrationem incœpit.**

Respondebit fortassis aliquis ne- minem negare Deum Beatissimam Virginē ab originali culpa liberasse, id tamen tempore conuenienti fecisse; in primo scilicet, post eius Conceptionis instanti ipsam copiosissimo gratiæ influxu sanctificando, & adim- plendo, & ita copioso, vt copiosior fue- rit omnibus influxibus gratiæ, quibus Deus omnes alios sanctos sanctifica- uit, & adimpleuit: vt fert Bernardi opinio epistola 175. quæ est ad Eccle- siam

*Aliquidū ad  
dicta respon-  
sio.*

*In Beatissi-  
ma Virgine  
copiosiora  
tiæ influxus,  
quæ in san-  
ctis reliquis,  
ex Bern. epist.  
175.*

siam Laudunensem, vbi sic habet.  
Ego puto, quod copiosior sanctificationis A benedictio in Mariam descenderit, quæ ipsius non solum sanctificaret ortum; sed vitam ab omni deinceps peccato custodiaret immunem; quod nemini alteri in natis quidem mulierum creditur esse donatum:

*Supradicta responso, nimis pigrum Deum facit, & parum sui honoris zelotypum.*  
Hæc Bernardus: At hæc responsio admodum pigrum Deum facit, siquidem ex eo, quod ad vnum instans non acre rauerit, Virginem Matrem suam peccati originalis labe coquinari permisit, parumque sui, & suæ Matris honoris zelotypum, cum sit ipse maximè, quod sequenti obseruatione ostendit idem Signiniensis Bruno eadem homilia de virginis Nativitate.

Obseruat præfatus Pater verba illa Angelii ad Zachariam Baptiste Ioannis patrem, quibus illi supplicium intimauit, quo à Domino ob incredulitatem damnabatur; *Eris tamen, & non poteris loqui, usque in diem, quo haec fiat:*

*De duobus dubitat Bruno, ad hom. eadē, circa verba Angeli ad Zachariā, de qualitate scilicet, & de dilectione supplicii.*  
dubitatur circa hanc verba, & circa hunc euentum Pater citatus: primo de qualitate supplicii secundo de illius ad nouem usq; menses prorogatione, à tempore scilicet Conceptionis Baptiste, usque ad eius circumcisio nem, in qua pueris nomen imponebatur: *Cur Deus (inquit Bruno) exprimenda vocis impedimento potius, quam aliquo alio supplicio eius incredulitatem puni? & cur ante Ioannis conceptionem, usque dum nascatur, & circumcidetur, non ad signum veritatis promissa, de qua dubius inquirebat per aliquot dies affutari priuare sufficeret?* Soluit autem dubitationem utramque dicens: *& certè si in hoc supplicium video, etiam mysterium suspicor, ut scilicet taciturnitate patris, filii excellentia commendetur;* Obscura equidem sunt Brunonis verba; non enim intelligitur quomodo ex Zachariæ taciturnitate, & lingue impedimento, Baptiste eius filii excellentia commendetur: est ne excellentia filii, quod à muto Patre nascatur? minimè quidem; quomodo ergo ait præ-

fatus Pater ex patris loquendi impedimento accrescere filii excellētiam? hec est, quod pungit: dispungam si potuerit: futurus erat Ioannes Christi vox, ut ipse postea testatus est dicens: *Ego vox clamantis, &c.* Ne aliquid autem ab homine habere videretur vox illa, quæ Dei vox futura erat, permittit, & vult Dominus ipse, vt à patre tacente, & ad loquaciam perpedito Joannes sit, à quo impossibile erat ad loquendum instrui, vt manifestè appareat, quidquid Joannes promiserit diuinū esse, ita equidem est Deus sui honoris zelotypus, & suorum.

*Ioan. cap. 1.**Deus sui honoris maximum zelotypus.*

Nunc ad rem; omnes has temporis anticipationes præmisit Deus, ne eius vox in aliquo vox hominis videretur, & nō acceleraret vnum temporis instans, vt subueniret Matri, ne in peccati originalis labem rueret, cum ex eo occasionem præberet, vt diceretur in illius se viscera ingressum, in quæ eo priùs culpa ingressa fuerat: hoc certè existimare rationi consentaneum non est, sed potius piè credendum, omnes difficultates superasse filium; vt Matrem suam ab originalis culpa labore immunem redderet; sicut *Genes. 21.* sterilitatem Saræ admouit, vt Isaac conciperet, & pareret.

*Augmetatur ex conuenientia, & à fortio.*

C Ex altera adhuc conuenientia, & Infertur Vir Christi honoris zelotypiæ rationale, id ipsum de Virginis Intemerata purissima Conceptione infero; petoque à diuino Apostolo Paulo rationem, & causam, ob quam Christus Dñs tot labores, tot ignominia, tot verbera, ac tormenta pati, & subire voluerit, vt mundum redimeret, cum sufficientissimè, per vnum tantum pœnale opus id facere posset: & ad quid per totum suę vitę tempus gloriam suę diuinitatis, ne in corpus redundaret, perpetuo miraculo retardauerit: scio non posse Paulum non respondere, ideo fecisse Christum, *Vt haberemus Pontificem, qui possit competi infirmitatibus nostris tentatum per omnia.* Ad Heb. 4.

*Inquiritur cur Christus tot voluerit subire tormenta, cum qualemque eius opus pœnale sufficiens fuerit ad redimendum.**vel*

*Ad Hebr. 4. D. Tho. lect. Syriacus contextus.* vel ut ad locum habet diuus Thomas: Expertum omnia per experientiam, quæ ab eterno nouerat per simplicem notitiam.

Quibus Pauli verbis annexit hæc Syriacus contextus: *Sicut & nos*; ita ut efficiat locus hunc sensum, vt haberemus Pontificem, qui possit compati infirmitatibus nostris, expertus in seipso omnes dolores, & omnia tormenta, quæ homines patiuntur, vt eis facilius compateretur; nemo enim facilius compatitur, quām qui patitur:

*Nō ignara malis miseris succurrere disco* (dixit Dido Regina apud externum;) Ideò itaque Christus Dominus, *verè languores nostros omnes in se ipso iulit,*

*& dolores nostros in se ipse portauit*, (vt cap. 53. suæ prophetiæ Esaïas testatur) vt haberemus Redemptorem consummatissimum; quamquam enim consummatissimus esset ex se; voluit tamen laborum tollerantia consummari, ne quis temerè fortassis dicere auderet, aliquid illi, ad consummatissimi Redemptoris titulum possidendum defuisse, nempè laborum tollerantiam: & quia si gloriam suæ sacramissimæ animæ in corpus redundare permetteret; hos labores non patetur; ideò per totum suæ vitæ tempus (semel excepto) cohibuit: quo obseruato, sic meam rationem compono.

Adeò fuit Christus Dominus sui honoris zelotypus, vt ne leuissimam occasionem daret, vt aliquis diceret aliquid illi defuisse ad consummatissimi Redemptoris gloriam, nomenq; obtinendum, & omnia, quæ poterat, non faceret, vt Matrem suam sanctissimam ab originali culpa immunem reddebet; ex quo sibi possent obiicere parū fideles, nō esse omni ex parte purum, vt potè, qui à Matre peccati labe coquinata ortus fuerit? Absit hoc cogitare, immò piè credere, nō à sola peccati labe immunem Beatissimam Virginem fuisse, sed & ab illius debito contrahendo, vt sermone de Assumptione Petrus Damianus testatur di-

cens, *Caro Virginis ex Adamo assumpta maculas Ad e non admisit.*

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Isaac autem genuit Iacob.*

## ANNOTATIO II.

Quod diminueret Deus aliquo modo aliquid de solita sua prouidentiæ præventione, si Beatissimam Virginem Matrem suam ab originali culpe labe immunem non faceret.

Ostenditur sumpto fundamento, à cap. 8. Sapientiæ.

Attingit à fine, vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.

**D**IUS Bernardus lib. de gratia, & libero arbitrio sic Sapientiæ locum exponit; *A fine vsque ad finem, id est, ab ortu creatura, vsque ad finem destinatum à Creatore; siue in quem urget natura; siue quem accelerat causa; siue quem concedit diuina gratia;* Circa quæ Bernardi verba, illud præcipue conuenit obseruare, verbū nempè illud, *Ab ortu intelligendum esse de primo illo temporis instanti, in quo humanū corpus anima informatur; quod id est, atque dicere sollicitari diuinam prouidentiā circa hominem à fine sui non esse, vsque ad finē sui esse; si enim illud Ab ortu, de die, quo homo in lucem prodit tātummodo intelligatur, sequitur non esse diuinæ prouidentiæ sollicitudini, & curæ vitam, vt conservationem nostram per totum illud tempus, quod mediat ab animatione, vsque ad vniuersicunque Natiuitatē; quod Catholicorum nemo audebit afferere.*

Quo

*Qui patitur facilimè cō- patitur.*

*Virgi. Aeneas dum 1. Esaïas 53.*

*Omnia tor- menta in se ipso experi- rivoluit Chri- stus, vt con- summatissim⁹ esset Rede- ptor.*

*Beata Virgo ab Adæ pec- cato immu- nis, ex Dam. fer. de Assum- ptio.*

Bern. lib. de gratia. & li- bero arbitrii.

Quo pacto intellegenda sunt Bernardi verba, de ortu vniuersi cuiusq; no- stri.

Soli, itatur  
diuina p.  
videntia cie-  
ca vñquæ p.  
nostrum ab  
animatione,  
vñq; ad finē,  
& quomodo

Quo supposito, indubitanter te-  
nendum est solicitari diuinam prouiden-  
tiam circa quandam, quem diuina  
gratia ad Summum Pontificatum  
(verbi gratia) destinauit à die suæ ani-  
mationis, vsque ad diem suæ Natiui-  
tatis, & non quomodocumq; sed  
vigilanter, seruando illum à periculis  
omnibus, & talibus qualitatibus ipsū  
donando, quales necessariæ sunt, vt  
talis euadat, qualem oportet esse, qui  
ad tantum munus est à diuina gratia  
præelectus: aliter enim frustrarentur  
aliquæ diuinæ gratiæ præordinatio-  
nes, Diuinæ prouidentiæ incuria;  
quod absit dici, vel cogitari à quoquā,  
sed firmiter asseuerare cū Bernardo,  
quod fortiter, & suauiter omnia dispo-  
nat Diuina prouidentia ad opus emo-  
litum à diuina gratia.

Nulla diu-  
ne gratiæ  
præordina-  
tio frustariat  
incuria di-  
uinæ prou-  
identiæ.

Non potest  
Deo esse suæ  
perspicacia  
prænaticator  
ex Tert. lib.  
de paenit.

Vidit Deus,  
& prouidit  
in Virginis  
Conceptio-  
ne, quid re-  
quirebatur  
ad tantæ Ma-  
tris dignita-  
tem.

Quod si per impossibile Deus in  
aliquo posset deficere, in hoc deficere  
eius prouidentia videretur, si Matrem  
nempè suam ab originalis culpe labi  
immunem non faceret; siquidem non  
prouideret illam, quæ à diuina gratia  
destinata erat in Matrem Dei tali pu-  
ritate donare, qualem ad tam ineffa-  
bilem dignitatem prærequititur; sed  
cum i. vt loquitur Tertulianus lib. de  
penitentia) in omnibus Deus sufficiat,  
nec possit esse suæ perspicacia prænaticato-  
r. Dicendum est, vidisse in hoc eu-  
etu, & prouidisse: vidisse, nempè, puellā  
illam, quæ concipiebatur futuram fo-  
re Matrem suam, & prouidisse ne il-  
lam lex peccati comprehendenderet; sed  
quod à culpæ labi immunis concipe-  
retur; sic enim decebat talem habere  
Matrem filium tantum: vidisse illam  
esse futuram libertatis mediaticem,  
& prouidisse liberam esse à captiuitate  
peccati: vidisse ipsam ab æterno es-  
se à diuina gratia destinata in gazo-  
philium, in quo deponendum per  
nouem mēsium spatium, & asseruan-  
dum esset vestigial, quo debitum Adæ  
soluendū erat, & prouidisse, vt in eadē  
non augeretur debitum persoluendū.

Hanc Dei in rebus contuenientem  
A prouidentiæ inculcat Petrus Chryso-  
logus sermone 91. dum obseruat, di-  
latasse Dominum Baptistæ cōceptio-  
nem, vsque ad longæuam ipsius paré-  
tum senectutem: de quibus ait con-  
textus Sacer, Lucæ 1. *Quod ambo pro-  
cesserant in diebus suis, ad quæ Euani-  
gelistæ verba, sic ait præfatus Pater:*  
*Elisabeth partus non ablatus est, sed di-  
latatus, mundabatur enim longo tempore  
sanctitatis hospitium, &c.* Ac si dicat,  
non ea intentione, ac mente Deus  
B Baptistæ conceptionem per tam lon-  
gum tempus distulit, vt eius parenti-  
bus hoc beneficium denegaret; sed quia  
præuidit, totum illud tempus neces-  
satium esse, vt Elisabeth venter à car-  
nis concupiscentiis mundaretur, in  
quo consciendi erat vir adeò pu-  
rus, & sanctus. Sed fortassis quæres,  
impossibile ne fuisse Deo illos con-  
fortes breui temporis interuallo ab  
omni concupiscentia carnis immunes  
reddere: an cur longo tempore mun-  
dabat? Respondeo minimè Deo im-  
possibile id esse, nam difficilior res est  
vnum peccatorem iustificari, & tamē  
fit à Deo in instanti; *Nesit enim tarda  
molimina spiritus sancti gratia,* (vt  
Ambrosii verbis vtar) longo tamen  
tempore voluisse, quod Elisabeth vi-  
scera mundarentur, vt apud omnes  
nota esset diuinæ prouidentiæ solici-  
tudo, & cura, in disponendo, & præpa-  
rando ea, quæ à diuina gratia ordinā-  
tur quod notum nobis non esset, si in  
instanti mundarentur, & castificaren-  
tur sancti Präcursoris parentes: adeò  
enim Deus est suæ prouidentiæ zelo-  
typus: ex quo inferri potest, quanta  
temporis anticipatione egerit diuina  
prouidentia de Mariæ Conceptione  
castificāda, & à culpæ labi liberanda,  
quæ Deum conceptura erat, & pari-  
tura: vidit itaque ab æterno illam ad  
quantum esset munus destinata, & ab  
æterno prouidit, vt esset à culpæ labi  
redempta, seu, vt melius dicam, præ-  
redem-

*Lucæ 1.*

*Petr. Chryso-  
log. serm. 91.*

*Obiectio cō-  
tra Chryso-  
lagi dictum.*

*Ambr. ad ca.  
Ioan. 4.*

*Cur longo  
tempore præpa-  
ratus sit vite,  
rus Elisabet,  
vt Ioannem  
conciperet.*

*Ab æterno  
prouidit Deo  
que condu-  
cebat ad suæ  
Matris puti-  
tatem.*

redempta: non enim est Deus suæ perspicaciæ præuaricator, sed videt, & A prouidet.

Poterit quis fortassis respondere, vidisse Deum tempori conuenienti, & prouidisse, atque ita non fuisse suæ perspicaciæ præuaricatorem; nam si Baptistam Ioannem sexto suæ conceptionis mense sanctificauit: Beatissimam Virginem Matrē suam in eodem instanti (vt ita dicā) in qua lapsa est, erexit, & ab originali liberauit: eneruans tamen responsionem dico, tempus in quo conuenienter debuit Virgo ab originali culpa immunem fieri, debuisse antecedere eius Conceptionem, & nullum aliud conueniens esse, etiam si esset Conceptioni immediatum, cum finis ad quam illā diuina gratia destinauerat, erat, vt esset Dei Mater, quod idem est atque puritatis Mater (vt ipsam appellat Epiphanius) quod ad hunc finem præcipue conducebat, erat vt omnino esset purissima, neque aliquando peccati luc infecta terra illa, in qua ab Spiritu sancto erat seminandum postea semen puritatis, & gratiæ: vnde si etiā ad tempus breuissimum permiserit Deus Virginem peccato coquinari, esset suæ perspicaciæ præuaricator.

Beata Virgo  
puritatis Ma-  
ter ex Epi-  
phania de  
laudib⁹ eius.

Probatur ex  
cœcisis Bea-  
tæ Virginem  
fuisse à Deo  
præredempta  
antequā con-  
ceptam.

Probo meam rationem ex concessis, nam si ratio, & causa ob quā Deus præcursorum antequā nasceretur sanctificauit, fuit, ne leui saltē maculare vitam fammine posset; nullum enim ante eius Nativitatem erat periculum in mora; ergo ante Conceptionem suā debuit Virgo ab originali immunem D reddi, quia euidens, & certum erat ab originali culpa maculari, si non esset ante hoc tempus redemptione præuenta: si igitur conueniens fuit, ne Baptista actuale peccatum committeret ante Nativitatem sanctificari; conueniens quoque fuit Virginem ante Cōceptionem præredemi, ne culpam originalem contraheret; sicq; conuenientius tempus prouidēdi debuit an-

cedere eius Conceptionem, quod si aliter fecisset Deus suæ perspicaciæ præuaricator videretur: Nam viderat, & conuenienti tempore non prouiderat: hoc appositissimo exemplo mentem meam propalabo: Habet agricola fundum, seu campum ad electum semen seminandum, certo tamen nouit experimento illum campum ex propria glebae qualitate nocuam herbam ferre solere, quæ electo frumento per quam maximè est contraria, ipsumque suffocat: nonne erit suæ perspicaciæ,

B & experientiæ præuaricator, si seminet, antequam nocuam herbam euellat, dicens euellam postquam triticum semi- nauerit? Suæ certè experientiæ præuaricator iure dicetur iste, siquidem antenouit, & non prouidit; antenouit campum suum illam ferre solere no- centem tritico herbam, & non prouidit, vt antequam semen iaceret ab omni omnino malitia terra seminanda mundaretur: hoc in terminis in no- stro casu contigeret, si Deus Beatissimam Matrem suam ab originali cul- pa antequam conciperetur omnino immunem non faceret: Ager namque fuit Beata Virgo, de qua Bernardus

ser. 2. Aduentus Domini: *Beata Virgo Maria ager fuit florens sine ullo hu- mano adminiculo; non seminatus ab ali- quo, non defossus sarculo, non impinqua- tus simo:* De qua item ad cap. 3. Can- ticularum Rupertus: *Flos (inquit) cam- pi Christus, Maria campus:* Certissi- mum etiam est fuisse hunc campum ab æterno præelectum ad semen, seu frumentum illud seminandum ab Spi- ritu sancto; de quo Lucae 8. *Semen est Verbum Dei:* Certissima etiam res est, nullum aliud semen æquè contrariū esse gratiæ semini, quām semen pec- cati, quod originalis culpa est, à quo reliqua peccata pullularūt; ageret ergo nè secundum suam perspicaciam Spiritus sanctus huius campi agrico- la, quem ad tam electum semen de- stinauerat, si in eo culpæ semē, vel ad

Amplifica-  
tur id ipsum  
appositissi-  
mo quedam  
exemplo.

Beata Virgo  
ager diuino  
semine semi-  
nandus, ex  
Bern. ser. 2.  
de Aduentu,  
& ex Rup.  
ad cap. 3. Cap.  
Lucae cap. 8.

Originalis  
culpa, semen  
peccati.

instans

instas pullulare præmitteret, cū præfertim posset absque ullo dispendio id A impedire; ea intentione, ut postquam pullularet, euelleret? Quid respoden-dum sit, taceo; quia nosco omnibus es-se notum; attamen ne aliquod funda-mentum admittam, à quo diuina pro-videntia aliquo modo incusetur, potiùs existimare volo, & piè credere vi-disse, & prouidisse; vidisse agrum hunc ad semen electum destinatum fuisse, & prouidisse, vt à tam nocenti herba producenda, esset immunis.

Ostenditur non deficere prouidentiā diuinam, nec esse suę per-spiciacę præ-  
uancatrice, ex Euāgeli-co cōtextu.

Genes. 32. Fortassis ex Euāgelico contextu ostendam, & comprobabo, non deficere diuinam prouidentiam in apponendis mediis ad finem accommodatis, ad quē diuina gratia vnumquēq; destinat: Isaac (inquit Euāgelistā) genuit Iacob: attende mysteriū; Iacob luctatur interpretatur; cum igitur, ait Euāgelistā, Isaac genuisse Iacob, idē est, ac si diceret. Isaac luctatorem filium genuisse; Quid ergo fieri potuit, vt luctator generetur puer iste? nisi quia à diuina gratia præordinatum erat, vt tota nocte luctaretur cum Angelo; Im-mò potiùs cum ipso Deo, vt subse-quentia verba testantur, Genes. 32. Si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines præualebis? Vndē tan-tum valent Euāgelistā verba, Isaac genuit Iacob; ac si dicat. Si fortassis ali-quis sit, qui dubitet de diuinæ prouiden-tiæ mediis accommodatissimis ad finem, vnicuique à diuina gratia præ-finitum, pensaret Iacob cōceptionem; circa quam statim in ipsa conceptio-ne prouidit Diuina prouidentia, vt conciperetur luctator, quia destinatus erat ad luctandum; & hinc facilè in-telligeret, non defecisse diuinam prouiden-tiam, in Maria sanctissima à culpa originali præseruanda, quām diuina gratia ad puritatis Matrem præ-elegerat, & destina-uerat.

Pars 2.

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

Iesse autem genuit David Regem.

### ANNOTATIO III.

Quod circa omnium hominum conce-p-tiones lucubrauerit diabolus, & in sola Virginis Concep-tione fuerit somno sopitus, à quo spergefactus, se à muliere lethali-ter vulneratum agnouerit.

Petito fundamento ab illo Job cap. 3.

Pereat dies in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo: obscurent eum tenebrae, & maledicant ei; qui maledicunt diei, & qui parati sunt suscitare Leuiathan: obscurentur stellæ caligine eius, spectet lucem, & non videat, neque hortum surgentis auroræ.

A Deò mysteriis plenus est locus appositus, vt dicat Alexandrinus Clemens illum solum sufficere, ad tol-lendam omnem illorum dubitationē, qui ambigunt vtrum prophetiæ dono prædictus fuerit sanctus Job: Quod si alicui non videtur Job diuinus, & prophe-tico spiritu loqui (ait præfatus Pater li-bro 8. in Leuiticum) Ex iis consideret, que hic dixit; à tanto igitur Patre edo-cti locum discutiamus, mysteriaq; in eo inclusa indagare conemur: de sua, & aliorum hominum conceptione lo-cutum ibi fuisse Job putat Ambrosius, libro de Resurrect. carnis, & de mise-ra peccati seruitute, cui tunc sub-dimur omnes: Loquitur (inquit) Job de illa hora in qua in tantam lapsus est miseriam; nam cognouerat concipi malorū

Clemens A.  
lexan. lib. in  
Leuiticum.

Disquiritur  
locus Job c. 3  
Ambr. lib. de  
Resur. carni,  
& accipitur  
de die con-  
ceptionis Job  
Concepi  
calamitatū  
principium

D. omnium

*omnium esse principium; Quo supposito, primo loco maximè obseruanda est A methaphora, qua vtitur sanctus Iob ad innuendum esse nostræ conceptionis diem, nostræ etiam captiuitatis principium, obscurent eum tenebrae: Hebraicus contextus habet: Vendicent eum sibi tenebrae, ac si dicat tam aduersæ fortunæ diem possideant eum, ac captiuent tenebrae, vertantque in noctem; dies enim qui principium est, tam duræ seruitutis, pro nocte potius, quam pro die habendus est; in hoc autem stat metaphoræ proprietas, quod quemadmodum compedes ferrei, pedes, manusque captiuarum ligant, ita tenebrae oculos captiuant, & ligant, ne videant, suumque munus exerceant; ademunt namque libertatem operandi compedes, & ademunt libertatem videlicet tenebrae, vnde oculos captiuarare iure dicuntur: & hinc fit, quod tenebrae captiuitatis, ac seruitutis symbolum sint: est hæc metaphora propriissima quippè, quæ à Deo ipso tradita est, qui cum vellet indicare Abrahæ suorum descendentium futuram apud Ægyptios captiuitatem, duramque seruitutem, quodam tenebrarum exemplo usus est: Sopor irritauit super Abraham (inquit contextus Sacer Genes. cap. 15.) & horror magnus, & tenebrosus inuasit eum, & indicans statim Dominus eidem Abrahæ, quid illum vellet edocere, dixit: Scito prænoscens, quod peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & subiicient eum seruituti; Significauit; itaq; Dñs idem esse tenebras, ac seruitutem, & captiuitatem; ad quod etiam allusisse videtur diuum Lucam, dum sui Euangelii in cap. 24. volés indicare duos illos discipulos in Emaus itinerantes animæ oculos ab incredulitate captiuos, & vincitos habuisse, dixit; Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent: ad quem locum sic Gregorius: Hoc agebatur foris in ocalis corporis, quod intus in oculis cordis: Ac si dicat, non tantum exte-*

tiores oculos captiuauerant incredulitatis tenebrae; verum etiam & interiores: (quo supposito) idē voluit lob illis verbis: *obscurent eum tenebrae, &c.* dicere, ac si apertiūs dixerit; idem esse tenebras, atque oculorum captiuitatē.

*Iob cap. 3.*

Vltra progredivs ait sanctus Iob: *Maledicant ei, qui maledicunt dei, & qui parati sunt suscitare Leviathan: Ac si dicat suæ conceptionis nocti, & nō suæ nativitatis diei maledicere debet illi, quorum conceptiones sunt diabolo sollicitudini; cum enim in nocte culpæ concipiuntur omnes captiui; inuigilat, & excubat exactor, vt in ipsa statim eorum conceptionis nocte illos captiuet: qui omnes dicuntur in nocte concepti, quia captiui concipiuntur, nam (vt superius monstratum est) nox, & tenebrae captiuitatis sunt signa: Vnde unaquæque nostrorum conceptio, quædam est excubia dæmonis; nocte enim inuigilat, nè aliquis prætereat, absque suæ captiuitatis sigillo: Et die quiescit, quia scit nullum concipi in luce gratiæ, sed omnes in nocte culpæ. Quod illis suis verbis innuit patiens*

*Idem est in nocte cōcipi, atq; captiūs concepi, ex eodem loco*

*Iob cap. 3.*

*Inuigilat diabolus in nostra conceptionis nocte, & ad quid.*

*C Patriarcha: Obscurantur stelle caligine eius; Ac si dicat, etiam sancti, qui ad perpetuæ æternitatis luces fuere destinati; fuerunt quoque in suæ conceptionis nocte originalis culpæ caligine obtenebrati; idest, à dæmonie captiuitati: quia tamen aliter in Mariæ Conceptione contigit, quæ non à culpæ originalis tenebris captiua, sed in luce gratiæ concepta est, in ea se se ipsum diabolus falsus est, existimans nullam creaturam in die gratiæ concipi posse, sed omnes in nocte culpæ:*

*Beata Virgo nō in nocte culpæ, sed in die gratiæ cōcepta.*

*D Diabolus in Virginis Cōceptione falsus.*

*Et ideo circa Virginis istiūs Cōceptionem non excubauit, sed somno sopitus est: Vnde irridet eum sanctus Iob, dicens: *Expect et lucem, & non videat, neque ortum surgentis auroræ: Nā quasi in diabolum insultans loquitur legis naturæ Vates, & quasi eum irridēs, & dicens. Heus tu, qui tota nocte excubare consueisti: vt nullus absque tuo signaculo**

*Die nostræ conceptionis esse nostræ captiuitatis diē ostenditur, ex elegāti Job metaphorā cap. 3.*

*Tenebrae oculiū carenx, seu compedes, quibꝫ quas in seruitute rediguntur, ex eodem Job loco.*

*Item ex loco Genes. cap. 15.*

*Ibidem.*

*Sopor irritauit super Abraham (inquit contextus Sacer Genes. cap. 15.) & horror magnus, & tenebrosus inuasit eum, & indicans statim Dominus eidem Abrahæ, quid illum vellet edocere, dixit: Scito prænoscens, quod peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & subiicient eum seruituti; Significauit; itaq; Dñs idem esse tenebras, ac seruitutem, & captiuitatem; ad quod etiam allusisse videtur diuum Lucam, dum sui Euangelii in cap. 24. volés indicare duos illos discipulos in Emaus itinerantes animæ oculos ab incredulitate captiuos, & vincitos habuisse, dixit; Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent: ad quem locum sic Gregorius: Hoc agebatur foris in ocalis corporis, quod intus in oculis cordis: Ac si dicat, non tantum exte-*

*Id ipsum probatur ex Luca cap. 24. probatur etiā ex Grego. ho. in hoc Euāg.*

*lo præteriret. Quomodo non vidisti puel-  
lam in luce gratiæ conceptam, & origina-  
lis culpæ tenebras gratia sua luce supera-  
tem, liberamque euadentem?*

Itidetur à Iob diabolus, ob Virginis Cœceptionē, quā non intellexit.  
*Iob cap. 3.*

Ne autem existimet aliquis meam esse hanc, quam apposui, loci Iob de Virginis Immaculatæ Cœceptione interpretationē; audiat Damiani Petrum sermone de eiusdem Virginis Assumptione: Hæc (inquit) est aurora, quam ille nō vidit, qui viderat omne sublimine; & orat sanctus Iob, vt ei multa suppressione claudatur dicens. *Non videat lucem, neq; ortū surgentis aurora.*

Pungunt sancti Patriarchæ verba: *No videat lucem, neq; ortū surgentis aurora:* Auroram nulla lux antecedit, sed tenebrae; quomodo ergo prius expostulat Iob, vt abscondatur à diabolo lux, & postea vt eidē abscondatur aurora? potius dicendū videtur: Non videat auroræ ortum, neq; lucē eius: auroram namq; tenebrae antecedunt, & non lux, & à tenebris ortam nouimus semper, & nō à luce. Pungunt equidē patetissimi Patriarchæ verba: dispungam tamen cū doctissimo Priori Mamburno, diuino fauete numine. De Beatissima Virgine in sua Immaculata Cœceptione intelligit locum præfatus Prior lib. 6. de eadē membro s. aitque cum grāndi mysterio ibi loquutum fuisse Iob, neque inconsideranter, aut casu; sed diuinitū edoctū lucem ante posuisse auroræ, dicens: *Expectet lucem, & non videat, neque ortū surgētis aurora:* & si enim reliquorum omnium auroræ, idest nativitates tenebrae antecedant, & postea lux sequatur, Mariæ tamen auroram, idest ortum tenebrae non antecesserunt, sed lux; eius namque ab omni originalis peccati labore immunis Conceptio lucē suæ dedit Nativitatē; antecessit itaq; in Beatissima Virgine lux auroram, quia antecessit gratia cōcreata, cū qua fuit concepta gratiam, cum qua fuit orta: vnde conuenienter prius meminit Iob de luce, quam de aurora, dicens.

*Pars 2.*

*Beata Virgo  
aurora à lu-  
ce orta, quā  
non antecel-  
fere tenebrae.*

*Iob 3.*

A *Non videat lucem; neq; ortū surgentis aurora:* Audiamus Mamburnū. Optimè lib. de Beata (inquit) sanctissimā Virginē Mariā in sua Nativitate Iob dicit aurorā nō à tenebris, sed à luce prouētā; quia extra originalis culpa obscuritatē fuit concepia, ac sēper lucida.

B C D *Cū vellet Petrus Chrysologus locū illū Marci, sui Euangeli in c. vltimo exponere, vbi loquens de mulieribus, quæ emptis vnguētis Dominicū corpus vñcturæ properarunt; Valdē mane Marci vltimā Sabbaterū veniunt ad monumentum orto iā sole; Maximā inuenit repugnatiā in Euangelistæ verbis: quia si erat valdē mane, quomodo erat orto iā sole? vt igitur locum cōciliet Chrysologus ait, manicasse die illo solē, vt citius diurna lux aduētaret: *Vt mane faceret, sol manicauit:* Quod de sole respectu lucis diei dicit Chrysologus, id de gratia respectu Mariæ satis conuenienter dici potest; nā in eius Cœceptione manicauit gratia, vt illi mane faceret, nā quemadmodū in Christi Resurrectione properauit sol, vt tenebras expelleret, ita in Virginis ipsius Matris Cœceptione properauit gratia, vt peccati tenebras effugaret; manicauit itaq; gratia in Virginis Cœceptione, vt illi citius mane faceret; quod propheticō spiritu Iob prophetisasse puto, cū lucē anteposuit auroræ dicens. *Non videat lucem, neque ortū surgentis aurora.**

D *Diabolus igitur, qui noctes omnes usque tunc, ducebatur insomnes, ne aliquis præteriret ab ipsius captiuitate immunis, somno maximo sopitus est, dum Beata Virgo in die, idest, in luce gratiæ concepta est, & adimpletum Iob desideriū, eiusq; postulatio est. Nō enim vidit diabolus lucē, neq; ortū surgentis auroræ, immò cū spergefactus est, contrito proprio capite reperitus est, voluitq; vindictam sumere; sed in vanū laborauit; fuit nāq; cōpletum illud, quod eidē diabolo minitās Dñs dixerat, Genes. 3. ipsa cōteret caput tuū, & tu insidiaberis calcaneo eius: Quod idē est moraliter exponēdo, ac si dixe-*

*Manicauit  
gratia, vt Ma-  
riæ in sua Cō  
ceptione ma-  
ne faceret,*

*Iob cap. 3.*

*In omnium  
cōceptioni-  
bus excuba-  
uit diabolus  
in Virginis  
verò Con-  
ceptione só-  
no sopitus  
est: vnde lu-  
ce surgentis  
auroræ non  
vidit.*

*Genes. 3.*

Contrivit  
Beata Virgo  
in sua Con-  
ceptione ca-  
put diaboli.

rit Dñs. *Mulier quādā, quā ego in ma-  
tré meā ab ēterno p̄elegi, in suæ Cōcep-  
tionis die tibi caput cōfringet, & tu inua-  
nē laborabis ab ea vindictam summere;*

Inuanē enim laborat, qui calcaneo  
infidias parat, cum sit extrema corpo-  
ris pars, vel si dixerit Dominus: *De  
hac fallacia, qua Adamum, & Enam fal-  
sus est sumam aliquando vindictam,  
& quia cum muliere fragili negotiū actū  
est, per mulierem tibi supplicium inferam,  
quæ caput tuum minutatim confringet.*

*Genes. cap. 3.*

Notatur e-  
nerfis illius  
verbi, cōteret

Est insuper aliquid in Dominicis  
verbis pensitatione dignissimum: *Ipsa* B  
(inquit) *conteret caput tuum*; habet  
enerfis, & significantiam magnum  
verbum illud, *Conteret*, & id ipsum  
sonat, quod minutatim confringet:  
*Vna niña soberbio, y engañador diablo,  
tiene de deshazerte la cabeza en astillas:*  
Indicat igitur illud *conteret*, adeò vi-  
rilem, adeò fortē, adeòque intrepida-  
dam Mariam Virginem concipiendā,  
vt in ipso primo sui esse vestigio, inci-  
piat statim cōmunem inimicum sub-  
suam potestatem redigere, pedibusq; C  
conculcare; vndē optimē quidem in  
Virginem conuenit illud verum, &  
commune proloquium: *Ab ungui-  
bus leo: (El leon luego nace con uñas,*)  
Leena enim hæc de Tribu Iuda, quæ  
erat victorem leonem conceptura, ac  
paritura, non in ortu tantum, sed &  
in conceptione sua cū vngulis effor-  
mata est, idest, statim ob tantæ puri-  
tatis inuidiam, & liuorem diabolum  
cœpit lacerare, eiusque caput conte-  
rere, ac minutatim confringere.

Commune  
proverbium  
quadrans in  
Beata Virgi-  
ne.

Commendat itaque, & exaltat il-  
lud Dominicū verbum *conteret* Beati-  
ssimæ Virginis in sua statim Con-  
ceptione vires mirabilēs, animumque  
virilem cum quo in diabolum insur-  
rexit, ipsumque superauit, ac eius ca-  
put contrivit: diaboli insuper vires  
anihilat idem Dominicum verbum  
*conteret*, in quem puella in primo sui  
esse instanti ausa est insurgere, non  
armis, non manu, sed pede: optimē de-

A hoc argumento locutus est Ioachi-  
mus Abbas, dum locum illum Apo-  
calypsis cap. 12. de Virgine Beatissi-  
ma interpretatur. *Apparuit in cælo mu- Apocal. c. 12.  
tier amicta Sole, & Luna sub pedibus  
eius; & in capite eius corona decem stel-  
larum: Et loquens statim contextus  
Sacer de dracone, cum quo erat mu-  
lier pugnatura, sic annectit; *Draco ibidem.  
magnus, & rufus habens capita septem,  
& cornua decem: Pensitat locum præ-  
fatus Pater, & inæqualitatem obser-  
uat, qua bellum hoc iniendum est: nā  
ex vna parte vna tantum puella est,  
quæ etiam si defensiuis armis maxi-  
mè sit commonita, nullis tamen offen-  
siuis, quibus in hostem insurgat, ar-  
mata est: ex altera vero parte in puel-  
lam draco magnus insurgit septem  
capita habens, quæ septem dracones  
efformant, omnes cornibus armatos,  
& communitos: *Euidens* (inquit Io-  
achim) *periculum imminere timendum  
erat, at nihil in euentu illi timendum  
damni, cum hæc illa sit fortis mulier tan-  
to ante præuenta, & ab Spiritu sancti  
gratia commonita, de qua per Sapientis  
os ipse ait: mulierem fortē quis inueniet  
procūl, & de ultimis finibus pretiū eius:  
cuius caput, idest, cuius principium, ita fir-  
num est, vt nullo draconis iētu franga-  
tur, immo ipsa solo pede cōterat caput eius.***

D Hæc Dei nostri comminatio dia-  
bolo facta, & istiū tantæ Virginis  
promissio, quæ eius caput infimo pede  
contereret, fuit (vt ad hunc locum Fe-  
rus obseruat) primum Euangelium,  
seu bonum nuntium, quod Adam ac-  
cepit de saluatione futura; & per ean-  
dem comminationem, se se (vt ita di-  
cam) constrinxit Deus, suumque ho-  
norem, & autoritatem interposuit  
circa nostrorum parentum, nostramq;  
redemptionem; circa quæ vindictam  
de communi inimico pro scelere per-  
petrato summendam: quo supposito,  
quero nunc; quam ne fiduciā conci-  
peret Adamus de Dei pollicitatione?  
& quem diabolus pauorem, si Beatissi-  
ma

Primum bonū  
bonum nunti-  
um, quod  
Adamus de  
sua repa-  
ratione audi-  
vit, fuit quā-  
do à Deo cū  
diabolo actū  
est de Beate  
Virginis Cō  
ceptione, ex  
Ioan. Fco ad  
cap. 3. Genes.

Dubitaret Adamus, & quodammodo periclitaretur Dei honestat, si Beata Virgo à peccati debito non conciperetur immunitas.

sima Virgo, sicut & cæteri, culpæ originalis debito obnoxia conciperetur? dixisset equidem protoplastus, quomodo per istam à debito originalis culpæ immunis fia, quæ ab eodem debito immunis non est; dixisset dia-

A bolus, quomodo caput mihi pede cō-  
teret hæc puella, quæ ditioni meæ concipitur mancipata? periclitaretur equidem, certo modo, veritas infallibilis, quæ nullo modo deficere potest; metumq; deponeret diabolus, quem per Dei minitationem conceperat; fieretque audacior, & impudentior; ne igitur hoc penitetur, potius p̄e credendum est, fuisse Beatissimam Virginem Dei Matrem absque culpa originali conceptam, & ab omni dia-  
boli seruitute omnino immunem, in primoque suæ Conceptionis instâti illius caput contriuisse, & sic fuisse diuinam promissionem impletam;

vt in suo libro de fuga sæculi cap. 7. Ambrosius obseruauit dicens. *Nihil factum est contra Dei promissionem, cum in Beata Virgine divine sententia conditio sit omnino impleta; ipsa enim caput draconis pede contriuit.*

Vt autem, quæ dicta sunt, amplius fulciantur, ostendam in Euangelio adumbrata: *Iesse* (inquit Euangelista) genuit *David Regem*: pungit loquendi modus, genuit *David Regem*. Nullus enim generatur Rex, vnde potius dicendum videtur: *Iesse genuit David, qui postea à Deo factus est Rex*: Neque enim Rex erat *David*, quando natus est, nec multum post tēpus Rex creatus est, immò neque de stirpe Regia, D ut ipse postea confessus est, dum in Regis generum assumptus est lib. 1. Regum cap. 18. dicens: *Quis ego sum, & que vita mea, aut cognatio Patris mei in Israel, ut siam gener Regis?* Si ergo de stirpe Regia non erat; quomodo ait Euangelista *Iesse genuisse Dauidem Regem*? dispunges locū, si respōderis, non idè sic dixisse Euangeli- stā; quia *Dauid cū corona, & sceptro*

*Amb. de fu-  
go facili c. 7*

*Matthæi 1.*

*Pungit Mat-  
thæi locus.*

*Reg. c. 18.*

*Dispungitur  
locus.  
Matth. c. 1.*

*Pars 2.*

fuerit conceptus, sed quia Regio animo, & virili conceptus est; ac si dicat Euangelista Sacer: *In sua statim Conceptione, virtute præditus, & non solùm ad communes Israel hostes superādos, sed & ad gigantes prosterñēdos, & ad ursos, leonesque minutatim frangēdos aptus cōceptus est David; nā ab inguibus lee, (vt fert commune proloquium) veniebat (inquit ipse Regum 1. cap. 17.) leo, vel 1. Reg. c. 17. ursus, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamq; eos: Quid igitur mirum, si Maria de stirpe Regia Regina cōcepta sit? si statim cū animi robore ad leones conterendos genitus est David? quid mirū, quod Beatissima Virgo eius filia, & Mater Dei futura in sua statim Conceptione caput antiqui draconis contereret? cōtriuist equidem, vt p̄e credēdum est, & Regina statim concepta est ab omni ori- ginalis culpæ debito immunis ac libera: sic enim decebat Deū, vt eius pro- missio impleretur, sic decebat & Vir- ginem Dei genitricem post futuram; vt nemp̄ in ipsa præcederet lux au- roram, idest gratia naturam; quod dia- bolus non vedit, nec intellexit, vt san-ctus Iob loquitur dicens: *Non videat lucem, neque ortum surgentis aurore.**

Ostenditur ex conuenientia Beatæ Virgine Reginæ fuisse con- ceptam.

CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*David autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Virgine.*

#### ANNOTATIO IV.

*Decuit Virginem Dei genitricem post futuram ab omni peccati propen- sione immunem concipi, vt Christus eius filius impeccabilis esset à ma- tre, sicut à Patre erat omnino im- peccabilis.*

*Ostenditur ex illo medicorum axioma, filii matrizzant.*

**I**Mbibunt fermè cum lacte matrum propensiones infantes inclinationes, & mores; est in hanc sententiam locu-

**I**mbebunt infantes in lacte matrū, eaū propensiones ex loco Gen. 21.

Agar, & eius filium Ismaelem à domo omnino pelleret: *Cumque vidisset Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem cū Isaac filio suō, dixit ad Abraham; eiice ancillā hanc, & filium eius, &c.* Vbi sic habet diuī Hieronymi translatio: *Cumq; vidisset Sara filium Agar idolis studentem, seu idolatrātem, &c.* Quæ Hieronymi

**V**ersio, seu lectio Hieronymi.

Rabinorum versio illius loci Exod. 32. ludit populus, sedc. sunt interpretati surrexerunt ludere, sic sunt interpretati surrexerunt choreis, & cantu idolis applaudere: Patet ergo ex D. Hieronymi interpretatione, omne Ismaelis ab incunabulis solamen, voluptas, & gaudium esse idola compонere, & efformare, illisque suffitum suo modo exhibere.

**A**lia eiusdem Hieronymi loci Genesis expostio.

Aliter etiam exponit idem Pater Hieronymus eadem verba: *Ludentē cum Isaac, idest (inquit) super primogenituram contendentem;* Ac si dixerit, adeò erat superbis, & audax puerulus Ismael, vt cū filio legitimè concepto, & nato de primogenitura contendere ausus fuerit; hæc quoque Hieronymi interpretatio maximè cohæret cum verbis Saræ, quæ statim dixit marito suo, cum ab eo Ismaelem à domo pellere postulauit: *Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.*

Dispungit locum Abulensis, & inquirit vnde traxerit Ismael has adeò finitras propensiones, & ait, non à Patre traxisse; qui maximus semper extitit veri Dei nostri cultor, ac venerator, & primus, qui diuinæ Triadis mysterium confessus, & veneratus est, vt diuina Scriptura Genesis 18. attestatur dicens: *Tres vidit, & unum adorauit:* Numquam item audax fuit, aut

superbus, immò humiliissimus, ac modestissimus, vt eius verba testantur: *Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis?* Non ergo à Patre traxit

Abraham humilis, ac verus Dei cultor.

**I**smael, quod idolis deditus fuerit, & adeò superbis, & audax, vt cum vero hærede A matre A. de primogenitura auderet contendere; à matre ergo has omnes sinistras propensiones habuit Ismael; quæ idolatrix erat, & quod idola- ita arrogans, & elata, vt in dominam suā aliquando insurgere ausa sit; (ait Abu-lensis ad locum;) *Matrizant*, itaque filii, & malas, vel optimas matrum inclinations cum lacte sugunt.

**P**räbet & ipsa sacri Euangelii series istiùs axiomatis fulcimentum: *David (inquit) Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vrix.* Disquisit locum, & inquirit causam Signiniensis Bruno homilia contra luxuriam, ob quā apposuit Euangelista Salomonis matrem adulteram, cum satis esset dicere: *David Rex genuit Salomonem*, sicut fermè fecit, dum de aliis egit: & statim respondit idem Pater dicens:

**C** *Matrem nominat, vt assignet causam propensionis ad vitium carnis.* Ac si dicat: à matre adultera traxit Salomon adeò propensum esse ad luxuriam; vt propter mulieres à veri Dei cultu aliquando discesserit, vt 3. Regum cap. 1. *Reg. cap. 1.* sacra Scriptura testatur dicens; *Ita de prauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos;* Matrizant itaq; filii.

**D** Quod si hæc medicorum doctrina in omnibus ferè filiis comprobatur, in Christo Domino naturali, & vero Virginis filio præcipue locum habuit: in reliquis enim dispartitur natura, habens in utroque parē, quod imitetur; at in Christo non habuit nisi solam ad imitandum matrem; secundū namque humanam naturam non habuit Christus in terra Patrem; vnde omnes propensiones à sola habuit Matrem, & plusquam omnes debuit matrizare, seu Virgini Matri assimilari, eiusque propensiones cum lacte sufficiere;

Optima ratio, qua ostenditur, nullam omnino Beatam Virginem A habuisse ad originale propensionem, neque illius debiti soluendi aliquam obligationem, nè Hæretici saltem dicerent non potuisse Christum Dominum à Matre, quæ aliquando fuerat culpæ obnoxia, aliquam ad peccatum propensionem non accipere; siquidem *matrizant filii.*

Probarur ex Biele ser. 4 de eiusdem Virginis Conceptione. Validissimum hoc fundamentum adinuenit doctus Biel, vt sacratissimā Virginem Dei Matrem à debito originalis culpæ soluendum immunem fuisse monstraret; sic namque habet sermone 4. de eiusdem Virginis Immaculata Conceptione: *Quomodo nō sanctissima in instanti sue Conceptionis foret, ex qua carnem Dei sapientia sumpsit, & quam sibi tanta cognatione iuxit, ut merito in eum redundaret, tanquam Matris in filium omnis eius laus, aut approbrium.*

Vaticinium Esaie 7. de Verbo incarnando vaticinum: *butyrum, & mel comedet, &c.* Quem locum, dum sermone 2. de Aduentu Dñi disquirit Bernardus, optimè probat assumptum præsens: quærit enim ibi præfatus Pater, cur butyrum potius, quæam caseum dicitur Christum esse manducaturū; cum vterque ex lacte fiat, solidiorq; cibus caseus sit, quæam butyrum, hominumque esui familiarior, & communior; vt autem à se positam obiectionem diluat, primo ostendit, quænam fuerit ouis è cuius lacte hoc butyrum cōfectum est, de quo Christus

Disquisitur locus Esaie à Bernardo, & quærit cur potius butyrum comedatur Christus, quam lac, & quæ fuerit hoc butyru confectū est. Aduerte tamē quid statim obseruat, & aduertit Bernardus. *Duo (inquit) sunt in lacte ouis, butyrum, & caseus, butyrum comedit, caseum non comedit;* & statim rationem reddens idem Pater ait, idè sic dictum fuisse de Christo, quia butyrum fit ex pura lactis substantia, absque aliqua alia mixtione;

caseus verò cum mixtione coaguli; in quo mysterium maximū fuit ab Esaia præsum, cum de Verbo incarnando prædixit: non caseum, sed butyrum manducaturum fore nam natura humana absque originali culpa lac simplicissimum fuit, ex quo erat crassitudo virtutum; at ubi accessit coagulum iniquitatis, quod originalis culpa fuit, simplicem, ac purum gratiæ candore amisit, & coagulata est humanæ natu- ræ massa; butyrum ergo tantum co- medit Christus, & butyro pastus est;

B quia ex Virgine carnem assumpsit, & ex illo lacte pastus est, in quo coagulū iniquitatis non fuit, à quo natura humana infecta, & coagulata est; sed abū dans gratiæ pinguedo, à quo resultauit butyrum, quo puer Iesus efformatus, & alitus est; audi Bernardum: *Vide (inquit) quām optimè puer noster elegerit; qui naturam nostram sine ulla peccati mixtione suscepit; nam in reliquis corrupit lactis puritatē fermento malitiæ coagulum iniquitatis:* Quod itaque ait

C Bernardus idem est ac si dicat assumpisse Verbum carnem absque coagulo culpæ originalis: quibus addè, quæ venerabilis Beda testatur dicens: *Concepimus ex utero Virginali carnem non de nihilo, non aliundè, sed materna traxit ex carne:* Ergo Virginis caro illa fuit, quæ coagulo iniquitatis coinquinata non est, sed crassitudine gratiæ semper imbuta; aliter enim Matris lac cum coagulo iniquitatis infectum suxisset Christus, & cum eo aliquam ad peccatum propensionem; *matrizant nāq; fili;* vndè potius dicendum est, & piè credendum non fuisse Beatæ Virginis carnem, à qua Christus carnem assumpsit, coagulo iniquitatis aliquando infectam: subobscure locutus est Dominus de integerrimæ Virginis in sua Cōceptione puritate, Exod: in ca. 23. Locus Ez. vbi inter leges alias, quas sanciuit, hāc intermisit: *Non immotabis super fermentum sanguinem victimæ tue;* Mysteriorius equidem iste est locus, & sub

Bern. ser. 2. de Aduentu Domini.

Exponuntur verba Bernardi.

Beda ad cap. Luca 11.

Caro Virginis, absque coagulo iniquitatis.

Locus Ez. 23. ad Virginē respexit.

corticis duritie inclusam habens degustandam dulcedinem, quam Laudunensis Anselmus in sua Interlineali aliquantulum propalauit, dicens: *Non pones super fermentum malitiæ, & nequitia facunditatem virtutum; Quod idem est, ac si dicat, ne assignetis profundamento virtutum, fermentū malitiæ, quod culpa originalis est; à gratia enim, & non à culpa virtutes proueniunt; super fermentum igitur immolant sanguinem victimæ nostræ Mariæ, qui dicunt ipsam cù originali culpa fuisse conceptam; inconueniens enim videtur, & cōtra istius legis spiritum assignari pro tantæ gratiæ facunditatis principio totius peccati fermentum.*

Sed quid incōmodi afferre potuit Beatæ Virgini (quæret aliquis) post suam Conceptionem statim sanctificatæ, originalis culpa, quæ nihil nisi quædam priuatio est, quæ restituto habitu statim tollitur? & vt iam dictū est, euaneſcit? Respondeo cum Paulo 5. capite epistolæ ad Corinth. quod multum per omnem modum, quia

*parum fermenti totam massam corrumpit.* Et ideo (vt ad eundem Apostoli locū obseruat Chrysostomus) non habuit Paulus pro sufficienti dicere; *Purgate vetus fermentum;* sed notanter dicit, *Expurgate,* vt indicaret, quanta esset adhibenda cura, vt ab isto fermento mūdaretur naturæ nostræ massa, cuius vel minima pars ipsam totā corrumpit. Non ait *Apostolus* (inquit Chrysostomus) *purgate;* sed *expurgate;* *vt offendat diligentiam habendam,* vt neque reliquæ, neque minima illius umbra superstet, quia parum fermenti totam massam corrumpit. Quamquam ergo per breuissimum temporis spatium Beatissimæ Virginis massa esset culpæ ferment, infecta, id sufficeret, vt haberet locum Pauli assertum, *parum fermenti totam massam corrūpit,* & vt dicerent hæretici assumpſisse diuinū

Laudun. super Exo. ver. bñ.

Paul. ad Corin. cap. 5.  
Disquiritur locus à Chrysostomo.

Ibid. Paul.

Verbum carnem, quæ fuerat aliquando corrupta fermento malitiæ, & nequitia; cum tamen ab omnibus fidelibus firmiter teneatur Christū absq; coagulo iniquitatis fuisse conceptum; Nō ergo (quæſo) immolemus sanguinem victimæ nostræ Mariæ sanctissimæ super fermentum malitiæ, & nequitia, sed piè credamus fuisse ipsam, absque originalis culpæ coagulo conceptam, vt clarè omnibus appareret, ab utroque parente habuisse Christū, quod fuerit impeccabilis, à Patre nèpè à natura, & diuinitate impeccabili, & à Matre per gratiæ priuilegiū absq; peccato concepta, & quæ illa victimæ extitit, quæ diuinæ iustitiæ rigorem omnino placauit.

Christo tam  
à Patre, quæ  
à Matre im-  
peccabilis.

## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*David autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ.*

## ANNOTATIO V.

*Quod habuerit Beata Virgo à filio esse ab originali culpa immunem, vt postea filius haberet etiam à Matre, sine coagulo iniquitatis concipi.*

*Sumpto eodem medicorum fundamento, filii matrizzant.*

**D**IN nostri asserti confirmationem illud Esaiæ vaticinium cap. 33. afferre, & exhortare iuuabit. *Gloria Libani data est ei:* Inquirereque quid per montem Libanum intelligent Pateres, qualis sit eius gloria, & cui fore donandam vaticinatus sit Esaias: quod igitur attinet ad primum; Pater Gregorius Magnus ad caput 5.

Disquiritur  
locus Esaiæ  
cap. 33. q̄ ap-  
petatur ad Vir-  
ginem.

Can-

Quid per montem Libanum in telligant patres, & in primis Greci: quid per candorem Libani intelligent Gilibertus, & Augustinus.

Augustinus ad Psalm. 15.

Gloria Libani in quo posita.

Gloria corporis Christi, & eius incorruptibilitas, vnde profluxerit, ex Ruperto ad 3. Cantic.

Gloria corporis Christi data Beatae Virginis corpori.

Esaï. 33.  
Mons Libanus serpentes non gig-

Canticor. per Libanum montem, qui candidus, seu purus interpretatur, Christi corpus intelligendum esse doctes; per gloriam verò Libani intelligit Gilibertus Abbas ad cap. 3. Canticor. eiusdem Christi corporis puritatem, & ab omni culpæ labo immunitatem à qua profluxit, ut semper incorruptibile permaneret, ut in expositione Psalm. 15. ad illa verba: *Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*, Augustinus obseruat, dicens: *Loquitur Rex Propheta in hoc Psalmo ex persona assumptione humanitatis, & ait, non das sanctum tuum videre corruptionem, id est, neque sanctificatum corpus meum, per quod alij sanctificandi sunt, corrupti patieris; gloria igitur Libani est incorruptibilia omnia producere, & conservare; & gloria corporis Christi à candida puritate, qua fuit efformatus habere, quod fuerit incorruptibile; vnde aptè per montem Libani designatum. Tertio obseruadum est cum Ruperto ad Canticor. 3. hanc Libani gloriam, id est hanc Christi corporis proprietatem, eius scilicet incorruptibilitatem ex eo prouentam, quo fuerit, Absque coagulo iniquitatis conceptum; Beatissimæ Virgini eius matre fuisse concessam; vnde si gloria Libani data ei; id est Mariæ; illi quodque donatum est absque coagulo iniquitatis esse conceptam, effectus probavit euentum; potuit enim Beata Virgo Æterno Patri dicere: Sanctificatum corpus meum, à quo, spiritus sancti interuenit, efformandum erat corpus filii mei, per quod alii sanctificati sunt non es passus, neque in conceptione fermento culpæ originalis conquinari, neque in morte corrupti, sed ad dexteram eiusdem filii mei in gloria colloqui; Hoc equidem secundum tantorum patrum doctrinam sonant Esaïæ verba: *Gloria Libani data est ei.**

Ab alio etiam fundamento ostendit noster Doctor Seraphicus prouenire, gloriam Libani Beatissimæ Vir-

gini Dei matri esse concessam, quod A quamquam valde umbrosus sit iste mons, & opacitatem serpentes non gignit, immò suo odore interimit; quod in sua Conceptione Mariæ concessum fuit, in qua antiqui serpentis caput pede contrivit, & suæ puritatis odore culpam originalē fugauit; Quæ (inquit Diuus Bonaventura) in sua statim Conceptione contrivit draconis caput; quamquam pulcherrima fuerit efformata, præ omnibus aliis mulieribus, nunquam tamen potuit ab aliquo concupisci; quia eius puritas omnium corda penetrabat, & ideo frequenter cedris Libani comparatur; que serpentes fugant, & occidunt odore; sic Beata Virgo brutales mores expellebat suæ puritatis odore: Hæc Diuus Pater Bonaventura citatus à Gabriele Biel serm. 4 de Concept.

Alia etiam ratione probare poteris gloriam Libani Beatissimæ Virginis fuisse concessam: positam esse motis Libani gloriam in fecunditate, ait Hieronymus ad cap. 27. Ezechielis, & ideo per illum Dei gratiam designari; Designat (inquit) mons Libanus Dei gratiam, vnde omnia pioneniant bona; de Beata autem Maria, ait Bernardus in quodam sermone de eius Nativitate; quod omnia bona nobis per eius manus proueniant; data igitur est ei gloria Libani, id est gloria, & prerogativa diuinæ gratiæ, omnibus fecundâ, proficiamque esse, & ita est hæc huius montis diuinæ gratiæ excellentia

Mariæ Genitrici Dei hoc munus propria, ut dubitari à quoquam possit, qualis nam sit mons Libanus diuina gratia ne, an Maria sanctissima utrumne matritet filius, an filiizet mater? utrum has omnes Libani excellentias acceperit filius à matre, an mater à filio; absque dubio tamen tenendum est, omnes accepisse à filio matrem; quæ ideo fuit absque fermento iniquitatis concepta; quia ab eius carne erat Verbum diuinum carnem assumptum; & absque coagulo iniquitatis,

nit, immò suo odore interimit eadem gloria data Mariæ ex nostro Doctore Seraphico, apud Biel. serm. 4. de Concept.

Motis Libani gloria à fecunditate, ex D. Hieron. ad c. 27. Ezechiel.

Gloria Virginis à fecunditate, ex Bernard.

Dubitatur diuina gratia, ne an Maria mōs Libanus proprius nominetur.

Spiritus sancti opere concipiendum; matriza itaq; filius, sed à filio accepit A mater id, in quo ei filius similatur; vnde & matriza filius, & filizat mater, à corruptibilitate vterque immunis, quia vterque cōceptus absque coagulo iniquitatis, & absque fermento mali-  
tie, cuius quæque minima pars totam massam corruptit.

Validissimum  
fundamen-  
tum, ex Iren-  
aeo heres. 31.  
quo proba-  
tur Beatam  
Virginem à  
peccato ori-  
ginali fuisse  
immaculata.

Accipe tandem deuotus Virginis Beatissimæ cōcionator ab Irenæo hæ-  
res 31. validissimum fundamentum;  
quo ostendas fuisse Dei matrē absq; debito contrahendi culpam origina-  
lem conceptam: *Antiquam (inquit)  
plasmationē in se recapitulatus est Chri-  
stus; vi sicut protoplaustus è terra nondū  
maledictioni subiecta substantiam ha-  
buit, ita recapitulans in se Adamum ip-  
sum verbum existens ex Maria, ut re-  
ctè acciperet generationem recapitu-  
lationis, ex ea non maledictioni subiecta  
concepi debuit; vbi præcipue ponde-  
randa sunt illa Irenæi verba (ut rectè  
acciperet ex Maria Virgine existens ge-  
nerationem recapitulationis) quæ quidē  
verba clarè testantur; quod si aliquid*

Ponderan-  
tut Irenæi  
verba.

deficeret in Verbi ex Virgine Cōce-  
ptione ex hiis, quæ in Adæ formatione  
fuere, iā non posset Verbi conceptio  
dici vera generationis Adæ recapitu-  
latio: vndè si nihil defuit in Verbi  
conceptione, ex hiis, quæ cōcurrerūt in Adæ efformatione, & illa ex terra  
nondum maledictioni tribulos, & spi-  
nas germinandi subiecta facta est;  
Verbi proculdubio incarnatio ex ter-  
ra quoque nondum eidem maledic-  
tioni subiecta, contrahendi scilicet, D  
originalem culpam debuit efformari;  
vt secundus Adamus in se, primi  
acciperet recte generationis recapitu-  
lationem; Quæ autem fuerit hæc ter-  
ra à qua secundus Adamus efforma-  
tus est, non dum maledictioni subie-  
cta? si petas ab Eucherio, ita respon-  
debit tibi: in suis commentariis ad ca-  
put Genef. 1. *Terra non dum maledic-  
tioni subiecta Virgo mater Domini Ma-*

*Beata Vir-  
go terra  
nunquā ma-  
ledictioni  
subiecta, &  
Spiritus san-  
cti rōre irri-  
gata, ex Eu-  
cherio ad c.  
Genes. 3.*

ria sanctissima rectissimè accipitur, de  
qua scriptum est: *Aperiatur terra, &  
germinet Saluatorem, quam terram san-  
ctissimam irrigauit Spiritus sanctus, qui  
fontis, & aquæ nomine in Euangelio de-  
signatur.*

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

B Boos autem genuit Obed ex Ruth.

## ANNOTATIO VI.

Ex eo, quod dicimus non fuisse Bea-  
tissimam Virginem Dei matrem  
in lege captiuitatis comprehensam;  
non infertur non fuisse à Christo  
omnium redemptore redemptam  
supto fundamento à reguliuris.

Fauores sunt ampliandi, pæna vero  
restringendæ.

O Mne ius; quod afferri potest,  
vt probetur fuisse Dei genitri-  
cem Mariam in peccati lege compre-  
hensam deducitur ex illo Pauli loco  
ad Roman. 3. *Omnes peccauerunt, &  
egent gloria Dei iustificati gratis per gra-  
tiam ipsius:* ex quo loco, suptio argu-  
mento ex alio iuris fundamento: *Qui  
dixit omne, nihil excludit:* videtur in-  
ferri, aut Virginem originalem cul-  
pam (sicut & reliqui Adæ fili contra-  
ixerunt) contraxisse; aut si vt dicimus,  
non contraxit, non equisſe iustificari  
per gratiam Christi, ac proinde non  
fuisse Christum beatissimæ Virginis  
Redemptorē; quod nullus admittet  
verus fidelis.

Vt autem Beatissimam Virginem  
à Christo filio suo, omniumque Ser-  
vatore redemptam fuisse, & originale  
non contraxisse, sine alicuius preiu-  
dicio, ostendam, aliquas loci Pauli in-  
terpre-

Fundamen-  
tum iuris.

Disquisitum  
Pauli locus  
supra posi-  
tus, & variis  
interpre-  
tationibus de-  
claratur.

terpretationes in medium proferam:  
*D.Thom.loci interpretatio.* sit prima Angelici Doctoris, & san-  
 ctissimæ Matris Ecclesiae rutilantissi-  
 mi syderis, qui in expositione eiusdem  
 Pauli loci existimat, illud *omnes non*  
*esse ibi intelligendum pro singulis*  
*generum, sed pro genere singulorum;*  
 appono ipsissima sanctissimi Doctoris  
 verba: *Idem vult dicere Paulus, atque si*  
*diceret; in Christo Iesu non est gentilis,*  
*aut Iudeus distinctionem aliquam ha-*  
*bens; quasi Iudeus non indigeat iustifica-*  
*ri à Deo, sicut gentilis; omnes enim pecca-*  
*uerunt: Ex quibus verbis apparet (se-*  
*cundum Authoris mentem) non vo-*  
*luisse Paulū affirmare omnes in Ada-*  
*mo peccasse (nullo omnino excluso)*  
*sed omnes generationes peccasse (nul-*  
*la omnino exclusa, ita ut efficiat hunc*  
*sensem Pauli locus; Omnes genera-*  
*tiones peccauerunt; & omnes egent iustifica-*  
*ri per gratiam Christi: Eodē ferè mo-*  
*do locum Pauli interpretatur Ioānes*

*D. Chrysost. Pauli loci in-*  
*terpretatio.* Chrysostomus hom. 7. in epistolam ad  
 Romanos, dicens; *Omnes peccauerunt,*  
*idest (ait Paulus) ne mihi abiicias, quod*  
*hic sit Græcus, ille Scytha; Trax sit alius;*  
*vna enim omnium est ratio.*

Cōponuntur  
 verba Pauli,  
 cum verbis  
 Christi Dñi  
 Marci vlti-  
 mo, & ex v-  
 trisq; decla-  
 ratur mens  
 Apostoli.  
*Grego. ho. de*  
*Ascensione.*  
*Math. 10.*  
 Adhuc clariūs apparebit Pauli  
 mens, & istorum Patrum loci inter-  
 pretatio, si illos *omnes cōposuerimus*  
 cum verbis illis Christi Marci vlti-  
 mo, *prædicare Euangelium omni creatu-*  
*rae*, quæ Dominica verba dupliciter  
 exponuntur à Gregorio in homilia;  
 primo *omni creature, idest, homini, qui*  
*aliquid commune habet cum omni crea-*  
*tura; vel omni creature, idest, omni gē-*  
*tium nationi*; quia ut idem Pater ob-  
 seruat, *præceperat eis dicens, in via gen-*  
*tium ne abieritis, nunc ait omnibus na-*  
*tionibus, nulla excepta, prædicate: & opti-*  
 ma quidem est Patris Gregorii inter-  
 pretatio; nā si illud *omni creature, pro*  
*omnibus hominibus, nullo excepto,*  
 accipiatur, fatendum certè est Christi  
 Apostolos eius mandatum non expli-  
 uisse; quia quamquam omni nationi  
 prædicarunt Euangelium, non tamen

A prædicarūt singulis hominib; vnius-  
 cuiusque nationis, ita ut non remane-  
 ret aliquis, cui non fuerit Euangeliza-  
 tum: vndē iam patet, quid ad illud  
*omnes peccauerunt* (quod Paulus po-  
 suit) dicendum sit, vt Beatissimā Vir-  
 ginem ab originali culpa immunem  
 euasisse monstremus: loqui nemp̄ ibi  
 Paulum de omnibus nationibus, &  
 affirmari omnes in Adam peccasse;  
 non tamen negasse, posse aliquem ex  
 aliqua natione originalem culpam nō  
 contrahere; quod soli Virgini conces-  
 sum fuisse piè credimus.

B Cuiusdam Imperatoris etiam est  
 huiusmodi legis interpretatio, A ssue-  
 ri nemp̄, qui contra omnes Iudeos  
 legem fanciuit; *Vt omnes illi interfice-*  
*renur à puerō usque ad senem, paruuli,*  
*& mulieres: quis igitur existimat il-*  
*lud omnes cum subsequentibus clau-*  
*sulis; à puerō usque ad senem; paruuli*  
*quoque, ac mulieres, aliquam admittere*  
*posse exceptionem? interpretans autē*  
*ipse legislator eadē lexem, dixit ad*

C Esther, quæ de genere Iudeorū erat:  
*Non pro te, sed pro omnibus ista lex con-*  
*stituta est; Manifestam contradicō-*

nem videtur inuoluere Assueri suæ  
 ipsius legis interpretatio; quia *qui di-*  
*xit omne, nihil excludit*; vndē si pro  
 omnibus constitua est lex, etiam pro  
 Esther constituta est, ipsamque com-  
 prehendit, ac proindē sibi ipsi contra-  
 dicit Assuerus, dum ait; *Nō pro Esther,*  
*sed pro omnibus legem fuisse sanctam.*

D At neque sibi contradixit Imperator,  
 neque legem destruxit; dum ab illis  
 omnibus; contra quos lex lata fuerat)  
 Esther cōiugem suam exemit, immō  
 excipiendo hanc, legem firmauit. *Nā*

*exceptio firmat regulam.* Vndē eius  
 amplitudo, vna Esther Regina exce-  
 pta, coarctata nō est; pro omnib; nāq;  
 subditis constituta, Reginam cōpre-  
 hendere non potuit, ac proindē, illa  
 excepta, adhuc in tota sua latitudine  
 manet lex; siquidem adhuc omnes,  
 pro quibus constituta est, compréhē-  
 dit:

*Quomodo*  
 sit locus Pau-  
 li intelligen-  
 dus, ne Bea-  
 tā Virginem  
 cōprehēdat.

*Lex Assueri*  
 cōtraludet  
 omnes, ex-  
 ceptionē pas-  
 sa est, *Esther*  
 cap. 8.

Assueri in-  
 terpretatio  
 sibi ipsi con-  
 tradicere vi-  
 detur.

Monstratut  
 non sibi cō-  
 tradicere Af-  
 fuerus, dum  
 postquā di-  
 xit omnes, E-  
 ster exce-  
 pit ex Petro  
 Come Store  
 ad huc locū.

dit : in hunc sensum explicat Petrus Comestor ad cap. 5. Esther, Assueri legis interpretationem ; cuius verba sic componenda esse docet præfatus Author: *Non pro te Esther, quæ mecum simul corregnas, sed pro omnibus seruis Iudeis ista lex constituta est.*

Optima ratio, ob quam probatur Beata Virginem non fuisse comprehendens in lege peccati.

Quæro nunc, sit ne rationi cōsentaneum existimare maiorem habuisse erga vxorem respectiōnem Rex barbarus , quām habuit Æternus Pater erga præelectā filiam; filius erga præelectam matrem , & Spiritus sanctus erga præelectam sponsam ? ille dum legem contra omnes Iudeos tulit, Esther Reginam ( quamquam etiam ex eodem genere esset ) statim in sua mente cepit , vt suis verbis postea indicauit ; & Pater, filius , & Spiritus sanctus Mariam filiam, matrē, & sponsam ab vniuersali lege contra filios Adæ sancta non exceperunt : ad hoc mihi persuadendum adduci non possum, immò piè credo has tres sanctissimas personas sic legem fuisse interpretatas, *Pro omnibus, & non pro te Maria, que nobis cū simul corregnas, ista lex constituta fuit, quamquam enim fueris filia Adæ, non tamen fuisti in lege comprehensa; quia in Dei Matrem, & in Angelorum Reginam ab aeterno fuisti præelecta.*

Legis interpretatio.

Obiicitur ex dictis.

Respondeatur obiectioni.

Maria sanctissima à Christo Domino, non solū redempta, sed præredempta.

Nō me latet obiectio, quæ ex verbis Pauli confici potest contra hoc, quod dictum est: ideo enim ait Paulus omnes egere iustificari per gratiā mediatoris , quia omnes in Adamo peccauerunt ; vndē si Beata Virgo Adæ peccatum non contraxit Iustificatore, & Redemptore non indiguit, nec fuit Christus eius Redemptor, & sic dum Matri gratiam commendamus , aliquid de filii dignitate minuimus. Respondeo tamen , non esse bonam illationem hanc, quæ ex verbis Pauli conciūnt aliqui : *Non peccauit, ergo redempta nō fuit* ; Immò ideo in Adamo non peccauit, quia à lege peccati fuit à filio præredempta, & præserua-

A ta ; dixerit ne aliquis non habuisse Esther Regem Assuerum vitæ suæ præseruatorem , quia à lege contra Iudeos lata exempta est: immò nobiliori modo ab eodem fuit Assuero præseruata, dum eam in lege à se sancta exemit , quām si in lege comprehenderet, & si postquam iam tortoris manibus tradita esset , à morte liberaret: nobiliori equidem Redemptionis modo fuit Beatissima Virgo Dei Mater à filio suo omnium Redemptore, redempta, eam à peccati debito B excipiendo , quām si postquā exactoris iuri tradita esset, ab illius manibus, statim liberaret; vndē ( vt piè putandū est) in lege comprehensa non fuit , & tamen à Christo redempta fuit: Accedamus iam ad sancti Euangeliū posita verba: *Boos autē gennit Obed ex Ruth,* Matth. 1. & ostendamus ex illis vera esse , quæ diximus de Beatissimæ Virginis à peccati originalis lege exemptione. Nonnè à Deo pœnali lege in aeternum duratura cautum fuit Moabitis intrare C in Ecclesiam eius, neque cum Israelitis aliquod habere commercium , aut aliquod inire pactum, vt patet Deuteronomii in cap. 23. *Ammonites, & Moabitides, etiam post decimam generationem non intrabunt in Ecclesiam Domini in aeternum; non facies cum eis pacem, neque queras eis bona cunctis diebus vita tua in sempiternum;* Quomodo ergo Boos Ruth Moabitam duxit vxorem, Israélita cum fuerit ? vt dubium soluat Rupertus Abbas ad cap. 1. Matthæi ; ad illud principium iuris D recurrit, quod in titulo proposuimus: *Fauores sunt ampliandi; pænae vero restringendæ:* Erat ( inquit Rupertus ) lex illa, quæ superius allata est; lex pœnalis, & erat altera lex à Deo etiam lata, Deuteronomii in cap. 25. in vidarum fauorem, quæ absque liberis remanebant , vt nempè, tenerentur defuncti mariti fratres , seu proximiores consanguinei viduam vxorem ducere, ad suscitandum semen fratris , seu propinquai sui defun-

Deuter. 23.  
Ostenditur  
ex hoc loco,  
& ex verbis  
Euangelli  
Beatæ Virgi-  
nē nō fuisse  
in lege pec-  
cati cōprehē-  
sam: proba-  
tur à Rup. ad  
c. 1. Matt. ex  
iuris supra-  
posito prin-  
cipio: & ex  
lege Deuter.  
cap. 25.

*defuncti; Cū autē Ruth primo nupserit Chylion, Boos fratreli, à quo filios non habuit, tenebatur Boos secundum legem, ducere vxorem Ruth, ad suscitandū semen fratreli defuncti; quæ quidem lex in viduarum fauore à Deo sancta fuit, lex autē qua captus erat, ne Israelitæ Moabitarum filias uxores ducerent, lex pœnalis erat cōtra eosdem Moabitæ à Deo lata; vndē necesse fuit, ut lex ista restingeretur, & cessaret, quia pœnalis erat, & altera illa lex, quæ fauorabilis erat, ampliaretur; vndē factum est, ut quamquam Ruth Moabita fuerit, ius tamen haberit, vt Boos nupserit: Appono Rup. ubi sup.*

*Ad causam nūc Mariæ sanctissimæ accedamus, quam verè Adæ filiā fuisse fatemur; attamē Dei Matrē, & Spiritus sancti futurā sponsam, lex autem Adæ, & posteris eius imposita pœnalis erat, graue onus super filios Adæ: At lex filiorum in Matres, & sponsi, in sponsam fauebat Virginis; nā leges pœnales mortis, à filiis, seu ab spōsis sancte, dilectas matres, & caras sponsas non comprehendunt; vndē cessauit in Virgine Dei Matre, & sponsa Spiritus sancti, lex Adæ pœnalis; & ampliatus est fauor filii eius, qui dixit; Non pro te Matre mea; quæ mecum simul correngas, sed pro reliquis omnibus Adæ filiis ista lex constituta est. Fuit itaque Beatissima Virgo Dei Mater ab originalis culpæ debito omnino immunis: vt Catholici, pius, & doctissimus Pater, & Ecclesiæ sanctæ lumen D. Tho. in 1. sententiā dist. 44. art. 3. ad 3. clarissimis verbis testatur dicēs: Dicendū est, quod purum intelligitur per recessum à contrario, & ideo potest aliquid creatum inneniri, quo nihil purius esse possit in rebus creatis, si*

Pars 2.

Cessat lex  
pœnalis, cum  
contradicat  
legi fauoris.

Rup. ubi sup.

Verificantur  
in Beatissima  
Virgine, om  
nia, quæ su  
perius dicta  
sunt.

Ephes. c. 10.

Probatur ex  
verbis Diui  
Tho. in 1. sen  
tentiarū dist.  
44. art. 3. ad  
3. Beatā Vir  
ginē ab ori  
ginali fuisse  
immunem.

A *nulla contagione peccati inquinatum sit;*  
& talis fuit puritas Beatae Virginis, quæ à peccato originali, & actuali immunis fuit: Hæc omnia eisdē verbis D. Tho. Notetur vis, & proprietas illius nominis: *Immunis*, & tanti Patris circa Beatissimæ Virginis puritatem, clare patebit qualis fuerit mens, & intentio.

## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.*

## ANNOTATIO VII.

*Quod excubauerit gratiæ Author super Beatissimæ Virginis eius primogenitæ Conceptionem, vndē ipsa à culpa originali immunis euasit.*

C *Ostenditur, sumpto fundamento à cap.  
24. Ecclesiastici.*

*Ego ex ore Altissimi prodidi primogenitæ omnis creature, sive ante omnem creaturam.*

D *P*räsentē hunc Ecclesiastici locū de Beatissima Virgine Maria Dei Matre interpretatur Patres nonnulli, inter quos præcipuus est Augusti. ser. 10. de tempore; vbi ait fuisse eandem Beatissimā Virginē Diuinæ gratiæ primogenitā; aitque ibidem idem Pater, nihil esse in heredibus carius, quām primogenitum, & causam assignans ait, *quia parentibus coniunctior est*; Est Beata Virgo enim prima caro de carne eorum, & gratiæ prius de eorum sanguine primus sanguis, eisq; proximior quod ipse gratiæ Author Cant. 6. cōprobat dicēs ad Beatā Virginē; (vt Rupertus existimat) *una est amica mea*; quem locum sic transtulit

Intelligitur  
locus Ecclœ.  
de B. Virg. ab  
Ang. ser. 10.  
de tempore.

E stule-

Filiī primogeniti aliis cariores, ostenditur à Ruperto in beata Virgine, ex c. 6. Canticorum, secundum vers. 70.

stulerūt *70. vna es proxima mea*; quod idem est, ac si dicat: *Vnica es in mea dilectione primogenita mea*; quod ipsa Beatissima Virgo de se ait, cum annectit, dicens: *in omnibus gentibus primatum tenui*, ex quibus patet, fuisse Beatam Virginem Authoris gratiae, seu ipsius gratiae primogenitam, ipsiq; proximiorem, ac cariorem omnibus aliis creaturis. Ideoq; circa ipsius puritatem, & immunitatē excubasse, ita ut dicere possimus fuisse creaturem reliquas in sua Conceptione Diaboli excubias; at verò Mariā diuinā gratia fuisse sollicitudini, & curæ.

Genes. 49.

Pūgit locus

Vbi sup.

Disp̄gitus  
locus, ex  
Burgensi le-  
tione.Beatissima  
Virgo Au-  
thoris gra-  
tie solliciu-  
do fuit ab  
æterno.

*Ruben primogenitus meus, & principium doloris mei*, dixit Iacob, Gen. 49 benedicens filiū suū primo loco natum; pungit locus, mentemq; stimulat; non enim facile intelligitur, cur dicat Iacob fuisse Ruben eius primogenitum sui doloris principium? cum soleant homines latari, ac vehementer gaudere in suorum primogenitorum natalitiis; consonantiū equidē loqui videretur Iacob, si diceret: *Ruben primogenitus meus, & principium letitiae cordis mei*. Cum verò ait: *Primogenitus meus, & principium doloris mei*: intellectum pungunt, & stimulant eius verba: dispungam tamen cū Burgensi ad hunc locum: qui ita legit, *Ruben primogenitus meus, & principium sollicitudinis mea*; Et quidē verè, vbi primū namque nascitur primogenitus, statim incipit eius Pater de eius prouentu, & commodis esse sollicitū, noctes insomnes ducere, & de bonis illi acquirendis cogitare; & eo magis circa primū, quam circa reliquos filios sollicitus est, quo magis ab eo, quam cæteri illi dilectus est.

Beatissima igitur Virgo Dei Mater, quæ primogenita gratiae fuit, ipsi gratiae Authori sollicitudini, & curæ fuit statim, vt ab æterno in eius mente concepta fuit, & ex tunc incepit eius circa prædictā Virginē sollicitudo, & cura, & eo magis pro illa, quam

pro reliquis creaturis semper sollicitus fuit, quia magis, quam reliquæ ab eo dilecta fuit, & sic suę naturalis Cōceptionis tēpore, tā copiosum vectigal ipsi Beatæ Virgini idem gratiae Author comparauerat, vt potuerit gratia naturā anteuertere, & regina potuerit concepi Maria, non serua.

Amplius nobis philosophandū est circa hanc eximiā Beatissimæ Virgini excellentiā fuisse nēpē gratiae, seu Authoris gratiae inter omnes creaturas primogenitā: *Quis tā cæcus erit, B qui dicat, lucē non esse inter omnia sydera, & inter reliquas creaturem purissimam, & præ omnibus creaturis, quæ in orbis opificio à manu Dei prodierunt, pulcherrimā?* *Quis tā cæcus, C qui audeat affirmare fuisse in ea aliquid tenebrosum, aut obscurū, cū essentialiter lucens creata sit?* quis dicere ausus erit esse in illa imperfectio nē aliquā, quæ ad totius orbis perfectionē, & ornatū à Deo facta est: si quidē (vt cap. 9. Exam. Ambr. obseruat:) *Prima est adiustii gratia, quæ si defit, totū adiustiū difformi horret incultus;* & illa est, quæ reliquos mundi commendat ornatus: infititia equidē esset in tā lucida, & perfecta creatura aliquid imperfectionis ponere, aut cogitare. Igitur circa tātā hāc lucis puritatē, & ab omni penitus obscuritate immunitatē duo quæro, & expendo; primū cur secundū ad quid? Deus naturæ Author in hāc planetarū matrē tantā contulerit puritatē, ac pulchritudinē? Ad meū cur, respondebat August. apud Biel. serm. 4. de Virgin. Concept. ideò tantam in lucem Deū contulisse claritatem, perfectionē, pulchritudinē, & puritatem; quia omnium eius operū, quæ fecit ad extra, extitit primogenita; vnde talē esse decebat, quæ statim sui factoris sapiētiā indicaret, & fuerit ipsa eiusdem Dei omnipotentiæ, Sapientiæque ineffabilis, signū manifestū, & irrefragabile argumētum; sicut cætera artefacta, quæ

Beata Virgo  
præ omni-  
bus aliis  
creaturis, à  
Deo dilectaAmplifica-  
tur hāc præ  
rogatiua Vir-  
ginis esse  
nempē pri-  
mogenitam  
gratiae.Lux totius  
Dei opificii  
gratia, ex  
Amb. cap. 9.  
Examur.Cur, & ad  
quid tantā  
gratiam in  
Luce pos-  
suerit Au-  
ctor nature,  
ex Piel. ser.  
4. de Virgin.  
Concept.

Ostendit lu-  
cis gratia, &  
perfectionis, sui  
formatoris  
peritiam.

quæ sui artificis ingenium solent ostē-  
dere, ac commendare; ita ut non suā  
solum perfectionem ostendant, sed &  
sui artificis commēdēt peritiam, quæ  
prima est in luce proprietas, & secun-  
dum quam, ipsæ Diuinæ naturæ ma-  
ximè assimilatur, cuius propriissimum  
est, se ipsam manifestare: audiamus

*August. apud Bielē ubi su-  
pra.*

Augustinum; *Primo* (inquit) ratio lu-  
cis inuenitur in natura diuina principa-  
luer, que est manifestatio sui, in qua om-  
nia primo, & clarissimè reluent: Et qui-  
dem optimè loquitur Augustinus; si

Perfectio,  
quā cū Deo  
lux habet cō-  
munem.

namque Deus se ipsum non manife-  
stat, nemo eum cognoscit, nemo eum  
videt; quod si se alicui manifestat,  
omnia simul manifestat, quæ creauit,  
quia in ipso perfectiori modo existūt,  
quām in se ipsis: Cum ait quando san-  
ctissimo Patri Benedicto Monachorū  
patri, ac duci se se diuina essentia ma-  
nifestaret, totum simul mūdum sub  
vno solari radio abbreviatum con-  
spexit, vt Dialogorum lib. Magnus

*Magn. Greg.  
in Dialogis.*

Lux diuina  
naturæ tra-  
sumptum.

Pater tanti patris filius testatus est:  
imitatur itaque lux hanc diuina ef-  
fentiæ proprietatem: si namque ipsa  
se ipsam non manifestat, à nemine  
perspici potest, quod si alicui manife-  
statur, manifestat simul ei omnia alia,  
quæ antea videre omnino sine ipsa  
non poterat: & indè sit, vt sit lux quo-  
dam diuinae naturæ transumptum, vt  
loquitur Augustinus, dum ait; *Primā*

*Diuine nature rationem inueniri in lu-  
ce:* Sitque ipsa euidentissimus testis

Diuinae omnipotentiae, ac sapientiae, à  
qua efformata est: & quia in primo  
opere suo, quod artifex in omniū oculis  
ponit, totam suam ponit sciētiā, vt  
potè quod primogenitus est sui in-  
genii partus, primusque testis, à quo  
omnis eius pendet honor, omneque  
decus: ita diuina sapientia ( vt nostro  
loquamur more ) adeò desudauit, in

luce perficienda, omnibusq; numeris  
absoluenda; quia nempè eius fuit pri-  
mogenita, & eius euidentissimū exē-  
plar, vt loquitur Alcoinus, in suo libro

Pars 2.

Lux primū  
opus Autho-  
ris naturæ,  
ideò in ea  
totam posu  
t perfeccione.

*Alcoin. lib.  
interrogatio-  
nū interrog.*

A interrogationum, interrogatione s. di-  
cens. *Lux in omni loco, & inter omnia  
primum tenet.*

Ad quid autem adeò pulchrā, adeò  
resplendentem, & puram naturæ Au-  
thor efformauerit lucem, ostendit idē  
Alcoinus eodem loco, dicens: *Lucem  
fecit purissimam, à qua postea sol factus  
est:* Ex quo & ex supradictis iam licet  
inferre maximam esse Beatissimæ Vir-  
ginis excellentiam, quod fuerit gra-  
tiae primogenita, omniumque crea-  
turarum prima, quas diuina sapien-  
tia ad intra molita est: *primo genita ante  
omnem creaturam:* Quamquā enim  
diuinum Verbum ab eodem diuino  
intellectu generetur, creatura tamen  
non est, ac proindè inter omnes crea-  
turas diuinae gratiæ, diuinique intel-  
lectus primogenita Maria est: & ideo  
tam pura, tam absoluta, tam perfecta  
efformata est, vt omnium aliorū crea-  
turarum perfectiones in sola Maria  
reperiantur, vt secundum sanctæ Ma-  
tris Ecclesiæ mentem ipsa de se testa-  
tur, dicens Proverbiorum 8. *Dominus*

*possedit me in initio viarum suarum: ab  
eterno ordinata sum: Non dum erant  
abyssi, & ego iam concepta eram; quando  
præparabat cœlos, aderam; cum eo eram  
cuncta compones: Qui sacri contextus  
locus ultra quā confirmet fuisse Bea-  
tam Virginem diuini intellectus pri-  
mogenitam, ostendit insuper reliqua-  
rum omnium creaturarum perfectio-  
nes in eam quasi in epilogum Diui-  
nam sapientiam redigisse: Quid enim  
aliquid est ( ait Signinensis Bruno ho-  
milia de Mariæ nativitate ) affuisse Vir-  
ginem Deo mundum mente designanti,*

*& ex eternitate molienti nisi in illa crea-  
turarum archetypa molitione, diuino in-  
tellectui obiectam fuisse Mariam, quasi  
iam tunc Deus in singulis creaturis inae-  
stigauerit, quidquid in illis excelleret, vt  
indè, decerptum in Beatissimam Virgi-  
nem transunderet; artem itaque suam  
Deus in Virginis formatione com-  
mendauit, vt in primis operibus*

*Ad quid tā-  
ta in luce col-  
locata perfec-  
tio, ex eode  
Alcoino ubi  
supra.*

*Inferatur ex  
supra dictis  
Beatae Virgi-  
nis puritas  
Immaculata.*

*Proverb. 8.*

*In Beata Vir-  
gine omniū  
creatuarum  
perfectiones  
quasi in epy-  
logū redacte*

suis artifices optimi facere consue-  
runt, periclitatur enim in illis eorum A  
fama, & honor; vnde ut diuinæ Sa-  
pietiae honor in Maria primo eius ope-  
re nō periclitaretur, decuit Virginē ea  
puritate nitere, qua maior sub Deo ne-  
quauit intelligi, vt in suo de Cōceptio-  
ne loquitur Anselmus: Ecce cur eam  
adeò pulchram effigiauit, adeò abso-  
lutam, & puram.

Secūdā verò rationē tantæ Virginis  
puritatis, reddit idem Alcoinus, vbi  
supra, dicens: *Virgo singularis illa lux  
est, i qua Sol ille productus est, qui omnia  
illuminantia illuminat;* quod id ipsum  
est, quod Euangelista testatus est, di-  
cens: *De qua natus est Iesus, qui voca-  
tur Christus:* Si ergo (vt latè superiùs  
ostensum est). *Filiī matrizant.* Quo-  
modo esset diuinus iste iustitiæ Sol  
purus, & lucens, si à luce, idest à Ma-  
tre, efformatus esset originalis culpæ  
nebula obducta, & obseurata? quomo-  
doque syderibus lucē præberet, idest  
Angelis, qui astra matutina appellan-  
tur, Sol ille qui à nocte originalis cul-  
pæ, idest à Matre originalis culpæ  
caligine obtenebrata, prodibat? Hoc  
certè rationi consentaneum esse non  
puto, immò potius piè credide-  
rim non humanæ tantum naturæ, sed  
& Angelicæ, gratiæ primogenituram  
Beatam Virginem prætulisse; sic enim  
concepi decebat, & efformari lucem  
illam, à qua postea Sol Iustitiæ ef-  
formādus erat, vt sancta Mater Eccle-  
sia eiusdem Virginis in sua Cōceptio-  
ne puritatem commendans lata ca-  
nit. *Cōceptio tua Dei genitrix Virgo gau-  
dium attulit uniuerso mundo ex te enim  
ortus est Sol Iustitiae Christus Deus no-  
st̄er,* &c.

CIRCA EADEM SACRI  
contextus verba.

*De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.*

ANNOTATIO VIII.

*Quod dari vera lætitia non potest in*

*anima peccati pondere onusta; vn-  
dē insertur non fuisse Beatae Vir-  
ginis animam in eius Conceptione  
peccati originalis pōdere oppressam;  
siquidem vniuerso mundo gaudium  
nuntiauit eius conceptio.*

*Sumpto fundamento ab illo Psal. 47.*

*Fundatur exultatione vniuersæ terræ  
mons Sion.*

B *Quicunque hic Regius Psaltes ad li-*  
*teram de Ecclesiæ fundatione; at  
mysterium in istis verbis contentum  
Virginem respicit, cuius Immaculata  
Conceptio vniuerso mundo gaudiū  
attulit: nam per montem Sion Virgi-  
nem Dei genitricem intelligi docent  
Pates variis in locis, & præcipue Di-  
uus Hieronymus, Theodoretus, &  
Rupertus Abbas ad cap. Dan. 2. Iusti-  
nus Martyr Dialogo cum Typhonie:  
Epiphanius de laudib. Virg. Isiacus de  
laudib. eiusdem Virg. Ioannes Mam-  
burnus membro 5. tit. 24. Arnobius in  
expositione Psal. 47. & D. Greg. Mag.  
ad cap. 1 primi libri Regū, vbi sic ait:*

*Montis Sion nomine Beatissima Virgo  
Maria designatur, quæ omnē electa crea-  
ture dignitatem, sua dignitate trancen-  
dit: an non mons sublimis Maria, quæ vt  
ad Conceptionem Eterni Verbi pertin-  
geret, meritorum verticem super omnes  
Angelorum choros usque ad solium dei-  
tatis erexit? Quin & deuotus Ioannes  
Mamburnus in suo exercitatorio, ti-  
tulo 24. membro 5. & Arnobius in ex-  
positione Psalmi citati, putant Dauid  
propheticis oculis Beatissimæ Virgi-  
nis Conceptionem Immaculatā fui-  
se intuitum, cum summa lætitia per-  
fusus cecinit, dicens. Fundatur exulta-  
tionē vniuersæ terre mons Sion: Quo  
supposito, validissimum ex hoc Psal-  
mi loco deducitur fundamentum, ad  
probandum fuisse Beatissimam Virgi-  
nem conceptam absq; originali culpa.*

*Habet equidem sanctorum editio  
lætitiam plurimorum (ait Ambrosius*

*Psalm. 47.  
Mambur. ibi.  
Arnobius ibi.*

ad

*Virgo Bea-  
tissima per  
Sion monē  
designata, ex  
Aug. ex Hier-  
onym. & ex  
Theod. & Ru-  
per. atq; Gre-  
gor. ad cap. 1.  
primi libri  
Regum.*

Sæc. Natiuitas omnibus grata, & laeta, ex Ambr. ad ca. Luc. 1. ad caput 1. Lucæ; ) quia (vt idem ait) commune est bonum; Quod à fortiori de Beata Virgine sensendum est, quæ in bonum, Angelis, hominibusque commune, concepta, & nata fuit Christi filii sui in Angelorum reparatione, & in hominum redemptione coadiutrix, vt omnes ferè locuntur Patres; testaturque præcitatī Psalmi locus: *Fundatur exultatione universæ terre mōs Sion*: Ac si dicat Regius Vates, à primis statim Virginis lineamētis totius orbis incæpit lætitia.

Quod à fortiori de Beata Virgine intelligendū est.

Tristitia peccati effectus, lætitia vero gratiæ. Psalm. 37.

Paraph. Cal.

Pater Greg. ad Psal. præcita.

Psalm. 50.

Genebrard. ad hunc Psalmi locum.

ad caput 1. Lucæ; ) quia (vt idem ait) commune est bonum; Quod à fortiori de Beata Virgine sensendum est, quæ in bonum, Angelis, hominibusque commune, concepta, & nata fuit Christi filii sui in Angelorum reparatione, & in hominum redemptione coadiutrix, vt omnes ferè locuntur Patres; testaturque præcitatī Psalmi locus: *Fundatur exultatione universæ terre mōs Sion*: Ac si dicat Regius Vates, à primis statim Virginis lineamētis totius orbis incæpit lætitia.

Ex hoc igitur fundamento, quod cum tam ingenti lætitia Maria Virgo Dei Mater concepta sit, probare intento fuisse eandem Beatissimam Virginem absque originali conceptā; nam tristitia effectus peccati est, lætitiae verò gratiæ: vtrumque testatur Regius Vates, qui vtrumque expertus est; *Tota die contristatus ingrediebar*; (dicebat Psalm. 37. ipse loquens de tempore illo,) quod intercessit inter eius cum Bersabeth adulterium; & eiusdem peccati remissionem; quasi si diceret, per totum illud tempus, quo fui in captiuitate peccati, semper mestitia maxima affectus incedebam; ita enim Psalmis mentem propalat Paraphrast. Caldacus: sic enim habet: *Supramodum contristatus ingrediebar*; Prouenisse autem hanc Dauidis animi summam mestitiam à culpa, ostendit Pater Gregorius, dū eadem Psalmis verba interpretatur, dicens: *Anima peccatorum pondere onusta tabescit, & contristatur*. Esse verò lætitiam effectū gratiæ, ostendit idem Dauid dicens Psalm. 50. *Redde mihi lætitiam salutaris tui*: Ac si dicat, solus tu Domine, qui gratiæ Author es, illam mihi lætitiam reddere potes, quam abstulit culpa: in hunc enim sensum locum interpretatur Genebrardus dicens. *Pecatis amittimus lætitiam, & consolationē spiritualem, & recuperamus eam Dei reconciliacione, & gratia*.

Disquirit Signiniensis Bruno ver-  
Pars 2.

A ba illa Genes. 4. quibus Moyses Cainum vehementer contristatum proponit, postquam inuidia eius pectus inuasit: *Irratus est Cain vehementer, & concidit vultus eius*: Inquirens igitur præfatus Pater tāti mōroris causam, inuidiam esse reperit, quam contra fratrem conceperat; quia non poterat talis monstri conceptio summam secum tristitiam non afferre? atq; omnem prorsus lætitiam ab illius animo non expellere: *Vbi primum sibi inuisus est frater, (inquit Bruno) statim concidit vultus eius; quia peccatum, & letitiam simul esse non possunt*.

*Genes. 4.*  
Disquiritus  
locus à Bru-  
none.

*Signū Bruno  
ad c. 4. Gen.*

B Ad idem argumentum roborandum maximè conductus diuī Petri Chrysologī pōderatio ad illa verba Elisabeth magni Ioannis matris, ad Beatā Virginem, Lucæ 1. *Ecce ut facta est vox Luce 1.  
salutationis tuae in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo*: Inquirit præfatus Pater sermone 1. de Baptista Natuitate, rationem, & causam cur infans ante Virginis adueniētū, eiusq; ad Elisabeth salutationem; in Matris vtero p̄e gaudio (vt loquitur textus Græcus) non saltauerit? & cur statim exultauerit facta Virginis ad ipsius matrem salutatione? aitque idem Pater, ideo tunc, & non antea fuisse lætatum, quia antea peccati originalis pondere oppressus intima tristitia præmebatur; at vbi primum accessit gratia, & ab originali peccato liber extitit, statim cœpit lætari; quia peccatum tristitiam parit, & lætitiam gratia: *Merito* (inquit Chrysologus) *Ioannes in utero exultauit, quando originis sue libertatē nouit*: Perbellè quidem; nam si Ioannes ab originali culpa possessus mundum intraret; tantā secum lætitiam non afferret, at quia cum gratia natus est, ideo in Natuitate eius gauisi sunt multi.

D Addè nunc piè concionator his, quæ dicta sunt suauissimam illam cātilenam, quam Mater Ecclesia in Virginis Beatissimæ Conceptionis festi-

E 3 uitato

Ecclesia in officio Conceptionis Virginis, & Nativitatis eiusdem. Psalm. 47.

uitate lata canit: *Conceptio tua Dei genitrix Virgo gaudium annuntiauit uniuerso mundo:* Et quod Regius Vates de eiusdem Virginis Conceptione testatur, dicens. *Fundatur exultatione vniuersae terrae mons Sion;* Et inferes ex huius latitiae magnitudine, quam Orbis vniuersus in Beatissimae Virginis Conceptione percepit, fuisse ipsam sine peccati originalis laba concepta, peccatum siquidem, & latitia simul reperiri non possunt.

Ratio, quam lib. de proces. spiritus sancti cap. 13. assignat Ruper. ob quam totū Cantic. librū de solo Christo, & Beata Virgi- ne exposuerit

Optima etiam eiusdem asserti confirmatio deduci potest ex ratione, quā libro de processione Spiritus sancti cap. 13. reddit Rupertus, ob quam totum Canticorum librū de solo Christo, & Beata Virgine exposuerit: *Quia* (inquit) *in hoc cantico, nihil disconuenit animae Beatissime Virginis dilectae, & animae Christi diligentis, cum sit hæc sacrae Scripturæ pars tota cantabilis.* Expēdo ultima Ruperti verba, rationemq; quam assignat, ob quam de solo Christo, & de sola Virgine totum Canticorum Canticum intellexerit, illisq; solis competere sibi persuaserit: *Cū sit* (inquit) *hæc sacrae Scripturæ pars tota cantabilis:* Dubito igitur, & inquiero cur hæc sacrae Scripturæ pars ex eo, quod tota cantabilis sit soli Christo, folique Virgini eius Matri conueniat? nonnè ex eo, quod cantabilis est, aliqui iusti animæ conuenire possunt ea, quæ hic cantantur? Nonnè anima iusti Dei sponsa est? equidem maximè: nonnè tota pulchra est? Equidem maximè; nonnè à Deo dilecta est? equidem maximè: cur ergo dicit Rupertus, soli Christo, & soli Virginis conuenire canticorum canticum? nihil tamen respondet præfatus Pater, nisi *Quia hæc sacrae Scripturæ pars tota cantabilis est.* Quæro secundo, & ex eo, quod tota cantabilis sit, saltem Ecclesiæ non conueniet, quæ laudes sui Fundatoris continuò canit, & victoriis à communibus inimicis passim partis latitatur? Respondet adhuc Rupertus,

Cur Ruperti Cantic. libri de solo Christo, & de sola Virgine exposuit, ex eode Rup. ubi sup.

A quia ex eo, quod tota cantabilis sit hæc sacræ Scripturæ pars, soli Christo, folique Virgini conueniat, & causam assignans ait, *quia iusti anima, & si dū in gratia est, lata sit, quia tamen aliquando peccauit, semper ut gemat, necesse est,* & Ecclesia in membris suis etiam aliquando peccauit, & pro illis cum fletibus penitentiae lamentatur, & gemit, & hac infra dignitatem sunt Christi, & huius Virginis, cuius anima nunquam habuit, cur gemeret, nisi vulnus amoris: Optima equidem ratio, & præsenti intentui valde congruens: coincidit enim cum Ecclesiæ cantilena, *Conceptio tua Dei genitrix Virgo gaudium annuntiauit uniuerso mundo:* Et cum Davidis de eiusdem Virginis lata Conceptione testimonio, *Fundatur exultatione vniuersae terræ mons Sion;* quomodo enim ingrediens Maria naturæ limites, non statim cantaret, suisque cantilenis mundum non recrearet; quæ in primo ipso suo naturæ ingressu, cur gemeret non habuit; immò, cur canaret, & lataretur? peccatum, & latitia simul esse non possunt; at gratia, & tristitia cohabitare simul nequeunt; quia igitur Beata Virgo cum gratia concepta, ac fundata est, ideo naturæ limites, non plorando, sed cantando, totumque mundum latificando ingreditur; ut Regius Psaltes attestatus est, dicens: *Fundatur exultatione vniuersae terræ mons Sion.*

D Addiderim circa validissimum hoc fundamentum, quod Regius Vates nobis obtulit, ad ostendendum, fuisse Beatissimam Virginem absque peccato originali conceptam; quod quamquam dixerit fundatum fuisse Sion montem non vniuersæ tantum terræ exultatione, sed vniuersorum, id est Dei, & Angelorum, à veritate tamen non discederet, ut piè, ac deuotè loco superius allegato pôderauit Ioan. Maburn. dicēs. *Concepitus iste Virginis Marie letus fuit omnib⁹, quippè qui Deo, carlis, limbo, & terris non parvā latitiā inuexit.*

Cur ex mēte Ruperti Canticū liber de Ecclesiæ nō interpre- teatur.

Ecclesiæ cantilena in Vic- ginis Conceptione. Psalm. 47.

Beata Virgo cantando in- gressa est o- turæ limites.

Psalm. 47.

Beata Virginis Conceptione, Dœ, Angelis, & hominibus latitiā at- tulit.

Vt tandem discursum istum absoluamus, in quo ex latitiae, quam Beatisimæ Virginis Dei Matri Conceptio mundo attulit, eius à peccato immunitatem ostendimus, audienda est sancta mulier Brigida eius Virginis deuotissima, & cœlestibus reuelationibus, vt quæ maximè illustrata, quæ in suarum reuelationum libro, verba hæc à Beatissima Virgine acceptissæ testata est: *Hora in qua ego concepta fui; meritò aurea vocari potest, nam tunc incœpit principium salutis omnium, & tenebræ quasi festinarunt ad lucem;* Quod idem est, ac si diceret, tenebræ originalis culpæ in me: Conceptio instanti festinanter abiere, vt locū darent gratiæ luci, cum qua concepta fui.

Beata Brigida in reuelationibus.

Gab. ser. 4. de Virginis Cōceptione.

Optime denique in hanc sententiam Gabriel Biel serm. 4. de eiusdem Virginis Cōceptione: *Celebremus* (inquit) dilectissimi illius Virginis primordia, quæ nobis principium attulit latitiae: gaudet qui thezaurum in agro absconditum inuenit, & prægaudio illius omnia, quæ habet, vendit, ut comparet agrum illum; multo magis nobis gaudendum est, ac toto orbi iubilandum, quia hodie inventus est ager, id est, terra, quam post veterem maledictionem benedixit Deus; ab initio lapsæ naturæ questæ, expectata, & desiderata, in qua latebat salus omnium Christus Iesus.

CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.*

## ANNOTATIO IX.

*Quod pignorauerit diuina sapientia suum honorem in Virginis efformatione; ideoque adeo absolutam effecerit.*

A Sumpto fundamento ab illis Prouerbiorum verbis capite 9.

Sapientia ædificauit sibi domum.

D E Beatissimæ Virginis efformatione locum istum interpretati sunt perquam multi Patres, & præsertim Damiani Petrus sermone de Beatæ Virginis Natiuitate, & Diuus Pater Augustinus sermone de eiusdē Virginis Assumptione, quorum apponam, & expendam verba: *Oportebat*

Patres, qui  
Prouerb. 8.  
locū de Bea-  
ta Virgine  
intelleixerūt.  
Dam. ser. de  
Virg. Natiu-  
Aug. serm. de  
eius Assump.

B prins ædificari domum ( inquit Petrus Damiani ) in quam descendens cœlestis Rex habitare dignaretur; illam videlicet, de qua per Salomonem dicitur: *sapientia ædificauit sibi domum:* Luculentius adhuc Augustinus: *Nullam* ( inquit ) *sibi digniorem domum* filius Dei ædificauit, quam Mariam, que nunquam fuit à latronibus perfossa; nunquam ab hostibus capta; neq; suis unquam ornamenti spoliata, in qua septem columnas excidit; omnes in quam virtutes, & omnia dona Spiritus sancti; itē Bernardus sermone itē Bern. ser. de Assumptione, prius eam altissimus creauit, quam in iustitia, & sanctitate fundaret.

Assumpt.

C Expendo Bernardi verba: *Prius ea* Expenditur  
altissimus creauit, quam in iustitia, & Bernardi verba.  
sanctitate fundaret: Solent peritissimi architecti, prius mente moliri ædificium aliquod sumptuosum, quam illius fundamenta iaceant, ne in illo aliiquid deficiat, aut supereret, quod à debita perfectione, seu consummatione dissentiat; vnde fit, ut opus emolumentum sit ipsorum peritiæ testimoniū eidens; vel ipsorum inscitiæ manifestissimus testis, siue honoris pignus; & ideo multo antequam ædificare incipient, circa illius satagūt perfectionem omnimodam: pignorant namq; honorem suum in operis consummatione; quod & diuinæ sapientiæ in Virginis efformatione suo modo cōtigisse ait Bernardus; *Prius* ( inquit ) *eam altissimus creauit, quam in iustitia,* & san-

Operis per-  
fectio, & cō-  
sumatio ha-  
nor artificis.

*& sanctitate fundaret; idest, non casu, & absque longa præmeditatione ædificauit, sed per longum temporis spatium (vt nostro modo loquamur) eius prototypon mente molitus est: neque mirum, qui enim (vt Sacer contextus asseuerat;) prius fecit cœlos in intellectu, quād ad extra efformaret; cœlū animatum Mariam prius debuit efformare mente; quād manu cōdere: nam plus honoris pignorauit in suæ Matris, quam in cœlorum efformatione: ex præmeditato igitur efformata est Maria sanctissima, vndē in eius efformatione pignorata est Sapientia increata.*

Psal. 135.

*In Virginis efformatione plus pignorata Diuina Sapientia, quam in formatione cœlorum.*

Anselmus de Virginis Cōceptione.

*Stricte admodum pignoratam eandem Dei sapientiam in hoc opere agnoscit, ostenditq; Anselmus in suo de Beatæ Virginis Conceptione, dicens: *Decuit Virginem ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequivuit intelligi:* Vndē si hoc Beatissimæ Virginis ædificiū, cum futuro in ea habitatore nō cohæsit; in architecti proculdubio honoris detrimentum vergit, qui id ex præmeditato ædificauit, & antequā publicè fundamēta iecerit, multoties mente molitus est; patet namque (secundum Anselmi dictum) eius defecisse scientiam; nam decebat ea perfectione Virginem efformari; quā Dei intelligentiæ adæquaretur; vndē si imperceptibili perfectione efformata non est, honorem suum aliquo modo deteriorasse increata Sapientia visa est.*

Prouer. en. 8.

Albert. Mag.  
ad cap. 8. Pro  
verbior.

*Adhuc amplius Diuinam sapientiā pignoratam in hoc opere agnoscet, qui eiusdem Virginis testimonium disquisuerit, Prouerbiorum 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, à principio ordinata sum; quem locum esse de Beata Virgine, sicut de Sapientia increata intelligendū, ait Magnus Albertus ad hunc locum: *Quidquid (inquit) de sapientia increata prædicatur, potest in Deipara Virginis laudes conseruari;* locus igitur prefatus Prouer-*

biorum 8. in quo de se ipsa loquitur Beata Virgo, valdè in ipsius formatione pignoratam Diuinam sapientiam ostendit: *Dominus creauit me,* (ait Beata Virgo secundum 70. versionem) *ab initio operum suorum,* seu *creatrarū suarum,* vt habet Caldaicus cōtextus; *Text. Cald.* quod idem est, ac si dicat Virgo Beata: prius quād se se diuina sapientia occuparet in alicuius creaturæ efformatione, de mea cogitauit formatione; quod idem est, atque id, quod superius dixerat, dum se omnium creaturarum primogenitā appellauit; vndē multum se se diuina sapientia debuit pignorare, in primogenito sui intellectus patti perficiendo, & absoluendo; quid enim non faciet Pater, vt eius primogenitus filius pulcherimus euadat, & in bonis omnibus consummatus? quod si non ita contingat, aut plus non potuit, aut non plus intellexit, qui efformauit Pater: ex quo patet non Diuinam sapientiam tantū, sed & Diuinam omnipotentiam pariter in sanctissimæ huius Virginis efformatione suum honorem pignorasse, quod cum ita sit nemini dubium esse potest, omnibus numeris absolutū euasisse Diuinæ sapientiæ primarium opus, similiter & diuinæ omnipotentiæ.

70. Versio in  
cap. Prou. 8.

Beata Virgo,  
post Verbi,  
primus diuini  
intellec-  
tus partus.

Etiā diuina  
omnipotētia  
in Virginis  
efformatio-  
ne pignorata

C

D

*Vt autem omnia, quæ dicta sunt, pateant, evidentius appositi loci verba sigillatim expendere, ac enodare curabo: *Sapientia (inquit contextus Sacer) ædificauit sibi domū.* Circa quæ verba quero, an cum istam sibi domū sapientia, non mente, sed opere ædificauit, ædificauerit ne alicui domum alteram: non poteris non affirmatiè respondere, quamquam enim omniū creaturarū prima in Dei mente Maria fuerit; prior tamen Eua extitit in efformatione; *Tulit (inquit contextus Sacer) unam de costis Adæ, & edificauit in mulierem,* Genesis 2. & qualem, quæro, ædificauit: originali proculdubio iustitia fulta, gratiæ concreatae lu-*

Expenditur  
Prouerbiorū  
locus sigilla-  
tim.

Genes. 2.

ce resplendentem, & ab omni libera pensione?benè vtique: quis ergo adeò amens erit, qui dicat, vel existimet perfectiorem, & illustriorem domum Adæ, quā sibi Diuinā sapientiā ædificasse, illam grātiosam, istam sine gratia: claram illam, istam obscurā?quis quis hoc piis oculis inspexerit, rectaq; mentis trutina ponderauerit, rectè perspicet decens non esse: quod fuerit absque gratia efformata gratiæ mediatrix, cum fuerit cum illa peccati adiumentrix efformata: immò decuise Virginem; Ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequivuit intelligi: nullamq; digniorem domum Dei sapientiā ædificasse illa, quā ipsa sibi ædificauit: quamquam enim primam illam, quā Adæ ædificauit, omnibus illis fuerit gratiis condecorata, non adeò tamen firma habuit fundamenta, atque hæc habuit, quā diuina sapientia sibi ipsi ædificauit; nam illa à latrone fuit perfoſſa, & inuasa; ista verò nunquam ab eodem ingressa, neque suis aliquando bonis spoliata.

Firmissima  
Marie fun-  
damēta nū-  
quā ab ho-  
ſte perfoſſa.  
  
Decuit equidem Beatissimam Virginem adeò communitatē efformari, quæ xterni Regis gazophilacium (vt loquitur Damianus) futura erat, in quo per nouem mensium spatium illud asseruandum erat vēstigal, quo à cruenti prædonis seruitute postea eramis comparandi: adeò itaque firma habuit fundamēta hæc Diuinæ sapientiæ domus (ait Augustin.) vt nunquam fuerit à furibus perfoſſa.

Quod si quis scire exoptat, ex quibus lapidibus huius domus fundamēta iecerit Diuina Sapientia; aduertat priùs ad illud, quod referēs Adæ formationē, dicat cōtextus Sacer, Gen. 2. in cap. *Tulit Dominus unam de costis eius* (ideſt Adæ) & ædificauit in mulierem; quod idem est atq; dicere, quod ex ipſomet Adamo afflumpserit Dominus fundamēta, quæ iecit in ædificio, quod ipſi Adæ ædificauit: disquirit locum Bertarius Martyr, lib. quæ-

Eua cū gra-  
tia cōtexta  
efformata  
à fortiori  
Maria.

Anselm. vbi  
supra.

Eua gratia  
spoliata, Ma-  
ria nunquam  
ex Auguſtin.  
vbi ſup.

Firmissima  
Marie fun-  
damēta nū-  
quā ab ho-  
ſte perfoſſa.

Genes. 2.

Eua funda-  
menta ex  
Adamo de  
ſumpta, &  
cur, ex Ber-  
tario dub. 4.  
ex vet. test.

A ſtationum veteris testamenti, quæſt. 4. & cauſam inquirit, cur Dominus non aliundē, ſed ex ipſomet Adamo mulierē efformauerit, adiumento vna de costis, quas posuerat; cōuenientius enim videtur fuſſe mulierem ex luto efformare, quā primum hominem, quem efformauerat diſcomponere; neque deficeret certè materia altera, ex qua Eua efformaret Dominus ſi vellet, ait præfatus Pater: cuius appo no verba: *Deficiebat (inquit) latus, ſeu massa, quævis alia, à qua Eua formaretur*

B ſine eo, quod ab Adamo abstulerit Dominus costam, qua fuerat efformatus? Et du- bium statim diluens ait: *Mysteriū cer- tè fuit, non massa penuria: edificauit Adæ ex proprio, ut originalis iustitia amissio- nis damnum in Deum non retorqueret,* ſed in ſe ipsum: ac ſi dicat; ideò Domi- nus ex propria Adæ materia illi vxo- rem fecit; vt cum ſe poſteā eius cauſa ab originali iustitia ſpoliatum conſpi- ceret, in ſe ipsum, à quo fuerat Eua efformata, & non in architectū cul-

C pam coniiceret. Ex ſe ipſo, quoq; iecit diuinus architectus domui, quam ſibi ædificauit fundamenta (vt statim vi- debimus:) vnde in ipsum culpatum co- torquent, qui dicunt, domum hanc aliquando ruinam fuſſe minitata, aut à latronibus fuſſe perfoſſam; vnde cum Diuina sapientia, & non cum Beata Virgine illis est agenda res.

D Sed accedamus iam ad inquirendum, ex quo nam lapide diuinus iſte architectus Virginis fundamēta iecit: sanctus Pater Augustinus in expoſitione Psalm. 47. ait ex eodem lapide iecifit fundamenta Christum domui huic, quam ædificauit ſibi, ex quo iecit, & Ecclesiæ, quam etiam ædificauit ſibi: *Sicut (inquit) fundauit ciuita- tem in qua naſceretur; ita fundauit ma- trem, ex qua naſceretur: Ecclesiæ autem ex ſe ipſo fundamenta iecit; vt ad Ephes. 2. affirmit Apoſtolus, dicens: Superædificate ſuper fundamētu Apo- stolorum, & Prophetarum ipſo ſummo*

*Idem Ber-  
tarius ibidem.*

*Ex ſe ipſo  
iecit Deus  
Mariae fun-  
damenta.*

*In Dei cul-  
pam inge-  
nit, qui in  
Maria cul-  
pam ponit.*

*Fundamēta  
Virginis, &  
Ecclesiæ ex  
eodem lapi-  
de, ex Aug.  
ad Psal. 47.  
Paul ad  
Ephes. cap. 2.*

Christus  
Dñs Ecclesiae, & Beatae Virginis petra fundamen-talis.

Quomodo intelligendū sit fundasse Christū Mariā super se ipsum.

Sanguis Chri-ti postea ef-fundens ab origine mū-di valorem habuit.

Cantic. 8.

Beata Virgo super omnes tres per-sonas diui-nas funda-ta, ex Bern. ser. 9. ex pa-ruis.

Mysterium septē Salo-monis colu-narū, ex co-dem Bernar-ubi supra.

*angulari lapide Christo Iesu: Cum ergo Christus ipse Ecclesiæ fundamentalis petra sit; huius etiam domus id est Virginis fundamentalis petra est, siquidē;*

*ita fundauit matrem ex qua nasceretur, sicut fundauit Ecclesiā in qua nasceretur,*

*Conueniens namque fuit in se ipso*

*fundasse domum, quam ædificauit si-*

*bī, sicut in Adamo fundauit domum,*

*quam ædificauit Adē: fundauit igitur*

*sibi diuina sapientia Verbum Patris*

*Mariam sanctissimam super se ipsam,*

*id est, super merita sua, super gratiam, &*

*benignitatem suam: superque puritatem,*

*suam, & valorē sanguinis sui effundēdi:*

*Nam sicut agnus est ab origine mun-*

*di occisus; ita eius sanguis ab origi-*

*ne mundi meruit, valoremque habuit*

*ad Virginem eximendam à lege peccati,*

*quaē eius mater futura erat, &*

*domus, in qua per nouem mensium*

*spatium habitare decreuerat: funda-*

*uit igitur super se domum, quam fun-*

*dauit sibi: vnde istius Virginis funda-*

*menta Angelorum oculos, sicut Iu-*

*dith calceamenta oculos Assueri, ra-*

*puerunt; & admirati dixerunt Canti-*

*corum 8. Quis est ista, quaē ascendit de*

*deserto innixa super dilectū suum: ac si*

*dicerent, quale istud ædificium est,*

*quod super proprium architectū fun-*

*datum est?*

Non satis habuit Bernardus huic

domui verbum tantum pro fundame-

to assignare; nam omnes tres diuinæ

personas Virginis pro fundamentis ap-

posuit, addens pro lapibus interme-

diis quatuor Cardinales virtutes; vt

septenū colūnarum numerum ad-

impleat, super quas Salomon ait, sa-

pientia domum fuisse fundatam, di-

cens. Sapientia ædificavit sibi domum,

excidit columnas septem, &c. Nam co-

lumnæ totius domus sunt fulcimen-

ta: Sapientia (inquit Bernardus serm.

9. ex paruis) quaē erat in sinu Patris ad

nos veniens, ædificauit sibi domum, scili-

cet Matrem suam Virginem Mariam, in

qua septem columnas excidit; ternarius

ad personas pertinet Trinitatis; quater-narius pertinet ad quatuor principales virtutes: Confirmant Bernardi men-tem, quo ad ternarium, antiqua origi-nalia, que ita habent sapientia ædifica-uerunt sibi domum; Ac si dicant, omnes tres diuinæ personæ in tanti huius ædificii molitionem manum miserūt, & in illius perfectione sunt occupatae; quod etiam Esiachus Hierosolymita-nus testatus est, dum Beatam Virginē, totius Trinitatis complementum appella-uit, id est, opus illud, in cuius perfe-ctionem, & complementum omnes tres diuinæ personæ manum mise-runt.

Perpendas hic, quæso, amice con-cionator tantam istius domus fun-dationem, ac stabilitatem; & confide-ra fuerit ne adeò audax culpæ ex-actor, vt auderet peccati tributum ab ea expostulare? aut Iatro communis eius fundamenta euertere? non ausus est in Ægypto mors domos intrare, Exodicap.12 in quibus Christi sanguinis umbra effi-giata erat; & intrare auderet ad culpæ vulnus infligendum Mariæ animæ Christi sanguine, validissimisque me-ritis complasmatam? vehementer du-bitō, immò potiū piè credo nunquā hanc domum à latronibus fuisse per-forsam, vt loquitur Augustinus:

Obiicies fortasse cōtra id, quod circa Virg inis fundamēta dictū est, inuerso modo fuisse hanc domum fundaram, & à communi more fundandi omni-no diuerso: non domorum fundamen-ta, non supra tecta iaciuntur, sed infra totius ædificii molē: hic autem Deū, qui super omnem electam creaturam est, infra Mariam collocamus, quaē crea-tura est: vel igitur fatendum est inuerso modo fuisse hoc Mariæ ædi-ficum fundatum, vel Deus pro illius fundamento ponendus non est: aliter enim eminentiū erit fundamentum, quam ædificium, quod in illo funda-tum est, quod videtur omnino impos-sibile: Altius tamen, & eminentiū fun-

Antiqua ori-ginalia ad c. 8. Proverb

Esiach. Hie-rosol.

Obiicitur contra dicta de fundamē-tis Beatae Vic-giūs.

**Beata Virgo à diuina sapientia novo modo fundata.**

**Genes. 2.** fundamentum, quam domū firmiter credo, & libēter fateor; at ideo dico sic contigisse; quia Sapientia nouo modo ædificauit sibi, noluitque vt aliqua esset ratio, ob quā postea de isto ædificio diceret, quod de altero, quod ædificauerat, dixit: *Pænitet me fecisse hominem.* Cum Adæ domum ædificauit, in terra fundamenta iecit: *Tulit costam de Adam, & ædificauit in mulierem:* Accessit latro, & euertit ædificii fundamentum, perfodit domum, & furatus est gratiam; remāsit architec̄tus (vt ita dicam) melacolicus, [Quod desabrido] id enim sonant eius verba: *Pænitet me fecisse hominem;* Ne ergo in hoc ædificio apprimè elaborato idipsum contigeret, inuerso illud more ædificauit fundamentaque desuper collocauit.

**Genes. 6.** Quod si istiùs meæ responsionis confirmationem requiris, disquire, & dispunge locum illum Genes. 28. vbi ait contextus Sacer vidisse Iacob scalam, cuius cacumen cœlum tangebat, quæ (vt Augustinus ait) Virginem figurauit; ita enim habet sermone 15. de tempore; *Scala hæc Virgo fuit, per quam Deus ad terram descendit, & per quam nos ascenderemus ad cælum;* vidit (inquit sacra pagina) Iacob scalam statim super terram, & cacumen illius tangens cœlum, &c. & Dominus innixum scala. 70. autem sic: *Et Dominus incubabat super eam;* Ac si dicant, & Dominus totis viribus firmabat eam: quod textus Hebraicus plus explicat; nam ita habet: *Et Dominus incubabat super eam stare faciens scalam;* Quod igitur fundamenta in aliis ædificiis præstant, id in scala faciebat Dominus, firmare nempè, & stabilire, ne rueret, habebat; itaque scala desuper fundamenta, quia verò omnia alia ædificia ab hominibus fundata sunt, & ad homines habitandum costructa, ideo subtus fundamēta habet; at ædificiū hoc, quia à Deo, & ad Deum habitandum fundatum est: sapientia ædificauit sibi; ideo desuper

**Beat a Virgo scala Iacob, ex Aug. ser. 15. de tempore.**

**70. Versio.**

**Habrait. cōtext.**

**Beata Virgo, quia dominus Dei est de-super habuit**

A fundamentum habet; quomodo ergo (si sic est, vt reuera est auderet, quæsto, culpa originalis, seu eius exactior, huius ædificiū euersionem moliri, quod in Dei sanctitate, & gratia fundatum est: absit cogitare, sed potius, vt iustū & pium est, credere, nunquam domū hanc à Sapientia increata ædificatam, à latronibus fuisse perfoſſam; neque Aug. vbi sup. suis vnquam ornamentis spoliatam, vt loquitur Augustinus.

B Quid præcipuè inferat idem Pater ex eo, quod Sapientia domum hanc ædificauerit sibi, amplius disquiramus: *Nunquam* (inquit) *fuit ab hostibus capta:* Ac si dicat, adeò firmiter à Diuina sapientia fundata est, vt nunquā possit à fundatoris hostibus inuadi, ita equidem decebat tanti Regis honorē; aliter enim vel suum *scire*, vel suum *posse* minueret. Ædificauit fortassis Imperator quidam turrim, seu arcem, in qua vexillum suum erigeret; at ita remissè egit, itaque debile ædificauit, vt fuerit statim ab hostibus inuasa, Imperatorisque vexillum ab ea detrusum, & loco eius hostium vexillū collocatum; nonnè dixeris, vel talis Imperatoris *posse*, vel eius *scire* defecisse? Id ipsum in terminis continget, si hæc fortissima, si hæc eminentia Sapientiæ turris, vel per minimum tempus ab hostibus fuisse ingressa, & capta; erecta enim, & fundata à diuina Sapientia fuit, vt in ea suæ dilectionis vexillum errigeret, vt ipsa de se ipsa Canticorum 1. attestatur dicens:

C D *Ordinavit in me charitatem;* quem locum sic translulere 70. *Vexillum eius super me charitas,* nonnè ergo; vel de suo *posse*, vel de suo *scire* aliquid Diuinitus Imperator minueret, si adeò debilem turrim hæc ædificauerit, vt posset ab hostibus inuadi? & deiecto eius vexillo hostilli signo vexillari? ne autē aliquid ex Dei *posse*, aut ex eius *scire* aliquo modo minuere videamur, potius cum Augustino piè credamus, nunquam hanc domum ab hostibus fuisse

**Cant. cap. 1. Verſio 70.**

fuisse captam, neque suis vñquam ornamenti spoliatam: Numquam ab inimico possessam, sed semper liberā, & immunem à culpa; siquidem mater futura erat Authoris gratiæ, vt Evangelista testatur, dicens: *De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.*

## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.*

### ANNOTATIO X.

*Quod fuerit Beata Virgo ab aeterno in Dei Matrem preelecta, vnde absque originali peccato concepta, & ab illius debiti solutione immunis.*

*Sumpcio eodem fundamento, Proverbiorum cap. 9.*

*Sapientia ædificauit sibi domum.*

**A** Liquid amplius circa Beatissimæ Virginis à peccato originali immunitatem est hoc loco nobis deducendum, quod vt faciamus, aduertendum est, non solere Deum naturæ Authorem, omniumque rerū opificē, ea quæ facit, aut facere decernit, ad id ad quod siūt accommodata, & apta nō facere, immò semper aptissima, & accommodatissima facit: aliter enim verum non esset id, quod de eius operibus dicitur, Deuter. 32. *Dei pfecta sunt opera;* Eset enim imperfectio maxima, res ad illud, ad quod ordinantur, aptas non facere, ac proportionatas; immò semper Deo curæ fuit, vt omnia, quæ fecit, aut facere præcepit, rebus, vel personis ad quas ordinabantur, per quam maximè conuenirent.

*Deut. cap. 32.  
Res à Deo  
ordinatae ad  
finem aptæ.*

**A** Decreuit Deus facere coadiutrice Adæ, Genes. 2. & antequam manus applicaret ad opus, oculos iniecit in ipsum Adamum, ad quem formare volebat coadiutricem, & dixit. *Faciamus ei adiutorium simile sibi:* Ideò, ita illi conueniens, vt quamquam alter ille non sit; illi tamen conuenientissimum sit, quod rationale nempè sit, sicut ipse rationalis est: & sicut ipse discursivus est, ita & eius adiutorium discursivum sit; aliter enim adiutoriū non esset simile sibi, essetque imperfectio maxima, creaturæ rationali, irrationalē creaturā præbere in coadiutricem, & sociam.

**B** Jubet idem Dominus Noe, vt ædificet arcā ad se ipsum saluādū, filiosq; suos, & filias ab aquis diluvii venturi super vniuersum orbem, aitque ad illum Dominus Genes. in cap. 6. *Fac Genes. cap. 6  
tibi arcam de lignis laevigatis, mansueltas in ea facies, & bitumine linies intrinsecus, & extrinsecus; fenestram in ea facies, &c.* Expendo in primis verba illa

**C** Dominica: *Fac tibi; quæ tantum valent, ac si dixerit Dominus: Fac eam tibi, & intentui, ad quem illam fabricari præcipio conuenientem;* Tu rationalis es, & quia non decet, vt cum brutis miscearis, ideo in ea fac mansueltas quasdam, quibus tu, & tui à brutis animalibus separemini: Tu viuens es, & omne viuens, vt respiret, necesse est; ideo fac tibi: *Fenestram in ea facies, qua valeas respirare: nè autem arca submergatur ab aquis, immò laevitet;* *Fac eam de lignis laevigatis, & vt ab aquis non inuadatur, linies eam bitumine intrinsecus, & extrinsecus:* Fac itaque eam tibi, & meo cōuenientem intentui: (*Hazela, como quien la haze para salvarse en ella.*)

Statuit Salomon ferculum sibi ædificari, & ubi primum statuit, oculos in suam Regiam Maiestatem coniecit, & tale fabricari decreuit, qualem Regiam dignitatem decebat, ita vt operis perfectio, & pretiositas materiae à tanto

Expenditur  
locus.

tanto Rege non dissentiret: *Fecit sibi ferulum Rex Salomon* (ait contextus A Cantic. 3.) de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas; reclinatorium aureum, ascensum purpureum, &c. Fecit itaque sibi, & Regiae Maiestati conueniens.

Cōponitur  
tertius hic  
Canticorum  
locus, cum  
loco Prover.  
cap. 9.

Expenditur  
locus Cantic. 3.

Componamus nunc hoc 3. Canticum, cum illo Proverbiorum cap. 9. quem proposuimus pro huius annotationis fundamento: *Sapientia ædificavit sibi domum*, & expendamus in primis in vnoquoq; loco verbum vnu: in 1. verbum illud *Rex*: in 2. verbum, illud *Sapientia*: quomodo (quero) ut Regiam Maiestatem decebat, factum non esset opus, quod sibi Rex ipsi cōponebat? Regia equidē potestas Throni illius absolutam perfectionem, & maximum valorem inculcabit, atque commendabat: quomodo ergo ditissimum, & absolutissimum nō faceret, quando qui cōstrui faciebat quia *Rex* erat, poterat, & quia *sibi*, vt esset omnibus numeris absolutū, expediebat? Fecit itaque Rex sibi, suæ scilicet potestati, & maiestati conueniens; aliter enim, aut Regium posse minueret, aut suum velle infamaret: siquidem suæ authoritati conueniens non faciebat, cum posset: commendat itaq; verbum illud *Rex*, Salomonis ferculi perfectionem, & valorem.

Expenditur  
locus Prover.  
cap. 9.

Beata Virgo,  
qua domus  
D. i. futura  
erat sapien-  
teradficata

Expendo secundo, in secundo loco verbum illud *Sapientia*: quomodo cū aliqua imperfectione, aut defectu euaderet, interrogando, domum illam, quam Sapientia ædificauit nō alteri, sed *sibi*? quamquā enim alteri ædificaret, quia tamen ipsa Sapientia erat, non posset opus perfectissimū non euadere; quod si taliter euaderet, multum de se ipsa proculdubio Sapientia ipsa minueret; vnde cum Sapientia ædificauit *sibi domum*, id est Mariam sanctissimam, illam proculdubio absolutissimam, sive bique conuenientissimam ædificauit; absoluta verò non esset, si aliquid obscuritatis haberet domus Solis, id est

Pars 2.

eam sua gratia illustratam, atque radiatam ædificauit, vt verbum illud *Sapientia* attestatur, quæ se ipsam minueret, si non adeò claram, adeò à peccati tenebris immunem, adeòque omnibus numeris absolutā ædificasset domum, quam sibi ipsi ædificauit. Cōmendat itaque verba illa. *Sapientia ædificauit* Mariae sanctissimæ Matris ab omni originalis culpæ macula immunitatem.

Componamus insuper Proverbiorum verba; *Sapientia ædificavit sibi*:

Proverb. 9.  
cum verbis Genesis: Faciamus ei adiutorium simile sibi;

Genes. 2.  
in utroque loco verbum vnum expendo: in primo, illud ei: Faciamus ei: in 2. illud sibi: Sapientia ædificavit sibi:

Ad quē, peto, refertur illud ei? absq; dubio ad Adamum, & ad quē illud sibi? ad incre-

atam proculdubio Æterni Patris Sapientiam, quæ postea carnem assumēs per nouem mensium spatum in hac domo, quam sibi ædificauit, erat com-

moratura: quomodo igitur (rogo) con-

ueniens est credere, quod tām parti-

culari cura, & (vt ita dicam) aduenten-

Conveniens  
fuit, vt ma-  
iori cura, &  
solicitudine  
ædificaretur  
domus Dei,

quā Adæ  
adiutorium,

Citia fecerit Deus, seu diuina Sapientia Adæ adiutorium illi adeò cōueniens,

& simile, ut potè viuens sicut ipse vi-

uens erat, discursiuū, sicut ipse discur-

sius erat, rationale, sicut ipse rationa-

lis erat; & quod cum Æterni Patris Sapientia sibi domum ædificauit, eam sibi conuenientissimam, ac simillimā non fecerit adduci ad credendum nō possum, immò piè credo ædificasse simillimam, conuenientissimamq; sibi, domum, quam ædificauit sibi, ut potè purissimam, sicut purissima ipsa est Sa-

Dipientia Patris, sanctissimam, sicut san-

ctissimus est ipse Dei filius, gratosissi-

mmam, sicut gratosissimus est id ē gra-

tiæ Author, similem itaque sibi, quam ædificauit in Matrem sibi: quod 2.2.

D. Tho. 22. q.  
103. art. 4. in  
quæst. 103. artic. 4. in responsione ad  
responsione ad

primum, Diuus Thomas obseruauit,

cum dixit: *Beatissimam Virginem Ma-*

*riam Dei Matrē fines diuinitatis propin-*

E quies

**Beata Virgo** præ omnibus creaturis, suo Authori similis.

quius attingere; id est longè præ omnibus puris creaturis suo authori assimilari, & hoc equidem conueniebat, ita nempè puram, ita gratiosam, & ita propè diuinam esse Mariam, de qua (vt Mathæus loquitur, & indubitanter, ac firmiter fides tenet) *natus est Iesus, qui vocatur Christus*: Ad quem locum per optimè quidem loquitur Damiani Petrus sermone de istius Virginis natuitate, dicens: *Antequā Christus nasceretur, talem creavit eam; ut ipse dignè nasci possit ex ea*: Quæ quidem Cardinalis sanctissimi verba, quod superiùs dictum fuit, clare confirmant; maxima scilicet prouidentia à Diuina Patris Sapientia actum fuisse cum Virgine antequam efformaretur, vt tanta, tam pura, talisque omnino effet, vt digne possit ex ea Diuini Verbū carnem assumere, & nasci.

Dices fortassis puritatem hanc, & gratiam, vt Mater Dei esset collatam fuisse Mariæ, vbi primum concepta fuit; tunc enim illicè illam à peccati originalis contagio mundasse Dei gratiam, ita vt cum diuina Sapientia in eam habitatura ingressa fuit, à multo iam tempore munda esset, & gratiosa; talisque reddita, vt filius Dei nasceretur ex ea. Ad hanc tamen obiectiōnē facillimè respondebis, si disquiras progressum Psalmi 50. in quo Dauid animam suam à contagione peccati, quod commiserat, expurgari expostulat: Nam primo ait, *Secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam*:

Cui Dauidis expostulationi responderē videntur Nathan Prophetæ verba 2. Reg. cap. 12. *Dominus transstulit peccatum tuum à te*: Quibus non obstantibus, adhuc iterum expostulat Dauid à peccati contagione lauari, dicens: *Amplius laua me ab iniquitate mea*: aut, *multum laua me* (vt habet 70.) quid hoc est (peto?) non percepit Dauid Prophetæ verba; *Dominus transstulit peccatum tuum à te*? Percepit

*Matth. 1.*

*Petr. Damia.  
ser. de Virg.  
Nativit.*

*Obiectum  
contra dictū.*

*Respondeatur  
objectioni  
ex Psal. 50.*

*2. Reg. cap. 12.*

*Psal. 50.  
Versio 70.*

*Disquisitur  
loca Psal. 50.*

equidem: quomodo ergo mundari amplius expostulat, qui iam se à peccato mundatum à Deo esse cognovit? immò id ipsum 3. expostulat dicens, à peccato meo munda me; Cur *psal. 50.* igitur post peccati sui translationem, post eius deletionem, post lauatio nem, adhuc ab illo mundari expostulat dicens, à peccato meo munda me? *Ibidem.*

Quid hoc est? non sufficit transstille Dominum à Dauidis anima peccatum? non sufficit deleuisse, non sufficit eius interiora lauasse? adhuc

B mundari expostulat? quod iam semel deletum est, amplius coquinare non potest, quemadmodum & quod lotum, iam non infectum est: ad quid igitur amplius mundandum est: *Res mirabilis!* (inquit Signinensis Bruno sign. hom. contra luxuriam) *Tu ipse Dauid non dicas: Tu remisisti Psalm. 31. impietatem peccati mei*, Psalm. 31.

quid igitur nunc à Domino ter expostulas, quod ipsum iam tibi præstasse, tu ipse fateris? & dubium di-

C luens ait idem Pater; *Immò post translatum, post latum, post remissum, & delatum peccatum à Deo instanter expostulat, vt nouum sibi cor, nouam animam, nouumque spiritum, & rectum* *Anima se infundat*, dicens: *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis: non tamen incongruenter expostulat, quomodo enim potest esse omnino purum, quod fuit in sua origine vitiatum?* Anima itaque in

qua semel peccatum ingreditur, nunquam peccati fetorem omnino amittit; vndè non recte assumunt, qui dicunt fuisse domum hanc, quam Sapientia ædificauit sibi in sua fundatione originalis culpæ labe infectam, sed statim mundatam, & dignam effectam, vt filius Dei na-

D sceretur ex ea: quomodo enim posset esse omnino pura, quæ fuerat in sua origine vitiata? Vndè piè potius credendum est, absque aliquo peccati debito, absqueq; ullo illius contagio Dei

*luxuriam.*

*Psalm. 31.*

*Impietatem*

*peccati mei*

*Psalm. 31.*

*31.*

*Post translatum*

*Post latum*

*Post remissum*

*Post delatum*

*Peccatum à Deo*

*Instanter*

*Expostulat*

*Nouum sibi cor*

*Nouam animam*

*Nouumque spiritum*

*& rectum*

*Infundat*

*Cor mundum crea in*

*me Deus*

*& spiritum rectum innova*

*in visceribus meis*

*Non tamen incon-*

*gruenter expostulat*

*Quomodo enim po-*

*test esse omnino purum*

*quod fuit in sua*

*origine vitiatum?*

*Anima itaque in*

*qua semel peccatum ingreditur*

*nunquam peccati fetorem*

*omnino amittit.*

Dei filium, increatumque Sapientiam  
talem domū ædificasse, in qua dignè  
postea habitare, & ex qua dignè nasci  
potuerit, ut Damianus Petri testatur:  
*Sapien. ca. 8.*  
*Caldai. con-*  
*text. ibi.*  
quin & ipsa Beata Virgo (cuius Autho-  
ritas irrefragabilis est) id ipsum de se  
ipsa testata est, dicens Proverb. 8. *Ab*  
*æterno ordinata sum;* vbi sic habet Cal-  
daicus contextus: *Ab æterno prepara-*  
*ta sum.* Ac si dicat, tanta præventione  
formata sum, vt ab æterno mēæ effor-  
mationis effigiem, & transumptum,  
effinxerit, ac excogitauerit sapientia  
Cōditoris, adeò se in hoc opere com-  
mendauerit, vt ex eo, ex eiusque per-  
fectione nimis laudabilis nominetur:

*Cōmeaduit*  
*Deus suum*  
*scire, & suū*  
*posse in Vir-*  
*ginis effor-*  
*matione, ex*  
*psalm. 47.*  
*Magnus* (inquit David) *Dominus &*  
*laudabilis nimis;* & in quo, peto, lau-  
dabilis nimis? in creatione cōlorum?  
in efformatione cōtūrārum? in pro-  
ductione fructuum? in omnium rerū  
cōseruationē? in omnibus his, (respō-  
dit David) laudabilis est Dominus, sed  
*C* *in cīnitate Dei nostri, in monte sancto*  
*eius, laudabilis nimis:* Quia talem fun-  
dauit eam, vt ipse dignè habitaret in  
ea; vt Creator in mundo, vt Imperator  
in Regno, vt Pater familias in domo,  
quā eius Sapientia ædificauit sibi.

### CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*De qua natus est Iesus, qui vocatur  
Christus.*

### ANNOTATIO XI.

*Quod prius fuerit Beata Virgo Dei  
Mater gratiæ filia, quam naturæ;  
vndè à peccato originali fuit im-  
munis.*

*Deducitur ex illo Esaiæ cap. II.  
Pars 2.*

### Egredietur Virga de radice Iesse.

*A* Ppositum pro istiū annotationi  
fundamento Esaiæ locū de  
Beata Virgine Dei Matre, de qua flos  
Christus egressus est, intellexerunt  
omnes ferè Patres, & Ambrosius præ-  
cipuè lib. 2. de Spiritu sancto: D. Hiero-  
nymus in Commentariis in Esaiam  
ad hunc locū; Petrus Damiani ser. de  
Assumptione; Petrus Canisius lib. 3. de  
Beata Virgine; Bernar. ser. de eiusdem  
B Virginis Natiuitate, vbi sic habet.  
*Beata Virgo, virga sublimis, que in tam*  
*sublimem verticem erigitur, vt attingat*  
*sedentem in Throno, & Dominum Ma-*  
*iestatis.*  
Dicet fortassis aliquis, quod quam-  
quam Bernardus de Virgine locum  
intelligat; non tamen de eius Con-  
ceptione; sed de ipsius in cōlūm Assump-  
tione loquatur, & intelligat; vnde non congruit locus ad eius Imma-  
culatae Conceptionis ab originali cul-  
pa immunitatē astruendam. Dubiū  
tollunt Polingranus ser. de eiusdem  
Virginis Natiuitate; & Tertulianus  
libro de carne Christi; nam duo isti  
Patres expressè locum de Mariae In-  
temeratae Virginis Immaculata Con-  
ceptione interpretantur: sic enim ait  
Tertulianus loco citato: *Beata Virgo*  
*fuit virga illa, in qua nullus culpe nodus*  
*fuit:* Et luculentius Polingranus, vbi  
supra: *Maria* (inquit) *instar virgæ nibil*  
*pollutionis à radice desumpsit, à qua Chri-*  
*stus prodiit ad modum floris totam vir-*  
*tutem, decus, & pulchritudinem in se ha-*  
*bens:* Ex quorū verbis iam patet pos-  
se, immò debere intelligi locum  
de Immaculata Virginis Conceptione.

Quo supposito priora duo loci ver-  
ba præsenti annotatione expendam:  
*Egredietur virga*, in unoquoque enim  
istorum duorum; vnum circa Beatæ  
Virginis Immaculatam Conceptionem  
mysterium agnosco: expendens  
igitur illud *Egredietur*: peto, & inqui-  
ro, cur non dixerit Esaias; producerat,

*Isaiæ appo-*  
*fitivaticinū*  
*de Brata Vir-*  
*gine inter-*  
*pretatur Pa-*  
*tres, scilicet*  
*Amb. lib. 2. de*  
*Spiritu sancto.*  
*D. Hieron. ad*  
*hunc locum,*  
*Dam. Canis.*  
*Bernardus.*

*Tertul. lib. de*  
*carne Christi.*  
*Polingran.*  
*ser. de Virg.*  
*Natiuit.*

*Expendatur*  
*loci Esaiæ*  
*verba.*

qui proprius est in hac materia loquendi modus? nam virgæ producuntur, germinanturque à radice, & non ipsæ per se ipsas egrediuntur, cū maxima tamen proprietate loquitur Esaias, cum de Maria Virgine loquitur, dicens: *Egredietur virga*: Reliquæ enim res, seu naturæ reliqui partus, antequam à natura producantur, quia perfectum esse non habent, nullam possunt exercere actionem; esset enim tunc in illis priùs operari, quām esse; non ita in his, quæ gratia gignit: nam hæc, quia prius esse habent à gratia, quām à natura, prius secundū esse gratiæ operantur, quām secundum esse naturæ; reliquæ virgæ non à se, sed à natura producuntur, & ideo potiùs produci dicuntur, quām egredi: at verò Beata Virgo, quia prius habuit esse gratiæ, quām naturæ, ideo per se egredi in sua gratiæ Conceptione dicitur, & non à natura produci: nam reætitudinem illam, quam habuit (secundum quam virga tunc dicta fuit) à gratia habuit, non à natura; vndè notanter, & cum mysterio dixit Propheta: *Egredietur virga*.

Patet hoc aliqualiter in Ioanne Baptista, qui antequam organa habebet à natura disposita, vt intelligeret, à gratia dispositus intellexit, vt sancti Patres locuntur, qui dicunt acceleratum fuisse à diuina gratia in Ioannæ rationis usum, in Christo tamen Seruatore nostro, & in Beatissima Virgine eius Matre hoc clare perspicitur; *A summo caelo egressio eius*: Ait Psaltes loquens de Verbi Incarnatione; tribuens ipsi Verbo illius egressus actionem antequam incarnaretur: quem etiam loquendi modum seruauit Michæas, dum suæ Prophetiæ in capite 7. loquens de eiusdem verbi secundum caræ nativitatem dixit: *Et tu Bethlehem nequaquam minima es, Et ex te enim egredietur mihi, qui sit dominator in Israel*, & egressus eius ab initio; Cur igitur (quæro) non dicunt isti sancti

Dei homines, quod miserit Pater Æternus filium suum in mundum, vt in Virginis utero conciperetur, & quod ipsa Virgo ipsum pepererit, vt aliis in locis scripturæ locuntur, sed quod Divinum Verbum per se ipsum fuerit egressum, illi proprias tribuentes actiones, antequam secundum naturam humanam esse incœperit? ita puto sic locutos fuisse, vt intelligeremus longè nobilius esse habuisse Verbum antequam carnem assumeret, quām quod accepit, & secundum illud iam operasse, antequam istud acciperet, operabatur: itaque antequam esset, operabaturque vt Deus, homo antequam esset, & ad similes operationes, esse naturæ non indigebat; nam *egressus eius ab initio*, vt loquitur Michæas.

Hoc etiam (quamquam aliter, & ex fundamento alio) de Beata Virginie dici potest, fuisse nempè antequam esset, & prius operatam fuisse, quām esset, prius nempè fuisse secundum gratiam, quām secundum naturam; vndè prius operari potuerit, quām fuerit; nam in Virginis efformatione antecessit gratia naturam, vt in de Conceptione loquitur Damascenus. *Stetii (inquit) natura tremula, nec ausa est anteuertere gratiam*:

Beata Virgo prius fuit secundum gratiam quam fuerit secundum naturam.

*Ex quibus fortasse Damasceni verbis argumentum deducit Ioannes Mamburnus loco citato; vt verbis expressis dicat, prius Beatissimam Virginem gratiæ fuisse filiam, quām naturæ: Non solum Sancta Sanctorum (inquit) concepta est de parentibus sanctis, omnium Sanctorum Sanctum genitura, sed de sterilibus; vt ostenderetur gratiæ eam potius, quām naturæ filiam esse: Ut igitur Esaias eximiam hanc Virginis prærogatiuam, excellentiique iuhnueret, notanter, & cum mysterio dixisse existimœ; Egredietur potius, quām germinabitur, aut producetur virga de radice Iesse: Quidquid enim per se egreditur, esse aliquod*

Beata Virgo, prius habuit esse, à gratia, quā à natura

Acceleratus in Baptista Ioannis rationis usus.

Psalms.

Mich. in c. 7.

Disquiruntur loca Psalmi, & Michæa.

sup

Damasc. de Virg. Cōcept. Mamb. lib. 6. membro 5.

Esiae 11.

quod habet: egressa igitur à radice Iesse per se ipsam Beata Maria fuit, quia prius gratiae, quam naturæ filia fuit.

Dices, actiones esse suppositorum, vnde à supposito debuit esse iste Virginis egressus; quis autem inficiari poterit eius suppositum humanum fuisse, & non diuinum? prius respondeo distinctione: respōdebo postea ex Diuī Basilii authoritate: actiones fateor esse suppositorum, sed naturales; actiones vero supernaturales à gratia, à qua habuit Beata Virgo esse, antequā à natura, secundum quam gratia sancta, & ab originali culpa immunis ab ipsis gratiae limitibus egressa est ad naturæ limites.

Respondeo secundo, ex diuī Basilii authoritate, qui homilia de humana Christi generatione, sic ait: *Caro Virginis sanctitate compacta, digna effēcta erat, ut dignitati unigeniti uniretur*; dico igitur, quod quamquā suppositum in omnium opinione à natura distinguitur; à natura tamē habet, quod sit, vel humanum, vel diuinum, & econtra; suppositum nempē diuinū à natura diuina, & suppositum humanum à natura humana: & natura Diuina à supposito Diuino, &c. Fatemur in primis Beatissimæ Virginis Mariæ naturam, humanam esse; esseque eadēm Virginem verè Adæ filiam; at quia caro ex qua efformata fuit, sanctitate compacta fuit (vt Magnus Basilius assuerat) aliquo modo possumus dicere, fuisse Beatæ Virginis naturam medium inter Diuinam, & humanam; nec omnino Diuinam, sed diuinitatis fines è propè (vt loquitur Diuus Thom.) attingentem, neque omnino, & nudè humanam, sed humanam sanctitate compactam, vt loquitur Basilius Magnus) vnde Mariæ Virginis suppositum; sanctificatum suppositum, quodammodo possumus appellare, cum autem sanctitas sit à gratia, & super naturam inde proue-

<sup>sup.</sup>  
Pars 2.

Obiectur  
ex axioma  
Philosophorum.

Respondeatur obiectio-  
ni, & di-  
stinctione,  
& Basilii au-  
toritate.

Basil. homil.  
de humana  
Christi gene-  
ratione.

Beatæ Virgi-  
nis natura,  
quasi media  
inter Diui-  
nam, & hu-  
manam.

D. Tho. ubi  
sup.

Mariæ sup-  
positū san-  
ctificatum.

A nit, quod Mariæ gratiolas operationes tribuamus: non tamen negamus verè mulierem esse, cuiusque suppositū esse verè humanū nam à fide Catholica neutiquam, vel ad minimum discedere nostra mens est, & inten-  
tio.

Sed dices, & nō sine maximo fun-  
damēto, valdè hiperbolica esse Diuī  
Basilii verba loco citato: *Caro Virginis  
sanctitate compacta*. Nam (vt loquitur  
Paulus epist. ad Rom. cap. 8. & Au-  
gust. ibi) *humana caro massa est peccati*

B *originalis infusione subacta*; vnde ad  
sanctitatis subiectum est incapax; &  
sanctitas ad animam potius, quam ad  
corpus spectat: video validissimū es-  
se obiectioonis fundamentum contra  
Basilii verba: at tutantur à Niceno  
Gregorio homilia, siue sermone de  
Natiuitate Domini, vbi ait, hoc fuisse  
speciale Virginis priuilegium, &  
nullę alię purę creaturę concessum;  
tam sanctam nempē habere carnem,  
quam reliqui animam habere pos-  
sunt, & esse in ea subiectum sanctita-  
ris, id quod in reliquis iniquitatis  
subiectum est: audiamus Patrem: *O  
beatum* (inquit) *Virginis uterum; que  
bonitatis praestantia ad se traxit animi  
bona!* in reliquis enim omnibus animus  
purus Spiritus sancti praestantiam capit;  
hic autem caro sit spiritus receptaculum: ex  
quibus patet, quod sicut vniuscuius-  
que caro in sua statim Conceptione  
massa peccati est; ita Mariæ caro sin-  
gulari priuilegio in eius concep-  
tione sanctitate compacta, & congluti-  
nata, sanctitatis subiectum, seu rece-  
ptaculum effecta sit; vnde eius natu-  
ram (modo quo iam dictum est) me-  
diā inter humanam ponimus, &  
diuinam, & eius naturam, eiusque  
suppositum sanctificatam naturam,  
sanctificatumque suppositum appelle-  
mus, illique actiones supernatura-  
les, & gratiolas tribuimus.

Optimum est, circa hoc Virginis priuilegiū Tertuliani iudicium. lib.

Obiectur  
contra ver-  
ba Basilii  
superius al-  
lata, ex Pau-  
lo ad Rom.  
cap. 8. & ex  
August. ibi.

Beata Virgo,  
tam sanctū  
habuit cor-  
pus, vt reli-  
qui sancti  
potuerunt  
habere ani-  
mam: ex  
Ncen. serm.  
dei Natiuit.  
Dominī.

F 3 de

Genes.

Tertul lib. de  
resurrect.  
carnis.

Idem ibid.

Idem Tertu.  
ibid.In symbo.  
fidei.Basil. ubi su.  
pra.Beatae Virgi.  
nis caro in  
A lœ forma  
tione sancti  
ficata.

de resurrectione carnis, pôderans illa  
sacri contextus verba: *plasmauerat au-*  
*tem Deus homo de limo terre:* Conside-  
rans enim Deum totum in hominis  
formatione intentum, sic ait: *Cōsidera*  
*& recogita totum Deum illic occupatum,*  
*& dedicatum, manu, sensu, opere, cogita-*  
*tione, sapientia, & prudētia, & in primis*  
*affectione, qua liniamēta ducebat.* Quod  
si à Tertuliano quæsieris, cur totus  
Deus fuerit huic operi intentus, om-  
niaq; sua diuina attributa eius perfe-  
ctioni applicauerit? Respondebit, ideo  
sic attentè, & impensè massam illam  
præparasse, quia illi ante oculos ob-  
tuerabatur Christi caro, quæ ex eadē  
massa eformanda erat: *Quando enim*  
*limus exprimebatur, Christus cogitabatur*  
*homo futurus.* Additq; idē Pater, quod  
cum ad illā peruerterit, minimam luti  
portionem, à qua Christi caro forman-  
da erat, accuratiū multum egisse, il-  
lamq; multoties sanctificasse: *Lutus*  
(inquit Tertulianus) *beatus, toties be-*  
*neditus, ac beatificatus, quonies Dei ma-*  
*nibus contractatus, tota itaque Dei co-*  
*gitatio, totaq; eius sapientia, & potē-*  
*tia in carne Christi, quam assumptu-*  
*rus erat sanctificanda, intēta fuerūt; &*  
*attributa diuina, & vt nostro loqua-*  
*mur more, dessudarunt.*

Quo præhabito; quæro nūc, a qua  
nam carne assumpfit carnem diuinū  
Verbū? nonnè à sanctissimæ istiū Virginis  
carne? maximè, vt tenet, fides  
Catholica. *Descedit* (inquit) *de cælis, &*  
*incarnatus est de Spiritu sancto, idest*  
*Spiritus sancti operate virtute, ex Ma-*  
*ria Virgine; & homo factus est:* Idcirco  
Virginis carnē Christiferam, seu Christi  
feram appellat Basilius, loco citato; D  
ergo Virginis Beatissimæ illa caro fuit,  
quam Deus manu, sensu, opere, cogita-  
tione, sapientia, & prudentia bene-  
dixit toties, totiesq; sanctificauit cum  
naturæ humanæ liniamenta ducebat;  
ibiq; sanctitate compacta est (vt Basili-  
lius loquitur) & iam ex tunc digna  
effecta, vt Verbi dignitati vniuersetur: ex

quo non incongruè dicunt Patres ci-  
tati Beatam Virginem priùs habuisse  
esse à gratia, quam à natura; fuisseque  
priùs gratiæ filiam, quam naturæ.

Hanc carnis Virginis cum carne  
Christi identitatē fortassis voluit  
declarare Sixtus III. Pontifex Maxi-  
mus, cū Anno Domini 1476. per suū  
publicum, & vniuersale diploma cō-  
cessit Virginis Immaculatæ Cōceptio-  
nis festum celebrantibus, & illis, qui  
illo die diuinis officiis intersunt, easdē  
gratias, & indulgentias, quæ concessæ  
fueūt ab omnibus Sūmis Pontificibus  
iis, qui celebrant festū Corporis Chri-  
sti, & tunc diuinis officiis intersunt,  
quasi innuens eandem carnis sancti-  
tatem in vnoquoque festo celebrari,  
ac venerari: siquidem caro Christi est,  
atque Mariæ. Quod vt melius intelli-  
gatur, aduertere necesse est ad id quod  
primariè, & principaliter in Eucharis-  
tia cōtincatur, quod caro Christi est,  
& eius sanguis; hoc enim ex vi verbo-  
rum præcipuè, & primariè, in Eu-  
charistia continetur; nam quamquam  
etiam ibi sint, eius anima sanctissima,  
eius diuinitas, & alia due sanctissimæ  
Trinitatis personæ, secundariè tamē,  
& per concomitantiam ibi sunt, vt pa-  
tet ex Christi Verbis, Diuinū hoc my-  
steriū instituentis: *Hoc est corpus meū:*

*Hic est calix sanguinis mei.* Et item ex  
verbis, quibus hoc edulium sacrosan-  
ctum se daturū promiserat: *Caro mea*  
*verè est cibus, & sanguis meus verè est*  
*potus:* Corpus autem, & sanguis, qua-  
tenus corpus, & sanguis sunt, non cō-  
tinet diuinitatem, neque animam: at  
quia ibi corpus Christi viui est, ideo  
ibi anima est, sine qua corpus viuum  
nō est; & quia tale corpus, corpus Chri-  
sti est, ideo ibi quoque diuinitas est, at  
quia diuinitas à tribus personis inse-  
parabilis est, ideo ibi alia due perso-  
næ etiam sunt, vbi diuinitas est: quod  
tamen ex vi verborum, & principaliter  
in Eucharistia est, corpus, & san-  
guis Christi est, & ipsius corpori, car-  
nique

Eadē Indul-  
gentia con-  
cessa illis,  
qui celeb̄at  
Virginis Cō-  
ceptionis fe-  
stū, atq; illis,  
qui celeb̄at  
festū corpo-  
ris Christi,  
& cur.

Quid prima-  
rio ex vi ver-  
borum sit in  
Eucharistia.

Ioan. cap. 6.

nique sanctissimæ, eiusque pretiosissimo sanguini honorem, & reuerentia in illo diuino mysterio exhibemus: & cum caro Virginis illa sit, à qua Christus Dominus carnē sumpsit; indè fit, ut corporis Christi, & Immaculatæ Virginis Conceptionis eius Matris, eadem quasi festivitas sit; in vtraque enim eidem sanctissimæ carni, quam Verbum assumpsit, honor, & reuerentia quodammodo exhibetur; quod fortassis (vt dixi) volens ostendere Sextus III. Pontifex Maximus easdē Indulgentias concessit Beatæ Virginis Conceptionis festum celebrantibus, atque illis, qui corporis Christi festū celebrant, eiusque carnem sanctissimam in Eucharistia venerantur.

### CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.*

### ANNOTATIO XII.

*Quod numquam declinauerit Virgo sanctissima ab originali iustitiae restitudine.*

*Ostenditur ex eodem Esaiæ vaticinio capite II.*

*Egredietur Virga de radice Iesse.*

Expenditur  
Esaiæ Vati-  
cinium.

**I**N propositi asserti confirmatione expendo verba illa Prophetæ. *Egredietur virga, quæroque eur potius nō dixerit Esaias, Egredietur arbor?* virga namque, neq; florem germinat, neq; fructum producit, in quantum tenera virga est, sed postquam fit arbor: tunc namq; florescit, producit, & umbram præbet; vndè arboris potius, quā virgæ metaphora Beata Virgo debuit designari: Hæc enim illa arbor fuit, quæ

postea odoriferum illum florem germinauit qui de se ipso dixit, Cantic. 2. *Ego flos campi: arbor (inquam) illa fuit quæ suauissimum fructum tulit, quem cum postea sanctus sponsus degustauit, recreatus dixit item Canticorū 2. Sub umbra illæsus, quam desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo:* Quæ deniq; (vt Bernardus loquitur) omnibus misericordia finum aperit; vnde conuenientius per arborem fructiferam, spatiosem, & opacā, quam per teneram virgam Beatam Virginem designari conueniebat.

Perpende tamen Esaiæ metaphoram, & intelliges, quanta proprietate, quantoque mysterio locutus fuerit: arbores equidem, quæ vt plurimum tortuosæ sunt, ac nodosæ, illarum animalium figuræ sunt, quas ab originali iustitiae rectitudine peccati onus detorsit, ut de anima sua Regius Vates attestatur, Psal. 65. dicens: *Iniquitates meæ incurvauerunt animam meam,* & sicut onus graue grauata sunt super me: vbi sic Vatablus. *Inclinauerunt ad malum animam meam:* Virgultæ verderectæ, & quæ nullam habere solent curuitatem, nullumque nodum, illas animas repræsentat, quæ à Diuinæ iustitiae rectitudine non declinarunt; quales tantum fuerunt Christi Redemptoris anima, & anima eius Matris sanctissimæ: à Damiani Petro sermone de Virginis Natiuitate desumpta est solutio dubii, vbi sic habet. *Bene hec inçparabilis Virgo virga dicitur* (inquit D. Damianus) quæ per intentionem destinatur semper ad supra eminuit, neq; per fccitatem peccati distortæ nodositatis vietum aliquando incurrit: Ut igitur hanc Virginis rectitudinem Propheta innueret, virgæ potius metaphoræ, quæ arboris usus est.

Ex his, quæ dicta sunt, intelligi potest, cognomentum illud, siue cognomen, quod D. Epiphanius sermone, siue tractatu de laudibus Virginis, Virginis ipsi imposuit: *Virgulum*, scilicet, *veri-*

Canticorū 2.

Cantic. 2.  
Ibidem.

Bernard.

Psalm. 65.

Vatab. ad lo-  
cum Psalmi.

Beata Virgo  
sempre recta  
nodositatem  
seu curuitatem  
peccati non  
nouit: ex Da-  
mia.serm. de  
Virg. Natiui.

Beata Virgo cur virgultū veritatis dicta ab Epiphanio.

Euavirgultū mendacii.

Illustratur Esaiae Vaticinium loco Cantic. ex c. 3.

*Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, quasi virginia summi ex aromatibus?* Canticorum 3. quam Angelorum stupefactionem, & admirabūdam interrogatiōnēm necesse est perpendamus, ut ex ea illustrius fiat Virginis cognōmentum: scilicet, *veritatis virgultum:*

*Quis (inquiunt) ista est: quam Angelorum admirationem, interrogatiōnēmque expendens, quæro: quomodo possibile fuerit Angelos Virginē ignorasse, & non cognouisse ex incessu, & gestu, qui eius habiculum (ut credi fas est) omnibus ferè momentis ingrediebātur, cum ipsa conuersabantur, eāq; comitabantur? nōnè inter eos Gabriel erat, qui cius domum ingressus Virginem plenam gratia, seu gratosam appellavit, dicens: *Ave gratia plena! Nōnè Angelus ipsius Virginis custodiæ deputatus, qui cum ipsa frequentissimè conuersabatur, imò perpetuò commorabatur: quomodo ergo illis ignota Maria est, & admirati interrogant;**

*Quæ est ista?* Optimè, & ad intentum valdè responderet Gilibertus Abbas ad eundem Canticorum locū: *Quæ est: interrogant, quia ipsi nūc, quasi noua, & insolita de secreto dilecti sui procedit,* quasi si dixerit. Ideò admirati interrogāt, quia ab eis tunc primo visa fuit, quia tunc primum exibat à diuinæ Sapientiæ inscrutabili secreto, & līmitē ad naturæ limites, & usq; tūc neq; ab Angelis visa fuerat: ex qua Angelorum admiratione, tantiq; Patris interpretatione clare infertur in Beatissimæ huius Virginis Immacula-

ta Conceptione admiratos fuisse spiritus Angelicos, & de eadem Virgine in sua Conceptione à peccati originalis pensione immuni, esse intelligentium appositum hunc Canticorum locum.

Quo supposito amplius quæro; vnde hæc noua Angelorum admiratio in vniū pueræ in suæ Matris vtero Conceptione, qui tot millia millium concepi viderunt: dicam cum eodem Abbe eodem loco: ex nouo procul-dubio Conceptionis priuilegio, quo Beatissimam Virginem concipi intuētur, à culpa videlicet originali, atq; ab eius pensione, & debito soluendo, seu contrahendo omnino immunē: *trustata nouitas* (ait Gilibertus) *admiratiōnem inducit.*

Expendo etiam in Angelorum admiratione verba illa. *Quæ ascendit, & quæro cum Damiani Petro, cur non dicunt Angeli, quæ surgit, sed quæ ascendit?* Cū propriissimus in hac materia loquendi modus ille, & non iste sit? à Christo Domino usurpatus, qui de suo Præcursori loquens ait. *Inter natos mulierum non surrexit maior?* Addo insuper, & interrogo, cur nō dixerunt: *Quæ est ista, quæ concipitur,* qui propriissimus est in hac materia loquendi modus? quo de sua Cōceptiōne loquens Regius Psaltes usus est dicens, Psalm. 50. *In peccatis concepit me mater mea.*

Pungit equidem hæc Angelorum interrogatio, omnes illos, qui existimant cecidisse in sua Conceptione Beatam Virginem, sicut & cæteri cederunt, de quibus omnibus recte surrexisse dicitur; quia surgere supponit cadere, quod impropriè de Beatissima Virgine diceretur, quæ nūquam cecidit: nouerunt equidem spiritus Angelici, cœlique aulici propriissimè loqui, idèo de sola hac creatura, quæ naturæ limites non curuatam, sed erectam ingredi conspiciunt, & statim de virtute in virtutem ascendentem, & gra-

Interpretatur Canticorum locus de Virginis Cōceptione.

Expenditur amplius Canticorum locus ab eode Gliberto.

Expenditur amplius idem locus.

Impropriè citur de Virgine, quod surrexit.

Cantic. 3.

gratia gratiam promerentem vident; admirati dicunt: *Quæ est ista, quæ ascendit?* ac si dicerent: *Quæ est ista,* quæ præter communem naturæ humanae legem, peccati oneri non subcunibens, concipitur, sed ascendere statim incipit, ubi primum concepta est: quia non ut cæteri curuata, sed erecta concipitur? *Quæ est ista,* quæ ut cæteri a lapsu in sua conceptione non surgit, neque paulisper detinetur suæ naturæ debitum soluens, sed illico immunis ascendit? quo loquendi modo immaculatam Virginis cōceptionem manifestissimè sunt attestati: audiamus Damianum: *Quæ ascendit, dicitur Angeli, quia sola illa mater, & filia Creatoris, nō cedit, neque descendit;* sed semper de virtute in virtutem ascendens, consummatione virtutum vestita est. Hæc igitur nouitas cælestes spiritus in admirationem rapit, videre nē pè puellam adeò vigorosam concipi, vt virtutum difficillimum iter statim à sua conceptione animosa aggrediat: admirati, & stupefacti interrogant: *Quæ est ista, quæ ascendit?* quibus Euangeliista respondet: Hæc illa Maria est: *De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.*

Expenditur  
ad huc Canticorum locusibidem.  
Ejai. cap. 16Beata Anna  
Virginis  
mater deser-  
tum cur di-  
cta?

Expendo tertio, in Angelorum admiratione, verba illa, *per desertum, & quæro, quid fieri potuerit, ut admirarentur Angeli ex eo, quod viderint per desertum quādam mulierem incedere, per quod multæ pœnitentes personæ incedere consueverūt?* quid igitur in hoc nouitatis est; quod illos in admirationem rapiat? & ob quod admirati dicant: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum?* Soluit dubium Procopius, qui explicans illa Esaiæ verba, cap. 16. *Emitte agnum Domine dominatorem terra de petra deserti ad montem filie Sion;* per agnum Christum intelligit, per montem Sion Virginem eius matrem; & per *desertum* Annam Virginis matrem; quam ideo deserti nomine designari ait Gilibertus, ex-

A plicans eundem Canticorum locum, quem discutimus; non solum quia sterilis fuit; sed quia talis ætate, & pudicitia effecta erat, seu castificata ita erat, vt inter Beatissimam Virginem concipiendum nullum proorsus haberet delectamentum carnis; *Bonum desertum* (inquit Abbas Gilibertus) *caro Gilibert. ad castitatis exusta, & dissecata virtute, quæ nullam delectationis immude nebulam exhalabat:* evidentur certè hæc istius Patris verba, illis sui magistri Bernardi verbis respondere, quas ad Lugdunenses Canonicos scribens, dixit: *An forte inter maritales amplexus sanctitas se se in hac conceptione immiscuit?* Immiscuit equidem, Bernarde sancte, nam *caro castitatis exusta, & desiccatæ Bernard. in epist. ad Lugdun. nullam delectationis immude nebulam exhalauit.*

B Fauet 70. versio, quæ sic habet: *Quæ Ex Gilibert. est ista, quæ ascendit per viam semotam.* *vbi sup.* *Quæ verba indicare videntur, ex Cant. 3. hoc, per quam maximè cælestes spiritus fuisse admiratos; quia scilicet beatissimam Virginem concipi viderunt per viam, & modum ab omnium cōceptionibus omnino semotum, sine aliqua nimirum carnis concupiscentia; quia igitur in Mariæ conceptione totum purum, totum sanctum, totum ab omnium conceptionibus semotum intuentur Angeli, ideo admirantur, & admirati interrogant; *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, seu per viam semotam?**

C Vltimo tandem in Virginis sanctissimæ gratiam expendo in Angelorum admiratione verba illa: *Sicut virgula fumi ex aromatibus:* quæroque, qui nam sit tropus iste, quo cælestes spiritus vni sunt? aut quæ conuenientia reperiatur inter vaporem, quem à se emitunt aromata, & virgam ut una pro alio apponatur, id est *virga pro vase?* conuenientius locutos fuisse mihi videtur, si dixerint: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut nebula fumi ex aromatibus?* odorum namque, seu aro-

aromatum fumus ad modum nebulæ potius quam ad modum virgæ exhalatur; optimè tamen, & cum mysterio sic locuntur, ut nempè significant immaculatæ istiùs sanctissimæ Virginis Conceptioni, nullam omnino se se apposuisse nebulam culpæ, nullamq; exhalationem carnis.

Fumus du-  
plex, & in  
quo differat.

Vt autem mysterium cōsequamur, aduentum nobis est, duplē esse fumum, & fumum nempè, quem à se putrida ligna emitunt, & quem exhalant aromata, cum cremantur; qui à putridis lignis procedit, statim oculos petit, quos non tantum ad modū nubis, seu nebulæ impedit, sed lachrymas insuper emittere cogit: at econtra fumus, qui ex aromatis procedit, statim, vt emititur, olfactū recreat, & in altum ad modum virgæ extollitur, vt sacra pagina testatur Apocalypsis 8. *Ascendit fumus aromatiū, &c.*

*Apoc. cap. 8.*

*Iob 41.*

*Gilib. ad cap.  
3. Cantic.*

Sunt equidem hæc duæ diuersæ fumi species, alterius fumi specierū, maximè inter se diuersarum signa, illius scilicet fumi, quem immittit infernus, & à culpis procedit, eorū, qui ibi cremantur, de quo secundum Gregorium cap. 41. locutus est Iob, dicēs: *De naribus Vehemot procedit fumus:* (Attēde amice Lector) qualis erit fumus, qui à talibus lignis, & per talia culmina mittitur; fumus equidē lachrymarū, & horroris, atq; obscuritatis est, (vt ad 3. Canticorum Abbas Gilibertus

A obseruat) fumus (inquit) horroris est, qui de puto procedit abyssi.

At è contra fumus, quem à se emitunt animæ sanctæ dum Spiritus sancti igne inflammatur, odoriferus aromatum fumus est, qui non solum recreat, sed statim ad instarvirgæ in altū protenditur, & ascendit. *Rectus equidem, & suavis est spiritalis vapor fumi* (ait præfatus Abbas) *in quem se virtutum aromata concremata relaxant.* Idem ibid.

B His igitur præhabitū mysteriū patet, quod in Angelorum verbis continetur, siue in tropo, quo vñi sunt dicētes. *Quæ est ita, quæ ascendit per deseriū sicut virgula fumi ex aromatis?* Ac si *Cantic. ca. 5.* dicant, ex eo miramur, quod cum in reliquarum conceptionibus peccati fumus obnubelet mentis oculos, & deplorare faciat; fumus tamen, seu vapor, qui ex hac Conceptione procedit, odoriferus est, suavis, ac latus *sicut virgula fumi ex aromatis.* Cum enim in hoc opere culpa nō extitit, neq; ille fumus horroris extitit, sed iste suavis, qui ab Spiritus sancti igne procedit, & in conspectum Domini ascen-  
C dit: obseruat quidquid circa hoc dictum est Damiani Petrus loco superius allegato, vbi sic ait. *Virgula fu-  
mi subtilis est, recta, & odorifera;* sic *An-*

*Petr. Damia-  
ni supra.  
Matth. 1.*

*gelorum Regina, de qua natus est*

*Iesus, qui vocatur*

*Christus.*

**I N**



# IN EVANGELIVM FESTIVITATIS SANCTÆ LVCIÆ VIRGINIS, ET MARTYRIS.

Ex Matthæo capite 13.

*Simile est Regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro, quem cum inuenit ho-  
mo, abſcondit; & præ gaudio illius, vadit, & vendit vniuersa, quæ habet, &  
emit agrum illum: iterum simile est Regnum cœlorum homini negotiatori quæ-  
renti bonas margaritas; inuenta autem una pretiosa margarita, vendit vni-  
uersa, quæ habet, & emit eam: iterum simile est Regnum cœlorum ſagenæ miſſæ  
in mare; & ex omni genere píſcium congreganti, quam cum impleta eſſet, edu-  
centes, & ſecus littus ſedentes elegerunt bonos in vasa, malos autem foras mi-  
ſerunt: ſic erit in conſummatione ſaculis exibunt Angeli, & separabunt malos  
de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & ſtridor  
denum.*

## CIRCA SACRI CONTEXTVS SERIEM Literalis annotatio.



Parabola no  
men Græcū,  
idem ſonat,  
quod com-  
paratio.

VONIAM nūc primo  
de parabolis nobis A  
instituitur ſermo,  
non erit abs re ac-  
curatè exponere,  
quid sit parabola, &  
in quo differat ab

Hiftoria, ab exemplo, à prouerbio, ab  
allegoria, & à metaphorā: à nominis  
ergo quidditate principium ſumēs di-  
co hanc vocem, ſeu nomen *parabola*  
Græcum eſſe, & à Græcis ad Latinos,

vt pleraque alia deriuatum, atque ad  
eorum uſum acceptum: ſignificat au-  
tem parabola idem, quod compara-  
tio, ſeu collatio.

B Scio Simonem de Cassia lib. 6. La-  
tinam eſſe dixiſſe hanc vocem *para-  
bolam*, & à Latina etymologia peten-  
dam eſſe eius ſignificationem; & ideò  
parabolam dici, quod facilem ori pa-  
rat bolum; ut capiatur, & dirigatur,  
quod dicitur: vel (ut idem Author an-  
nectit) parabolam dici, quaſi parans  
vela;

Simonis de  
Cassia inter-  
pretatio no-  
minis para-  
bole aō pro-  
batur.

vela quia tegit, & velat, remque obscurā reddit, ob quem finein à Christo excogitata est, & innuenta: at istæ etymologiaz somniatae potius videntur, quām propriæ parabola enim nomen Græcum est, à verbo *Misso*, quid comparare, seu assimilare significat; proprietatem assumens, vndē liber Proverbiorum Salomonis Hebraicè dicitur: *Misso, id est, similitudines, sive parabola*; & hinc fit, quod inter pios multoties, loco *parabola similitudinē ponat*; nam vbi Lucas ait, c.8. Christum dixisse per *similitudinem*, B Græcè dicitur, *per parabolam*; & hinc etiam est, quod in principio parabolæ dicant Euangelistæ: *dixit per similitudinem*; vt patet Luc.6. vbi sic habet Euangelista Sacer: *Dicebat autem eis similitudinem: nunquid potest cœcus cœcum ducere*; & Græcus contextus habet: *Dicebat illis parabolam*.

*Quomodo  
distinguntur  
similitudo,  
& parabola*

*Reg. 2. cap. 12*

*Similitudo  
latius pater,  
quām para-  
bola.*

A parentur Apostoli: & personæ alij rationales brutis animantibus comparantur, nam *'Lucæ 13. hipocritatæ comparantur lupis*, de quibus locutus fuit Dominus, dicens: *Cauete ab his, qui veniunt ad vos in vestimentis ouiam; intrinsecus autem sunt lupi rapiaces.*

B Præter hanc generalem parabolæ significationem, sumitur etiam proderisu, & impropositio, vt patet ex Psal.68. vbi sic de se, & improbis ait Psaltes: *Posui vestimentum meum ciliatum, & factus sum illis in parabolam:* patet etiam ex illo, Sapient.5. vbi sic ait Salomon, ex damnatorum persona: *Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improprietij*; vbi habet contextus Græcus: *In parabolam improprietii.* Est etiam alia parabolæ acceptio in sacris litteris, secundum quam pro sermone obscuro, & inuoluto, atque ænigmatico accipitur parabola, vt videre est libro Numer. in cap.23. & 24. lib.Iob cap. 27. & Esai. 14. Hæc circa nominis C parabolæ etymologiam, & acceptiōnem dixisse sufficiat; ad parabolæ nūc quidditatem træseamus: parabola igitur variè à variis diffinitur secundum illam acceptiōnem qua accipitur in sacris literis Euangelicæ doctrinæ: *Parabola* (ait Alexandrinus Clemens libro Stromatum) *est oratio ab aliquo non proprio quidem, sed quod est simile proprio, ad id quod est verum, & proprium deducens eum, qui intelligit.* Aliter Hieronymus parabolam diffinit in commentariis in Marcum ad cap.4. *Parabola* (inquit) *est natura discrepantium rerum sub aliqua similitudine facta comparatio;* huic parabolæ diffinitioni valde proxima altera est, quām Donatus Grammaticus tradit, dicens: *Parabola est rerum genere dissimilium comparatio;* quam sic explicat: similitudina quædam est comparatio ad euidētiā eorum, quæ subiecta sunt, inducta: at qui faciliorem exoptat parabolæ

*Apostoli  
sali, lucæ, ci-  
uitati com-  
parati, Mat-  
thæi cap. 5.  
Luc. 13.*

*Secunda pa-  
rabola acce-  
ptio, ex Psa.  
68. & ex c.5.  
lib. Sapient.*

*Tertia pa-  
rabola acce-  
ptio, ex cap.  
Num. 23. &  
24.*

*Parabolæ  
propter acci-  
pitur in sa-  
cris literis,  
varie dif-  
finitiones : &  
1. ex Clemēte  
lib. Strom.*

*Aliter Hie-  
ronym. ad  
cap. Marcū.*

*Donati pa-  
rabolæ tertia  
diffinitio.*

rabolæ diffinitionem accipiat à Patre Salmeron in suis tractatibus de parabolis, tractatu 1. *Parabola* (inquit) est rerum, siue verarum, siue verisimilium ad aliud significandum apposita, & artificiosa narratio: In qua diffinitione ponitur, *Narratio* loco generis, quatenus sub se similitudinem continet, seu comparationem, & tacitam, vel apertam collationem: dicitur deinde *apposita*, & *artificiosa narratio*; *Quia* & si exemplum sensibile, vel similitudo propria planè sit confecta, & ingenio hominum excogitata; non tamen esse debet à ratione, vel à probabilitate aliena; ita ut existimemus impossibile, aut absurdum esse aliquando posse contingere. Dicitur 3. *rerum verarum*, vel *verisimilium*; quia ad rationem parabolæ, nihil refert, quod exemplū ad illud significandum adductum aliquando acciderit, siue non.

In quo dif-  
ferat parabo-  
la ab histo-  
ria ex Iusti-  
no.

Differt igitur parabola ab historia, quod hæc sit narratio rei gestæ, illa autem rei fictæ, & compositæ, quam inter parabolæ, & historiam distinctionem tradit Iustinus libro responsionū ad orthodoxos dicens. *Parabola oratio est rei fictæ, ad eam, quæ futura est similitudinem complectens: Historia vero com- memoratio rei factæ expositionem conti- nens.*

Obiicitur cōtra id, quod de parabola dictum est.

Respondeatur ex Aug. q. 41 in Euāgeliis.

Obiicies fortasse, dicens parabolas ex eo, quod res sunt compositæ, & fictæ mendacia esse; mendacia autem apta non esse ad docendam veritatem Euāgelicam, neque ad id accommodatam accipe ab Augustino obiectio- nis solutionem lib. 2. quæstionū Euā- gelicarum quæst. 41. *Nō omne* (inquit) *quod fingimus mendacium est, sed quando id fingimus, quod nihil significat, tunc est mendacium; cum autem fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis, alioquin omnia, quæ à sapientibus, & sanctis viris, vel etiam ab ipso Domino figuratè dicta sunt, mendacia deputabun- tur, quia secundum usitatum intellectum*

Pars 2.

*non subsistit veritas in talibus dictis.*

A Differt eadem ratione parabola ab exemplo; nam *exemplum pars est histo- rie* dū rem aliquam aut rectè factam ak- teriæ rei gestæ similitudine, defendimus vel rem male factam alterius pessimi criminis exemplo demonstramus, vt Do- minus, qui Apostolos accusatos, quod in Sabbatho vellerent spicas, exem- ple Davidis tuerit, qui quando esurit, panes propositionis comedit. Iudeos item nolentes audire Verbum Dei Niniuitarum Ionam Prophetam au- dientium, & Reginæ Austri, quæ ve- nit à finibus terræ audire Sapientiam Salomonis conuincit, & confutauit exemplo, Lucæ vñdecimo in capite.

B Differt tandem parabola ab alle- goria; siue à metaphora in eo, quod allegoria, seu metaphora, in re aliqua ve- ra, & historia nistur, & inde ad alia significanda sensus allegoricus, seu meta- phoricas adducitur; ac proinde allegoria semper sapponit sensum literalem, & his- toricum: ut parabolicus sensus, non ponit similitudinem rei gestæ, quasi sic acciderit, sed quia sic accidisse fingitur ad docendū: Hæc de parabola in communi dixisse sufficiat, cum mei muneris nō sit ma- teriam hanc ex professo tractare: sed parabolas particulares, quæ in Euā- geliis occurrunt exponere, & ab illis eruere documenta moralia ad audi- entium vitæ compositionem.

C Circa igitur duas parabolas, thesaу ri scilicet absconditi, & sogenę missę in mare, quas Dñs (vt Matthæus at- testatur) solis discipulis apposuit, quod se se primum discutiendum offert, il- lud est; sint ne parabolæ, an similitudi- nes quædam, quibus Dñs vsus fuerit, vt finalis iudicij eventū, & Regni cœ- lorum negotiū inculcaret, quantique faciendum esse ostenderet: Origenes existimauit parabolas non esse, sed si- militudines; quia eas iam à turbis se- gregatus, & domū ingressus solis Apo- stolis Christus proposuit: neq; eas pa- rabolas vocavit, vt in aliis prioribus

In quo para-  
bola differt  
ab exemplo.

Matth. 12.  
L. Reg. cap. 21.

Lucæ 11.  
Reg. 3. c. 10.

In quo ab al-  
legoria diffe-  
rat parabola.

An tres isti  
Euāgeliī pa-  
rabolæ, simi-  
litudines sint  
an parabolæ.

G fecit:

Originis sententia, debilitatis valde.

Matth. 13.

Qualis ista  
rū parabola-  
rum scopus.

fecit: at Originis rationes debiles valde sunt; nam & si Dñs parabolā thesauri absconditi, & sagenae missae in mare à principio parabolas non vocauerit, satis est dixisse Euangelistā in fine: *Et factū est, cum consummasset Iesus parabolas istas transfit inde: Neq; firmum fundamentū est, quod eas turbis, qui bus loquebatur, Dñs, non proposuerit, sed solis discipulis domi interrogantibus; nihil enim obstat, quod exēplificans Apostolis parabolas, quas populo proposuerat, has duas illas de nouo proposuerit, & illas simul cum cæteris exposuerit; addo insuper, quod verborū forma, qua vſus est Christus in his duabus non minùs parabolica est, quā illa, qua in cæteris vſus est; & Patres omnes parabolas istas vocant, atq; cæteras, de quibus dubiū non est: sed iam ad id, quod nostri munera est accedamus, ad scopum nēpē ad quē illas Dñs proposuerit, & direxerit, de vnaquaq; sigillatim dicam; quod autē attinet ad primam, *de thesauro abscondito in agro, & de homine querenti bonas margaritas,* quæ vna eadēq; est, quamquā ex Euā gelico contextu non constet, cur, seu qua intentione fuerint à Dño propositæ; ex ipsa tamen similitudine, & ex sanctorū Patriū dictis satis constat per illas, seu per illam pretiū Regni Dei indicasse Christum, docuisseq; quid pro illo cōparando facere debeamus: omnia nēmpē nostra bona contēnere, vt illud consequi, & possidere valeamus; nam cuī duabus præcedētibus parabolis Regnū Dei rebus minimis, & contēptis cōparasset, id est, *grano si- napis, & fermēto,* quod modicū esse solet: ne quisquā propterea minus præclarè sentiret de Regno Dei; nūc parabola thesauri absconditi, & margaritæ inuētæ, eius summā, inmensamq; dignitatē; at inæstimabile pretium declarauit.*

Quid per  
thesaurū, &  
per margari-  
tā accepēdū  
sit ex Patriū  
sententiis.

Circa id autē, quod nomine thesauri, & margaritæ intelligendū sit, variat patres, & istiūs parabolæ Expositores;

A quidā enim per thesaurū absconditū, nostras animas, & per hominē inuenientē, & ementē Christū intelligunt, qui vt eas inueniret, à Patris sinu exiuit & validissimo sui sanguinis pretio emit: quod itē de margarita pretiosa, & de homine negotiatore intelligunt, fuit nāq; Christus Dñs optimus negotiator, qui tā merciū valorem, & bonitatem, quā tempus lucrandi optimè nouit: vt latè ostendit Salmeron serm. de *Salmer. ser.*  
*11. de parabo.*

Alii verò, inter quos sunt præcipue B August. lib. quæst. in Matth. q. 13. & Theod. ad hunc locū, per *thesaurum absconditū, & per margaritam inuentam, Verbi diuinitatem, in humanitate absconditā, & à fidelibus inuentam* intelligunt;

pro cuius amore, & desiderio, omnia quæ possidebant reliquerūt Apostoli, relinquūtq; quotidie viri, & fœminæ religiosæ: *Thesaurū absconditū* (inquit Theodoretus) *Deus Verbum est, quod in carne Christi videtur absconditus:* Potest hæc interpretatio concinnè illustrati Theod. ad e. Matth. 13.

C diuī Petri Apostoli exemplo, qui Verbi diuinitatē in humana carne absconditā adiuuenit dicens. *Tu es Christus filii Dei vivi:* & pro illius amore omnia relinquit, vndē Regnū cœlorum sibi cōparauit, quod in visione, & fruitione præfati thesauri, præfactæque margaritæ situm est.

Eit hæc secunda parabolæ interpretatio Christi intentui congruentior; qui (vt visum est) non fuit alius, præterquam quod hominibus persuadere, vt spretis rebus temporalibus

D ad cœlestem patriam obtinendam anhelarent: quod cum prima parabolæ interpretatione non cohæret, quæ ait Christum fuisse thesauri inuentorem, margaritæque emptorem: huius igitur interpretationis factores non inuisans, adhæreo illorum interpretationi, qui pro thesauro Christum intelligunt, *in quo sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei,* & in cuius possessione omnis nostra beatitudo

Secunda sen-  
tentia Christi  
intendit  
vicinior, &  
accommo-  
datior.

Ad Colos. 2.

con-

consistit; & per hominem thesaurum inuenientem, & clementem margaritā, vnumquemque Christianum, qui, vt ad hanc beatitudinem perueniat, renuntiat omnibus, quæ possidet, vel re, vel saltem desiderio.

Tertii parabolæ scopus, sogenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti multus non ero: solumque obseruabo scopum ad quæ tendit; eo igitur tendere videtur, ne plurimum cōfidamus, aut gloriemur, quod Euāgeliū Christi suscepimus, aut quod in Ecclesia Dei simus, aut opinemur sufficere nobis solam fidem ad salutem; quia nisi in Ecclesia Dei positi, fidei bona opera adiungamus, & vitam irreprehensibilem agamus, quæ nos bonos pisces efficiant, de nobis actum erit, & in æternum gehennæ ignem cruciandi cōiiciemur: quod in extremi iudicii die præcipue contingit: audi Petru Rauena ser. 47 circa hanc istiū parabolæ interpretatiōnem: Proferentē similitudo hæc (inquit) ostendit, cur in Apostolatū elegerit Christus piscaṭores, & captiores piscium fecerit hominum piscaṭores, ut scilicet diuini iudicii tempus arte piscaṭoria monstraretur: pisces congregat captura confusos; sed in vasa discretio dat electos; sic vocatio Christiana iustos, & iniustos, malos, bonosque congregat, sed bonos à malis elec̄tio diuina decernit.

Christianī, & pisces cōparatur, quia utriq[ue] nascuntur in aqua; Tertius.

Illud obiter circa proprietatem parabolæ annotabo, quanta scilicet proprietate in ea homines Christiani per pisces designentur: nam tā pisces, quām Christiani nascuntur in aqua; pisces in aqua maris, Christiani in aqua baptismi: vt Tertullianus libro de Baptismo obseruauit, dum dixit. Serpentes arida sectantur, nos verò pīsciculi secundum nostrum Iesum Christum in aqua nascimur, nec aliter quām in aqua permanendo salvi sumus.

Pars 2.

A CIRCAILLA SACRI  
contextus verba.

*Simile est Regnum cœlorum thesauro abscondito in agro.*

ANNOTATIO I. MORALIS.

*Nunquam ita se Deus à querentis anima abscondit, vt sui vestigia, quibus inueniatur, non relinquat.*

B C Vm triplici differentia potest triplex thesauri status, thesaurus iste considerari, vel inuentus; vel emptus, & possessus: cum prima igitur differentia in prima hac annotatione nobis agendum est, de thesauro scilicet abscondito, idest, de verbo diuino; *Quod* (vt loquitur Theodoreetus) *in carne Christi videtur absconditum.* Theodor. ubi supra. Circa cuius absconſionem multum iuuabit obſeruare, nunquam Deum adeo se ab anima ipsum querente abscondere, vt illi sui vestigia non relinquit, ac signa, quibus incedens ipsum inueniat.

Probat assertum locus ille Cantorū 5. in quo ait contextus Sacer, quod postquam Diuinus sponsus instanter à sancta sponsa expostulauerit, vt ei ostium aperiret dicens. *Aperti mihi soror mea, quia caput meum plenum est rore, & cincti mei guttis noctium;* ipsaque in aperiendo morata fuerit, offensus, & apuriatus discesserit: *At ille* (inquit contextus Sacer) Ibidem.

D *declinauerat, atque transferat, in se autem reuersa anima sancta, & quām egerit negligenter cum sponso pendens, ac considerans, per vicos, & plateas anxia inquisiuit, nec tamen inuenit: Per vicos* (inquit) *& plateas* Ibidem. *queſiui, quem diligit anima mea; queſiui illum, & non inueni:* Non equidem in euentu miror abscondisse se Diuinum sponsum ab sponsa adeo pigri, vt suorum pedum lotionem, ac faci-

Ibidem.

Vbi supra.

Esaie 65.

Ad Rom. 10.

Vbi supra.

Dispungitur  
locus Canticorum ab ip-  
sius loci ver-  
bis.

Vbi supra.

Non vult  
Deus ut eu-  
bescamus ip-  
sum querere.

lissimum tunicæ induendæ laborem  
sui sponsi commodo, & amplexui an-  
teturit'; *Lauis, inquit, pedes meos, quo-*  
*modo inquinabo illos? spoliaui me tuni-*  
*ca mea, quomodo induar illa?* Non enim  
desides atq; pigras animas Deus ex-  
optat, sed operosas, & alacres: De illo  
verò, quod sponsa testatur, maximè  
miror. *Quesivi, inquit illum, & non in-*  
*ueni, non enim adeò se vñquam ab a-*  
*nima quærenti absconditur Deus, vt*  
*vestigia, quibus inueniatur, non relin-*  
*quat: vnde appositus Canticorum lo-*  
*cus asserto nostro potius contradicit,* A  
*quàm fauet: pungit itaq; locus, atque*  
*non cum meo asserto tantum; verum*  
*& cum ipsius sponsi dictis pugnare vi-*  
*detur, qui Esaie 65. de se ait: Inuen-*  
*tus sum ab his, qui non quæserunt me;*  
B *quod postea Paulus ad Romanos 10.*  
iterum retulit, dicens: *Inuentus sum à*  
*non quærentibus me; & palam apparui*  
*ijs, qui me non interrogabat*, ac si dicat,  
data opera obuius factus sum, etiam  
ijs, qui de me non inquirebant. Vnde  
cohæcere non videtur id, quod spon-  
sa ait: *Quesivi illum, & non inueni.*  
Pungit (inquam) locus; dispungam  
tamen ex ipsius sacri contextus se-  
rie: enarrans sponsa ea, quæ in sponsi  
quæstione passa est, ait: *Inuenient*  
*me custodes, qui custodiebant ciuitatem,*  
*vulnerauerunt me, tulerunt palliū meum.*

Aduerte amice concionator; palliū  
abstulerunt custodes? ergo palliū  
obuoluta sponsum suum quærebat  
sponsa, & ideo non inueniebat; fate-  
tur ipsa, quæ ait: *Paululum cum per-*  
*transisem, vel vt vertunt 70. quasi ni-*  
*bitum cū pertransisem, inueni quæ diligit*  
*anima mea: si ergo quamdiu pallio ob-*  
*uoluta incessit, sponsum non adinueni-*  
*nit, & vbi primum illo spoliata est, sta-*  
*tim inuenisse fatetur; pallium procul-  
dubio, quo inuoluta quærebat, erat in*  
*causam, vt ab ea sponsus inuentus nō*  
*fuerit: ita planè; non enim gaudet spō*  
*sus obuolutè, sed publicè quærit; qui*  
*enim clām, & non publicè quærit, de*

eius inquæstione dedignari ostendit;  
vnde dedignatur & ipse, ab eo adin-  
uenit: *No quiere Dios que le busquen de*  
*reboço: nā qui obuolutè, & clā aliquid*  
*agit, de quo agit erubescere innuit.*

Testatur equidem cōtextus sacer, Genesis 38. quærit Thamar sacerum suum Iudam ad rem illicitam perpe- trandam; *Operuerat vultum suum ne agnosceretur*, (ait Scriptura sacra) quasi quæ verecūdabatur, quod rem inhone- nestam publicè perpetraret: fecerat item sic sponsa in sui dilecti quæstio- ne, quasi quæ verecundabatur ab ho- minibus quærentē conspici, & agno- sci; sed erubescit etiam sponsus obuolu- tè quæri, & ne inueniatur, abscondi- tur: sunt equidem nōnulli, qui eru- bescunt Deum palam quærere, qui eru- bescunt opera bona facere, Eccle- sias inuisere, sacramenta frequentare; erubescunt deniq; Deum quærere, hi profectò Deū non adinueniunt; absco- ditur namq; ipse, & erubescit à tali- bus quærit & inueniri, nōne ipse pro- testatur Lucæ 9. *Qui me, inquit, eru- buerit, & sermones meos, hunc filius ho-*  
C *minis erubescet, cum venerit, in magesta- te sua, Patris, & sanctorum Angelorum:*  
*vult igitur Deus publicè profiteri, &*  
*explicite, & non obuolutè quæri, vñ-*  
*de sponsa quatenus pallio obuolta*  
*quæsivit, minimè adinuenit.*

Hinc alium eiusdem Canticorum  
libri locum disquirere, & enodare po-  
teris, *pone me, inquit idem sponsus ad*  
D *sponsam, quæ illum obuoluta quæsic-  
rat, vt signaculum super cor tuum, vt*  
*signaculum super brachium tuum, &c.*

Cant. 8. dubitare iure quis potest de  
diuini sponsi ad sponsam mandato; ad  
quid namque eius signaculum super  
brachium effigiare præcepit, cum (vt  
iam præceperat) super cor effigere suf-  
ficere videatur? nonne qui cor possi-  
det, totum possidet? nonne amantiū  
signa, quo occultiora, eo sunt meliora?  
nā exteriora signa negotium amoris  
propalant, & ansa præbent, vt inno-  
fescant

Erubescit  
Deus omnes  
qui ipsum  
quærere era-  
bescunt

Luc. cap. 9.

Vult Deus à  
suis publicè  
profiteri.

Disquisitor  
alter Canti-  
corum locus  
cap. 8.

tescant secreta, quæ melius conservantur occulta.

**Ambrosius**  
libro de his,  
qui diuinis  
mysteriis  
initiantur.

Dispungit locum, & euertit Ambrosius omne dubitandi fundatum libro de his, qui diuinis mysteriis initiantur, & ait: idem velle dicere sponsus ac si apertiùs dicat: *Vero ut tota measis: benè; sed quid in spōsa non habet, qui totum cor eius habet? ad quid ampliùs se super brachiu effigiali præcipit, & exoptat? quia scilicet (ait praefatus Pater) non gaudet sponsus, quod tantum ametur ab sponsa; sed etiam quod ab omnibus cognoscatur ab eadem amari: vultque ut non erubescat sponsa, neque dedignetur tantum habere sponsum; sed quod ipsum suum esse sponsum, ipsamque eius sponsam esse publicè fateatur, audiamus iterū Ambrosium in expositione Psal. 110. *Quia imago Dei es, inquit agens personam sponsi) Deus in corde tuo est; sit ergo in operibus tuis effigies Euangeli sponsi tui: quod erit si percutienti maxillam alteram præbeas, si diligas inimicū tuum, &c.* hoc equidem est Christianum non tantum esse, sed & videri, & qui videntur, & sunt, esseque non erubescut, sed Deum palam querut, facillimè adinueniunt: ab his vero qui Christianos esse erubescunt, & ipsum obuolutè querunt, omnino absconditur.*

Reuertamur ad intentum, videamusque utrum cum sponsus ab spōsa ostio lœsus discessit, aliqua sui signa, quibus inueniri posset, reliquerit? Reliquit certè; nam non ita ab anima occultatur, vt sui vestigia non relinquit, quibus inueniri possit, si ab ea sedulitè queratur: fatetur ipsa, dum ait misisse sponsum manum suā perforamen, qui fasciculus myrrhæ cum esset, totum ostium myrrhæ odore imbutum reddidit surgens autē spōsa, vt sponso ostium aperiret, eodem odore eius manus etiā imbutæ sunt; *Dilectus meus misit manum suam per foramen, &c. Surrexi, ut aperiorem dile-*

Pars 2.

ubi supr.

*et meo manus me e stillauerunt myrrhæ;*  
**A** & digitii mei pleni sunt myrrha probatissima: quod si queras ab Apponio, vnde hæc myrrha prouenerit? Respondebat ab spōsi manu, quam sponsæ ostio applicauerat; quod si iterum interroges, ad quid sui odorem reliquit? Respondet tandem, dicens: *Odorem sui reliquit sponsus, ut odore dace ab sponsa queratur; quamquam igitur Deus ab unaquæque anima offensus discedat, nunquam tamen adeò se se abscondit, vt sui vestigia non relinquat, quibus inueniri possit si ab illa queratur.*

B

Quando, vel ubi se plus potuit thesaurus iste abscondere, quam in Bethlehemico brutorum præsepio, cum non sub humanæ tantum naturæ vellere, sed etiam sub palmarum tegumento diuinæ naturæ pretiositatem abscondit, pannisque inuoluit à lachrymis, & vagitibus occultauit: *Vagitus infans inter arcta conditus præsepio; membra pannis inuoluta Virgo mater alligat; quis tunc, vel quibus vestigiis thesaurū istū inueniret? quis eius diuitias sub vilium pannorū paupertate latentes agnosceret? quis eius fortitudinem sub cuiusdam pueruli fragilitate suppressam putaret? quis dixerit cælare Angelis tunc suæ lætitiae obiectum, teneris, ac fragilis cuiusdam infantis lamentum? quis tandem diceret: Sub viuis pueri simplicitate, & ignorantia thesaurum illum abscondi: in quo omnes sunt Dei sapientia, diuitia, & scientia?* Adhuc tamen ibi manifestissima signa præbuit (inquit Bernardus sermone de Christi Nativitate) ut ab omnibus se querentibus inueniretur: immò ipsa paupertatis signa pastores ad ipsum adduxerunt: *Hoc vobis signum; inuenietis infantem positum in præsepio pannis inuolutum. In carne (inquit Bernardus) tua tibi, o homo, absconditur sententia illa, quodā occulta: ecce iā trahitur de occulis, & ipse se ingerit sensibus carnis tua: ac si dicat: ideo in tua potius car-*

*Appon. ad  
hunc Canto  
locum.*

*Deus in præ  
sepio multis  
regumentis  
absconditus.*

*Ecclesia in  
festo Nativitatis Chri-  
stii.*

*Ad Colos. 2.*

*Lnc. 2.*

*Bernard ser.  
de Nativit.*

ne, quā in Angelorū natura se se verbum abscondit, vt illum facilius inuenires; nam Angelorum naturæ rimas non nosti, tuæ verò naturæ semitas optimè nosti; eisdem igitur absconditur, vt eisdem quæsitus inueniatur: disquire Hieronymi, & Theodoreti verba, & inuenies comprobationem huius doctrinæ: *Thesaurus* (inquiunt) *Hierony. & Theodore. ad cap. 13. Matt.*

*Deus Verbum est, quod in carne Christi videtur absconditum: perpende illud videtur; id enim innuit, ac si dicant prædictati Patres; Absconditus in campo nostra humanitatis iste thesaurus non est, quamquam videatur absconditus. Videatur igitur absconditus, sed non est; cū se inueniendi adeò nota signa præbere consuescat.*

*Canticor. 2.* Id ipsum voluit indicare eadem sponsa Cantic. 2. cum de eodem sponsor dixit. *En ipse stat post parietem nostrum aspiciens per fenestras, prospiciens per cancellos; ac si dicat. Non multum arguor ex mei sponsi absconditione; scio namque, & certa sum, non ita solere abscondi, vt signa sui, quibus inuenire possit. non relinquat primum enim nō longè multum discedit: En namq; stat post parietem nostrum: Vltra quā, quod ipse se quodammodo prodit, aspiciens per fenestras, prospiciens per cancellos, latere itaque nescit. Sic sponsæ mentem interpretatur Magnus Gregorius locum exponens: Quasi post parietem nostrum Deus incarnatus stetit; sed per cancellos prospiciens: quia qui per cancellos aspicit, partim se abscondit, & partim videtur; sic Dominus Iesus Christus, dum & miracula per diuinitatis potentiam fecit, & abiecta per carnis infirmitatem pertulit, quasi per cancellos prospexit; quia in alio latens, in aliud quis esset apernit.*

*Ibidem. Magn. Greg. ad c. Cant. 2.* Nunquā ita se abscondit Deus, vt aliqua sui signa nō præbeat. Is equidem Deus noster est; ea eius benignitas, ac clementia est, vt nunquam se à nobis omnino abscondat, sed semper sui signa nota, & manifesta ostendat, & præbeat, quibus inueniatur, cum quæratur.

A CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

ANNOTATIO II.

*Etiam cæcis manifestat se Deus, dum absconditur, si queratur à cæcis.*

**I**llustrari, & amplificari possunt ea, quæ superiori annotatione dicta sunt circa Dei nostri morem, & ingenium; si duo sacræ Scripturæ loca ex-pendantur, & adiuicem comparentur; unus scilicet Esaiæ cap. 45. alter verò, Matthæi 27. In primo loquitur Euangelicus Propheta de Christo in Cruce acto opprobriis saturato, nostrisque languoribus, quos tulit, consumpto, & ait: *Tu es verè Deus absconditus: Ac si dicat; non equidem tunc Domine ita absconderis, vt facili negotio inueniaris, & cognoscaris; sicut cum post sponsæ parietem, quasi ludens absconditus, per cancellos intuebaris, euidentissima tui signa præbēs; tunc namque non Iudens, sed verè absconderis, & ita verè, vt nemo sit, qui diuinitatem tuam tot tormentorum, & pœnarum nubibus obductam possit cognoscere: Quis enim Verbi diuinitatem in cuiusdā hominis mortalitate absconditam, & occultatam cognosceret? Quis illarum manum, quibus efformati sunt coeli, & terra, potentiam, & fortitudinem ligno affixam suspicaretur? Quis Dei caput spinis coronatum agnosceret? Quis alieni debiti solutorem crederet hominem, cum inquis deputatum, & inter duos latrones constitutū? Verè equidem tunc eris Deus absconditus.*

**D**Opponitur tamen cuiusdam hominis gentilis cæcitas, Esaiæ dictis, & eundem Christum his omnibus tormentorum operimentis absconditum contemplans, ait. *Verè hic homo filius Dei erat: Matth. 27. quid igitur (quæro) fieri potuit, vt Deum verè absconditum*

*Esaiæ 45.  
Exponitur  
locus.*

*Matth. 27.*

ditum cognosceret homo gentilis, vt  
inter crucis opprobria Verbi diuini-  
tatem disceret? Nam (vt Bernardus  
sermone 56 diligenter, & deuotè ob-  
seruauit: ) *Quod tacebat in illo, manife-  
stum erat in carne;* Ac si dicat, optimè  
ibi humanitatis infirmitas se ipsam  
nostris oculis manifestabat; *At quod  
stabant in ipso,* (addit Bernardus) quasi  
*post carnem latebat, unus sanè idem ho-  
mo manifestus, & Deus absconditus:* Si  
igitur non solum Deus absconditus  
(vt Bernardus loquitur;) sed etiam (vt  
loquitur Esaias) verè absconditus Christus  
in cruce stetit; quomodo gentilis  
homo ibi eius ita absconditam diu-  
nitatem adiuuenit, & profitetur dicēs.

*Matth. 27. Verè homo iste filius Dei erat?* Dubium tollit idem Bernardus ser. 45. in Can-

tica, dum eundem Christum alloquēs  
ait. *Etenim ubi te exinanisti Domine;*  
*ibi naturalibus radiis lumen indeficiens  
ostendisti:* Quod si a Bernardo inter-  
rogates, quæ nā præbuerit Christus Do-  
minus in cruce signa, quibus eius po-  
tuit adiuueniri diuinitas; Respōdebit,  
dicens: *Quia ibi pietas magis emicuit,  
ibi charitas plus effulsa, ibi amplius gra-  
tia radiauit.*

*Disquiritur amplius loca  
Esaias &  
Matth.  
Mysteriū il-  
lius aduerbi  
verè.*

Verè (inquit Esaias) Deus abscondi-  
tus; verè (inquit Centurio) *Filius Dei  
erat homo iste.* Modificat equidem il-  
lud Centurionis verè; alterum illud  
Prophetæ verè: nam idem valet, ac si  
dicat, quamquam verè abscondita  
Christi in cruce positi diuinitas, sit nō  
tamen ita abscondita est, vt sui mani-  
festa signa non præbeat: vndē quam-  
quam verè abscondita sit, tamen no-  
tti, & protestor, quod *verè filius Dei ho-  
mo iste sic abiectus, & sic flagellatus sit.*  
Plena equidē maximis mysteriis ver-  
ba exigua; verè, verè, quorum primū  
ostendit, quām verè Deus offensus  
abscondatur; Alterum verò quam pa-  
tentiter manifestetur, cum quæritur: si  
quidem adhuc gentilis cæcitas adiu-  
uenit, cū quæstuit, & dixit; *verè cognosco  
thesaurum diuinitatis in humana fra-*

A gilitate absconditum: indē enim eius  
diuinitarū pretiositas sui fulgoris splé-  
dorem emitit, radiatque: optimè su-  
per hunc locum Tertulianus libro-  
de patientia, loquens designis, qui-  
bus Dei filius suæ diuinitatis poten-  
tiā ostentauit: *Despicitur, (inquit) il-  
ludetur, verberatur, & pro ipsis orationib[us] patientia.*  
*Tert lib. de  
patientia hominis imitatus est: in-  
dē vel maximè Dominum cognoscere po-  
tuistis: patientiam enim huiusmodi nemo  
hominum perpetravit;* Eisdem itaque  
opprobriis, ac tormentis, quorum tol-  
lerantia diuinitas occultabatur, erant  
eiusdem diuinitatis manifestissima te-  
stimonia, evidentissimaque signa.

B Accutè nimis præbent quoddam  
huius doctrinæ fulcimentum Augu-  
stinus in suo de passione, & Abbas  
Guarricus, serm. 4. in Dominica de  
Ramus Palmarum, dum causam in-  
quirunt, redditque, ob quam Chri-  
sti vulnera aperta manserint; *Vi ape-  
rire thesaurum qui latebat, murum per-  
misit perforari:* *Quiso que huiusse agu-  
jeros en el campo, a donde estaua escondido  
el tesoro, para que por ellos fuese vi-  
sto, y hallado,* i ait Augustinus; & con-  
sonanter Guarricus: *Pedes, (inquit)* *Guarric. ser.  
in Dominica  
de Ramis pal-  
marum.*  
*vit se mihi totum aperiret.* Mira equi-  
dem Dei nostri bonitas! mira pietas!  
clementia manifesta! qui quo ma-  
gis absconditur, eo maiora, & euidé-  
tiora signa præbet, vt à se quærenti-  
bus inueniatur; & ita evidētia, &  
clara, vt à cæca gentilitate inueni-  
ri potuerit, & à puella corporeis ocu-  
lis destituta, qualem ferunt fuisse  
Luciam Virginem huius thesau-  
ri indagatricem non  
pigram.

CIRCA ILLA SACRI  
contextus verba.

*Quem cum inuenit homo, præ gaudio  
illius vadit, & vendit vniuersa,  
qua habet, & emit a-  
grum illum.*

ANNOTATIO III.

*De gaudio ad inuentionis thesauri.*

*Cur Deus  
sue bonitas  
thesaurum à  
nobis absco-  
dat.*

*Respondet  
dubio Gue-  
gorius ad lo-  
cum.*

*Eadem fere  
Bernardi res-  
ponsio ad  
cap. Cant. s.*

*Amplius in-  
quiritur cau-  
sa huius ab-  
scōsionis the-  
sauri.*

*Disquititur  
Cant. locus  
cap. 7.*

**B**euriter in hac annotatione nobis discutiēdum est dubiū quodam, quod ex nostri abscondeſione theſauri exurgit; ad quid nempè ſuę beatitudinis, & diuitiarum opulentum theſaurum Deus abscondat, quem ab omnibus inuenire audiſſimè exoptat? optimè respondet ad locum Gregorius, ideo Deum ab anima ſe deſiderante, & anxia querenti abscondeſere, vt inueniendi deſideria dilatata creſcant, & intensius, iucundiūsq; ſit inueniendi gaudium: *Vt inueniendi deſideria (inquit) dilatata creſcant, & creſcendo capiant, quod inueniunt, ſufficiēs* eſt, haec tanti Patris reſponſio, illique ſimillima, quam reddit Bernardus, ob quam ſponsus ſe ab ſponsa querente abscondeſerit, Canticorum 5. & cur à quaui deuota anima iſipſum anxia exquirente ſoleat ad tempus abscondeſi; *Vt augeat (inquit) deſiderium, ut creſcat affectus, ut exercetur negotium amo-  
ris.*

**D**ad aquatē ſine dubio his tantorum Patrum verbis ad dubium repondeſtur: ſed aliquid amplius mysterii in hac huius pretiosi theſauri abscondeſione existimo poſſe penſitare, ſi pŕeſertim quendam Canticorum locum cū Ianſenio expendainus; *Omnia poma, noua, & vetera* ( inquit ſponsa Canticorum in capite 7 ) ſeruati tibi, volēs ſein ſponsum valde officiosā pŕebere, de eiusque commodo, & deliciis, vt

quæ maximè follicitā exhibere; nam tantum indicant eius verba, ac ſi aperius dixerit, minimè paſſus eſt meus in te singularis amor, ac dilectio, vt vel vnū pomum à meo viridario carperem, alicuique alio offerrem abſ te; immò vt tibi omnia reſeruarem, perſuafit: Non adhuc appetit in quo pugnat pŕeſtitatus locus; appetit tamē, ſi textus Hebraici ſeriem perpendamus, in quo ſic eſt: *Omnia poma noua, & vetera abſcondi tibi:* Expendit igitur pugnit locus ſuprapoſitus ſi cū 70. le- gatur.

**B**ait, quæ nam eſt hęc ſponsæ ad ſponſum intimæ dilectionis exhibito, & amoris erga iſipſum manifestatio? ſi omnia poma noua, & vetera abſcondidit iſipſi, ergo non reſeruauit iſipſi; ſuamque dilectionem incusat, dum nititur commendare; non enim perfecte, ac verè diligit, qui aliquid à dilecto abſcondit; non tamen ſic intellegendus eſt locus, respondet eodem loco idē Ianſenius, ſed ab aliis abſcōdifffe, iſipſique ſoli dilecto ſponſo reſeruauit: *Non à te abſcondi, dixit, ſed tibi, & ad tui gloriam, & deliciam feruauit:* Vnde maximum pŕebuit ſuę dilectionis inditium, euidentiū, argumen- tū, in eo quod pretiosa, ſuauiaq; poma abſcōderit ab aliis, vt iſipſi feruauerit.

**C**Non aliter ſuam erga ſuos potuit Christus dilectionem euidētiū commendare, quām diuitias gloriæ ſuę, ſuęque beatissimæ visionis theſaurū ab aliis abſcondens, iſipſis ſolis feruando: abſcondit namque, & feruat non à nobis, ſed nobis; abſcondit ab infide- libus, & ostendit fidelibus; abſcondit ab inimicis, & feruat amicis; abſcondit à paganis, & feruat, atque ostendit Christianis; quod ſi ab iſtis aliquando abſcondit, non omnino abſcondit; pŕebet enim iſipſis euidētissima signa, quibus facile adinueniāt; ideoq; abſcōdit, *ut augeat deſiderium, ut probet affe-  
ctum, ut exercetur negotium amoris;* vt loco citato loquitur Clarauallensis Abbas.

Qua-

*Bernard. ubi  
ſup.*

*Paul. 1. ad Corinb. ca. 2. Esaia. 64. Atum. Matib. 16.*

Quale autem sit gaudium, quod ex huius thesauri adinuentione percipiatur. nemo sufficit explicare, immo nec omnino pensitare: etenim *nec oculus videt, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus diligentibus se*, sicut ad Chorinthios primo scribens cap. 2. loquitur Paulus: seu ut suæ prophetie in cap. 64. Esaias protestatur dicens: *Oculus non videt Deus, absque te, quæ preparasti expectantibus te*: Non equidem nouit, nec referre ausus est Paulus, qui thesaurum istum ingressus videt; sed ait, *Nescio, Deus scit*. Adinuenit etiam opulentum istum thesaurum Petrus cū dixit: *Tu es Christus filius Dei viui*; sed gaudio huius adinuentonis semel degustato, quid diceret nesciebat, inexplicabile, & inexcoigitabile gaudium est, quod ab huius thesauri adinuentione procedit, & nullis opibus comparabile.

CIRCA ILLA SACRICA  
contextus verba.

*Quem cum inuenit homo præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa, quæ habet, & emit agrum illum.*

ANNOTATIO IV.

*De cœlestis thesauri emptione.*

*Vt huius tanti thesauri emptionis negotium absoluatur, necesse omnino est, vt vera dilectio, verusque amor interueniat.*

*Amor auricularius cursor est, ex Augustino in de natura dilectionis.*

**D**Vm S. Pater Augustinus libro de natura dilectionis, adinuentiones, & machinamenta considerat, quibus vtitur amor, vt negotia, quæ intentat, conficiat, & absoluat; appositissimum illi nomen imponit: *Amor*

(inquit) *auricularius cursor est*: (*Es est amor corredor de oreja.*) Addit insuper Augustinus, quod præterquam quod in negotiis sibi traditis peragendis adeò sollicitus sit, nullum tamē aliud præmium querit ultra gaudiū, quod percipit, ex absolutione negotii, in quo valdè impensè laborauit; *Auricularius cursor amor est, desiderio agendi currens, gaudio, quod egerit, acquiescens.* Ex quo patet nullo alio mediatore felicis posse confici, & absoluti diuini thesauri emptionem.

**B** Disposuit Iacob difficillimū quodam peragere venditionis, & emptionis negotium, Genes. 25. emere nempe à fratre primogeniti benedictionē, & dignitatē lentis edulio commutatione: *Vende mihi* (inquit ad fratrem) *Genes. 25. primogenitatu: possibile ne fuit (interrogabit quis) tam ardum, tamque difficile negotium confici?* audiat, si adhuc dubitat, quid contextus Sacer asseuerat. *Vendit Esau primogenita accepto pane, & lentis edulio?* Admiratus inquirit Signiniensis Bruno: *Quo mediantem tam arduum negotium, tamq; in aqualis emptio facta sit*: Et post multa verba, quibus huius emptionis difficultatem exaggerat, tandem cōcludit: *Quid mirum? Rebecca diligebat Iacob, & amoris impulsu agitata fecit, vt Iacob, Esau patris sui obtinuerit primogenitatu: nullum equidem negotium non absoluet amor, etiamsi difficillimum sit, si conatur absoluere.*

**D** Voluit aliquando Labam difficile satis negotium confidere cum Iacob, Genes. 29. duas nempe illi filias vendere; nam verè venditionem appellauit earum vna Labami patris sui cum Iacob pactum, dicens Genes. 30. *Non vendidit nos, comedimusque pretium nostrum?* Cum verò vna ex illis duabus Labami filiis, Lya nempe lippis esset oculis, voluit Rachelis pulchritudine Lyæ deformitatem operire, & Iacob ementē quodāmodo obcäcare, amore adhibet mediatorem, qui adeò soler-

*Nullū alium præmium si bi proponit amor præter gaudiū absol uendi, quod agit.*

*Brun. Signi ad locum.*

tè se habuit, vt vtroque plaudente, venditore scilicet, & emptore negotium absoluere: quatuordecim servitutis annos pro pueris requirit vedi-  
tor; quis tam longam seruitutem non formidaret? quis per tot dies æstu vri,  
& per tot noctes gelu affici non per-  
horesceret? quis Labami ingratitudinē  
non timeret? & tamen omnia hæc fa-  
cillima reddidit amor, & ita facilia, vt  
parui ficeret, quidquid pro solius Ra-  
chelis emptione posset perferrere; *Videbantur* (inquit contextus Sacer) illi  
dies pauci præ amoris magnitudine: Cur-  
sori equidè isto auriculario attribuūt  
Patres istiū negotii executionē. *Labo-*

*Aug. li. quest. in Genesim Chrysost. ad locum.*  
rēseruitutis leuem faciebat amor (inquit  
Augustinus libro quæstionum in Ge-  
nesim; & Chrysostomus ad hunc locum, ) quando quis sauciatur amoris  
desiderio, nihil difficile reputat.

Multum conueniebat Adamo pri-  
mo parenti nostro difficilimum cum  
Æterno Patre negotium quoddam  
emptionis conficere; æterni scilicet  
Patris filium emere, vt captiuos filios  
redimeret; adeò equidem difficile ne-  
gotium, vt nullam prorsus spem da-  
ret, quod posset absolui; intercessit tamen  
amor & statim absoluit, testatur  
Ioannes sui Euangeli in cap. 3. *Sic*  
(inquit) *Deus dilexit mundum; vt filiū*  
*suum unigenitum daret.* Ego (inquit  
Bernardus) mihi omnino persuadeo,  
nullum adeò difficile posse dari ne-  
gotium, quod cursor iste auricularius  
non absoluat, cum hoc absoluisse vi-  
deamus, qui ab omnibus omnino im-  
possibile credebatur: *O suavitatem, &*

*Bern. ser. 65. in Cant.*  
*gratiam!* (exclamat ipse sermone 65.  
in Cantica) *O amoris vim indicibilem!*  
*ita ne summus omnium, unus factus est*  
*homo!* Quis hoc fecit? ac si dicat, pos-  
sibile ne fuit, vt diuinitas commuta-  
retur pro carne? gloria pro pœna? vita

Mirabiles  
vires am-  
oris, & diuini  
pœcipiū,

pro morte? quis ille fuit Demosthe-  
nes, qui valuit persuadere? quis inter-  
uentor, qui negotium adeò difficile  
absoluit? Respondet tamen statim

Bernardus ipse; *Quis hoc fecit?* Amor  
dignitatis nescius, affectu potens, suauis  
efficax.

Emptionis, & venditionis negotiū *Matth. 13.*

habemus præ manibus: *Simile est*  
*Regnum cælorum thesauro abscondito in*  
*agro, quem cum inuenit homo præ gaudio*  
*illius vadit, & vendit vniuersa, que ha-  
bet, & emit agrum illum:* Tradamus in  
manibus amoris negotium, & ipse fa-  
cillimè conficet, difficile admodum  
est homini vniuersa relinquare, & pro  
æternæ beatitudinis thesauro com-  
mutare; sed si amemus Christum, in  
quo sunt omnes thesauri Sapientiæ,  
& sciætiæ Patris, facilè videbitur om-  
ne difficile: valdè equidem difficile  
negotium istud reddit clausula quæ-  
dam, quam (sermone super ecce nos  
reliquimus omnia) Bernardus ait, esse  
omnino in huius thesauri emptione  
necessariam. *Age* (inquit) *qui relin-  
quere vniuersa disponis, te quoque inter*

*relinquenda numerare:* Nam vt homilia  
32. Magnus Gregorius obseruat, *Fortè*  
*laboriosum non est homini, relinquere sua,* in *Euangelia*

*valdè autem laboriosum est relinquere*  
*semetipsum:* Si tamen Dei amor inter-  
cedat, absoluet absque dubio huius  
emptionis negotium: optimè, & ad  
rem valdè accommodatè loquitur  
Laudunensis Ambrosius in sua Inter-  
lineali: vbi super illa verba: *Vadit, &* *Matth. 13.*  
*vendit vniuersa, que habet, sic inter-  
mittit, Incipit ire, cum incipit diligere;*  
Ac si dicat, quando incipit quisque  
Deum diligere, tunc incipit hoc ne-  
gotium pertractare; tantumq; in eius  
absolutione procedit, quātum diligit:  
ita vt qui perfectè diligunt, venditio-  
nem, & emptionem hanc perfectè ab-  
soluant; nihil enim difficile reputat  
verus amor; sed sagax cum sit, suauis  
efficax, & potens affectu, omnia con-  
suminat, quæ intentat, & quidquid ex  
se difficillimū est, facillimum reddit:  
Reddidit equidem virgini Luciae om-  
nia vendere, & seipsum abnegere fa-  
cillimum, vt thesaurum istum com-  
para-

*Bernardus*  
*super illud:*  
*ecce nos re-  
linquimus*  
*omnia, Mag.*  
*Greg. hom 32*

*Interlin. ibi.*

pararet, eius namque precordia ingrediens, hunc ei proponit venditionis, & emptionis contractum, dicens: *Si mille est Regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem cum inuenit homo, pergaudio illius vadit, & vendit vniuersa, quæ habet, & emit agrum illum;* Ac si sic suam orationem exordiatur auricularius iste cursor. Es ò Lucia pulchra, & diues, & insuper Christiana, ac prindè digna, vt potentissimo Regi nubas: Euāgelizo ergo tibi, qua via id consequaris: *eme agrum, in quo adeò opulentus thesaurus est absconditus,* vt amplissimi cuiusvis Regni premium supereret, vndè si emis, Regina efficeris: *A duertas tamen necesse est, vniuersa, quæ habes, cara vultus lumina,* & (vt vno verbo dicam) in illius comparationem te ipsam tibi esse expendenda.

*Difficile equidem negotium diuinum amorem intentasse quis non videt? pulcherrimæ scilicet puellæ, & qui optimè nouit non deficere, qui in eius pulchritudinem oculos libentissimè cōiiciat; velle persuadere, vt oculos eruat, suaque copiosa dote spolietur, vt agrum emat; nihil tamen difficile illi erit, si thesauri istius amore, ac cupiditate semel fuerit Lucia saucia-ta; ait Chrysostomus ad caput Gene- seos 30. *Quando ( inquit ) quis saucia-tur amoris desiderio, nihil difficile reputat:* Ac si dicat; nihil obstat negotio, in quo diuinus amor manum mittit; euentus probauit assumptum; nonne, vt antiqua Ecclesiæ traditio attestatur. Lucia pro istiū thesauri emptione oculos eruit, & obtulit? nonne vniuersa quæ possidebat expendit? nonne se ipsam abnegauit, vt comparet?*

Benè equidem, & iure summo gloriarri poterit diuinus amor, quod diffi-cillimum negotium cum Lucia virgi-ne absoluerit; neque minori iure eadē Beata Lucia dicere poterit, quod de-derit pro isto thesauro sui vultus lu-

mina: (*Que le ha costado los ojos de la cara,*) potestque iam Paulus Apostolus ab hyperbolicis suis verbis supercedere, quæ ad Galatas scribens dixit, *Testimonium perhibeo vobis; quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissestis mihi:* Siquidem de hac fragili muliercula testantur quamplurimi, quod oculos eruerit, vt offerret pro Christo.

*Paul.ad Ga-latas 4.*

Dedit Lucia pio Christo oculos.

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Vendit vniuersa, quæ habet, & emit agrum illum.*

## ANNOTATIO V.

*Circa thesaurum emptum, ac possessum.*

*Recensentur perpetuae diuitiae, quæ ex huius thesauri emptione ementi proueniunt in patria.*

**C**lam ex præcedentibus patet, quid in hac metaphora, seu parabola, per hunc thesaurum designetur diuinitas, nèpè Verbi in Christi carne abscondita; cum autem secundum Ioannem in prima sua epistola *Deus charitas sit,* inde fit, vt Dei charitas iste thesaurus fit; vndè Tertullianus satis conuenienter charitatem Christianorum thesaurum appellauit, in suo de charitate. *Charitas ( inquit ) est Christianorum thesaurus.*

**D**Obstar tamen Pauli authoritas ad Romanos cap. 13. vbi charitatem omnibus debitricem ita facit, vt debitum suum nunquam omnino soluere valeat. *Fratres ( inquit ) nemini quidquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis;* Ac si dicat, in reliquis vestris debitibus soluendis incumbite. *Reddite omnibus, quod debetis; cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui honorem, honorem;* cu

Charitas omnibus tributaria, & quo plus tribuit, eo plus debet.

Glosa ad hunc locum Pauli.

Theodoretus.

Quid sit thesaurus, & eius conditio, & natura ex Iurisconsulto.

Objeicitur contra dictum Tertulianum.

Thesaurus ut vere thesaurus sit ex hauriti omnino non debet. Esai. c. 2.

cui timorem, timorem; at in charitate omnino soluenda ne fatigemini; quantum enim charitas soluit, tantum suis debitibus addit; & eo debitrix efficitur, quo est in reddendo promptior: semper igitur debet, quia quod debet reddere, omnino non valet. Vnde optimè dicitur in glosa ad hunc Ioannis locum: *Sola charitas est, qua etiam redditia semper debitum retinet; quia nullum est tempus, in quo impendenda non sit: assignat ad eundem Ioannis locum Theodoretus, valde elegantem rationem: Quia, inquit, reddendo debitum firmat, à debito numquam soluit, (es pensionera la caridad, y las pensiones quanto mas vezes se pagan, mas se confirman:) quod equidem opponitur naturae, & conditioni thesauri, qui soluere solet, quod non debet, & cui non debet, in hocq; eius natura posita est, vt ait Paulus Iurisconsultus. De acquirendo rerum dominio, l. numquam; thesaurus, inquit, dominum non habet, & sit eius à quo inuenitur: discordare igitur videntur Paulus, & Tertulianus; dum alter ait charitatem semper debitricem esse, & nunquam omnino soluere, quod debet. Tertulianus vero cum ait: charitatem esse Christianorum thesaurum, cum charitatis sit nunquam omnino debitum soluere, cui debet; thesauri vero natura sit reddere, quod non debet, & cui non debet.*

Tantum tamen abest, quod Tertuliani verba, Pauli verbis in aliquo sint contraria; vt ab illis potius suæ veritatis fundamentum habeant; si namque thesaurus perpetuus, & continuus non est diuitiarum solutor, sino es perpetuo pensionero, vere thesaurus non est; thesaurus enim à quo postquam semel diuitias argenti, & auri abstulisti, & nihil amplius quid auferas inuenisti, vere thesaurum non dices: nonne Esaias loquens de hoc eodem thesauro, de quo loquimur, dixit suæ prophetiae in cap. 2. *Repleta est terra argento, & auro, & non est finis thesaurorum eius;* nesciunt itaque finem suarum diuitiarum chesaurus, nescit in soluendo terminum; in quo per quam maximè charitati similatur, quæ cum quotidie debitum soluat, nunquam soluendi terminum nouit; sed vt loquitur Paulus, semper se noscit, & fatetur debitricem: *Nemini, inquit, quidquam debeat, nisi vt in uicem diligatis,* quotidie thesaurus argentum soluit, & semper est ad soluendum paratus: quotidie charitas debitum soluit, & semper est ad soluendum parata; vnde conuenienter satis Christianorum thesaurus à Tertuliano appellatur.

A cit itaque finem suarum diuitiarum chesaurus, nescit in soluendo terminum; in quo per quam maximè charitati similatur, quæ cum quotidie debitum soluat, nunquam soluendi terminum nouit; sed vt loquitur Paulus, semper se noscit, & fatetur debitricem: *Nemini, inquit, quidquam debeat, nisi vt in uicem diligatis,* quotidie thesaurus argentum soluit, & semper est ad soluendum paratus: quotidie charitas debitum soluit, & semper est ad soluendum parata; vnde conuenienter satis Christianorum thesaurus à Tertuliano appellatur.

B *Vbi supra.*  
C Non minor difficultas exurgit ex nomenclatura, quam Gregorius Nazianzenus epist. 2. quæ est ad Eusebii charitati imponit: *Charitas, inquit, est mandatorum radix:* quomodo (quæro) radix, nonne infimum, vile & inculsum quid in arbore radix est, & quid in ea rudiū efformatum? Thesaurus vero nonne ex pretiosioribus rebus constat, quas natura producit? equidem maximè; quomodo ergo charitatis thesaurus mandatorum radix à Nazianzeno appellatur, quæ mandatorum potius perfectio, ac consummatio dicenda est. Immo ex eo, quia charitas radix præceptorum est, ideo thesaurus est; nam thesaurus, qui radicem non habet, qua augmentetur, thesaurus non est: quia citò finit: veri autem thesauri natura est, nunquam finiri (vt superius visum est. Audi Paulum ad Ephes. 3. de hoc eodem argumento differenter. *Det,* inquit, *vobis Deus secundum diuitias gloriae sue virtute corroborari per Spiritum sanctum, & Christum habitare in cordibus vestris in charitate radicati, & fundati:* vbi maximè ponderanda sunt verba illa: *Secundum diuitias gloriae sue radicati, & fundati:* quæ Pauli verba tantum sonant, ac si dixerit ipse: *Det vobis Deus secundum diuitias gloriae sue, id est, charitatis sue, quæ radicata, & fundata est, radicari, & fundari;* est itaq; charitas thesaurus radicatus, & fundatus,

Charitas mā datorum radix et Nazāze. epif. 2.

Dubitatur de Nazianzeni dicta.

Tollitur dubitatio.

Thesaurus, vt locuplex sit, debet habere radicem.

Charitatis thesaurus radix habet: ex Paul. ad Ephes. c. 3.

Exponitur Pauli locus.

datus, qui nunquam finitur, sed continuò soluens debitum, & semper se facetur debitorem: quod expressè sonant Pauli verba superius allata.

*Fratres reddite omnibus debitum; ut tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui honorem, honorem; ut timorem, timorem; & nemini quidquam debeatis, nisi ut iuuicem diltigatis.* Est itaque charitas, seu dilectio thesaurus oppulētissimus, & nunquam deficiens, quia radices habet, & hunc thesaurum sibi emit, qui pro Christi amore vendit, vniuersa, quæ habet.

Charitas vi-  
tæ fons , ex  
Bernardo de  
præcepto, &  
dispensatione.  
Obstat ad hunc alia nomenclau-  
tura; quam Bernardus in suo libro de  
præcepto, & dispensatione , charitati  
imponit. *Charitas* ( inquit ) *est vitæ*  
*fons* : Non enim facilè cōspicitur, quæ  
sit inter thesaurum, radicem, quæ ( vt  
diximus charitas est, & fontem simi-  
litudo, ac coherentia, vt unus idemq;  
thesaurus radix dicatur, & fons: at sta-  
tim hanc quam inquirimus inter res  
istas conuenientiam reperiemus, si ad-  
uertamus radicem arboris vitæ eiusq;  
esse principium, fontem, & originem,  
& ita hoc verū esse , vt statim à radi-  
ce auulsa arbor pereat, & ( vt tropolo-  
gice loquamur) moriatur; charitatem  
similiter nostrarum animarum esse  
radicem, a qua vitam ducunt, & a qua  
separatæ statim moriuntur, ita vt im-  
possibile sit , nisi hac radice fundata,  
& huius fontis aquis irrigata , quod

Cháritas animarum fons, radix, & vita, ex Aug. in suo de natura dilectionis. anima quæque viuat, ut in suo de natura dilectionis verbis expressis Augustinus protestatur dicens. *Vita cordis amor est, unde impossibile est, ut sine amore sit cor, quod vivere possit.* Si itaque igitur arbor dependet à radice. In esse

igit artus dependet a radice. In eis, & conseruari, in vires sumere, & in-fructificare, pendetq; à fôte in substen-tari ac viuere; ita vnaquæque anima-nostra, habet vitam ab hac radice, viuitque, & fructificat huius fontis aqua irrigata; qui quidem fons chari-tas est, ac proinde ipse Deus est, siqui-  
Pars 2.

A *dem Deus charitas est, à quo dependimus, in esse in conseruati, & in fructus bonum operum fert; testatur Lucas Act. 17. In ipso (inquit) vivimus mouemur, & sumus.* Et eadē charitatis aqua irrigatæ florent continuo; continuoq; virent in patria Beatorum animæ, ut Psalm. 91. Regius Vates attestatur dicens. *Plantata in domo Domini floribunt.* Benè itaque cum immenso, & in exhausto Dei nostri charitatis thesauro cohæret esse radicem arboris, & fontem simul, quo arbor ipsa irrigatur: quod idem Regius Vates testatur Psalm. 35. dicens: *Apud te Domine est fons vitae.* Et ibidem, *torrente voluptatis tuae potabis eos;* Fons itaque indefens thesaurus iste est, aliter enim, neque thesaurus esset, neq; fons: thesaurus enim, qui aliquando finit thesaurus non est, & fons qui aliquando exsiccatur fons perennis non est; vt Augustinus libro citato obseruat. *Non bonum (inquit) mihi videtur habuisse fontem riuus dilectionis,* aliquando decrescens.

B *Psalms. 91.*

C *Psalms. 35.*

D *Psalms. 35.*

E *Aug.*

Ex dictis ergo iam colligitur thesauri oppulētia, & fontis perennitas, quē in patria possident, qui hic emūt, & qui ad eius comparationem vendunt vniuersa, quæ habent: indeficiētem namque thesaurum, illis promisit Christus Lucæ 12. dicens: *Vēdite, quā possidetis, & date eleemosynam, facite vobis sacculos, qui non veterascunt thesaurū non deficientem in cælis.* Luca cap. 12.

D CIRCA EADEM SACRI  
contextus verba.

*Venit vniuersa, quæ habet, & emit a-  
grum illum.*

## ANNOTATIO VI.

*De perenni huius thesauri delitiarum,  
et voluptatū affluentia, qua fruuntur.*

*tur in patria; qui illum vniuersa  
vendentes, in hac vita empserunt.*

*Cur cœlestis  
beatitudo, fo-  
tis, & thesau-  
ri nomine  
designatur,  
ex S. Ephren  
Cyro.*

**I**Deò (vt sanctus Ephren Cyrus obseruat) cœlestis patriæ thesaurus, fontis nomine designatur, quia tā eius beatitudo, quām fons incessanter effluunt, & tamen nunquam satis effluxisse videntur: semperque se exhibet debitores: *In hoc* (inquit præfatus Pater) *beatitudo fonti similatur, quia adinstar fontis, sine intermissione scaturiens, atque plura fluente effundens, variosque latices, nunquam tamen affatim expendit exēndis:* Est itaque beatitudo ad instar fontis semper pensionem reddēs, & nunquam omnino soluens, quia quo magis se communicat, eo magis communicari, & à beatis participari exoptat.

*C*ur Deus tantam tā; perenne dulcedinem in beatitudine collocauerit, ex Bru. tristitia de beatorū premiis.

Ne autem quid nouum alicui esse videatur beatitudinem debiti solutio ni esse obnoxiam; aduertendum est ad id, quod Signiniensis Bruno tractatu de beatorū premiis annotauit. Ideo Deum tantam in cœlestem beatitudinem dulcedinem collocaſſe, tantamq; audiatur, ut largius, & abundantius persoluat, illis, qui pro eius amore, & pro ipsa beatitudine consequenda sua in hac vita reliquerunt: *Si namque semel saturati* (ait præfatus Pater) *fastidirent, semel tantum suorum laborum retributionem acciperent, sed quia satiati desiderant, ideo accipiunt multoties, quod exoptant: unde multoties illis retribuitur, quod semel reliquerunt, vel quod in tam oppalenti thesauri emptione insumpserunt.*

*D*isquiritur locus.  
x. Petri cap. 1.

In huius rei confirmationem expedit Pater Gregorius Magnus verba illa Petri Apostoli in cap. 1. sue 1. Canonice. *In quem desiderant Angeli prospicere. Quæ Apostoli verba tantū valent, ac si dixerit: Cōtinuò exardeſcūt cœlestes spiritus desiderii. Diuinam essentiam contemplandi: De quo maximè admiratur præfatus Pater, aitq; quid*

**A**hoc est Petre, quod dicis? non asseverat veritas infallibilis, Matthæi 18. spiritus Angelicos Dei faciem continuò intueri? *Angeli* (inquit) eorum *Matthæi cap. 8* semper vident faciem patris mei, qui in celis est, quomodo ergo videre desiderant, si semper vident (ait Gregorius, Moralium 18. cap. 28) maximè *psalm. 16*. cum dicat Psalmista; *Satiabor cum apparuerit gloria tua;* Nam vbi satietas nullum amplius est desiderium: addo insuper ego duo alia sacræ Scripturæ loca, quæ eandem contradictionem struere videntur: reperies primum apud Esaiam cap. 6. vbi loquens de duobus illis Seraphinis, qui erant ante diuinæ Maiestatis conspectum, sic ait: *seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri; duabus vela- bant faciem eius, & duabus velabant pe- des eius, & duabus volabant:* Locum *disquisitum* *duo sacra Scriptura lo- ca, Esaiæ fe- licer 6. & A- pocal. 4.* *Locum* alterum inuenies Apocalypsis in capite 4. vbi loquens Ioannes de illa aquila grandi, quām viderat ante Dei Thronum ait: *stat ante Thronum Dei aquila volans:* Vterque equidem istorum locorum apertam contradictionem inuoluere videtur: si namque Seraphini stabant super Dei Thronum, quomodo volabant? & si aquila ante Dei Thronum stabat, quomodo volabat? stare namque quietem dicit, volare motum: motus vero, & quies (vt apud omnes manifestū est) opponuntur.

Solutus idem Pater Gregorius dubitationem dicens; *Semper vident, in quem prospicere desiderant, quia ne sit in desiderio anxieras, desiderantes sa- tiantur, & ne sit in satietate fastidium satiati desiderant:* Volant igitur desiderio, & stant, ac quiescunt affectu: quod ego appositissima similitudine declaro: habet quis apud se caram quandam auiculam cuius suauissimis cätilenis maximè recreatur; præbet illi partem amigdali, partē verò seruat in manu; pleno ramē adhuc ore, cōcutit alas *Explicatur apposita lo- corū confi- liatio exēplo appositiſſi- mo.*

alas auiculā, oculosque coniicit in alteram amigdali partem, quā eius do- A minus in manu reseruauit; simul itaq; manducat, & manducate exoptat ci- bi suauitate illecta: volant itaque Se- raphini, & alas concutiunt, Dei pul- chritudine illecti; stant autem tanta diuinæ suauitatis dulcedine recreati.

Nunc ad rem; tanta est diuini the- sauri, à quo Christus Dominus fœnus aufert, & quo thesauri emptionem, ementibus soluit, suauitas, & dulcedo, vt pleno adhuc ore satiati, audissimè iterum satiari desiderent; vnde fit, vt beatitudo ipsa se se ex sua dulcedine huius debiti solutioni in perpetuum reddat obnoxiam: ex quo considerare licet, quanta hodie beata Lucia virgo dulcedine perfruatur ex huius thesauri emptione, quantæque sint diuinitæ iucunditatis, quas pro retributio- ne accipiat vniuersorum, quæ in illius comparatione expendorit.

— — — — —

### CIRCAILLA SACRI contextus verba.

*Iterum simile est Regnum cœlorum ho-  
mini negotiatori quarenti bo-  
nas margaritas.*

### ANNOTATIO VII.

*Præ aliis omnibus negotiis homini Chri-  
stiano refert suæ saluationis nego-  
tium, in cuius sollicitudine, &  
cura, verum lucrum consiit: quem-  
admodum in socrordia, & in obli-  
uione illius, eius certa damnatio.*

*Quid per ho-  
minē nego-  
tiatorē acci-  
piēdū sit, ex  
Aug. li. queſt.  
in Matth. 18.*

Pars 2.

thæum; vbi per hunc hominem ne- gotiatorem, quemque Christianum intelligentum esse docet, de suæ animæ saluatione sollicitum: congruit enim hæc Augustini interpretatio cum verbis Saluatoris, Lucæ 19. Ne- gotiamini, dum venio. Ad quæ Christi verba, sic ait Emissenus; Negotia sanè ad quæ hic Christus nos inuitat, opera sunt honesta, & actiones virtutum, qui- bus animæ salus comparatur.

*Quid ergo prodest homini, si vniuer-  
sum mundum lucretur, animæ vero sue  
detrimētum patiatur?* ait Christus Do- minus Matthæi 16. ac si aperte dicat: omnis cura, omnisque sollicitudo in mundi bonis acquirendis impēsa, fru- stranea est; si cum aliquo animæ de- trimento impendatur, negotiatio nāq; in quo de animæ salute primo, & præ- cipue non agitur, potiùs est detrimen- tum, quam commodum; cuius proué- tus lamenta potiùs sunt, quam gau- dia.

Est in huius certissimæ veritatis coimprobationē locus optimus Apo- calypsis in cap. 18. vbi refert Ioánes se vidisse, & audiuisse quandam Angelū alta voce clamantem, & dicentem: *Negotiatores terræ; flegunt, & lugebunt;* *quaia merees earum nemo emet amplius:* *merces auri, & argenti, & lapides pretio- si, & margarita, & lysii, & purpura:* Ad quem locum sic habet Interlinealis *Glosa super illa verba: Negotiatores* *terre: pro terrenis animas dantes:* Quasi explicans rationem, & causam, ob quain Angelus non dixit absolute. Negotiatores lugebunt, sed negotia- tores terræ lugebunt; nam terreni, & non cœlestes sunt negotiatores illi, qui in acquirendis rebus terrenis, & citò peritiris animarum suarum ve- stigial expendunt; cum illis potiùs ex- pediret, omnia sua bona in animarum suarum acquirenda salute expende- re; ideo igitur notanter, & cum my- sterio Angelus dixit: *Negotiatores ter- ræ, quos ut Glosa distingueret ab il-*

*Luca 19.  
Emis. ad huc  
Luca locum.*

*Matth. c. 16.*

*Prouentus  
negotiatio-  
nis iniusta  
lamēta sunt  
in posterū,  
ex Apocalyp-  
cap. 4.*

*Aposol. 18.*

*Interl. Glosa  
ad hunc Ge-  
nes. locum.*

*Multū inte-  
rest inter ne-  
gotiatores  
terrenos, &  
cœlestes.*

Interlin. vbi  
supra.

Eadem Glos.  
ibidem.

Optimum  
dictum.

Mag. Greg.  
lib. i. c. 17. in  
primum Reg.  
Disquiruntur  
verba Gre-  
gorii.

Apocalyp. 18.  
Interlin. ibi.

lis, qui pro acquirenda beatitudine expendunt vniuersa, quæ possident, qui cœlestes negotiatores potius dicendi sunt, quam terreni, intermisit dicens: *Pro terrenis animas dantes lugubini*; nam similis negotiationis prouentus lacrymæ sunt, & lamēta: quod optimè confirmat eadem Interlinealis Glosa, quæ super verba: *Merces eorum nemo emet amplius*, intermittit: *mærem*. Quasi innuens, nullum aliū prouentum ex hac negotiatione (præter mœstiam) prouenire: libenter adduco in huius veritatis confirmationem dictum illud cuiusdam, qui dum cum scorto de carnali actione ageret, ipsi magnum premium exigenti respōdit. *Non tanti emo pœnitere.*

Illustrari, & amplificari hæc doctrina amplius poterit Magni Gregorii verbis, quæ habet libro 1. in librum primum Regum cap. 14. vbi de hac eadem negotiatione agens, sic ait. *Torpor, circa diuina, & vagatio mentis erga terrena, est animi tristitia; Quid equidē nouum! quid inauditum videtur animi tristitiam appellare id, in quo homines gaudium suum collocant, & lætitiam: quando enim maiori lætitia affectum negotiatorem inuenies, quam cum rem, aut cum lucre vendit, aut emit? ob quam ne causam spernit peccator Dei sui manda- ta, nisi vt deliciis, ac iocunditatibus perfruatur? quomodo ergo illud animi tristitiam appellat Gregorius, in quo sibi adeò complacent terreni isti negotiatores? optimè equidem, & cū mysterio loquitur præfatus Pater; quamquam enim nunc maximam ex hoc commercio lætitiam capiant in corpore; erit tempus, in quo tristitia maxima afficiantur in anima, vt cœlestis nuntius protestatus est, dicens. *Negotiatores terra flebunt, & lugebunt: negotiatores, inquam, terre pro terrenis animas dantes.**

Non equidem hæc illa negotiatio est, ob cuius prouentus prandium fa-

cient negotiatores. cum diuidunt: vt A de illis, qui in acquirēdis diuitiis cœlestibus, ait Iob cap. 40. *Diuident (in- 1ob cap. 40. quit) eum, idest prouentum, negotiatores; quem locum, sic habet Caldaycus Text. Cald. contextus. Prandium facient super eum amici, & diuident negotiatores; Alludit ad morem negotiatorū, qui cum ne- gotiationis suæ prouentus diuidunt: solēt simul lautè, & oppiparè prædere; nam qui ex suæ negotiationis prouen- tibus in fine lætantur, illi sunt, qui pro suarum animarum comparanda salu- B te expendunt vniuersa, quæ habent, quibus postea Dominus dicet: *Come- dite, & bibite, & inebriamini carissimi;* Canticorum 5. At qui pro acquiren- dis rebus terrenis suas animas tradūt, hi profecto lugebunt, & flebunt, vt Dominus prædixit, dum concludens has tres parabolas dixit: *Ibi erit fle- tus, & stridor dentium:* Tunc namq; clarè patebit, quod dāni illis illa remissio, & socordia attulit, qua de sua- rum animarum salute egerunt: nam obliuio, & inertia in negotio adeò C conuenienti, & necessario, habet pro prouentu, incommode huiusmodi, & damnum simile: *Qui mollis est, & dissolutus in opere suo* (ait Sapiens, Pro- uerbiorum 18.) *frater est sua opera dis- sipantis:* vel vt habet Interlinealis, si- milis est sua opera destruentis: vel vt, habent 70. *Dissipantis se ipsum:* Tan- tum itaque abest, quod huiusmodi negotiatores pretiosam margaritam sibi emant, vt potius pro rebus terre- nis ipsam dissipent, & vendant: sit D Prodigus testis, Lucæ 15. qui *substan- tiam suam dissipauit vinendo luxuri- sè.**

Ad maiorem eiusdem doctrinæ evidentiam expendo illa Pauli verba Actorum 20. *Non facio animam meam pretiosiorem me ipso:* Inuerso certè modo loqui videtur Paulus; potius enim expediebat dicere: *Non facio me ipsum anima mea pretiositem;* Nam nihil habemus anima pretio- sius:

Allusio ad  
negotiatorū  
morem.

Cant. 5.

Matth. cap. 13;

Prou. cap. 18  
Interlin. ibi.  
70. Interp. illi.

Qui dū ne-  
gotianuntur, ad  
verā salutē.  
non attendunt  
dissipatores  
potius, quam  
negotiatores  
dicedi suos.  
Lucæ cap. 15.

Amplifica-  
tur apposita  
doctrina, ex  
loco Pauli  
Actorum 20.  
& expendi-  
tur.

sius : tollit dubitandi fundamen-  
tum , & præbet ad suprapositam do- A  
*Cyriac. cōtex.* Ceteram probationem Ciriacus con-  
textus , qui sic habet , *pro nihilo mihi  
habetur vita mea respectu spiritus mei:*  
Quod idem est, ac si dicat Apostolus ;  
Non ex illis negotiatoribus sū, qui sa-  
luti animarum suarum corporis com-  
moda, & diuitias huius sæculi antepo-  
nunt; in hunc enim ferè sensum Pauli  
mentem interpretatur in sua Interlineali  
Laudunēsis Ambrosius; sic enim  
super eius verba intermittit. *Animam,  
id est, vitam, quæ temporaliter inspiratur  
ab anima, & quam pro nihilo dicit, qui  
aeternitatis gaudia expectat. Quod coin-*  
*cidit cum eiusdem Pauli sententia*  
*ad Philippenses capite 1. Mīhi viue-  
re Christus est, & mori lucrum ; circa*  
*quæ Pauli verba , ita habet ipse Lau-  
dunensis Ambrosius: Morī lucrum est,*  
*quia ab huius vīta miseriis liberati, ad*  
*beātitudinem transimus: Consonat Ioā-  
nes Chrysostomus , qui Pauli locum*  
*exponens ait. Nequaquam possumus in*  
*hac vīta constituti quidquam lucri ade-  
pisci.*

*Expenditur  
verba Chry-  
stomi.*  
*Ide Chrysostomus , libro nempē de compunctione cordis.*  
*Sibi ipsi vi-  
detur cōtra-  
dicti Chrysos-  
tomus.*  
*Vbi supra.  
Confiliantur  
loca Chrysos-  
tomii.*

Expendo Chrysostomi verba; &  
quero, cur sic absolutè dixerit, nullum  
in hac vīta omnino lucrum adipisci  
posse ? Nonnè (quero) maximum est  
lucrū, quod ex nauigationibus, ex em-  
ptionibus, & venditionibus, atque ex  
aliis cōmerciis hominibus prouenit?  
testatur equidem alibi ipse Chrysos-  
tomus, libro nempē de compunctione  
cordis, vbi sic ait. *Quid maris vsū,  
& nānigandi utilitatem loquar; per quā  
mercendi ministerio , qui parū apud se* D  
*possidet, quasi totius mundi Dominus ef-  
ficitur : Pugnant equidem hæc Chrysos-  
tomii verba, cum supraposita eiusdē  
Patris verbis : Nequaquam possumus in*  
*hac vīta constituti, quidquam lucri adi-  
pisci : Aliter tamen intelligendus est*  
*Pater, cum hoc ait; aliter verò cum af-  
firmat, per humana huius vītae com-  
mercia lucrum maximum comparari;*  
*nam cum hoc dicit , de lucro tempo-*

Pars 2.

rati ait; quod vt plurimum vertitur in  
detrimentum, & damnum ; qui enim  
amat animam suam, perdet eam: At verò  
cum assueranter protestatur, nō pos-  
se homines in hac vīta constitutos  
lucrū quidquam adipisci de illo lucro  
loquitur , de quo Apostolus ait *Morī  
lucrum ; nam amittendo homo vitam*  
*pro Christo, lucratur Christum, vt ipse*  
*testatur dicens : Qui perdiderit animā  
suam propter me, inueniet eam: Negotia-  
tio illa questuosa negotiatio est, & à*  
*turpi lucri proueniens desiderio ; at*  
B *ista, de qua loquimur, prouenit ab ani-  
mo generoso, qui tantummodo lucrū*  
*reputat vitā amittere pro animæ suæ  
salute, vt Paulus ait. Mīhi viuere Chri- Ad Phil. c. 1]*  
*stus est, & mori lucrum: Negotiatio de-  
nique illavillis est, quæ circa res viles,*  
*& citissimè perituras versatur ; at ne-  
gotiatio de qua in Euangeliō agitur, Terrena ne-  
nobilis, ac sublimis est, quia circa pre-  
gōtiatio vi-  
lis, cœlestis,  
tiosissimam beatitudinis margaritam nobilis , &  
in æternum duraturam occupatur, & proficia.  
de eius tantummodo emptione agit:  
quam vt emat, Vendit vniuersa , quæ  
habet, insuper & propriam vitam dat,  
vt ipsam lucretur ; Nam mori lu- Matth. ca. 18;  
crum.*

Nunc patebit alterius dubitatio-  
nis solutio, quæ exurgit ex aliis eiusdē  
Chrysostomi verbis quibusdam, quæ  
habet hom. 18. operis Imperfecti in Author ope-  
ris Imperfe-  
cti in Matth.  
Pungunt equidem verba Chrysostomo; & si voluerit esse eiiciatur de Ecclesia Dei: hom. 18.  
Pungunt Au-  
thoris verba.  
Ecclesia eiiciatur homo mercator, ad  
quam publicanis, & Phariseis, prohi-  
bitus nunquam fuit ingressus? Nonnè  
suæ saluti conuenientius erit in Dei  
Ecclesia vesperè, & manè commora-  
ri, quā in theloniis publicis sedere; il-  
licitosq; cōtractus inforo in ire ? quis  
dubitatur quomodo ergo ait Chrysostomo; Homo mercator, & si voluerit esse, eiiciatur de Ecclesia Dei ? Pungunt ( in-  
quam) tanti Patris verba ; dispungam  
tamen, si potuero.

H 3 At

Exageratur  
dubitādi ra-  
tio, ex Ps 70.

At præcisè necessarium est priùs disquirere, & expendere locum ali- A um Regii Psaltis Psalm. 70. *Quoniam* (inquit) *non cognoui literaturā, introibo in potentias Domini; Domine memorabor iustitiae tuae solius;* ac si dicat: *Ingrediar Domine in Templum sanctum tuum, ubi tuae Omnipotentiae opera manifestas: quoniam non cognoui literaturam:* Quæ nā (quero) hæc ingrediendi in Templum Dei ratio est? *Quoniam non cognoui literaturam, introibo:* Complacet ne sibi Deus in ignorantibus, qui neq; com- munes notas nouerunt, ut dicat Regius Psaltes, idèò in eius domum ingredi posse, quia notas non nouit? immò semper inscritia Deo inuisa fuit; *Primogenitū* (inquit) *asini mutabis ovi:* Ac si dicat, nemo mihi offerat asini filium, inscritiæ symbolum; fatus item virginibus ostiū claudi præcepit: quæ igitur ratio hæc est, *Introibo in potentias Domini, quoniam non cognoui literaturam:* Augustinus, Chrysostomus, & Ambrosius legūt sic: *Quoniam non cognoui negotiationem, introibo, &c.* Ac si dicat Psaltes, idèò introibo, quoniam negotiator non fui; vel ut vertunt nonnulli ex Caldayco: *Quoniam non noui numeros,* idest, illos numeros, & illas Arismethicæ notas non noui, quarum vnaquæq; adempta ademit quantitatē, & addita addit: quod ad negotiatoris munus expectat, eodem iterū dubio implicamur: nam secundum alatas versiones, idem vult dicere David, ac si dicat: *Ideò introibo in Templū tuum Domine, quia negotiator non fui;* D *Quod* igitur scelus perpetrarunt negotiatores, ut tanquam excommunicatis illis in Ecclesiam Dei prohibeat ingressus?

Adhuc aliud solidius fundamentū est in Scriptura sacra noui testamenti ad huius ingressus prohibitionē, Matthæi nemp̄ 21. vbi refert Evangelista Sacer, quod ingressus Christus Dominus in Templum eiecerit vendentes, & ementes de Templo, dicens.

*Domus mea, domus orationis est, vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Nonnè (quero) publicani multi, Pharisæi multi, multique alii peccatores erant in Templo? quomodo ergo solos negotiatores ita innominiosè eiecit? infortunatum equidē munus negotiatorum dixerim; siquidem non Chrysostomus tantum, nec David simul, sed etiam Christus Dominus, ut excommunicatos illos ab Ecclesia eiecit.

Oppono tamen pro negotiatorum iure, dicoque huic prohibitioni, & opprobrio obuiare eiusdemmet Christi authoritatem, qui negotiatoris exemplo usus est, ut optimum quemque Christianum de propria saluatione sollicitum indicaret, dicens: *Simile est Regnum cælorū homini negotiatori, &c.* Obserua prudens Lector alteram versiculi Psalmi partem, & statim inuenies dubii propositi solutionem: *Domine* (inquit Psaltes) *memorabor iustitiae tuae solius:* Attende quofo ad Genibrardi totiū versiculi explanationē: *Quoniam* (inquit) *David, non cognoui negotiationem huius sæculi, idest, quoniam curis, & occupationibus secularibus vacuus fui, quæ mentem à diuinorum contemplatione abducunt, & solam egi de contemplatione perfectionis tuae, introibo in potentiam tuam, sive Templum sanctum glorie tuae;* negotiatores igitur, qui secundum Euangelicam perfectionem negotiantur, in Dei domum patet ingressus.

Mitius iam aliquantulum cum negotiatoribus agitur, sed adhuc aliquid obstat; nam adhuc cœli ianua clausa est illis, qui in rebus humanæ naturæ necessariis negotiantur; quod equidē rigurosum est, conductit namque eorum negotiatio, ad conseruationem vniuersitatis, & ad hominum vitam, & usum; Audiamus Augustinum, qui omne tollit dubitandi fundamētum: *Vnum scio* (inquit præfatus Pater,) *quoniam si malus fuero, non negotiatio facit;*

Agitur ne-  
gotiatorum  
paix, ex loco  
Matth. ca. 13.  
Et ex ver-  
culo eiusdem  
Psal. 7. inter-  
pret. à Gensb.

Negotiatori-  
bus Euangeli-  
cis liber in  
beatiudine  
patet ingressus.

Terrena ne-  
gotiatio etiā  
necessaria.

Exodi 34.

Matth. 15.

Psalm. 70.

August.  
Chrysostom.  
& Ambros.  
lect.

Text. Cald.

Psalmi 70.  
verb. inlepr.

Cur Dñs so-  
los vendētes,  
& ementes  
eiecit de Templo Matt. 21

Nō negotia-  
tio per se ma-  
la est , sed  
qua nego-  
tiatur, inten-  
to , ex Aug.  
ad c. Matt. 13  
facit, sed iniquitas mea ; Quasi si dicat,  
clarè cognosco non cadere hanc ma-  
ledictionem super artem negotiandi,  
sed super iniquitatem in arte exercen-  
da perpetratain.

Expenditur  
locus Matt.  
cap. 23.

Expendamus etiam in negotiatorū  
gratiam locum alium noui testamen-  
ti, Matthæi 21 quem in illorum calū-  
niā nuper adduximus; quid enim erat  
criminis , esse in Templo vendentes  
ea, quæ ad sacrificia necessaria erant,  
vt ex hac negotiatione viuerent, filios  
alerent , & suis indigentiis subueni-  
reut, vt sic à Domino opprobriis satu-  
rati à Templo eiicerentur ? multum  
equidem criminis in facto erat ; non  
quia negotiatio erat , sed quia furti  
crimē erat cōtra animæ salutē perpe-  
tratum; negotium enim , quod in Tē-  
plo agendum est , animæ esse debet,  
non corporis; debet namq; esse Deum  
orationibus pro culparum venia de-  
precari, & non in temporalibus lucris  
comparandis occupari; & quia qui iis  
inordinatè intendunt, etiam in Eccle-  
siis negotiantur , non vult Dominus,  
quod in illas ingrediantur, ne sancta,  
Deique seruitio , & animarum nego-  
tio destinata loca sacerdotalibus nego-  
tiis, & illicitis mercatorum profanen-  
tur; & ne ibi contra animarum salutē  
crimina perpetrentur, vbi de solis il-  
larum prouentibus agendum erat.

Qui cum ni-  
mia audita-  
te lucrantur,  
animæ suæ  
fures sunt.

Negotium  
quod debet  
exerceri in  
Templo.

Cum prohibe-  
bat Deus ,  
ne negotia-  
tores in Ec-  
clesiā intra-  
rent.

Non itaque assimilauit Dominus  
cœlorum Regnum homini viles , &  
abiectas merces querenti, sed querenti  
bonas margaritas inter quas præcipua  
charitas , sive Dei dilectione est , quæ pro  
eius seruitio , & honore vitam cum  
morte commutare lucrum questuo-  
sum esse persuaderet, vt attestatur Pau-  
lus , dicens. *Mibi vivere Christus est,*  
*& mori lucrum :* At illi quibus Eccle-  
siæ ingressus interdicitur , viles sunt  
mercatores , qui *dant animas pro terre-*  
*nis;* quibus Apocalypsis Angelus mini-  
tatur dicens: *væ negotiatores terræ, &c.*

Non equidem vile fuit virginis  
Luciæ commercium , sed pretiosam

Paul. ad Phi-  
lip. cap. 1.

Interl. ad c. 4  
Apocalyp.

Matt. cap. 13

be. florid.

et. oratione

et. oīdō

</

Plauto co-  
media de lu-  
cro studioſo

**O**MNES homines lacrum amant, sine boni, sine mali sint, (ait Plauto in suo hyparcho, seu comedia de lucro studioſo:) ac si dicat nullus est in hac vita homo, qui lucro non studeat, omnes negotiatores sunt, omnes sua studia, in aliquid acquirendo ponunt, impeditq; desideria, omnes pretiosas margaritas querunt; hac tamen distinctione, ait Seneca epist. 116. quod querant eorum quidam margaritas propter valorem, & lucrum; quidam vero propter earum excellentiam, & virtutem: *Quandiu, inquit, in rebus aliqua lucri spes inest, sequuntur in contraria transituri, si plus scelerata promittant.* Docet equidem hanc experientia veritatem: si quis enim intelligit ab aliqua facta virtute venerari; seu honorem aliquem consequi posse, de hac potius facta virtute, quam de solida altera gloriabitur, fietq; simulatae auidissimus emptor, & veræ contemtor. *Hic* (ut ad Psal. 54. Bernardus obseruat) *potius mercenarius, quam virtutum cultor reputandus est, quia non raptatur ad contemplationem veritatis, sed propriam tantum querit utilitatem:* ac si dicat Bernardus; hic non agit de pretiosæ margaritæ emptione; quia bona est, sed quia diues, & maximi valoris est: hic equidem, & ei similimi illum negotiatorem non imitantur de quo dominus in Euangeliō loquitur, & de quo ait Salmeron ad hunc locū: *Hoc profecto margaritum, de quo loquuntur, non queront* (ait præfatus Author) qui in bonis seculi quiescunt.

Bernard. ad  
psal. 54.

Salmeron in  
expositione  
istius parabo-  
lae.

Esaia c. 55.

A hæc dicens: *id est, cur ponitis studium, & laborem vestrum circa bona tempora- lia, & transitoria, quæ non resistent, sed magis cupiditatem augent: fatigantur, itaq; similes negotiatores in margaritis inquirendis, sed non pretiosis, & optimis, immo fictis, & apparen- tibus.*

Lyra ad huc  
Esa. locum.

Videant Illa  
strisimi Dñi  
Episcopi.

B Consumit quidam omnē suam iuuentutem, & insuper quicquid à parentibus hæreditauit, ut Episcopatum obtineat, & post quam obtinet, cum omni vectigali expenso, tātum restat: dubitabis fortasse dē hac mea asser- tione; quomodo enim (dices) frustra vectigal expendere, qui Episcopatum consequitur? quomodo frustra expēdit, qui annulum cum lapide pretioso emit, quo nō digitus solum, sed & tota eius manus ornatur, & decoratur? quomodo frustra expensum vectigal fuit, quo empta est res adeò optima, ut dicat Paulus; *Qui Episcopatum se de- siderat, bonum opus desiderat?* Optimè noui quid sanctum, quid bonum, quid supremum esse Episcopatum; loquor tamen cum Chrysostomo, de his (si qui fortassis sunt) qui vectigal in hu- ius pretiosæ margaritæ emptione ex- pendunt, propter illius valorem, & non propter virtutem, & sanctitatem: audiamus Patrem ad præcitatu Pauli locum: *Ille Episcopatum bene desiderat, (inquit) qui illum desiderat, non prin- cipatus, & dominationis faustu, sed chari- tatis affectu: si qui tamen sunt, qui hāc pretiosam margaritam propter do- minationis faustu querunt, & emunt,*

t. ad Thimo.  
cap. 3.

Chrysost. ad  
supra propo-  
situm Pauli  
locū.

D audiant Ioannem illos in sua secunda Canonica epist. monentem, ut reci- pescant: *Videte, inquit, vos metipos, ne perdatis, quod operati estis.*

Ioan. epist. 2.

Optimus est in hanc doctrinam lo-  
cus ille Psalmi 120. vbi sic habet Re-  
gius Psaltæ: *Dominus protectio tua su-  
per manum dexteram tuam; quæ Psalmi  
verba tantum valent, secundum Au-  
gustini mentem, ac si dixerit Psaltæ.  
Laborare debent omnes huius seculi  
nego-*

psal. 120.  
Dispungitur  
Psalmi locus  
ab Augusti-  
no, & illu-  
stratur alio  
S. Scripturæ  
loco.

negociatores, in omnibus negotiatis suis, vt Deus, & eius beatitudo semper eis versetur ante oculos, vt nihil sinistra intentione operentur; aliter enim oleum, & operam perdēt, & cœlestem beatitudinem non consequentur: Roborat idem Augustinus, confirmatque suam interpretationem verbis illis Dominicis, Matt. 6. *Nesciat sinistra tua, quod facit dextera tua. Quæ Christi verba sic exponit Augustinus: quando facis opus bonum, proprie vitam æternam fac; nam si opus bonum propterea facis, ut terrena lucreris, & non cœlestia, scit sinistra tua, quod facit dextera tua;* miseriisti dexteram sinistra: ( Daño la sinistra intencion el trato, y echo a perder toda la ganancia, ) concludit tandem Augustinus, dicens. *Noli ergo facere, nisi propter vitam æternam.*

Expendo iterū cum Bertario Martyre illum Esaiæ locum superius ad ductum in huius doctrinæ confirmationem: *Quare appenditis argentum, & non in panibus? & laborem vestrum, & non in saturitate?* Quod autem præcipue in loco pondero est, quod inciperit prius Propheta dicens. *Omnes sittentes venite ad aquas;* & statim arguit istos, quod non expenderint pecunias suas in pane; qui igitur (quæro) est hic loquendi modus in cibo, & nō in potu expendere debent pecunias suas ardentissima siti cruciati? nonnè conuenientius in aqua, ad sitim extinguendam expenderent? Non equidē (ait Bertarius:) Propheta namque illo metaphorico loquendi modo arguit illos, qui temporalibus rebus bona spiritualia emere non nouerunt; quod si in aqua bona sua expēdere persuaderet, idem esset, quod monere eos, vt bona sua in rebus perituriis comparādis expenderent, quæ per aquam designantur, quæ facillimè effunditur, & deperditur: vnde in pane potius (qui solidus cibus est, & æterna gaudia designat, earumque indicat soliditatem) argentum suum persuadet

Mattib. 6.

Aug. vii. sup.

Idem iiii.

Esaiæ locus  
cap. 25. expen-  
ditur.

Ibidem.

Bona tempo-  
ralia per a-  
qua designa-  
ta.

Propheta, vt expendant. Audiamus Patrem, Cum ( inquit ) sittentes dixit Propheta, illos intelligit, qui nimia auiditate acquirendi bona temporalia cruentantur, & inardescunt, ad quam repræmedam ipsa bona temporalia, que præterlabentis aquæ more decurrunt, non sufficiant: attestante Psalmographo, & dicente: *Satiabor cum apparuerit gloria tua;* suf-

Psalm. 16.

ficiunt ergo æterna per panem, qui solidus cibus est, indicata:

Non igitur nobis imitandi sunt illi, qui totam curam, & sollicitudinem ponunt in acquirendis rebus lubricis huius sæculi, ac facilè perituriis: ii enim argentum in aqua comparanda expendunt; immò ( vt melius dicam ) aqua aquam emunt: imitemur potius illos, qui aqua panem emunt, idest illos, qui bona sua temporalia in pretiosæ Regni cœlestis margaritæ emptione expendūt.

Nam ad aquæ pretium, &amp; valorem

posuit Christus Dominus Regnū cœlorum,

Matthæi in capite 10. dicens.

*Quicumque potum dederit aquæ frigidæ* Matib.ca. 10.*tantum in nomine meo, non perdet mer-**cedem suam:* Ille igitur ( ait Emissenus )

callidus negotiator est, qui ex iis, quæ

diu possidere non potest, tale aliquid

emit, quod nunquam amittere timet.

~~~~~

CIRCA ILLA SACRI

contextus verba.

Inuenta autem una pretiosa margari-
ta abiit, & vendit vniuersa, quæ
habet, & emit eam.

ANNOTATIO IX.

Paruo semper pretio, & eius valori in-
aequali emitur hæc margarita, etsi
quidquid valoris orbis habet, in
eius emptione expendatur.

O ptimè confirmat Apostolus hu-
ius discursus doctrinam ad Ro-

Paul.ad Ro-
manos cap. 8.

manos

Bona æterna
per panem de-
signata, ex
Bert. dub. 84.
ex veteri te-
stamento.

Qui bona
sua in rebus
perituriis ex-
pendunt, ar-
gentum in a-
qua expen-
dunt, & qui
bonis tem-
poralibus, emūt
aqua argen-
tum emunt.

manos scribens cap. 8. suæ epist. dicēs:
Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ renelabitur in nobis: ac si dicat, non sibi persuadeat aliquis pœnitentia contritus, verberibus cæsus, ieiuniis attenuatus, quod sint omnes hæc pœnales actiones ad beatitudinem comparandam condignum pretium, aut æquale; semper enim diuina hæc margarita, adeò vili, & inæquali pretio emitur, ac si ematur aurum pro luto. Diuī Chrysoftomi ista est comparatio, qui ad hūc, quem exponimus, sacri Euangeliū locum, sic habet: *Tantum corruptibilia huius seculi excedit incorruptio, quantum glebam tuteam excellit margarita.* In quē etiam sensum veniunt illa, quæ hom. 37. in Euangelia habet Gregorius: *Viles sunt, inquit, animo omnia, quæ habentur in terris; si consideremus, quæ, & quanta sunt, quæ nobis promittuntur in cælis.*

D. Chrysost.
ad c. Mat. 13.

Grego. Mag.
homil. 37. in
Euang.

Luc. 6.
Dubitur
de locis dubi-
enim ex illo
dubitantes
exurgunt.

Prima dubi-
tandi ratio.

Secunda du-
bitandi ratio

Prioris dubi-
tationis fun-
damentū ex
loco Esaic. 55.

Dispungit.
Esaic locus.

gal nullū habemus? vt ipsa Dominica verba testātur: *Qui nō habetis argentū, emite:* qui argentum non possidet, emere nō valet; quomodo ergo hāc pretiosam beatitudinis margaritam ememus, qui argentum, & aurum non habemus? Quod si Dei nostri immensa bōnitas, & clementia singularis vult gratis præstare; ad quid emptionē vocat id, quod merum est suæ gratiæ beneficium? *Venite, & emite absq; argente, & absq; vlla commutatione:* adinuicem cōtrariari videntur hæc duo loca: *Emitte absq; vlla commutatione: & vendit vniuersa, quæ habet, & emit eam:* non enim frustra, & absq; vlla commutatione rem emit, qui in eius emptione vniuersa, quæ habet, expendit.

B Contrariati
videtur locus
Esaic, loco
præsentis E-
uāg. Mat. 13.

C Dupliciter
consideran-
dus cœlestis
margaritæ va-
lor.

D Grego. Mag.
homil. 32. in
Euang.

D At è contra, si hanc cœlestis margaritæ emptionem secundum illius excellentiam, & valorem consideramus, semper gratis emi intelligemus, quanquā vniuersa, quæ possidemus, in eius emptione expēdamus; & in hunc sensum intelligēdus est Esaic locus: *Emitte absq; vlla commutatione.* Secundum autem priorem, intelligendus est locus Euāgelii, quem disquirimus: *Venit vniuersa quæ habet, & emit eam:* quia quanquam respectu nostræ fragilitatis multum videatur id, quod in eius emptio-

vbi supra.

Contriariati
videtur locus
Esaic, loco
præsentis E-
uāg. Mat. 13.

Cœlestis
margaritæ va-
lor.

Cœlestis
margaritæ &
magno pre-
tio, & gratis
empta.

Dispungit.
loca Esaic.
& Euangeliū
Mat. 13, quæ
contrariati
videbantur.

emptione expendimus; respectu tamē eius pretiositatis, & excellentiæ nihil, aut ferè nihil est, quod expendimus: tetigit Augustinus dubii solutionem libro questionum Euangel. *Non habemus, inquit, maius premium, quam nos ipsos; non quia tam parum valeat regnum cœlorum, sed quia nos plus dare non possumus:* vt igitur Deus ius nobis ad regnum cœlorum possidēdum daret, dixit emere, & vt ostenderet, quod gratis illud nobis exhibeat dixit: *Absque villa commentatore.*

Amplifica-
tur suprapo-
sita doctrina
ex loco Ge-
nes. 29.

Expenditur
locus Genes.

Amor impa-
tientis mox
ex Augustin.
epist. 8.

Proverb. 13.

Dispungitur
locus Gene-
sis ab Ambro-
sij ad c. 11. 2. ad
Corinth.

Ad Corint. 2.
cap. 12.

super modum in sublimitate, eternum A gloria pondas operatur in nobis: (inquit Ambros. ibi. pater) desideriū cœlestium, & spiritu. h. habens h. ec presentia spernere profitetur; quia ad comparationem spiritualium, h. ec nulli sunt; sic enim sunt h. ec ad superna, quomodo figura ad veritatem.

Satis (vt puto) responsum est ad obiectionem priorem, sed adhuc altera ex iis, quæ dicta sunt de nouo exurgit: esse nēpē pauperes omnino istius emptionis incapaces, illos præcipue, qui nihil penitus habent, quod in hu-

ius pretiosæ margaritæ emptione expendant; ideoq; aut liberè illis debet Deus hanc impartiri, aut nunquam ad illius fruitionem ipsi peruercent; ad huius dubii solutionē pensanda sunt quedam verbā, quæ habet Interlinealis glosa, super illa: *Venit uniuersa, que habuit: non habemus, inquit, maius premium, quam nos ipsos;* quo supposito, dubium tollit Hector Lusitanus di-

C cens nullos posse hanc pretiosam margaritam facilius emere, quam pauperes, quia proprio vestigali illam emere possunt; adducit præfatus pater in suæ responsionis confirmationem locum illum Psal. 75. *Nihil inuenierunt viri diuitiarum in manibus suis,* siveque suam conficit responsionem; vestigial illud, quo hæc pretiosa margarita emenda est sumus nos ipsi (vt glosa testatur) diuites sui non sunt, quia (vt ait Psaltes) *diuitiarum sunt, nullum ergo* habent vestigial, quod in pretiosæ huius margaritæ emptione expendant; at pauperes maximè, qui cum viri diuitiarum non sint, sed liberi, & sui iuris sint, seipso pro illa possunt expendere, & sic consequi, & possidere: vt ad illos ait Christus, *Beati pauperes quoniam vestrum est regnum Dei.*

Alteram denique diluamus dubitationē, quæ ex prædictis verbis Christi Lucæ 6. cū præsentis parabolæ verbis compositis exurgit. Illic namq; ait dominus; *Pauperum esse regnum Dei,* hic dixit, illos omnia sua debere, vende-

Proponit
dubium alte-
rum, encontra-
tur ex verbis
glosæ Inter-
linealis ad e.
Matth. 13.

Matth. 13.

Glosa ibi.

Soluitur ite-
rum dubita-
tio ex Psal.
75. ab Hecto-
re Lusitano.

Diuines non
sunt, sed diu-
tianum sunt

Luc. cap. 6.

Soluitur 24
dubitatio,
quæ ex ver-
bis Christi,
Luc. 6. &
Matth. 13. ex-
citata est.

re, ut ipsum amant: Ecce dubitandi fundamento; si suum est Regnum Dei, quid opus est illū emere, ut possideant? ut huic obiectioni respondeā, discutiendus priū mihi est locus alter, qui eandem in mentem ingerit difficultatem, Lucæ 24. ait Dominus. *Oportebat pati Christum, & ita intrare in gloriam suam:* Pungit equidem locus, si namq; sua gloria, erat (ut reuera erat) ad quid illi opus fuit tanta expēdere, ut in illam intraret? tantum nēmpe sanguinem fundere? tam famem pati? tot opprobria tollerare?

Disquisitio
locus Lucæ
cap. 24. & ex
illius disquisi-
tione dilui-
tur suprapo-
sita dubita-
ranta, & per mortis passionem in-
trare, ut eam si non aquiori, saltem
testimenti q.
43.

Dispungit locum Bertarius libro quæstionum veteris, & noui testamen- ti, quæst. 43. & ait: *Oportebat Christum in gloriam suam per laborum tolentia dubitantiā, & per mortis passionem intrare, ut eam si non aquiori, saltem testimenti noui glorioſiori titulo posideret, ac si dicat Martyr* Bertarius iustissimo titulo posideret Christus gloriam, quām possidet, quia sua erat, & ad illum tāquam ad vnigenitum Aeterni Patris filium pertinebat; voluit tamen in illam per labores, & passionem intrare, ut glorioſiori titulo, quam titulus hæreditatis est, possidere, priori enim titulo, nihil expendendo ex propriis poterat possidere: at posteriori titulo rem posidet emptam proprii sanguinis commutatione: pauperum est Regnum cœlorum (fateor) at suum est, ex gratia, & fauore; vult autem Christus Dominus, ut illud possideant titulo glorioſiori, titulo nēmpe emptionis factæ proprii vestigialis, scilicet, abnegatione, & suorum corporum castigatione; propriique sanguinis, effusione: ideò ait, *Simile est Regnum cœlorum homini negoti: aori querenti bonas margaritas, inuenta autem una pretiosa margarita vendit uniuersa, qua habuit, & emit eam.*

Matth. 13.
Omne suum
vestigial ex-
pendit beata
Lucia in cœ-
lestis margari-
tae emptione.

Omnia, quæ habuit expendit beata Lucia in huius margaritæ emptione, ita ut vultus lumina in eius comparatione expenderit: *Puede esta glo-*

*rios a Santa dezir, que le ha costado la glo-
ria los ojos de la cara, oculos eruit, &
dedit pro Christo* (inquit Florentinus Antonius) quo facto non temporalem tantum substantiam expendit in huius preciosæ margaritæ emptione, sed illud insuper, quod est in natura charius, pretiosius & iucundius. Attestatur sanctus Thobias Senex dum ait, *Quale Thobia ea,
gaudium mihi erit, qui lumen cari non
video:* Circa quæ tanti senis verba, optimè philosophatur Augustinus libro confessionum cap. 10. aitque omnibus mundi gaudiis priuari, qui corporis visu priuatur. *Quia (inquit) ex- Aug.lib.com
perientia sensuum, & eorum quasi fidei fes cap. 10.
resolutio in visu sita est, quare omnes sensus quasi oculatos exhibentes dicimus;* vide ut sapiat; vide ut sonet: *Omnia
igitur mundi gaudia in huius preciosæ margaritæ emptione expendit, dū oculos pro Christo eruit.*

CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Iterum simile est Regnum cœlorum sa-
genæ missæ in mare, & ex omni
genere piscium congre-
ganti.*

ANNOTATIO X.

*Verbum in carne significari per sage-
nam missam in mare.*

D *Enīus huius parabolæ principalis Nissenus Gre-
Verbum Dei designat per sagenæ gorius car-
in mare missæ similitudinem, at secū-
dum mysterium Verbum incarnatum mine de pa-
per eandem sagenam in mare missam rabolis.
intellexit Nissenus Gregorius carmi-
ne de parabolis, & Pater Salmeron
tractatu de parabolis à Christo Do-
mino propositis 12. vbi longam affert
huius similitudinis expositionem; af-
scritque per sagenam Christi humani-
tatem*

*Anton. Flo-
rentia in eius
vita.*

tatem intelligi in agro Virginali ab Spiritu sancto seminata, & nata, tanquam herba, ex qua linum subtile edutum à muliere, idest à Sapientia ibi niente, & filum ducente, & à muliere illa forti, idest à Maria sanctissima texente: nam de illa mysticè intelligunt

Prouerb. 31. Patres illud Prouerbiorum 31. Manū suam misit ad fortia, & digitū eius apprehenderunt fūsum:

Conficitur sagena corporis Christi, ex eius virtibus naturalibus, & virtutibus supernaturalibus. In hac autem sagena fila, siue funiculi sunt vires animae, & corporis Christi; naturalesque eius propensiones, tēperatura scilicet, robur, sanitas, gratia, & pulchritudo; sensuum vigor, ingenium, & similia: modi sunt supernaturalia dona, ut verbi gratia gratiae plenitudo, sapientia, & unio præcipue hypostatica; vnde natura est stabilita, & ita fortis reddit, ut in aquis tribulationum, neq; corruptionem, neq; fracturā uiderit, istius sagene ima cum plūbo descendēs ad lutum maris corpus est, quo Dominus laborauit, sudauit lacrymatus est, mortemque gustauit; vnde per os Regis Psaltis Psalmo 68. dixit. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meā, infixus sum in limo profundi, & non est substantia.* Pars autem superior huius sagene est Christi anima quæ oratione, prædicatione, & miraculis eminebat, & aliquid homine maius protendebat; visa equidem est hæc sagena complicata in initio, quādo dicebāt Iudæi; *Nonnē hic est fabri filius?* Sed ubi cœpit per prædicationē, & signa extendi, cœpitque incarnationis mysteriū explicari, ad ultimos

Psalm. 68. C

Matthæi 13. Sagena extē usq; terræ fines extensa est. Missa primo in mare fuit, dū in Iordanē baptizatus est Christus; deinde in cruce, ubi tanquam sagena extensa, apertis brachiis, & foraminibus plagarū productis ad piscandum proposita est, ubi Centurionē, latronemq; cœpit, illosq; omnes, qui percutientes pectora sua reuertebantur: postea verò ex omni genere piscium copiosam multitudinem congregauit, neque enim Christus

Sagena extē usq; terræ fines extensa est. Missa primo in mare fuit, dū in Iordanē baptizatus est Christus; deinde in cruce, ubi tanquam sagena extensa, apertis brachiis, & foraminibus plagarū productis ad piscandum proposita est, ubi Centurionē, latronemq; cœpit, illosq;

omnes, qui percutientes pectora sua reuertebantur: postea verò ex omni genere piscium copiosam multitudinem congregauit, neque enim Christus

Sagena ista semel, atque iterum extensa, & quā-

do.

Sagena ista semel, atque iterum extensa, & quā-

do.

Pars 2.

A

quemquam prætermittit, sed omnes vocat, & omnes pescari, & ad se perducere contendit; manet deniq; hæc sagena in mare, quādiu uetus liberū arbitrii nobis suppetit, nēpē ad iudiciū usq; vel particulare, quantū ad quemuis, vel generale, quod attinet ad omnes; litus est mors cuiusuis, in qua erit, vel obstinatio in malo, vel conformatio in bono; mundi verò litus erit iudiciū uniuersale, ubi boni pescis, idest boni Christiani in cœlestia uasa felicitur, mali verò foras mittentur. *Matthæi 13.*

B

*** *** *** *** *** *** *** *** ***

CIRCA EADEM SACRI

contextus verba.

Simile est Regnum cœlorum sagene

missæ in mare, & ex omni genere

piscium congreganti.

D

ANNOTATIO XI.

Significari per sagenam Euangelicam

doctrinam, & qui per bonos, & per

malos pescis designantur?

E

Si autem per sagenam missam in

mare Euangelicam prædicationē

volueris intelligere, difficile non erit

sagene proprietates Euangelicæ præ-

dicationi accommodare, quæ crebris,

ac subtilissimis filis contextur, idest,

fidei articulis per Spiritum sanctum

Apostolis reuelatis, ut ad hunc locum

Hieronymus obseruat dicēs. Contexta

ista sagena est Euangelicus dogmatibus,

collegetis ex nouo, & veteri testamēto. Hæc

in omnem terram extensa est per A-

póstolos hominum pescatores à Chri-

sto Domino ad piscandum missos, ut

ipse per Hieremiam promiserat, dicēs

suæ prophetæ in cap. 16. Mittam ad

Hiere. cap. 16. vos pescatores multis, & pescabuntur eos:

Stabilierunt autem rete Apostoli no-

I dis

Quibus filis
hæc sagena
cōponatur,
ex Hierony-
mo.

Luca 13.
Christus in
Eucharistia
esca sagena.

Matth. 24.

Bonus Minister Christi sagena, malus dæmonis sagena est.
Eccles. cap. 7.

Per pisces fideles intellexi à Patribus.

Per bonos pisces boni fideles per malos mali designati, ex *Glos. Interlin.* ad hunc locum.

Matth. 13.

Quæ malorū piscium natura, & inge-
nia, ex Patre Salmeron ad
hunc locum.


dis miraculorum, & vita sancta à doctrina non discedenti : plūbū cominationes erant supplicii æterni; vnde dicebat. *Nisi pénitentiam habueritis, omnes similiter peribitis;* Istiū sage næ esca Christus est in Eucharistia, siue in cruce; finis Apostolorum prædicationis fuit, vt pisces boni ex aquis falsis, & amaris huius mundi educti, in aquis, quæ super cœlos sunt, repone rentur; rete hoc fortissimū est ; *Quia cœlum, & terra transibunt, verba autem Christi per Apostolorum ora prolata nō transibunt :* Denique omnis Minister Christi, si bonus est, sagena Christi est; si malus dæmonis est sagena, iuxta illud, quod Eccles. cap. 7. Salomon ait. *Inueni amariorē morte mulierem; que laqueus venatorum est, & sagena core eius, vincula sunt manus illius.*

Communi piscium nomine omnes fideles intelligunt huius loci Expositores ex Gentilitate, & ex Iudaismo Apostolorum prædicatione captos; ea tamē distinctione, vt per bonos pisces, qui in vasa mittendi sunt, boni fideles intelligantur, qui recipiendi sunt in externa tabernacula; per malos vero pisces mali Christiani, & hæretici, qui sagenam rumpere conati sunt, vt Author Interlinealis glosæ obseruat, hi foras mittēdi sunt, idest, in infernum, vt Christus Dominus parabolam à se positam explicans clarissimis verbis expressit, dicens. *Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum; & mittent eos in caminum ignis,* &c.

Explicat autem Pater Salmero loco superius allegato, qualis sit malorū, D bonorumq; piscium natura, qualesq; conditions, & ingenia, dicens : *Sataganus ergo exuere malorum piscium proprietates, ne simus sine calore charitatis, vt illi, sine attractione spiritus sancti, muti, & sine loquela divine laudis, veribus, & vilibus cibis aliis, qui nos ipsos mutuò deuoremus, vt ipsi faciunt: ne simus reti per superbiam, alios deuorantes; ne simus anguillæ luto luxuriæ inherentes, ne*

murenæ simus, quæ cum serpente terre stri conuenienter adulterii symbolum gestant; ne simus pisces spathæ dicti homicidii perpetratores; neque item Polypi alii non simulatè accommodantes, vt subdolè decipiamus; nique denique loligines simus effundentes attramentum maledicentia, & detractionis, quo nos tegere possimus.

Optimorum vero piscium signa, & conditiones referens idem Pater, ait. *Induamur honorum piscium qualitates de quibus Leuitici cap. 11. sermo est; nam tales habent squamas patientia, pinnulas speci, quibus se in altum erigunt, carent pedibus instabilitatis, manibus rapacitatis, voce ractantie, & cauda, idest consideratione finis sui reguntur; simus deniq; intra rete, ne foras saltamus, nec illud rumpamus, vt faciunt heretici, & schimatici, qui per falsam interpretationem scripturæ, quasi per ruptum rete elabuntur, trahamur denique à rete, non vero rete trahere intendamus, vt faciunt aliqui, verbū Dei suis affectibus accommodant, quos Salomon Proverbiorum cap. 22. admonet dicens. Ne transgrediamini terminos anti-
Proverb. 22.
quos, quos posuerunt patres vestri.*



CIRCAILLA SACRI contextus verba.

Omnis scriba doctus in Regno cœlorum similis est homini Paterfamilias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera.

ANNOTATIO XII.

Quid per scribam doctum, & per thesaurum intelligatur, à quo ipse noua, & vetera proferre tenetur.

Per scribam doctum, qui noua, & vetera de thesauro profert, vnum quemque verbi Dei concionatorem acci-

Scriba doct^r accipiunt Patres, & præcipuè vnum-
Verbi Dei concionato^r quemq; Apostolorum, ita Hilarius, &
ex Hilario, Hieronymus ad hunc locū. Apostoli
& ex Hiero-
nymo, & præ-
cipuè vnu^s Sal-
uatoris, verba illius, & præcepta in ta-
quisq; Apo-
stolorum.

Expositio
verborum
Christi, ex
Gregorio.

Dominica; *Qui profert de thesauro suo noua, & vetera*, sic exponit Gregorius:
Ille (inquit) doctus predicator est in Ecclesia, qui & suauitate regni allicit, & inuitat, & supplicio terret; Quod item Glosa Interlinealis per doctum scribā ex thesauro suo noua, & vetera proferentem intelligit, sic enim habet; Glos. ad hunc locū Matth.

Scriba docti
thesaurus sa-
cra Scriptu-
ra veteris, &
noui testa-
menti.

Vel per no-
ua Dei miser-
icordia de-
signata, &
æternæ præ-
mia: per ve-
teræ verò Dei
punitiones,
& supplicia.

Per thesaurum denique à quo doctus scriba noua, & vetera proferre consueuit, sacra Scriptura ab omnibus ferè Patribus accipitur, veteris scilicet ac noui Testamenti, à qua authoritates proferre debet, quibus omnia, quæ proponit, confirmet. Melius autem & iis, quæ de scriba docto superiùs dicta sunt, conuenientius dices per noua, quæ profert, intelligi Dei misericordiam, & eius consolationes, ac æternæ vitæ premia: per vetera verò Dei iu-

A stitiā, increpationes, & æternæ gehennæ supplicia: nam cum illis allicit, & inuitat; cum istis terret, & arguit scriba Doctus.

B Finiam tandem huius vltimæ parabolæ expositionem quandam Abulensis interpretationem impugnando, qui ait nullo modo posse hic per thesaurū, à quo doctus scriba noua, & vetera proferre debet, nouum testamentum intelligi, quia nondum erant Evangelia, neque reliqua opera, ex novo testamento constat; Existimo certè Abulensem aliàs doctissimum hic Christi mentem non apprehendisse; non enim tam ad scripturas noui, & veteris testamenti respexit Dominus, quā ad ea ipsa mysteria; quæ in utroq; continentur; quæ Christus Dominus, & Apostoli, dum prædicabant proferre solebant, etiam si libros nō citarēt: Moyses enim, & Prophetæ non tantū vetera tradiderunt, sed etiam noui testamenti mysteria, & nouerunt, & scriptis suis ingesserūt, & tamen nondum nouum testamentum conscriptum erat.

Reicitur o-
pinio Abulé-
sis circa hu-
ijs Parabolæ
interpreta-
tionem.

IN FESTIVITATE BEATI THOMÆ APOSTOLI.

Euangelium ex Ioanne, cap. 20.

Cum esset serò die illa, vna Sabbathorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudaorum. venit Iesús, & stetit in medio, & dixit eis: pax vobis; & cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus: gauiſi sunt ergo discipuli viſo Domino. Dixit ergo eis Iesús iterum: pax vobis; ſicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hac cum dixisset, insufflauit, & dixit eis. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiferitis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt. Thomas autem unus de duodecim, qui dicitur Didymus non erat cum eis, quando venit Iesús: dixerunt ergo ei alii discipuli: vidimus Dominum: ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum; & mittam digitum meum in locum clauorum; & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et poſt dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis; venit Iesús ianuis clausis, & ſteſtit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis; deinde dixit Thomæ. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum; & noli esse incredulus, ſed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dixit ei Iesús. Quia vidifi me Thoma, credidisti; Beati qui non viderunt, & crediderunt.

LITERÆ EXPLANATIO.

Quis nā fuerit locus, vbi Apostoli cōgregati erat poſt Christi mortē, & poſſeſſus refur- rectionē, ex Niceph. liq. i. cap. 28.



V o d primo circa praefentis cōtextus A ſeriem ſe ſe diſci- tiendum offert, locus eſt, in quo diſcipuli clauſis (propter timorem Iudaorū) ianuis congregati erant, quod fuerit idem in loco, ſeu domus eadem, in qua Christus Dñs cum diſcipulis cœ-

nā legalem māducauit, ſacrosanctūq; Eucharistiæ ſacramentū instituit, & in qua congregati etiā erant, cum ſuper eosdē Apoſtolos Spiritus sanctus deſcendit, teſtatur Calixtus Niceph. li. i. c. 28. & in confesso eſt apud omnes: quis tamē iſte locus, ſiue domus fuerit dubitatur: nā Nicephorus ipſe (quē re-tuli, ex antiqua quadā traditione) ait eodē loco: fuiffe propriā Ioan. Euang. domum,

domum, quam ipse comparauerat, vēditio Caiphæ Pōtifici patrimonio suo, quod habebat in Galilæa; addit insuper idem Nicephorus, quod in eadem postea domo vixerit, habitaueritque beata Virgo post Christi filii sui in cœlum ascensionem, usque ad obitum.

Hæc tamen Nicephori opinio cū duobus fundamentis reficienda videatur; nam in primis contextu Euangelico omnino repugnat; deinde Euangelicæ Apostolorum paupertati contradicit, intensissimique feroi, quo Ioannes, relicto patre, & retibus, secutus est Christū, Matth. 4. contradicit inquam, Euangelico contextui, quia vt Lucas cap. 22. ait, cum Christus Dominus voluit cœnam legalem manducare in domo cuiusdam, quæ, vt ipse Nicephorus fatetur, eadem erat, atque hæc de qua agimus misit Petrum, & Ioannem ad illiusmet domus dominum, vt necessaria pararet.

Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha, & misit Petrum, & Ioannem dicens: Euntes parate nobis Pascha, vt manducemus; at illi dixerunt, ubi vis paremus tibi? & dixit ad eos. Introventibus vobis in ciuitatem; occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans; sequimini eum in domum, in quā intrat, & dicetis patri familias domus: Dicit tibi Magister, ubi est diuersorium, ubi Pascha cum discipulis meis manducem? Repugnat ergo contextui sacro dicere Ioannis fuisse domum de qua agimus: nam cum expresse dicat Euangelista Ioannem fuisse unum ex duabus discipulis à Christo missis ad dominum domus, clare patet non fuisse Ioanne in talem dominum; non potuit enim ad ipsum mitti, neque potuit, qui veniebat, se ipsum domi habitantem inuenire.

Pugnat insuper hæc opinio cum Petri asserto Matthai 19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: Apostoli namque relicts omnibus, seu vēditis, & pauperibus distributis, pau-

Refectus Ni
cephori opi
nio.

Matth. 4.

Fundamenta
quibus rei-
citur opinio
Nicephori.

Repugnat
Nicephori
opinio con-
textui Euan-
gelico Luca
cap. 22.

Repugnat
etiam Nice-
phori opinio
contextui E-
uangelico,
Matth. 19.

A perem Magistrum, pauperes discipuli sunt secuti: vnde optimè Theophilus, hunc Lūcæ locum disquirens. Ex hoc (inquit) manifestum est, Christū Theophil. ad non habuisse proprium diuersorum, neq; discipulos habuisse propriam domum; nam si habuissent, illic eum suscepissent.

B Opinio se-
quenda, cir-
ca sacru cœ-
naculū, vbi
Apostoli cō-
gregabatur.
Vnde relicta Nicephori Calixti opiniōne, potius dicēdum videtur, domū hanc in qua Christus Dñs legalē cœnam manducavit, diuinum Eucharistiæ Sacramentum instituit, & intra quam, clausis ianuis, intravit ad Apostolos, fuisse alicuius patris familias; qui ex sectatoribus Christi erat & qui ipsum libēter, & frequēter audiebat, & ob hanc causam post eius passionē, & mortem in illius patris familias domum conueniebant Apostoli, & orabant in secretiori aliquo domus habitaculo absconditi, propter metum Iudeorum: ita sentit Hierosolymitanus Cyrilus Cathechesi 26 quæ quidem domus (vt ipse ait) pro reverentia sacramentorum pœnitētiæ, & Eucharistiæ in eadem institutorum, fuit postea ab Apostolis in Ecclesiam conferata.

C Cyril Hiero-
sol. Cathe. 26.
Ex temporis etiam differentiis in
quo Euangelista testatur Dominum ad Apostolos ianuis clausis introisse, non leuis exurgit dubitatio; fuisse eadem die, qua Christus Dñs resurrexit sub vesperū, in confessio est apud omnes, patetque ex Euangelici cōtextus serie & eodem die quoque discipulis in Emmaus euntibus apparuisse; etiam patet ex Luca cap. 24. Et ecce duo ex illos (inquit Euangelista) ibant ipsa die in castellum, &c. Apparuit autem illis Christus Dominus sub vesperum, vt ex eiusdem sacri contextus serie clarissime patet, nam dixerunt ipsi. Mane nobiscum Domine, quoniam aduerseris, & inclinata est iam dies. Qui ubi primū illis se manifestauit Christus, statim reuersi sunt in Hierusalē, vt Apostolis nuntiant, quid illis in via acciderit: ubi cum iam sero peruenissent

sacrū cœna-
culum in Te-
plum ab Apo-
stolis confe-
cratum.
Quo die ap-
paruit Chri-
stus Aposto-
lis postquam
resurrexit.

Lucas ca. 24.

I 3 parum,

Pars 2.

parum, vel nullum tempus debuit intermitti inter eorū accessum, & Christi ad discipulos ingressum; qui ut notanter Euāgelistā dixit, iam propè nocte accidit. *Cū sero* (inquit) *factū esset,* &c. At Lucas ait, quod cū duo discipuli ad cōnaculum peruererunt, vndecim Apostolos cōgregatos inuenierint; quod stare non potest, cū id, quod Ioannes ait, vnlis ex duodecim nō erat cum eis, quando venit Iesus; nullum enim, aut parum tēporis intermissum fuit inter duorum discipulorū accessum, & Magistri sui ingressum, vndē aut cū eis erat Thomas, quando venit Iesus; aut duo discipuli vndecim Apostolos cōgregatos nō inuenérūt? vt Lucas testatur.

Varij sunt Patres in huius dubii solutione tradenda: Nam Euthymius ad locum Lucē ait, Euāgelistam annumerasse Mathiam decem Apostolis, qui aderant in domo, ideoque vndecim congregatos discipulos inuenisse testari Lucam: attamen hæc Euthymii responsio nō probatur; quamquam enim Mathias postea Apostolus creatus sit, nondum tamen cum reliquis adnumerabatur. Moderniores respondent dicentes: Lucā vndecim cōgregatos dixisse, à maxima parte numeri eorum, vndecim namque erant postquam Judas laqueo se suspe dit: Non incuso responsionem, neque amplector: potius enim mihi amplectenda videtur dubii solutio, quam ad hunc Ioannis locum tradidit Beda, dicēs. Cum Lucas ait inuenisse discipulos, vndecim Apostolos congregatos, datur intelligi quoddam fuisse interuallum, quod ad horam Thomas egressus sit, & Iesus veniens in medio stetit. Dubitatur etiam à quibusdam, an Thomas antequam Christus apparet esset cū reliquis Apostolis, circa quam dubitationem diuersi sunt Patres; quidam namq; aiunt: Nondum Thomā ex fugā rediisse; de qua Matthæus ait. *Relicto eo, omnes fugerunt;* &

Respo detur
objectioni,
ex Euthy.
mio.

Mordorum
responsio.

Adiun. 1.

Adiun. 2.

Adiun. 3.

Beda ad huc
Ioan. locum.

Fuerit ne
Thomas, cū
reliquis Apo
stolis, cōgre
gatus post
Christi mor
te opinio ne
gans.

A sic non fuisse cū reliquis congregatum: ad illa autem Luca verba, & in *Luca 24.* uenerunt vndecim congregatos, respondent, responsione superius allata; vndecim nō tēpē dixisse Euāgelistam à maxima numeri parte. Huius opinio nis sunt grauissimi Patres, Ioānes nō pē Chrysostomus hom. 86. in Ioannē: Theophilatus, & Euthymius in Ioannē ad hunc locum; dicuntque præfati Patres, nūc primū auditisse Thomā, quod Christus resurrexit, ideoq; dubitasse, sicut & ceteri Apostoli dubitarunt cum à mulieribus audierunt.

B Multi tamē Patres inter quos præcipius est Augustinus, de consensu Euāng. dicunt adfuisse Thomā cum reliquis congregatum, quando mulieres è monumento regressæ, nuntiarunt Apostolis, quod surrexisset Dñs. Adhæreo huic sententiæ; nō enim (vt iudico) permittunt Luca verba aliter sentire, qui cap. 24. ita ait. *Regressa à monumen
tis nuntiauerunt hec omnia; illis vnde
cim, & ceteris omnibus.* Quæ Euāng.
listæ verba apertissimè indicant omni bus Christi Apostolis, omnibusque eius discipulis (nullo excepto) nuntiatam à mulieribus fuisse Christi resurrectionē. Adfuit igitur Thomas cum mulieres nuntiarunt; & cū duo discipuli, quæ gesta fuerant in via, retulerunt, & statim ad aliquid peragendū foras exiuit, vt putant Beda, & Augustinus, ideoq; *Non erat cum eis, quando venit Iesus,* (vt ait Ioannes cap. 20.) Ex quibus etiam Ioannis verbis hæc sententia confirmatur: *Non erat cum eis, quando venit Iesus:* Ergo erat cum eis antequam veniret Iesus.

C D Maiorē video exurgere dubitatio nem ex verbis Euānglistæ Ioannis: *Thomas autem non erat cum eis, quando venit Iesus:* Acceperit ne Thomas, sicut & ceteri, qui aderant, illā potestate remittendi, & retinēdi peccata, quā tunc Dñs illis tradidit dicens. *Accipite spiritū sanctū; quorū remiseritis peccata,* remittuntur eis; & *quorū retinueritis, re
tentia*

*Ioan. Chrys.
ostom. hom. 8;
in Teō. Theos.
phil. Euthy.
ad hunc locum.*

*Opinio affe
mās, ex Aug.
de consensu
Euānglistorū,
& ex multis.*

Ioan. 20.

*Nova dabi
tatio, ex vet
bis Ioan. 20.
accepta ne
Thomas qui
aderat, pot
estatem remit
tēdi peccata.*

Ioan. 20.

Negant recentiores, non tunc tales potestatē accepisse Thomam; postea vero illi à Christo Dño fuisse cōcessam: Adhæreō D. Cyrilli opinioni, quili. 18. c. 5. 81 ait, absentē Thomā vna cū aliis Spiritū sanctū accepisse, & illā potestatem remittendi, ac retinendi peccata, quā præsentes acceperunt: Quemadmodū Numerorū cap. 11. Eldad, & Meldad absentes spiritū prophetæ acceperūt.

Dubitabis etiam circa sacri cōtextus seriē arbitratum ne fuisse Thomā mentiri suos condiscipulos, qui Christum Dnm se vidisse affirmabant, videtur namque ex eius verbis, illis fidē non adhibuisse, quia vel mētiri, vel se deludere existimabat. *Nisi video in manibus eis fixuram clavorum, &c. nō credā (idest) quod dicitis: Qui autem nō credit, quod dicitur; illos qui dicunt proculdubio facit mendaces.* Respondeat ad dubium Orig. lib. 2. contra Cœlsum: minime arbitrari Thomam mendaciū proferre Apostolos, sed deceptos alicuius spectri visione fuisse, quē admodū & ipsi Apostoli de se ipsis putarunt, quando eis apparente magistro, non credebant, sed spectrū se videre existimabāt, quibus (vt certiores redderet Dns dixit, Lucæ 24.) *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra: videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum; palpate, & videte; quia spiritus carnē, & ossa non habet.*

Palpate igitur, & videre exoptabat Thomas, nō quia cōdiscipulos dedita opera mētiri existimabat; sed quia ab alicuius spectri visione, illatos fuisse formidabat. Audiamus Origenē. Assentiebatur Thomas narrantibus se vidisse Christū; quæ non nouū esset (inquit) cōspici defuncti animā; ceterū, ut eū resurrexisse in proprio corpore crederet, id non poterat in animum inducere; quapropter non dixit solū; nisi video nō credā; sed adiunxit. *Nisi misero manū meā in vestigia clavorum, & contractuero latus eius, non credā: hac autē dicebat, quia arbitra-*

batur fieri posse, ut oculis Apostolorum, fefferet corpus per omnia deposito simile; Hæc Origenes, ex quibus patet non fuisse Thomam male de suis cōdiscipulis suspicatum. Quod si causam sci- re oxoptas, ob quā Christus Dns suarū cicatricum non tantū signa, sed & etiam foramina in corpore gloriose reseruant, accipe à D. Chryso. ho. 8. 6. in Ioannē: *Vt ipsum (inquit) Dominus crucifixum fuisse, & neminem alium pro eo resurrexisse intelligas, propterea cum signis crucis resurrexi:* Hanc eandem responsione ad dubium habet Cyrillus dicens. *Passionis notas Christi* Idem ex Cy- rillo ad cap. 10. in Ioan. 20. *relinuit, ut resurrectionis mysteriū recte intelligamus, non aliud corpus resurrexisse credentes, quā quod cruciatu mortuum fuit.* Eandem assignat & Augustinus rationem variis in locis, & præsertim ad illa Psalmi 74. verba. *Ego confirmavi columnas eius. Columnas (inquit) di- nit Psalmographus Apostolos: & quid essent illæ columnæ, nisi ab illo firmarentur columnæ, quæ in passione nutauerunt, resurrectione firmatae sunt. Terruerunt eos vulnera; firmaverunt cicatrices; habere igitur voluit cicatrices, unde nutantes columnas firmaret;* In quem etiam sensum veniunt illa, quæ ser. 84. ait Chrysologus, explicans Christi verba ad Thomam. *Infer digitum tuum huc; Vt (in- quic) effundant toto orbe fidem, que aqua in lacrima, sanguinem in omnium pre- tium iam fuderunt.* Hanc (propter tan- torum Patrum authoritatē) & propter conuenientiam, quā habet, literalem rationem esse existimo, ob quā Christus Dominus vulnera in corpore glo- rioso aperta retinuerit. Addam tamen aliquas ex Patribus desumptas, quæ diuinæ clementiæ, & bonitatis signa sunt euidentissima.

Idem ait Aymon ad cap. 20. Ioannis, retinuisse Christū in corpore glorio- so vulnera, quæ pro nostra redemptio- ne pertulit, vt essent quædam reme- moratura signa, à quibus tanti, tamq; eximii beneficii obliuio à nostris pe- catori-

Affirmat Cy-
rillus lib. 12.
cap. 58. pro-
batq; ex loco
Numer. ca. 11.
Putauerit ne
Tomas suos
mētiri con-
discipulos,
dū ei se vi-
disse dixerūt
Magistrum.

Probarut
opinio affir-
mas ex eius
verbis.

Negat Orig.
lib. 2. contra
Cœlsum.

Luca 24.

Orig. verba
ibi supra.

Cit Christ
Dns non tā-
tim siccari
cū signa, sed
& etiā for-
amina refer-
uauerit, ex
Chryso. ho.
86. in Ioan.

Id ex Aug.
ad Psal. 74.

Id ex Chry-
sol. ser. 84.

Horum Pa-
triū opinio li-
teralis.

Aliæ assig-
nantur ratio-
nes, ob quas
Christus Dns
cicatrices re-
seruerit ia-
gloriose cor-
pore.

Etoribus pelleretur, immòvt etiam in cœlo beatis essent occasio rependen-
Prima ex Haymonii ad pellendā di suo liberatori gratias infinitas: Si-
obligionem. gna vulnerum obliterare noluit Dominus (ait Haymon) ut electi, qui assumuntur
in patriam cœlestem videntes easdem ci-
catrices in corpore Redemptoris sui, inde-
nenter ei gratias agant: optima Cypria-
ni mihi visa est ratio, ob quam ait re-
tinuisse Christum vulnera aperta in
humanitate glorificata, ut (inquit)
quinque essent aperta ora nostrorum pec-
catorum veniam ab eterno Patre expo-
stulantia. Sic enim habet Sermone de
Baptismo: Ut semper reseruate in corpo-
re plague salutis humanae pretium exi-
gant, & obedientiae donatiuum requi-
rant.

Non minus congruens, quam de-
uota, & pia ratio est, ob quam Christus
Dominus in sua glorificata humani-
tate vulnera aperta retinuerit; quam
reddit Guarricus Abbas ser. 4. in Do-
minica de Ramis Palmarum. Pedes,
(inquit) manus, ac latus sibi perforari
permisit, & perforata hac omnia reserua-
uit; ut se mihi totum aperiret, ut ingre-
diar in locū tabernaculi admirabilis; si il-
la itaque vulnera, quæ à Iudeis per sum-
mam crudelitatem aperta sunt, per sum-
mam misericordiam aperta relicta sunt.

Elegans &
deuota Guar-
rici ratio ser-
mon. in Do-
min. de Ra-
mis Palma-
rum.

Consonat S.
Leo Papa
sermon. 4. de
Passione.

Haymonis
ratio obquā
Christus Do-
minus clau-
orum for-
mina reti-
nuerit in cor-
pore glorio-
so.

Vltimo tandem ex eo dicimus cum Patribus, retinuisse Christum in corpore gloriose suæ passionis adeo clara vestigia, clavorum scilicet lanceæ que foramina, ut extremi iudicij die ea omnibus hominibus, & præfertim Iudeis ostendat, seque illum esse probat, qui in Hierusalem in crucem a-
ctus fuit: quæ ratio etiam adducitur ab Haymone loco supra allegato, ubi sic ait: Noluit Christus obliterare signa vulnerum, ut veniens in die iudicij ostē-

A dat Iudeis quale genus mortis illi intulerint: cui Haymonis rationi vicina illa est, quam ego assignauit in Annota-
tione 5. primæ Dominicæ Aduentus Domini: Hæc circa literæ tenorem dixisse sufficiat, pergamus ad mores.

Ratio item
à me assig-
nata, Annos. 5.
in 1. Domin.
Aduentus Do-
mini.

CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

B Thomas autem unus de duodecim non erat cum eis, quando venit Iesus.

ANNOTATIO I. MORALIS.

Et ad concionem introductio.

Labi nostræ naturæ post Adæ lapsum familiare.

C **A** Deo naturæ nostræ labi (post primorum parétum lapsum) cōmune redditum est, ut quasi amissio nomine humanitatis, natura lapsa anthonomastice appelletur: vnde non est cur miremur, ab Euangelista audiri in incredulitatem Thomam Christi Apostolum fuisse lapsum; cum tandem, tandem homo fuerit, ex eadem natura efformatus, de qua dicimus naturam lapsam, siue naturam labilem appellari: cum præcipue de iustis dicat Sapiens Proverb. cap. 24. *Iustum septies in die cadere: paucissimi equidem, immò præter Christum Domi-
num, & eius matrem sanctissimam;* nulli ab hac natura efformati euaserunt à lapsu; boni namque, & mali labuntur, caduntque iusti septies in die, iniusti autem multoties; ea tamen differenta, quam Psal. 36. ponit Regius Psaltes, dicens: *Iustus cum ceciderit, non collidetur; quia Dominus supponit manū suam; quem Psalmi locum sic exponit Theodoretus: Omnes filii Adæ cadunt; improbi tamen cadunt, & confringuntur;* iusti

Natura hu-
mana post
Adæ lapsum
labilis dicta.

Proverb. 24.

Omnes Chi-
sto, & beata
Virgine ex-
ceptis, in cul-
pam faltem
originalē la-
psi sunt.
Psalm. 36.

Iustus cum cadunt non colliduntur, ac si dicat; quamquam omnibus hominibus commune, ac familiare cadere sit, maximum tamen discrimē est inter lapsus vtrorumque; quia iustorum lapsus manum statim Domini auxiliatricem inuenit, à qua retardatur, & reparatur, quod in impiorum ruinis non accidit; unde prouenit, ut illi, cum cadunt non colliduntur, iusti verò ita ruant cadentes, vt confringantur.

Improbi cadi-
cantes colli-
duntur, ex
Theodor. ad
Psal. 36.

Hebraicus
cōtextos, ca-
dēt iusti, sed
reparabiliter
at irreparabi-
liter impo-
bi: ex Gene-
brardo ad
Psal. 36.

*Cadunt, fatemur, iusti, sed supponit Dominus illis manum suam, id est, diuinæ gratiæ auxilium præstat illis citissime, quo à lapsu resurgent quam primum, & reparentur: apprehendit namq; Dominus eorū manus; ita enim habet Hebraicus contextus: *Iustus cū ceciderit, non collidetur, quia Dominus firmat manum eius, vt facile surgat,* vel ut habet Genebrardus, *Ne irreparabiliter cadat:* attende ad verborum ener- sim: *Ne irreparabiliter cadat.* Sunt nāq; vasæ, quæ ita cadunt, vt non confringantur omnino, & reparari possint, & sunt vasæ, quæ ita cadunt, vt penitus confrigantur, & minimè possint reparari; sunt etiam homines, qui ita turpiter cadunt, vt irreparabiliter cecidi-isse visi sint; sunt & alii, id est viri sancti, iusti, & timorati, qui quāquam vt homines fragiles cadant, cadunt tamē reparabiliter, quia leui quadam admonitione, vel inspiratione resipiscunt, & surgunt à lapsu: supponit itaq; iustis Dominus manum suam; *Confirmat ma- num eorum, ut facile surgant.**

D De illis verò, qui irreparabiliter ca- dunt, locum illum Psalmi 81. intelli- gunt Patres nonnulli: Theodoretus nempe, Arnobius, Chrysostomus, & Cassiodorus: *Vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis.* Nam (vt Cassiodorus obser- uat) loquitur in hoc Psalmo Verbum, quod carnem postea assumpsit, cum Apostolis, quos, in mundum veniens, electurus erat, & ait illis: *Ego dixi Dīj estis, & filij Excelsi omnes;* & statim ora-

tionem ad improbos conuertens ait: *A Vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis,* ac si dicat: non tantum sicut homines cæteri mortis débitum persoluetis (persolue- rent enim omnes tam probi, quām improbi) verum & insuper cadetis in perpetuum perituri, sicut eorum Angelorum quisq; qui irreparabiliter ce- ciderunt: *Vnus de principibus vnum- quemq; diabolum significat,* ait Cassio- dorus, qui de cælo projectus ita corruit, *B ut nunquam amplias surrexerit.* Cadūt itaq; iusti vt homines, non autem ca- dunt sicut unus de principibus, qui ir- reparabiliter ceciderunt: cadunt re- parabiliter, quia supponit Dominus manum suam, firmatq; earum manus ne omnino collidantur, & vt quām ci- tissime à lapsu resipiscant.

C Optimè quadrant in Thomā Christi Apostolum, ea quæ dicta sunt, qui et si cecidit, non tamen irreparabiliter cecidit, neq; omnino collisus est; sup- posuit namq; Dominus manum suā, seu tenuit, & firmavit manum eius, cū dixit: *Mitte manum tuam in latus meū,* ad quæ Christi verba statim respōdit: *Dominus meus, & Deus meus.*

Ioan. 20.9

CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

Thomas autem unus ex duodecim non erat cum eis, quando venit Iesus.

ANNOTATIO II. MORALIS.

Iustorum societas, & consortium Dei gratiarum, eiusq; beneficiorum fa- cit participes.

O Primi probabis assertū, si prio- res Psal. 110. duos versus disqui- ras, *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in concilio Sanctorum, & congrega-*

tione Disquirantur
duo Psal. 110.
prioris ver-
sūculi.

tione, magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius: Circa quæ A Psaltis verba, primum se se discutendum offert, quomodo intelligendum

Excitatur du
biū, ex præ-
fatis Psalmi
versiculis.

sit illud, quod ait; *Confitebor tibi Domine in tote corde meo*; si statim annegetur: *In concilio sanctorum, & congregatione*; Nam quod sit intrinsecus in corde, opponi videtur, quo ad secretum rei, eo quod sit in omniū conspectu: vnde si in corde confitetur, non confitetur in cōcilio sanctorum, & congregatio-

Duobus mo-
dis respōde-
tur ad dubiū.

nē; obiectioni tamen duplīciter poteris respondere; primum enim dices, B sanctorum, & iustorum hominum, qui in Spiritu sancto cōgregati vitam degunt corda omnia, cor unum esse iuxta illud, quod Lucas, ait Actorum 4. *Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una*: vnde in congregatione, & cœtu omnium gratias Deo rependebat Psaltes, cum in corde suo laudabat; vniuersusque enim iustorum cor idipsum faciebat, ac proinde quamquam in corde suo faceret, in omnium tamen congregatione, & cœtu faciebat.

Primus res-
pondēdi mo-
dus, ex loco
Actuum 4.

Secundus respondendi modus tex-
tui, intentui accomoda-
tor.

Meliūs, & textui consentaneū respondebis, si dicas, verba illa. *In concilio sanctorum*, non esse coniungenda cum antecedentibus: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo*: sed cum sequentibus, magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius: seu eorum (vt habet Hebraicus contextus) ita ut efficiat locus hunc sensum: *Laudo te Dñe, gratiasque rependo; quia magnificè facis, & gloriosè cum his, qui in te con-
gregati viunt, quibus consolationes, &
gaudia ad eorum voluntatum mensuram exquiris, & impartiris*: Nam verbū, à verbo eductum, sic habet contextus Hebraicus: *Graias tibi Domine persolu-
o; quia in cœtu sanctorum magna sunt
opera tua, exquisita ad omnes eorum vo-
luntas*: Sua itaque gaudia, suaq; beneficia impartitur Deus illis, qui adu-
nati in eius charitate, & dilectione vi-
uunt, ad eorum desideriorum, & vo-

luntatum mensuram; vnde qui tanto-
rum gaudiorum abundantia perfrui exoptant, necesse est, vt in consilio iu-
storum, & congregatione viuant.

Quod si exoptas scire, quæna sine hæc magna, ac mirifica opera, quæ Deus facit ad mensuram voluntatum eorum, qui in charitate adunati viuunt, & simul, vt veterini fratres, habitant; expende illud Ecclesiastes in cap 4.

Expenditur
Meliūs esse duo, quam unum, habebunt
enim emolumentū societatis suæ; ad quē
locum sic Lyra; communicabunt inuicē
bona sua; Sed si adhuc quæras, qualia
sunt hæc bona, quæ adiuicem com-
municabunt? dicam ex eiusdem Lyra.

Quæ bona
proueniāt il-
lis, qui in cha-
ritate vanti-
viuunt, ex co-
dem Lyra.
Eccles. vbi
supra.

mentem; *Calorem nempè, ad ani-
marum suarum pellendam tepiditatem;* robur ad resistendum anime inimicis, & fulcimentum ne cadant. Si unus (inquit Sapiens) ceciderit, ab alio fulcietur, & si dormierint duo fouebuntur mutuo, & si quispiam preualuerit contra unum, duo resistent ei: Et quidem quid non obtinebunt illi, qui simul viuunt in Dei nomine congregati, cum Deū ipsum secum habeant. *Vbi duo, vel tres (in- Matthæ. 18. quid) congregati fuerint in nomine meo,
in medio eorum sum ego*. Matthæi 18. inuenient equidem in tali consortio lapsi ad surgendū gratiam; tepidi quo inflammentur charitatis ardorem, infirimi ad communes inimicos superandum robur accipient.

Age amplius, & inquire, quas insuper delectationes, & gaudia partici- D pent, hi qui se se iustorum societati iunguntur? illo certè odore virtutum recreantur, quem ipsi emittunt. Chri-

Enumeratūt
amplius bo-
na, quæ par-
ticipant, qui
in Deo vanti-
viuunt.

sti bonus odor sumus in omni loco de se, & de reliquis iustis ait Paulus 2. Corinth, cap. 2. quod idem est, ac si dicat: Paul. ad Cor. 2. cap. 2. odorem Christi emittut à se iusti, quia eos ipse contrectat, & quem contrectant ipsi, quia semper in medio eorū est; quod si desiderari exoptas qualis ne odor iste sit, quem à se Christus emittat, & quo in nomine eius congregati perfruuntur, quare ab Isaac,

Impartitur
Deus cō-
lationes, &
gaudia illis,
qui vñanimi-
ter in ipso
viuunt ad mē-
fūrā eorū vo-
luntatum.

Gene-

Quinam sit odor, que a se emittunt sancti, & quo loco Genes. 27

Genesis 27. Ecce, inquit, odor filij mei sicut odor agri pleni: quod idem est secundum Ambrosium, ac si dixerit Patriarcha sanctus; Odor Christi venturi iam ad meum peruenit olfactum; & adeo suavis est, atque iocundus est ille odor, qui ex omnium florum simul collectorum suavitate procedit: Christus odorabatur Isaac, cum dicebat, ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, ait Ambrosius; quin & sancta sponsa, qui suauissimi huius floris odore recreata est, idipsum testatur

Cantic. 1. In odorem curremus unguentorum tuorum; oleum effusum nomen tuum,

Canticorum 1. totam igitur participant suavitatem, qui iustorum cōgregationi, consortioque iunguntur, inter quos Deus ipse inhabitat: Nonne testatur Regius Psaltes Psal. 132. Ecce, inquit, quam bonum, & quam iucundum habere fratres in unum; ad quem locum sic Basilius: Quemadmodum suauia aromatum odoramenta, proprium per aera, & continentem emitunt odorem, quo præsentes recreantur, ita viri iusti societas, sibi commorantium contubernio salutaris est, ac iucunda: Idem ergo est sanctis, ac iustis viris adhærere, atque intra lætissimam paradysum commorari.

Honor maximus sanctis viris habitate, ex Psal. 79. & ex Greg. homil. 34. in Euang.

Cur dicatur in Psal. Se-dere Dñm super Cherubim, cum post super thronos sedere consuecat.

Est insuper & aliud commodum non exiguum à Sanctorum proueniens vicinitate, & consortio, quod Magnus Gregorius hom. 34. in Euangelia refert, ponderans illa Psal. 79. verba: Qui sedes super Cherubim, &c. Honore sci-lacet, quos in iustos confert Dominus, ab illis etiam participari, qui eisdem iustis iunguntur, & sociantur: expen-dens enim præfatus Pater apposita Psalmi verba, rationem querit, & cau-sam ob quam dicat Deum, sedere su-per Cherubim, cum ad spiritus Angelicos, qui throni dicuntur, potius hic honor pertineat, quam ad Cherubinos: Thronos enim, ait Gregorius, sedes Dei specialem spiritum beatorum ordinē dicimus; Cur ergo Psalmista dicit: Qui sedes super Cherubim? Dubium tamen

A diluens, ait idem Gregorius, Quia vi-delicit, dum in ipsis distinctionibus ag-minum, Cherubim thronis iunguntur; se-dere etiam super Cherubim Dominus, ex vicini agminis societate prohibetur: ac si dicat: vis scire unde Cherubinis tan-tus honor proueniat, vt super ipsos sedere dicitur Dominus? ex thronorū procul dubio societate, atque coniunctione, quorū proprius hic honor est: adeo itaque proficia est iustorum so-cietas, adeoque honorosum, & delecta-bile eorum aggregari consortio.

Valde profi-cuum iusto-rum confor-mium.

CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

Thomas autem unus de duodecim non erat cum eis, quando venit Iesus.

ANNOTATIO III. MORALIS.

In maxima incurunt infornitia, qui à iustorum consilio segregantur.

C V M iustis aggregari felicitas est, & commodum: ab illorum vero consilio separari, maximum infornitum, testetur infelix Iudas, qui quādiu inter iustos, ac sanctos suos colle-gas vixit, omnibus fauoribus, ac gratiis, quibus ipsi fruebātur, potitus est, ita vt suauissimum illud edulium ex Christi carne præparatum (in communiiori sententia) degustauerit; at ubi primum se ab illorum consilio se-gregauit, statim laqueo se suspendit; possibile enim erat veniam de crimi-ne perpetrato obtainere, si ad Petri ex-emplum, qui negauit, & ab aliis Apo-stolis segregatus non fuit, cum eisdem Apostolis permaneret, habuisse enim emolumentum societatis sue, (vt loqui-tur Sapiens) non enim deficeret, qui il-lum à malis cogitationibus vendendi

A. iustorum cōsilio se-parari maxi-mum infor-tunium, veri-ficatur in Iu-dia traditore,

Magis-

Magistrum, quibus agitabatur, abduceret, & ut resipisceret, deprecaretur. A
Matth. 26. Sed quia à discipolorum consortio segregatus ad Principes Ph. r seorum se contulit, ad desperationem, & laqueum denuit, ait Signiniensis Bruno hom. de proditore.

Bruno Signi.
hom. de pro-
ditore.

Optimus in hoc argumentum est locus ille 1. Reg. cap. 10. vbi refert sacra pagina prophetasse Saulē in Prophetarum consortio, à quo vbi primū discessit, à maligno spiritu agitatus est. *In luit super eum spiritus Domini;* & prophetauit in medio eorum, (ait contextus Sacer.) Ponderat locū Tertullianus libro de Anima, & inquirit vnde habuerit Saul, quod tunc Prophétiae dono potiretur, qui nunquam amplius Prophetauit; immò postea à maligno spiritu possess⁹ est; & dubio respondens ait, priuilegium prophetandi à Prophetarum consortio habuisse, à quibus, postquam discessit, non tantum non prophetauit, sed a maligno spiritu captus est: *Cum in societate erat Deum laudantium, dono prophetæ replebatur; qui postquam ab eis segregatus est, à demone vexabatur* (ait Tertullianus loco citato: cui consonat glosa, quæ sic habet ad locum: *Saulē in medio Prophetarum, Dei spiritus conuertit in alium virum, quem postea ab illis segregatus malignus spiritus conuertit in apostolam.*

Glosa ad ea.
10. primi Reg.

Matth. 25.

Ibidem.

Dum Magnus Gregorius hom. 12. in Euāgelia illa Saluatoris verba discussit, quæ dixit in parabola virginum prudentum, & fatuarum: *Dum autem irent emere, venit sponsus, & clausa est ianua: Quām sit præiudiciale à iustis separari, ostendit: nam ex verbis illis: Intrauerunt, cum eo ad nuptias, probat illorum emolumenta, qui sponsum adunati expectarunt, quarum cor, vnu fuit, & anima vna; sicut & in eodem consortio perseverantia: ex illis vero, Clusa est ianua, ostendit idem Gregorius, in quanta deuenient infornia, qui à iustorum consortio separan-*

tur: o si sapere in cordis palato possit, quod habet dulcedinis, intrauerunt cum eo ad nuptias! & quid amaritudini? Greg. ho. 12. in Euāgelia.

Clusa est ianua, ait præfatus Pater; quibus verbis proponit, quibus gaudiis, quibusque lætitiis perfruuntur, qui à iustorum consortio non se iunguntur, ad regales nempè nuptias perfruēdas cum Angelis introire, & quibus infortuniis, & miseriis premuntur, qui ab illorum societate discedūt, cœli nempè ianuas clausas reperire, & malorum spirituum incursibus manere expositos, & ab æternis gaudiis in-

*perpetuū esse priuatos; in quæ fortassis damna non deuenirent fatuæ virgines, si expectantes spōsum, cum iugiter expectantibus permanerēt, quorum suffragiis obtinuissent, vt simul intrarēt; ita sensit Augustinus de verbis Domini. *Dum autem irent emere, idest(ait præfatus Pater) dum se à prudentibus separauerunt, vt gaudia falsa requirerent, vera gaudia amiserūt.* Consonat Basilius, qui dum illa Saluatoris verba, quæ superiùs attulimus, expōnit. Vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo; ibi sum in medio eorum; Matth. 18. sic ait: si hec Dominus promittit, vbi duo, vel tres fuerint in nomine eius congregati, multo verisimilius est idem futurum, vbi frequentior hominum piorum, multitudo congregata fuerit, quod enim bonum non habent, qui in medios sui habent illam, in quo sunt omnia bona?*

Evidentiorem huius veritatis confirmationem in præsentis Euangeliī serie àd inuenies; Thomas vñus ex duodecim non erat cum eis, quando venit Iesus, vnde factum est, vt lætitia illa inenarrabili priuatus fuerit, qua cæteri eius commilitones perfusi sunt viso Domino: *Gauisi* (inquit Euanglista) *sunt discipuli viso Domino:* Indèque factum est, vt in tam ingens incredulitatis deuenerit infortunium: optimè Ferus sermone 1. de D. Thoma. *Semel* Ioā. Fero ser. *se se à consortio discipolorum segregauit,* suo id dāno maximo; *expolauit enim* 1. de D. Tho. Ber-

Fatuarū vir-
ginū infor-
mā maximā,
ex prudenti
separatione
profluxetū,
ex Auguſti-
no de verbis
Domini.

Matth. 18.

Basil. ad ca.
Matth. 18.

Verificati:
doctrina su-
prapofita in
Thomæ ab
Apostolorū
absentia.

team. 20.

Ioā. Fero ser.
1. de D. Tho.

Bern. ser. 1.
de Spiritu
sancto.

se contemplationis Dei dono. Quem etiā sermone 1. de Spiritu sancto alloquēs Bernardus ait. Falleris Thoma sancte; fulleris, si videre Dominum speras, ab Apostolorum collegio separatus; non amat veritas angulos, non ei diuersoria placent.

Obiicitur cōtra dicta.

*Obiicies tamen, & dices, idipsum contigisset Thomae inter suos condicipulos, quod ei contigit ab illis segregato: nam & ipsi non credebant; referentibus namque illis mulieribus surrexisse Dominum, fidem nō adhibuerunt, immò delyramenta proferre sunt arbitrati, vt testatur Lucas cap. 24. *Vt̄sa (inquit) sunt ante illos, sicut delyramenta verba ista, & non crediderunt eis:* Adeoque increduli permanserūt, vt etiam, viso Domino, non credidissent. *Adhuc illis non credentibus* (ait idem Lucas eodem loco) *dixit; habetis hie aliquid ad manducandum?* Vnde nō recte infertur, ex eo Thomam in tantam incredulitatem cecidisse; quia se ab Apostolorum societate segregauerat; immò amplius dubitasse putandū est, si cum dubitantibus simul esset; non facilis videtur huius dubii solutio; illis tamen tantum difficilis videbitur, qui ad ingentia beneficia non aduerterint, quæ Deus conferre solet in eos, qui in nomine eius sunt congregati: dubitabāt (fateor) Apostoli, & non credebant, immò frigida habebant pectora, & indurata; & de similibus serm. 67. in Cātica, ait Bernardus,*

Idem ibid.

quod non facile capere possint ignitū verbum; Nō potest (inquit) capere ignitū eloquium frigidum pectus: Attamē qui in nomine Christi erant congregati, obtinuerunt ab eo ingens hoc beneficium, ab omni nempē incredulitate omnino liberari, & fidei feroce ad credendum accēdi, quod vt Christus faceret, stetit in medio, & insufflauit, vt scilicet diuini amoris ignem in illis accederet, quo beneficio protunc D. Thomas Apostolus gauisus nō fuit, quia non erat cum eis, quando venit Iesus;

*Bern. ser. 67.
in Cātica.*

Respondebat obiectioni, & ex suis solutione proposita amplius confirmatur doctrina.

Pars 2.

A Ecce solutum dubium, & insuper ex eius solutione, quod initio proposuimus, confirmatum, quod amplius dulcissimis Bernardi verbis ser. 67. in Cātica poteris cōfirmare. *In cælo (inquit) est Deus inter millia Angelorum, & in terris inter iustos, annecte ergo te illis, si vis esse unus ex illis.*

CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

B *Vidimus Dominum.*

ANNOTATIO IV.

Amantium cordibus proprium est, multum sentire, & pauca proferre, & breuissimis quibusque verbis arca- na maxima indicare.

D Esumptum est hoc assertum à Bernardi mente sermone 67. in Canticis, vbi ponderans breuissima illa sanctæ sponsæ verba 2. itē Canticum. *Dilectus meus mihi, & ego illi, quibus ipsa significare voluit amicis suis fauores, quos ab sponsa accipiebat, maximumque dilectionis affectum, quo erga illam tenebatur, & quātum item ipsa in eum: ait itaque Bernardus; Pē- det oratio, immō deficit; Quid tuus ille tibi? quid tu illi? si ad nostram loqueris intellgentiam, euidenter, quod sentis, ediciō. Ac si dicat; adeo breuibus sermonibus vteris, vt imperfectum, & deficiente reddas sermonem; neq; enim dicis, quid tuus ille dilectus in te conferat, neq; quid tu in illum; sed tantū dicis. Dilectus meus mihi, & ego illi; Si intelligi exoptas, nostro vtere loquendi modo; aliter enim nō percipiemus, quid dicas: Respondet tamen statim idem Bernardus, & ait. *Nescimus quid Bernar. ubi loquitur, quia non sentimus, quod sentit;* supra. Quasi dicat, illa suo vtitur more multum sentit, & parum loquitur, & ideo*

K non

non intelligimus, quia parum diligimus, in significando tamen quantum A diligimus multa verba expendere solemus, vnde eleganter idem Bernardus eodem loco. *Non (inquit) os eius loquitur, sed affectus,* ita equidem, nam veri, & affectuosi Dei cultores, parum loquuntur, & multum anat; loquitur namque in illis affectus, non lingua; neque solent vacua, & longa verba proferre, sed paucissima, spiritu tamen plena, quot hodie reperiuntur Christiani, qui tota diem in Virginis Rosario recitando consumunt, largas preces emittunt, & neq; minimū mysterium, quod continet Angelica salutatio considerant, quot verba Pharisaeus Lucæ 18. inter orandum expendit non attendis? & quam fuerint vacua non vides? *Gratias tibi ago Dñs, quia non sum sicut ceteri hominum, avari, raptore, adulteri, ieuno bis in Sabbatho, eleemosynas do omniū, quae possideo.*

Deuoti pauca verba inter orandum expendit, at affectu multa dicunt verificatur in publicano, *Lucæ 18.*

Salmtron in hæc parabolā
Maximū mysteriū inclusū in quinq; verbis, quæ inter orandum protulit publicanus, ex eodem Salmeron.

Obone Deus quot verba vacua expendit iste; multum loquitur, & parū siue nihil sentit os eius loquitur, non affectus: aliter publicanus, qui pauca verba protulit, sed affectu plenissima: *Dñs propitius esto mihi peccatori, tantummodo ait, & breuissimis ipsis verbis suum affectum euidentissimè indicavit;* vt ad hunc locum Salmeron obseruauit. Breuis (inquit) oratio, sed proficua; quia mysteriis plena fuit: Ita equidem plena, vt etiam verborum numerus mysteriū maximū cōtineat, quinq; enim sunt, *Dñs, propitius, esto, mihi, peccatori,* & æquātur numero literarum, quas nomē Iesu Salvatoris nostri cōtinet, & quibus cōponitur, quinq; neq; sunt Iesu: eiusdē Salmeroni est hæc obseruatio: *Iesu (inquit) quinq; literis componitur nomen illud: in quo saluati sumus,* & quinq; dictiōnibus constat publicani oratio, qua saluari expostulat; Ultius adhuc progreditur iste Author, obseruans quanta mysteria incluserit, perquam breuis Publicani oratio, in unoquoque namq; istorū quinq; ver-

borū particulare mysteriū inclusum esse obseruat. Primo nāq; verbo, nēpē Deus, illius Omnipotē īā, à quo ex postulabat salnari, manifestauit. Secundū propitius, eius misericordiam commendauit.

Tertio verbo, nēpē esto, Deū inclinare ad veniā conatus est. Quarto, nēpē Mihi, propriam imbecillitatem cognouit, Vl timo tandem, idest peccatori, suā culpā confessus est: Vnde summo iure appellari potest hæc breuis istius Publicani oratio, sensu, & efficacia plena locutio; quales esse solēt affectuosæ cuiuscūq; animæ locutiones, quæ breuibus verbis profunda, & magna mysteria cōprehendunt; loquuntur namq; parū, qui affectuosè diligent, sed manifestant muletum: plus enim sentiunt, quam locuntur.

Habet hæc veritas ab infallibili veritate fundamentum Ioan 20. vbi refert Euangelista sacer, quod cū vellet Dñs Magdalena de sua resurrectione facere certiore, & quod nō inuexerant obliuionem eius, in suum pectus tormenta perpessa, vnicō tantum verbo visus est, dices Maria, quæ quia verè Magistrū diligebat, vnicō etiā verbo indicauit inenarrabilē lātitiam, quam de sti dilecti Magistri resurrectione, & visione concepit, dices ei Magister. *Dixit ei Iesu, Maria, conuersa illa dixit ei Rabboni Ioan. 20.* Circa quem locū interrogare iure poteris cū Bernardo, cur vnum tātum verbum expederit Christus, vt de tam arduo mysterio Magdalena certam redderet, eiusq; animū perturbatum sedaret? curq;

D Magdalena vnu tantum verbū expenderit in manifestanda lātitia ingenti, quam de Magistri resurrectione concepit? *Loquuntur (inquit Bernardus) vt Bern. ser. 67. in Cantica.* Verè diligētes, & verè dilecti: Explicit autem Ioannes Ferus ad hūc Ioannis locum istius modi loquendi modum, & ait: *Pauca ad inuicem dicunt, cap. Ioan. 20. & multa significant.*

Hoc prorsus loquendi modo vñi sunt Apostoli, vt indicaret Thomæ in gen-

Alterū my steriū inclusum in breuissimis publicani verbis, ex eodem Salmeron.

Publicani oratio sensu, & efficacia plena locutio.

Cōfirmatur assertū Christi exemplo, qui vnicō verbo multa Magdalena significauit Ioan. 20. Itē & in eadem Magdalena, eodem loco.

Bern. ser. 67. in Cantica.

Ioan. Fero ad cap. Ioan. 20.

Cōprobatur assertum in Apostolis Ioan. 20.

gentem animi lātitiam, gaudiumque singulare, quod ex charissimi Magistri visione percepérunt; *Vidimus Dominum inquiūt;* & breuissimis his verbis duobus, profunda mysteria indicarunt: *Quod nēpē surrexerit à mortuis Christus Dominus;* quod indicibilem ex illius visione, & conspectu lātitiam percepérint quod ostenderit eis signa clauorum; quod suam sacra-tissimam humanitatem eis contractādam obtulerit, & quod cum ipsis māducauerit; ad quæ omnia indicanda fatis habuerunt dicere; *Vidimus Dominum,* ita certè: qui enim affectuōsē diligit, multa sētit affectu, & paucissima profert affatu, immò verbis paucissimis maxima; quæq; profert mystria: *Non enim attendu amor* (ait Bernardus) *quo ordine, quaue paucitate verborum ebulliat.*

Bern. ubi supr. pra.

CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

Nisi video in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum; & mittam manus meam in latus eius, non credam.

ANNOTATIO V.

Non minus errat, qui propositæ veritati testibus confirmatae non assentitur, quā qui citō credit, quod audit.

Eccles. ca. 19.

Manifestum errorem committere, suamq; autoritatem minorare, qui facile credit, quod audit, ait Sapiens Ecclesiastici in cap. 19. *Qui citō (inquit) credit, leuis est corde, & minorabitur.* Qui igitur facile, citō, & sine sufficienti fundamento assentit dictis, virtute, & fama minoratur; nam ad verbum, *Minorabitur, annēctit In-*

Pars 2.

terlinealis, *virtute;* Lyra autem, *famus:* sibi hoc contigisse fatetur Regius *Vates Psalmo 115.* dicens: *Credidi proprie quod locutus sum; ego autem humiliatus sum nimis; aut, humiliatus sum malè,* ut Interlinealis intermittit; ac si dicat: facile à vero aberrauit, quia facile, quod mihi dictum fuit, credidi: sic Psaltis mentem interpretatur Lyranus, qui Hebræos secutus ait loqui Dauidem in præfato Psalmo de facilitate, qua assensit falsæ informatiōni, quā contra Misphiboset Siba protulit 2. Regum cap. 16. ob quam absq; vlla amplius certitudine, seu informatione abstulit omnia bona Misphiboset, & dedit Sibæ sibi falsissima referenti, per quam actionem, & in assentiendo facilitatem fatetur Dauid, se creditum, & famam amisisse. *Creditit Lyra ad Psa* *Dauid de facili, & nimis præcipitanter* (ait Lyra) *verbis Sibæ, concedens ei hereditatem Domini sui; ideò deiectus est ab statu reūtitudinis:* Ita ferè accidit, quod ad facilitatem in assentendo, statim facilis consequitur ad errandum; *Qui enim citō credit, leuis est corde, & minorabitur.*

Sed neque minus suam infamat authoritatem, qui manifestæ veritati non solùm non assentit, immò resistit; si namque in facili assensu, quē rebus incertis, citō, & facile præbuit, leuem, & præcipitatum se esse ostendit; in nō assentiendo veris, & probatorum testimoniis asseuerantia confirmatis incredulum se exhibet, proteruum, & contumacem; quin & corde timidissimum: optima est in hac materia Ansberti obseruatio ad illa capituli 21. Apocalypsis verba, quæ sedens in Throno dixit Ioanni, de illis loquens, quibus in sanctam cīvitatē prohibendus erat ingressus. *Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idolatriis pars illorum erit in stagno ignis ardenti, &c.*

Obseruat igitur præfatus Interpres, *Cui timidi, & increduli socios posuerint* K 2 Chri-

Interlī. & Lyra ad hunc locum.

Psalm. 115.
Interlinibz.
Disquisitatur à Lyranō
Psalmi locus ex loco 2.
Reg. cap. 16.

Ad facilitatē in credendo sequitur facilis in errando, ex Ecclesia. ubi supra.

Veris, & à veris personis prolatis nolle assentire, proterui animi est, ac increduli, ex loco Apoc. in cap. 21.

Christus: & ait. Timidis annexit incredulos, quia omnis incredulitas, animi timiditas est; vnde nimis timidi sunt increduli, immo ideo increduli, quia timidi;

Omnis incredulitas animi timiditas ex Ansberto ad c. Apoc. 21.

Prouenit itaque incredulitas à quadam animi dissidentia, & nimia suspitione, quam quidam concepit, quod ab omnibus decipiatur; à qua consequenter etiam prouenit esse timidum, & imbecilem habere animum; ita ut si citò, & facile credere infamat quemque, & leue cor habere testatur; non credere rebus probabilibus, & testium probatissimorum autoritate roboratis, timidum eum esse ostendit, & incredulum, & in utroque

Non credere rebus probabilibus bo norum testi monis robo ratis incredu litas, & timi ditas, ex Chry sofo, ad cap. Matth. 4.

Optima Ru perti dubita

Subtilem tamen, & curiosam quadam dubitationem infert Abbas Rupertus ex hoc increduli titulo, qui Thomae inditus est, quia condiscipulorum dictis non creditit: Quod Thomae dixit, & omnibus Apostolis dicere potuit; nam mulieribus referentibus non crediderunt, sed visa sunt eis, quasi delyramenta verba earum (ait Rupertus ad cap. Ioann. 20.) Qualis igitur causa, ratiōne erit, ob quam soli Thomae incredulitatis vitium, seu opprobrium obiciat Christus, cum etiam reliqui Apostoli eodem morbo laborauerint: Nonnè & etiam illis delyramenta visa sunt verba mulierum, quæ resurrexisse Christum testatae sunt? Et visa sunt ante illos sicut delyramenta verba ista, & non crediderunt illis (ait Lucas) quomodo ergo solus Thomas de incredulitate accusatur? dices fortassis diuersam esse rationem inter Thomam, & suos condiscipulos; nam ideo fortè non crediderunt Apostoli, quia à mulieribus audierunt, quas etsi sanctæ erant, quia

Luce 24.

Prima dubii solutio

tamen mulieres erant, ad veritatis attestacionem, testes omni exceptione maiores non iudicarūt; at verò Thoma audiuīt à viris, quos ex familiari consortio probos, ac in veritate attestanda veraces optimè nouerat, vnde pettinacior in credendo visus est, quā cæteri.

Vrget tamen adhuc dubitatio; dices namque turpius cecidisse reliquos Apostolos, quām Thoma cecidit, nam ipsi & postquam à mulieribus acceperunt resurrexisse Dominum, & à duobus commilitonibus, qui Magistrum,

Luce 24.

ad 24. adhuc increduli permanerunt, immo & Magistrum propriis intuentes oculis non credebant; vnde necessarium habuit Christus Dominus se illis palpandum exhibere ut crederet: ut eodē cap. 24. Lucas testatur: Adhuc illis non credentibus, dixit. Palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere; Non igitur adeò pertinax, atq; cæteri condiscipuli Thomas fuit, qui vbi primum Christū vidit & clauorū signa consperxit, statim dixit: Dñs meus, & Deus meus; Reliqui verò Apostoli, videntes non crediderunt solues tamen dubiū, si dicas, verba Dominica. Beati qui nō viderunt, & crediderunt. Quamquam tunc ad solum Thomā dicta fuerint, qui solus adhuc incredulus permanebat, omnes tamen Apostolos pupigisse; etiamsi enim eorum incredulitatē tunc non exprobauerit Christus Dominus exprobavit tamen, cum ab eis

D cœlum ascensurus discessit; Exprobauit (inquit Marcus cap. vltimo) incredulitatem eorum, & duritatem cordis, quia his, qui viderant eum resurrexisse à mortuis, non crediderunt. Vnde constat omnes in incredulitatis crimē incurrisse; aliter enim non dixisset Euangeliſta, Eorum incredulitatis vitium exprobasse Dominum, (Nullo excipio.)

Ioan. 20. Solutur ad quācē proposita dubitatio ex verbis Christi Ioan. 20. & ex verbis, Marcii c. viii.

Marcii vltimo.

CIRCA ILLA SACRI
contextus verba.

ANNOTATIO VI.

Adeò proficuae sunt sanctorum virorum actiones, ut ab eorum etiam lassionibus nobis proficia recte viuendi documenta proueniant.

Petr. Chrys.
ser. 92.

Domi Petri Chrysologi sermone 91. præsens hoc est documentū, qui ibi diui Thomæ Apostoli lapsus considerans, concludit dicens. *Sanctorum lapsus nos erigit; trepidatio firmat.* Illustrabis amplius morale hoc idem documentū, si illa Psalmi primi verba disquiras: *Beatus vir, &c. folium eius non defluet, & omnia, quæcumque faciet, semper prosperabuntur,* quod idem est, ac si dicat Regius Psaltes; omnes vniū viri iusti actiones sunt proficuae; quidquid enim agit, quidquid loquitur, quidquid intet, vel ipse, vel aliis profest: ita Psalmis mentem, eiusque verba interpretatur Lyra; nam per arboris folia, verba iusti intelligit, & per fructus opera: ut autem metaphoram, *ligni viridis iuxta aquas plantati, cuius folium non defluet,* melius intelligas; discute eandem metaphoram, quam inuenies Ezech. in cap. 47. vtrobique enim arboris iuxta aquas platanæ metaphoræ, cuius nec folium defluet, vir iustus designatur; ibi enim postquam Propheta retulit visionem fluminis aquis uberrimi statim addidit, dicens. *Et super torrentem orietur in rippis eius ex utraque parte omne lignum pomiferum, non defluet folium ex eis, & non defficiet fructus eius;* per singulos menses afferet primitiuæ; quia aquæ eius de sanctuario egrediuntur, & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam; In qua Prophetæ metaphora, quod præcipue

Illustratur assertum, ex disquisitione verborum Psalmi primi.

Lyra Psalmi verborum interpretatione.

Vir iustus per arborem iuxta aquas platanam designatus in Psalmo, & apud Ezech. 47.

Ezech. 47.

Pars 2.

Aest expendendum ad præsens assertum confirmandum, illud est. *Non defluere folium ligni:* quæ enim arbor poterit reperi, à qua nō defluat vnu vel saltem folium? mysterium aliquod (profecto) continet hæc locutio; aliter enim esset nimis hyperbolica: indagare ergo mysterium, & inuenies in ipsis sacri contextus verbis: *Erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam:* Id enim est, ac si dicat, quamquam folium eius aliquod defluat, non tamen perit, quod iterum idem est, ac si dicat Psaltes, & Vates. *Folium eius non defluet, non defluit in vanum; omnia enim quotquot defluunt, ad medicinam proficiunt;* Ita enim intelligenda esse, tam Daudis, quam Ezechielis verba. *Folium eius non defluet,* indicat Caldayca, quæ vtrobisque sic habet. *Omne Cald. cetera gerumen eius proficit.* Non itaque volūt dicere sacri isti Authores, quod sit arbor aliqua, à qua vnum saltem folium non defluat, sed esse arbores aliquas adeò proficias, ut etiam folia earum, quæ defluunt, sint proficia ad sanandas multorum infirmitates; esse autē per tales arbores viros iustos intelligendos apertè docet Regius Vates, dum ait. *Beatus vir, qui non abiit, in cœlum impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentie non sedet, & erit tanquam lignum, quod platanum est iuxta aquas, quod fructum suum dabit in tempore suo,* & folium eius non defluet; Aiunt igitur Daud, & Ezechiel adeò proficias esse omnes iustorum actiones, ut etiam illæ, quæ labi videntur, & quæ reuera respectu eorum sunt lapsus; respectu tamē nostri medicinales sint, & proficias; nam (vt habet Caldayca) *omne eorum gerumen* *Text. Cald. proficit.*

Quis (quæro) pütaret primorum parentum lapsus aliquando fore proficuum? fuit tamen & maximè vnde de illo loquens Ecclesia, læta canit. *O felix culpa, quæ talem, ac tantum me-* **K 3** *ruit que.*

Expenditur
Prophetæ
metaphora.

Deducitur
mysterium
metaphoræ
ex ipsis cō-
textus verbis.

Per arborem
cuius folium
non defluet,
vir iustus de-
signatus, cu-
ius omnes
proficias sūt
actiones, ex
Psalmo pri-
mo.

Primorum
parentum
lapsus
nature hu-
manæ na-
ture valde
fuit profi-
cius, & in

vinit habere Redemptorem; Adeò totæ humanæ naturæ proficuus fuit nostrorum primorum parentum lapsus, vt exindè illi prouenerit, super omnes Angelorum choros exaltari, & illius gloriæ sociari in Throno, cuius naturæ copulatur in filio (vt serm. de Ascensione loquitur Leo Maximus) quod (stando in illorum opinione, qui dicunt, non esse Verbum incarnandū, si Adamus non peccaret) natura humana non obtineret, si Adami lapsus non acciderit: ampliùs igitur consecuta est natura, quæ cecidit, quām habuit ante lapsum; non mea sententia ista est, sed eiusdem Leonis, quem retuli, sermone eodem: *Ampliora* (inquit) *adepti sumus per gratiam, quām per diaboli amiseramus inuidiam; nam quos verulentus inimicus à primi habitaculi felicitate deiecit, eos sibi concorporatos Dei filius ad dexteram Patris collauit;* Si igitur primorum parentum culpam felicem vocat Ecclesia, ideò est, quia ex ea tanta dignitas nostræ naturæ profluxit; Non defluit igitur folium Adæ; siquidem ex eo, quod fluxit, nunc honoramur; neque defluit folium Thomæ; siquidem ex eo, quod in incredulitatem lapsus sit, in fide Christi Resurrectionis firmamur, vt loquitur Petrus Chrysologus, dicens: *Sanctorum lapsus nos erigit; trepidatio firmat.*

Quis est, qui non videat, quod ex Dauidis lapsu emolumenta percepiimus? haberemus ne euidens adeò Dei nostri misericordiæ exemplum, si Rex iste non laberetur? Haberemus adeò efficax pœnitendi documentum, si ipse non peccaret? attende ad illius verba Psalmo 70. *Tanquam prodigium* (inquit) *factus sum multis: Quæ ita* commentatur Genebrardus: *Factus sum insigne exemplum iudiciorum tuorum; id est tua vindicta, & misericordia, & mea pœnitentia;* Evidem verissimum hoc est: quam multis namque

postea profuit considerare cecidisse Regem Sanctum, & lustum, ex eo tantum, quod visum non compresserit, vt oculos postea suos custodirent; & quot ex eius lapsu didiscerunt, quod *intueri non conuenit, quod concupiscere non licet,* vt homilia de lapsu ipsius Chrysostomus annotauit, quot ad suas culpas deplorandum incitauit pœnitentis istiùs Regis exemplum, prouocaueruntque eius lachrymæ. *Lauabā* (inquit) *per singulas noctes lectu lū meū, & lachrymis meis stratum meum rigabam;* Quot à laqueo desperationis, & à dissidentiæ pelago eruit, illius peccatum à Dei misericordia demissum: optimè Eucherius ad tertium librum Regum. *Poſteris* (inquit) *eius casus medicina fuit, & illius naufragium fuit aliis portus; quia quibus ille vulneratus est, & emendauit; alii in eadem incidentes, possunt vti, vt medicina, & eadem emendatione sanari.*

Omnia hæc proficua documenta, & multa alia (vt homilia 21. in Evangelia obseruauit Gregorius) ab istiùs Apostoli lapsu accipiet, qui quomo- do Christi Apostolus cecidit, & ab eodem Christo condonatus est, impensè considerauerit, quin & ex Petri lapsu, vt sermone de negatione, & pœnitentia Petri, Ambrosius annotauit dicens: *Ecce nobis nihil nocuit, quod negauit, sed plurimum profuit, quod negatione Petri.* Similiter & Gregorius homilia 26. in Evangelia, loquens de Thomæ lapsu; *Non casa* (inquit) *factum est, vt decesset Thomas, sed Dei clemencia, vt discipulus dubitans, dum vulnera in Magistro palpat carnis, in nobis vulnera sanaret incrementum.*

Leo Pap. ser. de Ascensio.

Ideo Leo ibid.

Cur Adæ cul pā felicē ap- pelle Mater Ecclesia in benedictio- ne cærei Pasch.

Incredulitas Thomæ no- bis proficua, ex Pet. Chry- sol. ubi sup.

Dauid lapsus nobis profi- cuus.

Psalms. 70.

Genebrar. ad hunc Ps. locū.

Chrys. ho. de lapsu Daui- dis.

Eucher. ad c. 3. lib. Reg.

Ambr. ser. de

tri.

Greg. ho. 21.

in Euang.

CIRCA EADEM SACRI A
contextus verba.

Post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis; venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis: pax vobis; deinde dixit Thomae. Infer digitum tuum huc, & affer manum tuam, & mitte in latus meum.

ANNOTATIO VII.

Non adeò potest vniuersusque anima obceccari, ut à diuini solis Luce illuminari non possit.

Materialis
solis proprie-
tas, quæ etiā
cōperit soli
diuine.

Abac. cap. 4.

Iean. cap. 1.

*Euthym. &
Euseb. bo. 4.
de sancto
Pasch.*

Cantic. 2.

Intra omnes materialis solis proprietates, præcipua una est, adeò subtilem esse, adeoque penetrantem, ut nullam domus ianuam non penetreret, quæ clausa sit: per minutissimas enim quasq; rimas ingreditur, ut clausam domum illustret; quæ proprietas non materiali tantum soli competit, sed magis illi, de quo per Prophetam

Abacuc cap. 4. dicitur. Oritetur vobis timentibus nomen meum Sol iustitia. Vbi ad literā loquitur Propheta de Christo, qui est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; cuius claritatis, & gratiæ non solum proprium est, à nulla peccati obscuritate reprimi, & obscurari, ut

Emissenus Eusebius hom. 4. de sancto Paschate annotauit dicens: Lumen Christi semper micat, semper radiat, semper coruscat, neque aliqua potest delictorū caligine retardari; Sed multo magis illi proprium est nostris animis per minutissimas quasque rimas infundi, easq; suæ gratiæ lucis radiis illustrari, ut sancta sponsa Canticorum 2. testatur dicens: En ipse stat post parietem nostrū respiciens per fenestram, prospiciens per cancellos; Quod idem est, ac si dicat

sponsa, quantumcumque ianua clausa sit, quantumque minutissimi, subtilissimique cancelli, nihil tamē obstat, quod spōsi mei lumina, quidquid intra domū est, aspicere valeat, & lustrare; in hūc enim sensum mentē sponsę interpretatur Bruno. *Lux (inquit) spōsi mei parietibus nō obstruitur, ita equidem; quamquam enim ianuis clausis sit vnius peccatoris anima, quamquā peccatorum duritie obstrusa; [A]nq; estē murada à cal, y canto, l poterit tamen ab istiū diuini Solis luce penetrari, & illustrari.*

Bruno Signi.
ad hunc Cā-
tic. locum.

Testatur hoc Euangelium præsens, vbi Thomæ induratū ad Christi Resurrectionem credendam cor nobis proponitur, & quod non domus tantum ianuae, in qua erat, clausæ essent, sed multo magis eius viscera, ac præcordia obdurata, quibus omnibus non obstantibus, tam in domum, quam in præcordia ingressi diuini Solis radii feruentissimi, eiusq; lux clarissima, ita illuminarunt, illustraruntq; eius mente, atque cor inflamarunt, ut statim Magistrum, quem resurrexisse à mortuis non credebat, agnoverit, confessus fuerit, & adorauerit, dicens. *Dominus meus, & Deus meus: Optimè in hanc sententiam Gilibertus Abbas* Gilibert. Ab.
*hom. 44. in Cantica; Non finit (inquit) bas hom. 44.
diuina gratia sibi claudi, dum ipsa coruscat. in Cantica.* Datur itaque nobis in hoc facto intelligi, quod si ita agit lux ista perennis cum illis, qui obicem ponunt; quanto magis illos inuadet, calefaciet, & illustrabit, qui appertis cordium suorum ianuis, ut ingrediatur, expostulant.

CIRCA ILLA SACRI
contextus verba.

Post dies octo venit Iesus, & dixit Thomæ, affer manum tuam, & mitte in latus meum.

ANNO-

ANNOTATIO VIII.

Difserit aliquando Deus in periculis opitulari, vel in supplicium commissi, criminis, vel ut audiūs remedium exoptetur, & intentius exigatur.

Ezai. cap. 8. *Q*ui mente intenta pōderauerit, quām fuerit semper Dominus celer in nostris indigentīs reparādis, quamque remissē egerit in Thomae lapsu reparando, post dies octo: non poterit non admirari; maximumq; in hoc latere mysterium non suspicari: *vocabitur nomen eius accelerata.* Prædixerat Esaias cap. suæ prophetiæ 8. celeritatem indicans, qua Christus Dominus nostræ salutis negotium erat in terris peracturus; ita namq; mentem Prophetæ interpretatur Procopius; *Hoc, inquit, dixit Esaias, quia in suo ad nos aduentu fuit Christus velox, & quo- uis fulgure celerior.*

Cantic. 2. Nonne sponsa, id est, anima sancta, hanc sponsi ad se venientis celeritatem experta est, & commendauit Canticorum 2. dum dixit: *Ecce venit salies in montibus, transiliens colles?* In hunc equidem sensum, & ad hoc argumentum, quod prosequimur adducit Pater Gregorius hom. 30. in Euangelia præfata sponsæ verba, dicens: *Venien- do ad redēptionem nostrā Christus Do- minus, quosdam quasi saltus dedit.* Nōne Regius Psaltes ob producta, & acce- lerata vestigia, quę in nostrę subuētio- nis itinere positurus erat, ipsum gigāti ad iter conficiendum accincto com- parauit: *Exultauit*, inquit Psal. 18. *vt gigas ad currēndam viam?* ex quo Psal- mistæ loco assumpsit Augustinus funda- mentum lib. 4. Confessionum c. 12. vt diceret, non tantū non fuisse Christum in remedio nostræ redemptio- nis exercendo moratū, sed illud manib; pedibus, totoq; corpore absoluisse. *Bene exultauit ad currēndum* (ait præfatus Pater) *& non tardauit, sed cu-*

A *currit dictis, ac factis, vita, morte, de- censu, & ascensu.*

Quod si ad incarnandum cursum accelerauit, & celeriter nostrę redēptionis negotium peregit, perquam, maximè accelerauit, ut Discipulorum suorum dubitantium corda firmaret; illustraret mētes, animosq; solidaret, postquam à mortuis resurrexit: siquidem neq; ad breue tempus suæ Resur- rectionis mysterium illis abscondidit; sed ubi primum ab inferis regressus fuit, statim mulieribus, quæ nuntia- rent, apparuit, Angelosq; perfecit, qui se ad vitam regressum iam esse pro- palarent, & ut in illis, qui dubii erant, omne dubitandi fundamentum euer- terent; illosq; lētificarent, quod ita celeriter egit, ut quamquam mulieres sanctæ valde mane ad monumentum properarent, ut vngererent, plus tamen ipse manicauit, ut exurgeret; plusq; manicarunt illius nuntii, ut indicaret, illasq; redderent certiores; sic namq; consiliant Patres verba illa Marci 16.

C *Valde mane una Sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam Sole:* Si namque iam ortus erat Sol cum veniunt, quo- modo adhuc erat valde mane? dicūt; at respondet Laudunensis Ambrosius in sua Interlineali, dicens: *Orto iam iu- stitia Sole;* annēditq; Crysologus ser- mone de Christi resurrectione: *Qui vi mane faceret, manicauit:* ut à Discipulorum scilicet cordibus tenebras incredulitatis expelleret: quod si à Bernardo exquiras, à quo ad ita mani- candum impellebatur Christus Do- minus, ut nostris indigentīs subueni- ret? Respondebit ad caput Canticorū 2. dicens: *Venit affectu, & studio miser- randi; accelerat subueniendi zelo.*

D Quid igitur fieri potuit, ut ille ipse, qui adeo præceps est in miseriis sub- leuandis, & in opitulando necessitatibus, & periculis, tantum tardauerit in Thomam liberādo ab infidelitatis pe- lago, à tanta cordis duritie, & inter- nę mentis cæcitate? Post dies octo?

Quid

Christus Do- minus in negotio tā- tum incarnationis celer- rimus, sed & in Discipulis in mysterio sue Resur- rectionis con- firmando.

Marci. 16.
Cōsiliavit
verba à Pa-
tribus.

**Interlinealis
ad c. Mar. 16.**

**Pet. Crysolo-
ser. de Refur-
rectione.**

**Bern. ad cap.
Canticorum.**

*Inquiritur
ratio & cau-
sa, ob quam
Dñs, qui a-
deo celer lē-
per in subue-
niēdo fuit, tā-
tū tardauerit
in subue-
niēdo Thomae
in increduli-
tatem lapsus*

Quid fieri potuit, ut per tam longum temporis spatum represserit Sol iste diuinos radios suæ lucis, & claritatis, ne internum Thomæ habitaculum illustraret? Post dies octo? Quomodo adeò lètè egit, in interna eius caligine expellenda? Post dies octo? Aliquid in hac longa mora debet inesse mysterii; inquiram, & propalabo.

Dico igitur primo fuisse hoc ex diuinæ iustitiae promissione, quæ voluit ut spes per octo dierum tempus dilatata incredulitatis Thomæ penas exigatur; Spes enim, quæ differtur, affligit animam: absq; dubio enim tenent Patres expectas; Thomam Magistri sui regressum ad condiscipulos, audièq; eum videre exoptasse, & hac intētione nunquam amplius à reliquis Apostolis discessisse: Ideo Apostoli (ait Ioannes Ferus ad c. Ioann. 20) manent unā congregati; sperantes nempe se Dominum iterum reverentem visuros; & hoc ipsum Thomas illis coniunctus sperabat.

Ligat igitur diuina iustitia, diuinæ misericordiæ, & clementiæ pedes (ut nostro loquamur more) eiusq; gressum comprimit, & retardat, ut exsoluat Thomas suæ deficientiæ poenam, per octo dierum spatium à sui desiderii dilatatione cruciatus.

Optima est in hanc sententiam D. Bernardi doctrina, quam ipse noto sui ingenii acumine aufert à duobus sacrae Scripturæ locis, quæ sibi ipsis vindicantur contrariari; ab illo nempe in primis Abbacuc in cap. 2. vbi agens Propheta de æterni Verbi ad incarnandum descensu, sic ait: Si moram fecerit, expecta eum; quia venies veniet, & non tardabit: quod idem est, ac si dicat: etiamsi ad incarnandum moretur, attamen non tardabit: pungit locus; nonne idem est moram facere, atq; tardare? Maximè: quis poterit inficiari? Quomodo ergo ait Propheta, non tardare Verbum, moram faciens? tardabit ergo, & non tardabit, quod manifesta contradic̄tio est; peracutè

respondet mellitus Doctor ser. 74. A in Cantica: si tardauit ad votum, non tardauit ad meritū. Tardus equidē fuit (inquit) Verbi ad incarnandum descensus, si illum cum audiissimis Patri expectantium desideriis cōponamus; attamē si eundem tardum Verbi descensum, cum primorum parētum reliquorum hominum culpis componimus, à quibus retardabatur iste Verbi æterni ad incarnandum descensus, celerimus equidem fuit, & non tardus:

B tardauit ergo(fateor) & non tardauit, vbi supra: sed tardauit ad votum, non tardauit ad meritum.

Diluit equidem solutio dubitandi fundamentum in initio huius annotationis propositum; cur neimpè per octo dierum spatium tardauerit Christus Dominus in subueniendo Apostolo in incredulitatem lapsi; si namq; Dominus illi per octo dierum spatium tardauit ad votum, non illi certè tardauit ad meritum: composita enim, & comparata octo dierum mora, cum pena, quam tam vehemens incredulitas postulabat, acceleratio est, & non mora; semper enim citra condignum punit Dominus.

Alter verò locus, à quo idem Bernardus aufert propositi dubii solutionem est in cap. 16. Ioannis Evangelii, vbi loquens Christus Dominus de suo ad Patrem regressu, dixit Discipulis: Modicum & non videbitis me; & iterum modicum & videbitis me. Quod si quæras à Beda, quid per hoc modicū intelligat: respondebit se illud tantū triduum intelligere, in quo Christi corpus mortuum iacuit in sepulcro: sequenti enim die, postquam hæc locutus est, crucifixus, & sepultus, per tres ab eorum fuit seclusus obtutibus, ait Beda: at quamquam istius Patris sententia omnino effet indubitabilis, adhuc tempus longum, & non modicum, respectu Apostolorum fuit, qui Magistrum, & Dominū ardenter diligebant, & semper videre exoptabant; nam vt ad cap.

Manifesta
loco contra-
dictio.
Solutio ex
Bern. ser. 74.
in Cant.

Accomoda-
tur loci cōsi-
hiatio dubio
supra posito.

Sep̄t Deus
punit citra
condignum.

Secūdus lo-
cus adductus
à Bernardo
in confirma-
tionē appo-
site doctrine

Ioann. 16.

Beda sententia
circa Christi
verba: modi-
cum & non
videbitis me

Ge-

Prima ratio
istius Chri-
sti moræ in
subueniendo
Thomæ, vt
spes dilatata
culpæ penas
exposceret.

Iean. Ferus
ad c. Ioann. 20

Adducantur
à Bernardo
duo loca op-
posita, & cō-
filiantur in
confirmatio-
nem rationis
apposite.

Abacuc c. 2.
Pungit Aba-
cuc locus.

Quilibet mora experientia grauis ex Aug. ad cap. 29. Gen. Idem Aug. ad cap. Ioan. 16.

Bern. ser. 74. in Cant.

Matth. 26.

Dubibus modis exponitur à Bernardo, quomodo intelligentia sint Christi verba ad Apostolos.

Bern. ubi supra.

Secunda ratio, ob quam Christus Dominus dilatauerit subuenire Tho-

Nimis pungit conscientia gladius, tex Sapient. Proverb. 12.

Genesios 29. Augustinus obseruat: Quilibet mora desideranti longa est; vltra quam quod Augustinus ipse ad caput Ioannis 16. longum valde existimat esse hoc modicum; sic enim ait: Modicum est totum spatium, per quem vita pernolat praesens: ait igitur Bernardus serm. 74. in Cantica: Pie Domine modicum dicas, quod non vident te? Salnum sit verbum tuum Domine, longum est multum nimis: eternitates porius, quam tempora modica videbuntur Apostolis, & si pauci sint eorum vita dies.

Duobus tamen modis docet Bernardus esse considerandum, & componendum hoc Christi Modicum; vel enim (vt ipse ait) potest componi, & comparari, cum ingenti Apostolorum desiderio, quo flagrabat, videndi Magistrum, quem intimè diligebant; vel componi potest cum pena culpa, quam ipsi Apostoli commiserunt, cum ob mortis metum (relicto Magistro in manus persequentium) omnes fugerunt. Si primo modo consideretur hoc Modicum longissimum equidem erat Apostolis; nam (vt loquitur Augustinus) quilibet mora desideranti longa est; Si vero secundo modo consideretur; Modicum quidem tempus est: audiamus Bernardum. Vtrumque (ait) Domine verum, & modicum meritis, & non modicum votis.

Adnoto insuper circa hanc octo dierum moram, quam Christus Dominus intermisit, in subueniendo Thomæ in incredulitatem lapso, id nempe diuinâ iustiam decreuisse, vt ipsummet incredulitatis crimē commissum, à se ipso exigeret sui sceleris penam; nihil enim est, quod atrocius cruciet conscientiam peccatoris, quam ab ipsa crimen commissum; testatur Sapiens Proverbiorum in cap. 12. loquens de unoquoque peccatore lapso in culpā: Gladio (inquit) pungitur conscientia; Ac si dicat: pugno anima, & penam commissę culpę exactor, ipsam est culpa commissa, testatur Regius Psaltes

Psalm. 50. Peccatum (inquit) meum contra me est semper: Quæ Psalmis verba, sic interpretatur Genebrardus; Perpetuo peccatum fero in mea conscientia; quasi pro vindice culpa: Decreuit itaque diuina iustitia, vt per octo dierum spatium ipsam commissa incredulitas à Thomæ conscientia penas exigeret, cumq; die, ac nocte cruciaret, & ideo diuinæ misericordiae acceleratū gressum retardauit.

Afferam in huius doctrinæ confirmationem, expendamque quandam locum Apocalypsis ex cap. 22. vbi inter alia multa, quæ Angelus Ioanni dixit, hoc unum intermisit; Qui in sordibus est, sordescat adhuc: Permaneat (inquit Angelus) in vitiis, qui vitia perpetrauit; miror certè, quod quid simile dicat Angelus; ad quem attinet, quasi ex officio immittere in animū, persuadereque errantibus, vt ad viam iustitiae reuertantur, sequè ad meliorem viuendi rationem conuertant, quod hic Angelus non solum non facit, sed adhuc inuitat, vt permaneat in suis sceleribus, qui commisit; Qui in sordibus (inquit) est, sordescat adhuc; Sed pecto (Angele sancte) quousq; sordescet: Respondet pro Angelo Interlinealis glosæ Author, & ait. Sordescat in propria nequitia iusto Dei iudicio; Ac si dicat, sordescat ad tempus à diuina iustitia præfinitum, in quo sordes ipsæ, quas commisit, sui ipsarum penam exigat à sordiscente; benè ergo respondebit, qui interrogatus dixerit, ideo per octo dierum spatium permisisse Dominum, seu decreuisse permanere in sua incredulitate Thomā, vt incredulitas ipsa sui ipsius penam exigeret, dum cruciaret.

Bonam fateor esse responceñem; ne tamen totum in hoc facto sibi adscribat Diuina iustitia, aliquid in eo tribuendum est Diuinæ misericordiae: nam in possessione est obtinendi, in omnibus Dei factis partem maiorem; vnde necesse est ex sanctorum Patrum dictis,

*Salmo 50.
Genebr. 16.*

*Apoc. 22.
Diliquitius locus.*

*Ibidem.
Dispungitur locus, ex glo-*

sa Interl. iii.

*Tertia ratio,
ob quā tantū tardauit Chri-
stus in subue-
niendo Tho-
mæ.*

dictis, aliam istius octo dierum morationē afferre, ex qua appareat Christi clementia, & pietas; ad quod maxime conductet, in memoriam reuocare illud, quod superius cū Ioanne Fe-ro obseruauimus: permanisse nempē Thomam per omne illud tempus, cū reliquis congregatum, ob spem, & de-sideria, quae habebat videndi Christū; voluit igitur Christus Dominus, vt hæc longa octo dierum mora Apostoli expectantis animū testaretur; com-mendaretq; patientiā, non quia Chri-stus non nouerit, sed vt noscerēt vniuersi; voluit vt omnibus fieret mani-festum, quod, et si incredulus extiterit, nunquam tamen desperauerit; signa namq; manifesta præbet spei optatae rei obtinendæ, qui obtinere confidit, vt ad cap. 7. Iob, magnus Gregorius obseruat: *Nemo, inquit, ardenter exop-tat, quod iudicat impossibile*: aliqua igi-tur credulitatis vestigia in Thomæ pe-
tore perinanserunt, siquidem Christum à mortuis resuscitatum per octo dierum spatium expectavit; vt igitur hæc desideria, spesq; omnibus inno-tescerent, Christus hanc octo dierum morā intermisit, & post dies octo ite-
rum venit.

*Thomas in-
credulus, sed
non despera-
tus.*

*Mag. Grego.
ad cap. 105. 7.*

Apponuntur
& tres aliæ
rationes, ex
Bernardo, ex
quisib[us] Do-
min⁹ differt
desiderata
concedere.

*Ber. in exposi-
tione Psal. 73.*

*Psal. 30.
Genebrar. ibi*

*Dispungitur
locus Psalmi
ex Lyra.*

dictis, aliam istius octo dierum morationē afferre, ex qua appareat Christi clementia, & pietas; ad quod maxime conductet, in memoriam reuocare illud, quod superius cū Ioanne Fe-ro obseruauimus: permanisse nempē Thomam per omne illud tempus, cū reliquis congregatum, ob spem, & de-sideria, quae habebat videndi Christū; voluit igitur Christus Dominus, vt hæc longa octo dierum mora Apostoli expectantis animū testaretur; com-mendaretq; patientiā, non quia Chri-stus non nouerit, sed vt noscerēt vniuersi; voluit vt omnibus fieret mani-festum, quod, et si incredulus extiterit, nunquam tamen desperauerit; signa namq; manifesta præbet spei optatae rei obtinendæ, qui obtinere confidit, vt ad cap. 7. Iob, magnus Gregorius obseruat: *Nemo, inquit, ardenter exop-tat, quod iudicat impossibile*: aliqua igi-tur credulitatis vestigia in Thomæ pe-
tore perinanserunt, siquidem Christum à mortuis resuscitatum per octo dierum spatium expectavit; vt igitur hæc desideria, spesq; omnibus inno-tescerent, Christus hanc octo dierum morā intermisit, & post dies octo ite-
rum venit.

Neque prætermittam tres alias ra-tiones, & causas, ob quas dilatat Deus communicare præsentiam suam ani-mæ exoptanti, quas habet Bernardus in expositione Psal. 73. *Vt augeat, in-
quit, desiderium, vt crescat affectus, vt
exerceatur negotium amoris;* quibus ap-positis, statim addit idem Pater: *Et sa-
nè hoc dissimulatio est, non indignatio:* expendamus vnamquamque, & ad id per quam maximè iuuabit illud Psal-mi trigesimi dispungere: *Quam magna
multitudo dulcedinis tuae Domine, quam
abscondisti timetibus te, vbi Genebrar-
dus loco Dulcedinis tuae, habet, gratia
tuae, & fauoris.* Quæro ergo, quomodo, seu cur appellat Psaltes, *fauorem, &
gratiam Dei,* se timentibus absconde-re? *Vt namque fauor esset, & gratia*

A effet, potius debuit dicere, *Quam re-
uelasti, vel quam communicasti timenti-
bus te;* nam bonum aliquod ab aliquo ab-scondere in eius potius supplicium fit, quam in fauorem, & gratiam; opti-mè dubio satisfacit Lyra noster: *Abs-
condisti, inquit, ad tempus, ut plus de-
siderentur;* ac si dicat: fauor equidem, & gratia est abscondere; non enim abscondit, vt non tribuat, sed vt af-fetuose desideret, quod idem est, atque quod ait Bernardus, vt augeat deside-
rium.

Eodem ergo intentu, quo suam gra-tiam, seu suæ præsentia iucunditatem ab-scondit, eodemmet differt, vt ad Psal. 142. Laudunensis obseruat, pon-derans assiduas, & instantes depreca-tiones, quibus Psaltes Regius Dei au-xilia implorabat, & cūstionem, qua Dominus concedere differebat. Nam primo dixit: *Domine exaudi orationem
meā, auribus percipe obsecrationem meā,* C *in veritate tua exaudi me;* & post quam multa proposuit, iterum ait: *Expan-di manus meas ad te, anima mea sicut terra
fine aqua tibi, velociter exaudi me, & tā-
quam, qui non auditur, ulterius instat* dicens: *Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speravi:* quæ igitur hæc Dei in Davide exaudien-do mōrosa cunctatio est? aut quo pro-tendit: Responder p̄fatus Pater: *Ci-
tò exaudiuit, sed differebat ad inflam-
mandum eius desiderium:* ac si dicat, nemo sit, qui existimet esse Deum no-strum in suis præstandis auxiliis pi-grum, aut auarum; est enim valde ce-ler, & valde liberalis; differt tamen, vt augeat obtinendi desiderium: Ben-d ergo Bernardus ait, hoc non iratum, seu indignatum facere, sed tamquam qui rem facere exoprat; differt tamen, & dissimulat propter commoda, & conuenientias maiores: *Sanè dissimu-latio est, non indignatio.*

Ob easdem has tres rationes, quas assignat Bernardus, putat nonnulli hu-ius Ioannis loci Expositores distulisse Chri-

*Lyra ad Psal-
mi locum.*

*Disquisitur
locus Psal-
mi 142.*

*Ambroſius
Laudunensis
ad hunc Psal-
mi locum.*

*Bern. ubi fid-
latio est, non indignatio.*

Christū per dies octo apparere Thomae: nam secundum Authorem glosæ ordinariæ, id fecit, ut eius se videndi desiderium inflammaret; Non apparuit ei statim (inquit) sed post dies octo, vt accenderetur desiderio videndi Christum; Quod equidem ita cōtigit; vndē nāq; nisi ab hoc ardenti desiderio sancti Thomæ in Magistrum amor cœpit augmentum? vndē nisi ab hoc dilatato desiderio eius fides inualuit? audi Ioannem Ferum; Quo tardius (inquit) credidit, eo ardentius, & audacius confitetur; Dominus (inquit) meus, & Deus meus; Hic noster Deus est, hæc eius pietas, & clementia, vt etiam ex infortuniis, ad quæ diuinæ iustitiæ decreto veniunt homines, illis afferat merēdiationes, & augmenta notissima; cum propter incredulitatem cor frigidissimum habebat Thomas, tunc eius pectus, ita inflammatu diuina pietas, & clementia, fidemque roborauit, vt qui antea non credidit, quia non vidit, nūc etiam credit, quod non videt; Nam (vt ad hunc locum Ioannis Augustinus aduertit) tetigit hominem, & Deum confessus est, dicens: Dominus meus, & Deus meus.

Plus credidit quā vidit
Tho. ex Aug.
ad c. Ioā. 20.

CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

Post dies octo iterum venit Iesus, & dixit Thomæ affer manum tuam & mitte in latus meum.

ANNOTATIO IX.

Tota Christianorum salus ex firma pendet fide, & spe in Deum tantum firmiter collocata.

Abac. 2. Inter omnia, quæ de verbo incarnando prædictum est, non parui momenti illud fuit suæ prophetiæ in

cap. 2. Quia adhac visus procul, & apparet in finem, & nō mentietur; si moram fecerit, expecta eum, quia veniens, veniet, & non tardabit: Ac si dicat Propheta: etiam si spes dilatae animum crucient, si tamen firmæ, & stabiles sunt, ipsum per quam maximè reddunt securum, ideoque moneo, vt nemo ab spe venturi Messiae discedat, neque illius morta fatigetur; veniet enim certissimè, quamquam moretur; super quæ Prophetæ verba pauca dicit Rabbanus, à quibus optimam rationem auferam, ad probandum propositi assumpti veritatem. Ille (inquit Rabbanus) à via veritatis aberrabit, qui spem perdidit; Ac si dicat, vbi primū quis spem perdit, suæ salutis statim viam perdit; idē namque est spem à Deo auellere, atq; perire.

Ad illa mali serui verba Lucae 22. in parabola duorum seruorum: *Moram facit Dominus meus;* Acutè annotauit Beda, nihil aliud in seruo dānasse dominum, præterquam quod spem domini venturi perdidit, sicut & in bono seruo, nihil aliud laudauisse, nisi quod firmiter expectauerit: *Inter vitia mali serui principiè numeratur* (ait Beda) *tardum putasse dominum aduentum, & spem perdidisse;* *inter virtutes vero boni seruiz non citio, sed firmiter expectasse.* Benè equidem non enim tantū consistit salus nostra in eo, quod cognoscamus, confiteamurque Deum esse, & Dominum esse, nosq; eius seruos esse, sed etiam in eo, quod totu

D nostram spem in illum firmiter collocemus, *Oculi mei semper ad Dominum* Psalm. 24. quoniam ipse euillet de laqueo pedes meos; Ac si dicat, in solo Deo spem meam pono, & non vtcumque, sed firmiter, & non mutabiliter, seu ad tempus, sed semper: ita Laudunensis explicat. *Quia perseveranter* (inquit) *spero, euillet ipse de laqueo pedes meos,* & sic in glosa maior. *Non timeo terrena pericula;* quia ipse, in quem intenor, in quem spero, euillet ab eis

Rabban. ad
Abac. locum.

Luca 22.

Beda ad lo-
cum Lucae.

In solo Deo
debemus po-
nere spē no-
strā, & nō
cumque, sed
firmiter.

Interlin.
Glos. maior.

eis animam meam ; Qui igitur in Deo firmiter spem ponit , salutem animæ firmat ; qui verò ab expectatione decidit, periculum, seu naufragium illud incurrit , ad quod nequam seruus deuenit, qui Domini sui aduentum tardum iudicauit, & expectare contempsit ; Cæpit percutere seruos , & ancillas , & edere , & bere , & inebrari , & Dominus dividet eum ; Non poterat ad similes scopos non allidi , qui spei anchoram suspendit, quam in solius Dei pietate debebat semper firmam retinere.

Iam multoties (probabile est) audiuisti in quam procellosam tempestatem , fracta obedientiæ fune , Ionas Propheta deuenerit ; Facta est tempestas magna in mari , & nauis periclitabatur conteri , Ionæ cap. 1. neque in hoc tantum sistit infortunium , ad maiorem namque deuenit afflictionem , à grandi nempè cætu deuoratur , & in eius ventrem includitur, vbi absque vlla vitæ spe omnino permansit. Erat Ionas in ventre cæti tribus diebus , & tribus noctibus : Considera quæso periculum ; perpende calamitatem , quod nam maius naufragium poterat sustinere in nauipo situs Ionas, quamquam ad scopos al lideret ? attamen non fecit naufragium ; quia anchora spei firmatus est in solo Deo positæ ; vt ad hunc locum Theodoretus obseruauit dicens.

Mortuus iam erat Ionas , sed sola spe viuebat ; Firmæ etiam spei , quam in solo Deo posuerat , tribuit Signinensis Bruno homilia de fide, spe , & charitate hunc euentum. Tribus (inquit) diebus , & tribus noctibus de ventre cæti orabat Ionas in illius confidens misericordia , cuius clementiam incusauerat. Tres itaque dies Ionas firmus expe stat? non peribit : qui enim in Domino cogitatum suum firmiter ponit, non naufragatur, non perit.

Rigurosam tempestatem appellata.
Pars 2.

A uit Christus Dominus suam passionem Psalmi. 68. *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. & adeò fuit ingens , ac procellosa tempestas hæc , vt omnes, qui in nauicula incipientis Ecclesiæ transfretabant, commoti fuerint , & turbati ; turbatus est Petrus nauiculæ nauclerus, turbati sunt & reliqui nautes peritissimi , vt sermone 1. de Ascensione Leo Papa aduertit: Mors (inquit) & passio Christi multum discipolorum corda turbauit:*

Ad vnius periurii scopum allidebat Petrus , vbi omnino frangeretur, si suæ lucis radiis diuinus iustitiae Sol illum non illuminaret ; sed Respxit Luca 22. Dominus Petrum , & fleuit amare , Lucæ 22. Reliqui omnes Apostoli expasis velis abierunt , quo sors duxit, & occasio , Relictoque eo omnes fagerunt. Matthæi 26. qui verò periculosius naufragati sunt, Iudas fuerunt, & Thomas ; ille namque ad rupem ingratitudinis allisit, pecuniæque cupiditatis ; iste autem in aliam incredulitatis rupem cœpit incurtere :

*N*on* videro in manibus eius fixuram clavorum , & mittam manum meam in latu*n* eius , non credam, Ioann. 20. at isti opem præstauit spei anchora , quam semper retinuit ille verò naufragatus omnino est , & in frustra concitus, quia defecit illi spei anchora , & tantum funi adhæsit , qua suspensus interiit. Suspensus namque crepuit medium, & diffusa sunt omnia viscera eius. Actuum 1.*

D *de Passione (Prius inquit) Iudas in desperationem transit , quām sacramentum Christus generalis redemptionis impleret : Prius naufragatus est , quām dies aduentaret , quām Sol Oriens à mortisoceano tempestatem sedaret : Nam (prosequitur Leo) pro omnibus impiis mortuo Domino potuisset etiam hic consequi remedium, si nō festinaret ad laqueum : Suspendit itaque Iudas spei anchora , ideo naufragavit,*

Luca 22.

Ionæ cap. 1.

Ibidem.

Ionas naufragiū non fecit, quia in Deo spei an coā firmauit ex Theodoreto.

Bruno bo. de fide spe , & charitate.

Leo Pap. ser. 1. de passio.

Ioan. 20.

Actuum 1.

Leo Pap. ser. 2. de passio.

Idem ibid.

uit, firmatus vero Thoma spei anchora, evasit periculum, & saluus est; A quia nempè Magistrum iterum venturum per octo dierum spaciū sperauit, ad portum adeò securum, adeòque tranquillum deuenit, vt nulla ei amplius potuerit nocere tempestas; ad Christi nempè latus, & ad pretiosissima eius vulnera; de quibus ita consonanter ait Bernardus, sermonē 66. in Cantica. *Vbi firma infirmis requies, nisi in vulneribus Saluatoris? tan-*

Bern. ser. 66. in Canticis.

tò illic securior habito; quanto ipse for-

tor est ad saluandum; fremit mundus;

premit corpus, diabolus insidiatur, non ta-

mencendo.

~~~~~

## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Post dies octo iterum venit Iesus, &*  
*dixit Thomae: affer manum tuam,*  
*& mitte in latus meum.*

## ANNOTATIO X.

*Hac se contractandi permissione om-*  
*nem prorsus à nobis abstulit Chri-*  
*stus Dominus in alienis Diis ido-*  
*latrandi occasionem, denuòque con-*  
*strinxit, vt illum tantummodo a-*  
*memus, & veneremur.*

**E**T si nullo vñquam tempore ha-  
 buerint idolatræ suæ cætitatis  
 excusationem, clariùs tamen videtur,  
 quām turpiter, quāmque pertinaci-  
 ter errauerint, postquam Dominus  
 Deuteronomii in cap. 10. lata lege  
 mandauit, vt ipsi soli inseruissent,  
 ipsumque solum venerarentur, & co-  
 lerent; *Dominum Deum tuum adora-*  
*bis, & illi soli seruies.* Aliquod tam-  
 men videbatur adhuc extare fun-

Deuter. ca. 10.  
Falsum ido-  
latriarum fun-  
damentum.

damentum, vt alienis, & falsis Diis  
 inseruissent, quamquam falsissimum,  
 ac nimis debile: Iste nempè falsos  
 illos Deos, quos colebant visibiles,  
 & palpabiles: Deus vero noster in-  
 visibilis, & qui tangi, ac contrectari  
 minimè patiebatur, nec permette-  
 bat; neque ita tangibilis erat, vt il-  
 lius apprehensa pallii fimbria, dice-  
 re quis auderet. *Deus meus es, subue-*  
Aug. ex Phar-  
Salica Lucani  
 ni misi;

*Vnde profluxit, vt illum*  
 Deum incertum gentiles appella-  
 uerint; vt libro 1. de consensu Euan-  
 gelistarum cap. 30. intulit Augusti-  
 nus, ex illis Poëtæ Lucani verbis in  
 Pharsalica; *Et dedita sacris incerti Iu-*  
*dæa Dei;* Ac si dicat, venerabantur  
 Iudæi, & colebant Deum quendam  
 incertum; optimè autem Augusti-  
 nus: *Quare (inquit) proprie magna do-*  
*cumenta non posuit dicere nullum; di-*  
*xit incertum;* Adeò evidentia erant  
 Dei nostri signa, vt à nemine nega-  
 ri posse, esse Deum quem colebat  
 Iudæa; quia tamen oculis non con-  
 spiciebatur, neque contrectabatur  
 manibus, Deum incertum appella-  
 uere gentiles; Deum itaque fateban-  
 tur, sed certæ cuiusdam naturæ, non  
 autem hominum naturæ consimilem,  
 & congruentem.

Neque gentiles tantum error iste  
 obcœcauit, ab eodem namque &  
 Iudæi decepti dixerunt Aaroni Exo-  
 di 32. *Fac nobis Deos, qui nos præce-*  
Exodi 32.  
*dant;* Ac si dicerent, Deum istum,  
 quem Moyses frater tuus nobis præ-  
 cipit venerari, & in quem totam no-  
 stram spem docet collocare in diu-  
 turno hoc, & fastidioso itinere, non  
 Deus est nostræ indigentia, & ne-  
 gotio congruens, & conformis; in-  
 digemus enim Deo quodam, qui in  
 itinere labentibus manum porrigat,  
 & qui iter, quo securi gradiamur,  
 ostendat, at Deus iste, nec tangi pati-  
 tur, nec videri. *Fac igitur nobis Deos,*  
vbi supra.  
*qui nos præcedant.*

Est

*Actuum 17.* Est locus quidam Actuum Apostolorum in cap. 17. ex quo manifeste patet ab hoc fundamento profluxisse hanc omnium idolatrantium cæcitatem, crassissimumque errorem, Referens namque ibi contextus sacer, quæ Paulus Atheniensibus predicauerit circa vnius aræ titulum, quæ illic erat; *ignoto Deo*, habens pro dedicationis inscriptione; ait igitur sacra pagina, ex hac inscriptione intulisse Paulum, Deum illum innocentum esse Deum verum, in quem credere tenebantur, quamquam ipsum

manibus, vsque tunc non contractauerint; quia quamquam non palpauerint, nec viderint, tamen inter vnu quemque eorum habitabat; vnde non illis amplius contigeret, ex eo pro verò Deo non habere, quia non contractabant, sicut reliquis idolatis cōtingebat;

*Si fortè attractent eum (supple) inquirunt, vt inueniant; quamvis non longè sit ab unoquoque nostrum; in ipso enim mouemur, & sumus* (ait Apostolus:) ac si dicat, non vos obcæcare patiamini ab errore Iudæorum, reliquorumque idolatrarum, qui quia manibus Deum non contractabant, nec oculis intuebantur, ad Deos argenteos, & lapideos, quos præ manibus habere poterant, cōuertabantur, illosque colebant; quamquam enim Deus iste, quem innotum appellatis, oculis non intueatur, & manibus non contractetur, nobis tamen vitam confert, esse, & subsistere.

Ex ingenti adhuc pretio, quo Iudei (pecuniæ deditissimi cum fuerint) Deum visibilem sibi compararunt, clare perspicitur, quod ex eo, quod verus eorum Deus visibilis, ac tangibilis non erat, illis maximè dispicebat; siquidem, vt Deum suæ voluntati congruentem possiderent, omne aurum, omneque argentum, quod possidebant, impenderunt. *Tollite* (inquit Aaron, vt eos à proposito au-

Pars 2.

A caret) *inaures aureas de uxorum, at filiarum vestrarum auribus*; Et statim ait sacra pagina, quod libentissime fecerint. *Fecitque populus, que iussæ erat defrens inaures ad Aaron*; Quam rem (vt Augustinus existimat) impossibilem iudicauit Aaron; plus (nempè) voluisse auaros, aurique, & argenti homines cupidissimos, ac mulieres suis diutius priuari, quam Deum visibilem, tangibilemque non habere; *Difficilia præcepit Aaron*, (ait Augustinus) *vt illos ab ea intentione reuocaret*.

B Minori tamen labore, pretioque minori, obtinuit Ecclesia Deum visibilem, & tangibilem possidere; Synagoga namque consumptis inauribus non obtinuit; at Ecclesia Deum visibilem, insuper, & palpabilem adæpta est, quem oculis vidit, manibusque contractauit, nonnè testatur Ioannes primæ epistolæ cap. 1. *Quod perspeximus, & manus nostra contractauerunt de verbo vita, &c.*

C Quibus Ioannis verbis improprietat Augustinus Synagogæ suam cœcitatem, & incredulitatem dicens: *Erat Christus, & vita, Aug.ad hunc & verbum ab initio, sed non manifestatus hominibus*; nunc autem *& oculis visus, & manibus contractatus*. Ac si dicat Augustinus, æquè erat verbum (Synagogæ tempore) Deus, atque nūc est, æquè hominum vita, atque nūc, tempore nempè Ecclesiæ; at Synagogæ filiis minimè se manifestabat, neque se ab illis contractari sinebat; at verò Ecclesiæ filiis se quotidie manifestat, & ab illis manibus contractari congaudet. Testetur Thomas, quem Dominus ad contractandum inuitauit, dicens. *Affer manum tuam, & mitte in latas meum*: *Testetur & cæteri eiusdem Thomæ conscipili, ad quos idem Dominus ait, Palpate, & videte, quoniam spiritus caro non habet, sicut me vide-*

Facillimè obtinuit Ecclesia Deum tractabilem possidere.

*Ioan. 1. epist. cap. 1.*

*Aug. ad hunc Ioan. locum.*

*Ioan. 20.*

*tis habere. Ac si dicat Thomæ , cæterisque Apostolis ; omne iam incredulitatis , & alienos Deos colendi fundamentum , quo maiores vestri idolatrare consueuerunt , à vobis aufero , dum me non solùm viuendum , sed manibus contractandū præbeo : Affer ergo Thoma manum tuam , & mitte in latus meum , & noli esse incredulus , sed fidelis. Nullus equidem perfidiæ locus dubitandi relinquitur , ( ait Nazianzenus Gregorius ) inuisibile enim vidimus , & quod à sensibus nostris omnino separatum erat , & omnino intangibile , oculis vidimus , & manibus contractauimus.*

*Ioan. 20.  
Nazian. Greg.  
ad c. i. prima  
Ioan. epist.*

### CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Affer manum tuam , & mitte in latus meum.*

### ANNOTATIO XI. C

*Adeò fuit intensus amor , quo Christus pro nobis mortuus est , ut si unus tantum peccaret pro uno tantum moreretur.*

*Zachar. 1.3.*

**A** dinuenit sanctus Martyr Bertarius propositi asserti probationem , dum libro suo quæstionum in vetus , & nouum testamētum , quæstione 64. locum illum Zachariæ cap. 13. disquisiuit ; *In illa die* ( inquit Propheta ) *erit fons patens in ablutionem peccatoris , & menstruatae* ; Factus erit ( inquit ) Christus Dominus in die suæ passionis fons patens , qui quinq; per foramina emittet sui pretiosi sanguinis licorem ad peccatorem , & inmundam ablwendam ; exquirit igitur , & expendit præfatus Martyr Prophetæ verba , & ait ; quid hoc

**A** est , quod ait Propheta , quod ad unius tantum peccatoris , & ad unius tantum peccatricis maculas ablwendas effundet Dominus sanguinem suum ? nonnè patentem fontem appellat ipse Christum Dominum ? *Erit* ( inquit ) *in illa die fons patens* ; Fons sa-

*Expendit  
Prophetæ lo  
cus à Beria.  
dub. 04. cx ve  
teis testa-  
menti.*

nè , qui omnibus patet , in omnium commodum aquas suas emittit , & non ad unius tantum ablutionem , sed omnium ; Nonnè ipse ait , Ioannis 3. *Proprio filio suo non pepercit , sed* *Ioan. 3.* *pro omnibus tradidit illum* ? Si ergo hu-

**B** ius pretiosissimi sanguinis vnda pro omnibus oblata est , quomodo ad unum tantum peccatorem , & ad unam tantum peccatricem ablendum eius vim restringit Propheta ? Nonnè aliter sensit Ioannes , dum de eodem fonte loquens dixit Apocalypsis in capite primo : *Qui lauit nos à pecca- Apocal. 1.*

*tis nostris in sanguine suo* ? Quid igitur ad unius tantum peccatoris , &

ad unius tantum peccatricis ablutionem determinat Propheta , quod omnibus commune est ? vel patentem igitur fontem non dicat , vel si patentem dicit , ad omnium peccatorum ablendas maculas , eius virtutem , & aquas dilatet : Apponit Bertarii verba ipsissima : *Si ad* *Bert. ubi sup.* *unius* ( inquit ) *tantum peccatoris , &* *tantum ad menstruatae unius ablutionem Christi sanguis effusus est ; solus* *David peccator , & sola Magdalena* *carnis spurciis infecta mundabitur.* At statim Prophetæ mentem , verbaque interpretatur Bertarius , & ait . *Non ideo dixit , ac si omnibus non abundè sufficeret Christi sanguis , sed* *ut ostenderet , tanto affectu sanguinem suum pro unoquoque nostrum , ac pro omnibus effudisse.*

Consentit cum hac Bertarii interpretatione , illa altera , quam affert Ioannes Chrysostomus , ut Pauli *Paul. ad Gal. latas cap. 2.* verba explicet , ad Galatas capite secundo : *In fide* ( inquit Apostolus )

*vnuo*

vino filii Dei , qui dilexit me , & tradidit semetipsum pro me . Zelotypis A

de vnius , atque de omnium salute latatur.

Optimam deducit eiusdem asserti probationem Bruno Episcopus homilia de bono Pastore , Ioannis 10. componens hæc Christi verba , Ponit in humeris suis gaudens , cum illis Esaia cap. 9. Factus est Principatus super humerum eius : ait igitur præfatus

*Lucas 15.  
Esaia 9.*

Pater ad portandos omnes nos , qui per Principatum designamur , & ad

Componit  
Signiniensis  
Bruno loca  
hæc , & disqui  
rit homil. de  
bono Pastore.

omnium peccata portanda vnum tantummodo humerum supponit , factus

(inquit) est Principatus super humerum eius , & ad vnam particularem otium

asportandam vtrumque supponit humerum , ponit in humeris suis gaudens ? quid hoc est ? & ex Christi in-

tentione parabolam proponentis res-

pondet idem Episcopus ; Hic parabo-

la scopus , nempe ostendere , se non mino-

ri affectu , pro uno tantum , atque pro uni-

uersis crucem , & mortem subiturum , si

vnu tantum indigeret , & eo laboriosius ,

qua cuiusque peccatum periculosius . In

quem etiam sensum veniunt ea , quæ

in eiusdem Parabolæ explicatione

habet Chrysostomus , & in exposizio-

ne capitinis 2. epistolæ ad Galatas . Ovis

(inquit) quæ fuit à nonaginta nouem latis .

*Chrysost. in  
expositione c.  
2. epist. ad Ga-*

rationibus , & verbis loquitur Chrysostomus cum Paulo , aitque . Quid aici-  
cis , o Paule : communia propria tibi vedi-  
casque pro toto terrarum orbe facta sunt , tibi facis peculiararia ? & statim di-

bitationem diluēs , ait Chrysostomus ; Hoc dixit , quia non recusaturus erat Christus , vel ob vnum tantum exhibere dispensationem ; adeo enim singulum quemq; ho-

minum pari charitatis modo diligit , quo diligit orbem uniuersum . Locutus igi-

tur secundum Chrysostomi mentem est Paulus de Christi affectu , non de

facto nam de facto , non pro Paulo tā-  
tum , sed pro omnibus nobis mortuus

est Christus ; at tantus fuit eius in vnu-  
quemq; affectus , ut pro vno solo mo-

rereretur , si vnu solus peccaret : nona-

ginta & nouem oves lucrauerat iam

bonus Pater , quas securè possidebat ;

videns autem , quod adhuc vna restabat , errans in anteriora solitudinis , lu-

porū vngulis exposita , diligenter quæ-

suit , gaudens adiunxit , & super hu-

meros portans ad ouile reduxit . Nō-

nē (quæro) pastori bono sufficeret no-

naginta nouem oves , quas possidebat ?

ad quid tantum amplius laborem ex-

pendit , ut vnu acquireret ; & ad quid

pro vna tantum acquirenda , atq; pro

multis æquè fatigatus est ? & æquè de

vnius , atq; de omnium acquisitione

latatur ? Quis ex vobis homo , qui habet

centum oves , & si perdidet vnam , nōn

dimitit nonaginta nouem in deserto , &

vadit ad illam , quæ perierat , donec inue-

niat eam , & cum inuenierit , ponit in hu-

meris suis gaudens . Respondet ad du-

bium Salmeron in interpretatione hu-

iuis parabolæ , & ait . Continet hoc Eu-

angelum morem Domini Iesu , qui non so-

lum ei secundum humanitatem , sed etiam

secundum diuinitatem maxime conuenit

benignitatis scilicet , & clementiae , quam

in eo præcipue ostendit , quod tam pro vno

laborat , quam pro omnibus , tantumque

Pars 2.

*Chrysost. ad  
Pauli locum.*

*Idem ibid.*

*Matth. 16.  
Luca 15.*

*Disquiritur  
parabolæ my-  
steriū à Sa-  
lmerone su-  
per eandem  
parabolam.*

*Salmero ubi  
supra.*

B

C

D

L 3 fun-

*Chrysol. Pet. serm. 91.* fuderunt ; ita Chrysologus sermone 91. Neque minus ad rem Augustinus in soliloquiis : *O bone Iesus, qui sic curas singulos, ac si vates à singulis!*

### CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Affer manum tuam, & mitte in latus meum.*

### ANNOTATIO XII.

*De effectibus, quos Christi vox, & eius sanctissimæ carnis, pretiosissimique sanguinis contactus in anima sancti Apostoli Thomæ effecerunt.*

*S*Atis equidem tepida, satis langens, & frigida erat sponsæ anima in sui sponsi amore, quando ipsi ad ostium pulsanti, respondit Cantorum in capite 5. *Explorani me tunica mea, quomodo induar illa à laui pedes meos, quomodo inquinab illos?* Responso enim hæc animi est, absque dubio pigri, languentis, & frigidæ, atque in sui sponsi amorem parum, aut nihil accensi: tulerat sponsus noctis rorem, atque gelu rigorem; vt ipse testatur dicens: *Aperte mihi soror mea; quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.* Illa vero veretur pro illius benevolentia tunicam induere, & pedes coinquinare; euidentissima equidem hæc signa fuere frigidæ, atq; langentis dilectionis: existimo ramen, id sponsi amorem voluisse, & exoptasse; vt mirabiles vires suas ostenderet, effectusque inauditos; euentus rei meam confirmat opinionem; vt autem clarius procedam in enodando, quod dico; adnoto ex

*Cant. cap. s.*

*Vbi supra.*

Mirabiles vires suas ostendit amor diuinus, dum frigidū peccatum inflamat.

Appenio ad hunc Canticorum locum; prius sponsum pulsasse absque eo, quod ad aperiendum sibi sponsam propria voce incitasset: *Non dum vocem emiserat sponsus* (ait Apponius) *sed tantum pulsauerat manus;* quando ab sponsa audiret. *Spoliaui me tunica mea,* quomodo induar illa à laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Quod clare infertur ex eo, quod vbi primum sponsus loquutus est, statim dixit sponsa: *Vox dilecti mei pulsantis;* quo *vbi supra.* præannotato, existimo ita dispositus se sponsum, vt mirabiles sui amoris effectus commendandi daretur occasio; prius manu pulsat, vt sponsæ tarditatem, & inertiam patefaciat; postquam vero patuit, quam esset somnolenta; & iners, loquitur, vt inflammet, & excitet vox nota dilecti, quam manus ignota non incitauerat; excitauit namque statim, vt nota sponsi vox fuit. *Vox* (inquit) *dilecti mei pulsantis;* Excitauit (inquam) & inflammauit, ac liqueficer fecit. *Ibidem.* *Animæ* (inquit) *mea liquefacta est,* dum sponsus loquutus est. Quid hoc est (peto) sponsa? non adhuc ita langens, frigida, ac pigra eras, vt ad aperiendum terram tangere, pedesque inquinare formidaueris? quomodo nunc tam breui temporis interuallo accensa, & inflammata es, vt liquefieri animam tuam, & quasi deficere fatearis? & non ostium tantum, sed & præcordia sponso patefeceris? *Vox* (inquit) *dilecti mei* *vbi supra.* *pulsantis:* vbi primum namque loquutus est, statim anima mea liquefacta est. O diuini amoris vires mirabiles! ò inauditos diuinæ dilectionis effectus tarda molimina nescientis!

Quis autem est, qui non videat, *comprobatur supra posita doctrina in Thome* hæc omnia in Thomæ anima comprobari, erat namque ab incredulitate frigida, erat ad credendum sui Magistri resurrectionem obdurata,

ac

*Leo Pap. ser 1 de ascensione.* ac tepida (vt sermone 1. de Ascensione adnotat Leo Papa) Quidam (inquit) diffidentia torpor obrepserat. Fuerunt mulierum voces, quæ Domini resurrexisse nuntiarunt, quædam quasi manus percusiones; fuerunt item & voces aliorum Apostolorum dicentium se vidisse Magistrum; sed adhuc non erat, vox dulcet: pulsans; ideo frigida, & obdura ta permanxit, & aperire recusauit, dicens, Non credam: at vbi primum audiuit propriam dilecti vocem dicentis, Affer manum tuam, & mitte in latus meum;

*Ivan. cap. 20.*

*Ibidem.*

*Ibidem.*

*Gilib. Abbas sermon. 44. in Cantica.*

liquefacta, & inflamma ta statim dixit; Dominus meus, & Deus meus. Hac mihi vox nota (ait Gilibertus Abbas sponsæ mentem interpretans sermone 44. in Cantica) hec mihi grata, ad alias obsurdesco voces, ad hanc expurgat: etasum statim; & cum sonuit in auribus meis, exultaui pœ gaudio; Omnes equidem diuinæ vocis effectus mirabiles in Thomæ animo patenter agnosceret, qui eius cum Christo euentum deuotè, ac piè considerauerit.

Prosequor argumentum, ex quadam eiusdem Giliberti interrogatio ne, quam facit sponso ad sponsæ ostium pulsanti, seu Christi ad unius animam considerans: Ut quid Domine (inquit) ab illa expostulas, quod tu ipse sibi præstare poteris, qui es clavis David, qui aperis, & nemo claudit? apparitio tua apertio est, appare, & aperi; Ne tamen fatigeris (ex postulo) deuotus Abbas! totum namque Christus ipse facit, & pulsat, & aperit; idem enim est expostulare, vt sibi aperiatur, atque si aperiat ipse; Non enim finit diuina presentia, (vt tu ipse fateris) sibi claudi, dum ipsa coruscet. Quis adeò proterius est, qui audeat inficiari, fuisse istius Davidis clavis effectum patentem ingressum, quem rigidè clausa Thomæ anima Magistri voci præbuit, illico

vt audituit, dicens, Dominus meus, & Deus meus.

Dux fuerunt in præsenti euentu claves; prima, & præcipua fuit Christi vox, & præsentia, quæ Thomæ pectus admodum clausum, illicet, vt ad fuit, adaperuit; altera vero clavis fuit manus Apostoli, quæ Christi pectus patefecit; utrumque vnde pectus adapertum permanxit. Affer manum tuam, & mitte in latus meum; Ecce Christi pectoris adapertio: Dominus meus, & Deus meus: Ecce adapertum Thomæ pectus.

Duplex clavis in aperiendo obstinatum pectus Apostoli, & qualis vnaquaque.

In hoc even tu duplex pe chtus adapertum Thomæ, & Christi.

Impensius adhuc perpendere placet effectum hunc, quem in eius anima sponsa fatetur effecisse sponsi sui vocem, ut appareat clarius effectus, quem in anima Thomæ effecit Christi vox, & eius præsentia. Inquirens præfatus Abbas loco citato, quid sit animam liquefieri, seu quid sit anima liquefacta, ait. Idem est, anima mea liquefacta est, atque dicere, cresens facta est; currens facta est, clarescens facta est; Sumpta nempè metaphora ab effectibus, quos ignis facit in cera, quam liquescere facit; extenditur enim cera, dum liquescit, & accrescit quodammodo; curritque, ac redditur clarior; (vt ad Psalmum 21. Cassiodorus obseruat, dicens: Cera lucens redditur, cum calore resolutur).

Quid sit anima liquefacta, ex Gilib. serm. 44. in Cantica.

Effectus tres quos ignis facit in cera.

Cassiodor. ad Psalm. 21.

Omnes igitur hos effectus in anima sponsæ fecit sponsi vox; fatetur ipsa dum ait. Anima mea liquefacta est, dum sponsus loquutus est. Ac si dicat, tam ingens fuit lætitia, tantumq; gaudium, quod ex spōsi voce anima mea percepit, ut præ iucunditate intra se ipsam capi non valuerit. Hæc enim methodus est explicandi, significandique magnam aliquam lætitiae iucunditatem, qua Origenes vñs est, vt ingētem lætitiam significaret, quā de sui Magistri resurrectione Magdalena percepit, dicens hom. de Resurrectione: Erat pœ gaudio extra se; vnde

Modus summae lætitiae explicadæ ex Orig. hom. de resurrectione.

*Idem Gilib. ubi supra.*

*Idem ibidem*

*Ivan. 20.*

de idem Gilibertus ad illud verbum *accrescens*, addit hæc: *super se*.

Quid amplius contulit sponsæ animæ vox dilecti, illam celerem reddit ad quærendum sponsum: *Currens ad ipsum effecta est, per vocos, & plateas usque dum inueniat*, (vt ipsa testatur) qui quidem effectus notissimus in dilectione est; nouit optimè Augustinus, & testatus est in suo de natura dilectionis, dum ait: *Verus amor desiderio currit, gaudio acquiescit*.

*Augu. de natura dilectionis.*

*Ioan. c. 1.*

Clara tandem sponsæ anima ab spōsi præsentia, & voce redditæ est, *Clarescens ab ipso*, (ait idem Gilibertus) illuminauit namq; illam Diuinus iustitiæ Sol suæ lucis radiis: quid mirum? cum illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum; ex minima itaque, atq; inter syndones arcta sponsa, crescētem reddidit sponsi vox super se; ex frigida, & pigra celerē reddit, & currentem ad ipsum; ex nigra, & tenebrofa reddit clarescentem ex ipso.

Eosdem etiam effectus in anima Thomæ effecit diuina vox, & præsentia; adeò enim antea angusta erat, & arcta, vt eius resurrectionem capere non valeret, sed diceret, *non credam*: at adeò ampla adeoque dilatata est Christi præsentia, vt nō tantum Christi humanitatem resuscitatam capiat, sed & Deificatam; *Dominus*, inquit, *meus, & Deus meus*: erat astricta, & coangustata gelu incredulitatis; at creuit super se præsentia Diuini Solis: Erat eodem prædicta torpore; at gratiæ feruore celerrima facta est, & currit ad ipsum, dicēs: *Dominus meus, & Deus meus*: erat eadem incredulitas nube obducta, & tenebrata; at vbi primum ante eius oculos Sol Christus apparuit, clarescere statim cepit ab ipso, ita ut diuinitatem humanitate velatam aspicerit, dixeritque; *Dominus meus, & Deus meus*.

Addam in concionatorum gratiam ad huius tractatus calcem dubium

quoddam, discutiamq; quod occurrit, A dū diuinæ vocis viam, & effectus, quos in Thoma, effectus cogitare; quamq; Christi carnis contactus efficax fuerit, ad illius cor in melius immutandum, perpendere, atq; simul considerans, quid Iudæ contigit, qui eandem voces tatiæ audiuit, & qui eiusdem Christi carnis contactum in communiori opinione expertus est: audiuit namq; vocem illam Christi ab imo eius pectoris emissam *Ioan. 13. Vos mundi estis, sed non omnes*, quibus verbis significavit, quantum ex istius traditoris discipuli perditione eius animus angebatur; illisq; vt istib; usus fuit, quibus pulsabat cor eius induratum, vt diuinæ gratiæ aperiret, intrare cupienti, & illuminare, atq; à nefario conatu reuocare exoptanti.

B Audiuit postea iterum eandem Christi vocem dicetem sibi: *Amice ad quid venisti*, quæ vel æneum peccatum poterat emollire, ac liquefacere; quamquam enim Diuus Augustinus, & Laudunensis Ambrosius existiment ironicè ibi locutum fuisse Dominum, dū Iudam *amicum appellauit: Oscularis*, (inquit Augustinus Christi mentem interpretans) & *insidiaris: amicum frangis, cum sis proditor?* Cyrillus tamen ad cap. *Ioan. 13.* atq; Ioannes Chrysostomus homil. *70.* in eundem Ioannem existimant, non ironicè, sed intimo sui cordis affectu Iudam amicum appellasse Christum Dominum, offerendo adhuc illi amorem suum, & amicitias;

C D ad hunc namque scopum omnia hæc verba Christus iactabat, vt scilicet Iudas resipisceret, vt clare ostendunt verba glofæ ordinariæ; quæ explicans illa *Ioan. 13. Iesus autem turbatus est spiritu*; Addit hæc: *Iudea vicem dolens*.

Dubito igitur, dū diuinam vocem, eiusque sanctissimæ carnis contactum circa Iudam, & circa Thomam video operari, de effectibus diuersis, quos in utroque

*Ioan. 13.*

Inquiritur ratio, & causa, ob quam Christi vox, & eius carnis contactus nō effecterint in Iuda, quod in Thoma.

*Math. 26.*

Quid senserit Augustinus, & Laudunensis de verbis Christi ad Iudam in horto.

Quid Cyrillus, & Chrysostomus.

*Ioan. 13. Glofæ ibi.*

*Ioan. 20.* vtroq; effecit : dubito de ratione , & causa , ob quam vox illa efficacissima ab ardenti Christi pectore emissa, cor Iudæ non demulserit , à qua Thomæ anima , vt audiuit , *Liquefacta est* , & statim dixit : *Dominus meus* , & *Deus meus* : acrescit dubitādi difundamen-  
*Judas in cō-*  
*muniori opi-*  
*nione Eucha-*  
*ristia sump-*  
*fit.*  
*Actuum 1.*  
*Ad dubitationem tamen respon-*  
*dendū existimo, vocem Christi, eiusq;*  
*dilectionem quasi lasseſſitam cum Iu-*  
*da, qui obstitit egisse strenue, cū Tho-*  
*ma vero, qui non restitit, egisse elemē-*  
*ter, misericorditer, & suauiter; strenue*  
*se gesserat in illa die Diuinus amor,*  
*vt patet ex Ioannis verbis cap. 13. Cum*  
*dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in fi-*  
*nen dilexit eos: quæ Ioannis verba ſic*  
*habet Græcus contextus : Cum dile-*  
*xifſſet, &c. in victoriam, ſeu victorioſe*  
*dilexit, & congruenter quidem: nam*  
*de Deo ipſo victoriam reportauit, vt*  
*optimè ait Bernardus ferm. 65. in Cā-*  
*tistica: Triumphat, ait, de Deo amor: vo-*  
*lens ergo Iudas rerefere victori dilec-*  
*tioni, eius vires expertus eſt, dū cre-*  
*puit medius, verecūdata quippe quo-*  
*dammodo dilectio eſt, quæ in Deum*  
*præualuit, ex eo quod non præualue-*  
*rit in Iudam ingratum; aut igitur ait,*  
*emolliam, & liquefaciam Iudæ cor in-*  
*duratum, aut faltem in mille fruſtra*  
*conſcindam; strenue igitur ſe gerens*  
*cōſcindit; nā ſuspensus crepuit medius,*  
*Tetigit reſpoſionem Chrysost. ho. 70.*  
*in Ioan. Contemplate, inquit, poſt quam*  
*Iudas dilapsus eſt, quantum habuit anxi-*  
*lium, quamq; euidentis Diuina in ſe dilec-*  
*tionis documentum : Dixit ad eum Ie-*

*sus, unus veftrum diabolus eſt: Dixit*  
*A mundi eſtis, ſed non omnes: Dixit, qui*  
*intingit mecum manum in paroſide, hic*  
*me tradet, & nihil orum ſenſit; unde la-*  
*queo ſuſpensus eſt, crepuit medius, & diſ-*  
*fusa ſunt omnia viſcera eius.*

*Longè aliter Thomæ negotium a-*  
*etum eſt, incredulus erat, fateor, obſti-*  
*natus erat, fateor; at vbi prium Dei*  
*mifericordiæ vexillum ſuper ſe ere-*  
*ctum conſpexit, ſtatim binas dedit in*  
*vincula manus, & ad Christi pedes*

*B conſternatus exclamauit, dicens: Do-*  
*minus meus, & Deus meus: cognouit*  
*Dominus figmentum ſuum, & miſer-*  
*tus reparauit lapſum, atq; reformauit*  
*concuſſum; extendit manum ſuam, &*  
*tenuit manum eius, ne irreparabiliter*  
*caderet, dicens ei: Affer manum tuam,*  
*& mitte in latus meum. Surgit Disci-*  
*pulus, dum ad pedes Magiſtri cadit,*  
*dicens: Dominus meus, & Deus meus.*

*Ibidem.*

*Ibidem.*

*Fuit inſuper cordis Thomæ emol-*  
*litio Christi ſanguinis quem in vulne-*  
*ribus tetigit effectus ſpecialis: lapides*  
*contriuſſe affirmant aliqui cuiuſdam*  
*vermis ſanguinem, dum locum illum*

*Christi ſan-*  
*guis emolliit*  
*lapides, id*  
*eſt, corda la-*  
*pidea.*

*3. Reg. cap. 6. exponunt: Domus autem*  
*en adiſſicaretur, de lapidibus dolatis, atq;*  
*perfeciſſis adiſſicata eſt, & malleus, & ſe-*  
*curis, & omne ferramentū non ſunt audi-*  
*ta in domo, en adiſſicaretur; maxima in-*

*3. Reg. cap. 6.*  
*Disquitur*  
*locus.*

*ter Patres diſſentio eſt, circa locum;*  
*non facile enim intelligunt, quomo-  
 do dolari poſſint lapides rigiſſimi, abſ-  
 que ullo malleorum, ſecuriumq; ſtre-  
 pitu; variè respondent varii, quorum  
 opinionum ſtrepitu ne, etiam audia-  
 tur, miſſum facio, & adhæreo Lyræ  
 opinioni, qui ex Rabbiniſorum iudicio  
 ſie ait: Muli dicunt, quod lapides illi  
 inſandebātur ſanguine cuiuſdam vermis  
 habente ad hoc virtutem, ſicut lapis dia-  
 mantinus ſcinditur ſanguine byrſi: ma-  
 ximum equidem in hac ſentētia noſ-  
 co myſterium; ſcinduntur lapides, &  
 emollescent in templi ſtructura ſan-  
 guine vermis? Quid igitur mirū, quod  
 emollescerit ſecondi templi funda-*

*Templi Salo-*  
*monis la-  
 pidés dolatiſſa-  
 guine cuiuſ-  
 dam vermis,  
 ex Lyra ad  
 hunc locum.*

*D*

*Text. Grac.*  
*ibidem.*

*Ioan. 13.*

*Praualuit a-*  
*moi in Chri-*  
*ſtu ex Bern.*  
*fer. 65. in Cā.*

*Actuum 1.*

*Io. Chrysost.*  
*homil. 70. in*  
*Ioan.*

mental is lapis Thomas illius vermis sanguine, qui per os Dauid de se dixit Psalm. 21. *Ego sum vermis, & non homo;* Sanguini igitur Christi tribuenda est Thomæ mollificatio, quem vbi primum tetigit, statim dixit: *Dominus meus, & Deus meus.*

Ne denique in hoc Thomæ euentu aliquid desideretur circa peculiarem hunc fauorem, quo Christus eum prosequutus est, suum nempè pectus illi prebuisse contractandum, pauca quædam annotabo: & illud in primis tunc fuisse completum dico, quod suæ prophetiæ in cap. 66. tempore Messiæ vœturi complendū prædixerat Esaias: *Ecce inquit Propheta in nomine Christi declinabo super Hierusalem, quasi fluuium pacis ad Vbera portabimini; quomodo si cuiusvis mater blandiatur, ita ego consolabor vos, videbitis, & gaudebit cor vestrum, & cognoscetur manus Domini seruis suis.* Intermitto aliqua verba intermedia, ne multus sim, & quia ad verum loci sensum omnino necessaria non sunt, neque ad eius intelligentiam requiruntur. *Ecce ego declinabo super Hierusalem, quasi fluuium pacis,*

ait Dominus per Esaiam; sic in hoc euentu fecisse, ut promiserat, testatur Ioannes, dicens. *Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis, Pax vobis:* Quod cum essent discipuli in Hierusalem congregati ianuis domus, fenestrisque clausis venerit Christus, & primum omnium diuinum os aperuerit, pacemque omnibus dederit, ecce iam completum; quo ad hanc partem, Esaiæ vaticinium: *Declinabo super Hierusalem, quasi fluuium pacis:*

Fluuium pacis promiserat; pacem omnibus donat; non ad vnum aquæ fluëta coarctantur, neque Christi reconciliatio, & pax ad vnum tantum terminatur; vnde non tantum Petro, non Ioanni tantum pacem obtulit, sed omnibus, dicens, *Pax vobis:* Nam illius sanguinis effusio, mediante qua remissio facta est, adeò copiosa, adeòq;

superabundans fuit, atque sunt copiosissimi cuiusdam fluminis aquæ, quæ continuo emanare non cessant; vnde optimè quadrat huic Christi sanguinis effusione, illud Dauidicum Psalm. 64. *Flumen Dei rpletum est aquis;* & illud Psalm. 45. *fluminis impetus latifiat civitatem Dei:* Ad copiosam namque Christi sanguinis effusionem accommodat Cassiodorus hæc Psaltis loca: dicens, *Bene Christi sanguinis effusio plenissimo fluuiio comparatur, non enim aliqua siccitate potest imminent, quia potentibus crebris nescit expendi: mundialis aqua, ut imbris accipit augmentum, aut siccitate defecum:*

*Dei vero fluuius semper plenus, semper aequalis est; Fluminis impetus latifiat civitatem Dei:* Tam ergo per Dei civitatem Hierusalem intelligas, quam Ecclesiam, quæ tunc illorum tantum numero, qui in sancto coenaculo clausi erant, complebatur; semper erit verum dicere, quod latificauerit Dei civitatē istius fluminis impetus, id est, Christi sanguinis copiosa effusio; nam *gaui si sunt discipuli viso Domino:* Cum autem pax inter æternum Patrem, & homines esse non possit, (vt cap. 9. epistolæ ad Hebræos attestatur Paulus) *sine sanguinis* (inquit) *effusione non fit remissio;* Cum tam copiosa sanguinis Christi effusione, copiosa etiam remissio facta est; & quia ad remissionem sequitur reconciliatio, & pax; inde fuit, quod effuso Christi sanguinis fluuiæ, cōmunicetur nobis, & effundatur super nos flumen pacis; completum ergo in hoc euentu, de quo agimus vaticinium Esaiæ fuit; *Declinabo super Hierusalem, quasi fluuium pacis,* cum omnibus suis Apostolis, & discipulis congregatis Christus dixit. *Pax vobis.*

Quod deinde promittebat, Esaiæ vaticinium expendamus; *Ad Vbera* (inquit) *portabimini, & sicut cuiusvis mater blandiatur, ita ego consolabor vos:* vbi sic habet glossa: *Hæc dicuntur ad Glosasib. expri-*

Christi. sanguinis superabundans. Psalm. 64.

Psalm. 45. Accommodat tui Psalmi loca ad sanguinē Christi à Casiodoro.

Ioan. 20.

Ad Heb. c. 9.

Esaiæ 66. Ioan. 20.

Psalm. 21.

Ioan. 20.

Esaiæ 66.

Disquiritur  
Esaiæ locus.

Ioan. 20.

Esaiæ c. 66.

Ioan. 20.

*exprimendam benevolentiam Dei erga suos, per affectum matris ad filium: quādo autem hoc factum fuerit, ostendit Ioannes hoc loco, dicens: Ostendit eis manus, & latus, expende quæsto inter Ioannis verba, illud verbum, ostendit; illo enim alludit Euangelista ad matrem infantes suos intimè diligentius morem, quos cum mortuos vident, ac plorantes conspicunt, statim illis ubera ostendunt, inuitantq; ut fugant, & à ploratu cessent: mortissimi quidem erant Apostoli, lacrymisq; perfusi; blāditur illis Christus, & tanquam affectuosa quædam mater ostendit ubera, id est latus.*

*At quatinquam hoc eidens affectuose matris signum, manifestumq; documētum omnibus Apostolis præbuerit Christus, Thomæ tamen præbuit evidentiū, & manifestiū; reliquis namq; ad videndum ubera præbuit: Ostendit illis latus, ait Euangeliſta Sacer; at verò Thomæ ad palpan- dum, & contractandum obtulit, dicens: Affer manum tuam, & mitte in latus meum; unde iure poterit Sacer hic Apostolus gloriari, & dicere præ Dauide Psal. 130. Sicut ablactatus est su- per matrem suam, ita retributio in anima mea: seu, ut habet Hebraicus contextus: Sicut ablactatus super māmas matris sua, ita roboratus sum: ac si dicat, quāquam in Magistri mei credenda resurrectione fuerim ad modum imbecillis; postquam tamen mihi, tamquā mater balbutienti, & infirmo infanti exhibuit ad fugendum ubera; latus suum non tantum ostendit, sed ad contractandum præbuit, adeò inuaini, adeoq; in fide roboratus sum, ut plus crediderim, quād dubitaueram; non erubescam sine authore loqui, ad Thomam enim direxit Lyra noster Psalmista verba, dicens: Hoc certè fa-ctum est, quando Christus Thomam, ut parvulum, & in fide nutantem, & tan-ge-re fecit pectus suum, & ubera humanita-tis sue à morte reddinire. Ecce ad ubera*

A *ra portatur Thomas, ut Dominus per Esaiam promiserat.*

*Amplicabo, illustraboq; hoc Christi erga Thomam summæ dilectionis affectum, alio affectuose matris mo- te, & exemplo, quæ cum carum sibi infantem nimis frigidum experitur; eius manus apprehendit, & inter pro-pria ubera ponit, ut calescat infans: Frigebat Thomas credendi rapiditate (ait Cyrrillus ad hunc Ioannis locum) sentit Christus, & ait: Affer manum tuā, & mitte in latus meum. Ac si dicat, quam frigidus es Thoma fili mi; mitte manus tuas inter ubera mea, ut ca-lescas. O immensa Christi charitas! O dilectio incomprehensibilis! O clem-entia inaudita! Ita ne agit Deus cū homine, à quo adeò offensus fuerat?*

*Præ omnibus, condiscipulis suis in euentu isto à Christo Domino Thomas honoratus fuit, illi siquidem pectoris sui secreta patefecit, parum est,*

C *quod dico; nam Thomæ manu pro clavi usus est, qua Christi viscera pan-deretur, pateretq; accessus, & ut eadē vtens Apostolus, quotiescumq; volue-rit, Christi pectoris secreta videret, cognosceret, cæterisq; manifestaret; si namq; ex eo, quod semel militis lancea pectus Christi perforauit, illius pe-ctoris clavē dixit Augustinus, clavēq; Euangeliſta Sacer eandem lanceā ap-pellauit, ex eodem fundamento: Vnus*

D *(inquit) militum lancea laius eius ape-ruit; ad quem locum eleganter Au-*

*gustinus, ludēs in verbo aperire, quod clavis potius proprium est, quam lancea: Non dixit Euangeliſta, ait Augu-stinus, vulnerauit, sed aperuit, ut illud quodāmodo vitæ hostium pandetur, per quod Ecclesia sacramenta dimanarunt. Si inquam militis lancea, ex eo quod Christi latus penetrauit, eius clavis di-cta est, cur clavem manum Thomæ nō dixerim, quæ Dominicanum latus etiam adaperuit? Affer manum tuam, & mitte in latus meum. [Tunc Tomas en tu mano lallue de mi pecho.]*

Illustratur  
Christi fa-  
uor ergaTho-  
mā affectuo-  
se matris e-  
xemplum.

Cyrill. ad a.  
Ioan. 20.

Manus Tho-  
mæ clavis pe-  
ctoris Chri-  
sti.

Ioan. 19.

Augus. ibid.

Militis lācca  
pectoris Cti-  
sti clavis.

Ioan. 20.

Etiam

Ioan. 20.

Ioan. 20.

Avidem.

Psal. 130.

Expenditur  
locus Psalmi  
de D. Thoma  
Apostolo.

Lyra ad huc  
locū Psalmi.

**Antecelluit**  
Thomas Ioā  
nē, & in quo

EIAM IOANNEM discipulum Christi à secretis antecelluit Thomas in A hoc euentu, quia etsi Christus Ioanni concesserit, ab inexhausto sui pectoris thesauro infinitas auferre diuitias, ut sermone 1. de laudibus ipsius Ioannis Damiani Petrus annotauit dicens, *ex pectore Salvatoris, in quo sunt thesauri sapientiae, & scientiae Dei absconditi, diuinarum copias attulit Ioannes;* Quamquam (inquam) hoc Ioanni à Christo Domino concessum sit; non tamen illi tradita thesauri istius clavis in manu fuit sicut Thomae: unde dicere potuit facer iste diuini pectoris clavicularius quod postea dixit Augustinus: *Per foramina corporis latet mihi arcana cordis: [A puertas abiertas*

**Damiani Petrus**  
*ser. 1. de laudi. Euāg.*

me comunicò Christo Maestro mio los secretos de su pecho]

Neque in hoc fatuore Ioanni tantū antecelliuit Thomas, sed insuper Petrus, cui dictum est Matthæi 16. *Tibi dabo claves Regni cælorum.* Nam Petro tradita est clavis domus, Thomæ autem pectoris; *Affer* (inquit Christus) *manum tuam, & mitte in latus meum.* O dulce verbum! & verbo illo simillimum, quod diuinus sponsus dilectissimæ sponsæ suæ olim dixerat. *Veni columba mea in foraminibus Petra.* Ne te amplius noceat procellosa incredulitatis tempestas, sed ut ibi recreeris si-

bilo aurè tenuis, ut alter Elias

B Regnum 3. cap. 19.

( . . )

*Cantic. 5.*

*Reg. 3. cap. 19.*



**I N**

I N  
CELEBRI, HILARIQVE  
CHRISTI SERVATORIS  
NOSTRI SECUNDVM  
CARNEM NATIVITATE.

Lucæ capite 2.

*Factum est autem in diebus illis, exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur vniuersus orbis. Hæc autem descriptio prima facta est à præside Syriae Cyrino, & ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam ciuitatem; ascendit autem & Ioseph à Galilæa, de ciuitate Nazareth in Iudeam in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethleem, eo quod esset de domo, & familia Dauid, ut profiteretur cum Maria despōsata sibi uxore prægnante. Factum est autem sc̄um essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret, & peperit filium suum primogenitum, & pannis cum inuoluit, & reclinavit eum in praesepio, quia non erat ei locus in diuersorio; & Pastores erant in regione eadem, vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum; ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magnō; & dixit illis Angelus: Nolite timere; ecce Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid; & hoc vobis signū: inuenietis infantē pannis inuolutum, & positum in praesepio, & subito facta est cū Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantiū Deū, & dicentiū. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominib⁹ bonæ voluntatis.*

SACRI CONTEXTVS LITERALIS EXPLANATIO.

*De totius orbis descriptione primum indicta à Cæsare Augusto.*

Cur hæc mū  
di descriptio  
prima dicta  
st.

Oros. lib. 6.  
cap. viii.



Vr hæc descriptio  
prima appelletur, in  
primis, si quæris, de-  
missio opinionū stre-  
pitū, accipe ab Orosio  
lib. 6. capite vi-  
timo, qui hanc descriptionem ideo

Pars 2.

A primam ab Euangelista dictam ait;  
quia illa mediante, primo visum est  
totum fere orbem vnius hominis di-  
ctioni parere, Imperiumque Roma-  
num toto fere orbi dominari: Hæc  
B est (inquit Orosius) prima illa, claris-  
fimaque professio, quæ Cæsarem om-  
nium

M

nium Principem, Romanosque Dominos rerum, sigillatim cunctorum hominum edita descriptione significauit, in qua se, & ipse, qui cunctos homines fecit, inuenire voluit, quod nunquam pœnitus ab orbe condito, nec Babylonico quidem, vel Macedonico Regno concessum fuit; ubi obiter aduerte ex Cayetano, Augustū Cæsarē non dominatū fuisse toto omnino orbi, sed præcipue eius parti, & à potiori orbis parte, totius hic dici Imperatorem: Totius (inquit Cayetanus) dicitur orbis descriptio, quia quāquā totius orbis Augustus Cæsar Imperator non esset, tamen toti ferè orbi imperabat.

Quæres, quid hoc edicto præcepit Augustus? in promptu responsio est, ut nempè describeretur vniuersus orbis (vt statim Euangelista expressit) sed deinde quæres, ad quid totum orbem describi præceperit Cæsar Augustus? etiam in promptu secundæ huius interrogationis responsio est; Et ibant omnes, (inquit Lucas) ut profiterentur. Circa illud igitur, quod profitebantur, dubium est, & altercatio; sunt enim nonnulli, qui putant, nihil aliud hic verbum profiteor importare, quam submissionem Cæsari Augusto exhibere, illique nomina dare, propriumq; dominum profiteri, ac totius orbis Monarcham; & ut sciret Romanus Imperator, quod subditos haberet, ita sentit Gagneius ad caput Lucæ 2. id itaque profiteri secundum huius Authoris, nonnullorumq; sententiam est, atque Cæsarem Augustū Imperatorem agnoscere, illiq; vt vniuersali Imperatori parere, ipsiq; obediare promittere, [Iurarle por Rey suo], aliter tamen sentiunt Authores grauissimi, quibus libenter adhæreo; inter quos primum Iosephum recēso illis tempotibus vicinorem, qui libro 18. antiquitatum cap. 1. ait, ideo omnes suos subditos describi iussisse Augustum, vt illis secundum vniuersumque facultates tributum per-

Augustus Cæsar non fuit totius orbis Monarcha, sed præcipue eius partis.

Ad quid describi iussit Cæsar orbem vniuersum.

Lucæ 2.

Verbi profiteor significatio in Iocel loco.

Ioseph. li. 18. cap. 1.

A gulos annos persoluendum imponeret; suffragantur huic Iosephi opinio Eusebius in Chronicon, & in suo Martyrologio Beda; non igitur hæc descriptio prima facta fuit, vt impositum vnicuique tributum statim persolueret, sed vt promitteret, & profiteretur quot annis persoluendum; vnde postea Pharisæi, de hoc tributo soluendo Christum interrogarunt, Marci 12. dicentes, licet tributum dari Cæsari? an non dabimus? Quod idem est, ac si dicant, tenetur ne ex illa professione, quā fecimus, cum Cæsar vniuersum orbē describi iussit illi tributum illud soluere, quod nobis impo-  
B sit, nosque illi persoluere professi sumus? hunc namque esse Marci loci sensum patet ex glosa ordinaria, quæ ibi sic habet. *Indea nuper facta erat stipendiaria sub Augusto Cæsare, vnde magna orta seditio erat, aliis dicentibus soluenda tributa, aliis negantibus.* Patet ergo, non ideo tantum hanc descriptionē fuisse factā, vt sciret Imperator, quot homines haberet sub suā potestatem, sed etiam, vt vnicuique tributum ad persoluendū imponeret, quod quia tantum viris, quam fœminis imponendum erat, ideo tam viros, quam fœminas nomen dare iubebat Imperator, aliter enim non iisset Beatissima Virgo prægnans cum viro suo: patet hoc ex Euangelistæ verbis, Ut profiteretur cum Maria despontata sibi uxore prægnante.

C D De loco in quo hæc descriptio fiebat dubium est; dicunt namq; aliqui in Metropolis Prouinciarum fieri; at Bethleem, quæ in Prouincia Syriæ sita est, Syriacæ Prouinciacæ Metropolis non erat; & ideo, vt Euthymius ab Euangelistæ verbis non discederet, qui ait; *Ibant omnes, ut profiterentur singuli in ciuitatem suam;* interpretatur sic: *ibant omnes, ut profiterentur in ciuitate Tribus sue,* aitque ideo Ioseph, & Virginem sanctissimam ascendisse, ex Nazareth in Beth-

Eusebius in Chronicon.  
Beda in Martyrologio.

Marci 12.

Glosa ordinaria  
hunc locum.

Lucæ 2.

Ibid.  
Explicatur  
locus Euani,  
iii ab Euthy-  
mio.

Bethleem, quia Bethleem erat ciuitas Tribus, & familiae David, de qua Tribu etiam erant Beata Virgo, & Ioseph. Aliter sentiunt. Nicophorus Calixtus libro 3. cap. 1. & Metaphrastes Simon in oratione de ortu Virginis, existimant namque, & affirmant, in vniuerscuiusque propria patria teneri quemquam ad profitemendum describi, Beatamque Virginem, & Ioseph in ciuitate Bethleem natos fuisse dicunt, ac proinde Bethleem ascendisse, ut ibi describeretur, & profiterentur; Edictum (inquit Metaphrastes) *vnumquemque in suam compellebit patriam: Ioseph, & Maria, et scilicet essent Bethleem, ea terra demissa, habitabant in Nazareth, vt multis accidit, qui demissis iis, que ipsos tulerunt, malunt in aliena habitare ciuitatem.*

Obiicitur  
contra Ni-  
cephoros.

Matth. 27.

Cur Christus  
dictus Nazare-  
nus, cū potius  
Bethleem  
debet  
nominari

Obiicies fortassis, dicesque hoc nō posse stare cum communi cognomine *Nazarei*, quo Christus apud omnes notus erat; ideo namque in crucis titulo posita fuit inscriptio. *Iesus Nazarenus Rex Iudeorum;* Quia hoc cognomine notissimus erat Christus. Respondeo, verissimum esse Christum Dominum, eiusque secundum carnem parentes in Bethleem fuisse natos; at quia Christus Dominus in ciuitate Nazareth fuit conceptus, ibique parentes eius proprium habuerunt domicilium, ibique ipse fuit educatus; ideo Nazarenum fuisse dictum.

De tempore vero, quo exiit hoc edictum à Cæsare Augusto, vt breuiter dicam; sex esse tantum mundi ætates sequor, cum Augustino libro vltimo de ciuitate Dei capite vltimo: qui sic mundi decursum computat: Prima (inquit) mundi ætas fuit ab Adamo, vsque ad diluvium; secunda ab diluvio, vsque ad Abraham; tertia ab Abraham, vsque ad Dauidem; quarta à Daide, vsque ad transmigrationem Babylonis; quinta à captiuitate Babylonis, vsque ad Christum:

Pars 2.

Recensentur  
sex mundi  
ætates secun-  
dū Augustini  
mē. lib. vlt.  
de ciuitate Dei  
cap. vltimo.

sexta à Christo, vsque ad finale iudicium: Post has sex ætates sabbatum erit, (ait Augustinus) id est requies sanctis sempiternæ: Exiit ergo hoc edictum à Cæsare Augusto finita quinta mundi ætate, & incipiente sexta, sui imperii anno 24. mundi autem 5199. vt in suo Chronicon testatur Eusebius; & in historia Ecclesiastica libro 1. cap. 5. Epiphanius hæresi 51. Orosius libro 7. Beda in libro de ratione temporum.

Quo vero anni tempore, & qua die Christus natus sit, accipe ab Augustino sermone 18. de Christi natalitiis, vbi de tempore, quo Verbum carnem assumpsit, & de illo in quo secundum carnem natus est, sic ait: *Conceptus est Christus aquinoctio verano; & natus est solstitio hyberno: Quod idem est, atque si diceret, conceptum fuisse verno tempore, & natum fuisse hyberno, quando tamen iam Sol ad nos reuertere consuescit, die scilicet Decembri 25. vnde optimè Augustinus sermone 6. In hac (inquit) die, qua Saluator nascitur, splendor lucis augetur; tenebrarum caligo minuitur; in hac die lux celestis credentibus redditur, & in eterna nocte diabolica figura damnantur; in hac die lux crescit ex lumine virtutum; virtus attollitur: Die autem Dominica natum affirmant Rupertus diuus Bonaventura de vita Christi, sanctus Antoninus prima parte sue historiæ, titulo 13. cap. 1. sic enim ait Rupertus libro 3. de diuinis officiis cap. 16. *Nocte Dominica natus est Christus, consonante mirabilium suorum ordine, vt quo die dixit. Fiat lux, & facta est lux, eiusdem diei nocte oriretur in tenebris lux rectis corde.**

Quod vero nocturno tempore natus nobis fuerit Saluator testantur Patres quamplurimi; Tertulianus nempe lib. 5. contra Marcionem cap. 9. & Augustinus ad Psalm. 109. vnde ipse, & Tertulianus, quem retuli, illud eiusdem Psalmi. *Ex vietro ante Psalm. 109.*

Qua mundi  
ætate exiit  
edictum ab  
Augusto Cæ-  
sare.

*Idem ser. 6.  
de eadem.*

*Natus est  
Christus Do-  
minica die,  
ex Bonauen-  
tura, ex Ru-  
perto, & ex  
Antonino.*

*Christus na-  
tus nocturno  
tempore, ex  
Tertuliano,  
& ex Augu-  
stino.*

*Latiferum genui te, de Christi Natiuitate interpretantur, Id est, (ait Augustinus) ante auroram nocturno tempore. Quod etiam Ecclesiæ traditione confirmatur, quæ Christi Redemptoris nostri natalitium nocturno tempore celebrare consuevit: patet item ex Euangelio Lucæ cap. 2. vbi ait Euangelista sacer, Angelum nocturno tempore Christi nuntiasse Natiuitatem.*

Lucæ 2.

Lucæ 2.

Christus in summa orbis tranquilitate natus, ex orofio lib. 6. cap. ultimo.

Circa Euangelici contextus verba illa: *Gloria in Altissimis Deo, & in terra pax hominibus, &c.* Etiam anno tuum summa tranquillitate totum orbem frui, quando Christus natus est, ut libro 6. cap. ultimo obseruauit Orosius dicens. *Anno ab Urbe condita, Augustus ab oriente in occidentem, à Septentrione in meridiem; ac per totum oceanum circulum; cunctis gentibus una pace compositis, Iani portas tunc clausit, quas ex eo per annos 12. quietissimo semper obseruatas otio, ipsa etiam rubigo signauit, nec postea, nisi in extrema senectute Augusti pulsata sunt; Atheniensium seditione; igitur eo tempore, quo firmissimam, quietissimamque pacem ordinatione Dei Cesar composuit, natus est Christus; cuius aduentui pax ista famulata est.* Hæc Orosius.

Templi Ianii, & eius portæ clausæ tempore pacis, ex Plutarcō.

Vt autem ad quid alludat, intelligas, quando agit de Iani foribus, aduerte ex Plutarco in vita Numæ Imperatoris, fuisse Romæ delubrum Iano dicatum, cuius ostium, belli ianua dicebatur, quod belli tempore apertum semper erat, & semper pacis tempore clausum; apertum ergo bellum indicabat, clausum pacem: audi Plutarcum. *Est (inquit) Romæ Iani Templum duobus portis, quod belli ianuam vocant: legitimū enim est ipsum aperiri, cum bellum sit, in pace autem claudi; quod certè difficile, aut etiam raro facilius, cum aliquo bello semper Imperium suspensum teneatur;* Has igitur portas claudi iusserat Augustus (vt in eius vita testatur Tranquillus Suetonius) tempore quo Christus natus est, in

documentum, & signum pacis, qua tunc eius Imperium fruebatur, & de hac pace dicitur in Martyrologio, quod natus sit Christus toto orbe in pace composito.

Multa autem, & stupenda signa Christi Natiuitatem indicasse testantur grauissimi Ecclesiæ Patres, & in primis Abulensis in Prologo diuini Hieronymi in Genesim cap. 7. & diuus Thomas 3. par. quæst 36. articulo 3. dicunt in illa nocte Natalis Christi fontem olei in ciuitate Romæ trans

B Tyberim emanasse, & floruisse vineas Engaddi in terra Iudeæ, de quibus latius agit noster Doctor Seraphicus libro de quinque Festiuitatibus pueri Iesu: *Mulus (inquit) signis, & prodigiis est Christi Natiuitas comprobata; nam in ciuitate Romæ muri templi pacis funditus corruerunt: Sodomitæ in toto orbe morte subitanea interierunt: Vineæ Engaddi illa nocte floruerunt, & fructum balsami protulerunt: fons aquæ mutatus est in fontem olei, & fluxit usque in Tyberim, & manauit tota nocte illa: tres soles apparuerunt in Oriente, & paulatim in unum corpus solare sunt redacti: in illa die circulus aureus apparuit circa solem, & in medio circuli virgo pulcherrima puerum gestans in gremio.*

Circa illud de pacis Templo quod

ait noster Seraphicus Cardinalis sciendum est ex Surio tomo 6. Templum

olim Romæ totius ferè orbis impensis fabricatum fuisse, pacisque dictum,

de cuius structura cum agebant Romani ab omni illa demorum

multitudine, quæ colebant, quæsierunt, usque quo durare posset

tam excellentis operis operosa constructio: à quibus responsum est. *Donec virgo pareret.* Romani verò ad impossibilitatem oraculum retorquentes, *Eternum Templum, solemnem illam machinam vocauerunt: nocte autem Natiuitatis Christi cecidit,*

& confrastra est ingens illa structura,

& co-

Christi Natiuitas multis, variisque signis indicata, ex multis, grauissimisq; Patribus.

D. Bonav. in lib. de quinq; festiuitatibus pueri Iesu.

De pacis Templo, ex Suetonio tom. 6.

& columnarum opus, ut viæ appareat vestigia ruinarum; sic equidem diuina prouisione dispositum fuit; quia conuenientissimum erat, ut nascente veræ pacis Authore, extremo solo iaceret factæ pacis Templum.

Neque prætermittenda iudicauit ea, quæ 1. par. suæ historiæ cap. 6. §. 10. habet Florentinus Antonius. *Natus (inquit) est Christus tempore, quo erat pax in toto orbe; quod nunquam contigerat à tempore mortis Nume Pompilii secundi Regis Romanorum, usque tunc; sed semper fuerunt Romani in præliis.* Quod Romani Augusti industriae tribuentes, voluerunt eum, ut Deum venerari, sed imperator non assensit; cumque populus super hoc ei importunus esset; Sybillam prophetam aduocauit scire volens per oracula eius, an alius eo maior esset nasciturus. Cum ergo in die Natalis Christi cōciliū super hanc rem conuocasset, & Sybilla in Camera Imperatoris oraculis infisteret, in die media circulus aureus apparuit circa solem, & in medio eius virgo pulcherrima puerū gestans in manibus. Quod Sybilla Cæfari ostendit, eique dixit. *Hæc est ara cœli, vnde illa Ecclesia, ubi tunc erat palacium Octaviae scilicet in Capitolio, & nunc est Ecclesia, & Conuentus fratrum minorum, qui dicitur hodie sancta Maria de Ara cœli.* Hæc omnia Florentinus Antonius loco citato.

De loco etiam in quo Christus totius mundi Redemptor natus est aliqua annorare non displiceat, de quo non eodem modo sentiunt patres; Nā illa Lucæ verba. *Pannis eum inuoluit, & reclinavit eum in præsepio; quia non erat ei locus in diuersorio;* Duplicem sensum admittunt, vel enim voluit dicere Euangelista sacer; idè in præsepio posuisse Beatissimam Virginem natum Infantem, quia in diuersorio; (quod erat intra ciuitatem, non inuenierūt Ioseph & Maria pernoctādi locum) propter multitudinē ad descrip-

tionem conuenientium; & idè ad illud præsepiū, siue stabulum, qui propè urbem erat diuertisse, vt illic à noctis protegerentur inclemetiis; aut etiam sic possunt interpretari Euā gelistæ verba, quasi diceret; quia in illo antro siue cauata rupe, ad quam diuerterant, pernoctandi gratia, locum aptum non inuenierunt, reclinauerunt eum in præsepio quodam, quod ibi erat ad præstandū brūtis alimenta; vocat autem (secundum hanc interpretationem) Lucas ap̄trum illud diuersorium; quia ad illud diuertere solabant aliqui exterī, qui intra ciuitatem notam domum non habebant; ex his duobus interpretādi modis elige quem volueris, prior communior est, secundus tamen sacri Euangeliæ verbis vicinior: & ego hūic adhæreo.

Dubitatur etiam de præsepio, fuit ne in rupe excisum, an ex lignis, vel lateribus compositum: diuīs Ioānes Chrysostomus in oratione de pium? Fuerit ne luteum, an lignum Chi- sti de præse- piū? Luteum ex Chrysosto- mo.

C præsepiū, in quo Christum nuper natum reclinavit Maria sanctissima, & à Christianis postea fulvo auro gemitique pretiosis fuisse adornatum, & illustratum; Nos (inquit) quasi pro honore tulimus luteum; & posuimus aurum, & argentum; sed mihi pretiosius est, quod ablatum est.

D Aliter tamen sentiūt Magister historiæ, & Lyranus noster nam ligneū fuisse aiunt præsepiū de quo ait Euā gelista: *Ei reclinavit eū præsepio:* Fuisse illa nocte à Iosepho constructū: adhæreo primæ huius opinionis parti: secundam non amplector; Nam lignum fuisse thalamum illū sacro-fanētum testatum est oculorum testimoniō, habetur namque Romæ; & vidi ego oculis meis: quod verò fuerit à Ioseph, compositum mihi persuadere non possum; quamquam enim esset faber lignarius vir iste sanctissimus; vnde tamen illuc haberet ad dolan-

Augustus  
Cæsar Deus  
in clamatus,  
at ab Imperatore, nul-  
lo modo cō-  
firmatus.

Luce 2.

Duplex ho-  
ritu verborum  
sensus.

Primus ver-  
borum sensus.

Secundus vel  
boī sensus

Secundus sen-  
sus vicinior  
Euangelico  
contextui.

Pars 2.

M 3 dolan-

dolandum ferramenta ; qui iter leu-  
carum triginta pedestre confecerat ?  
vnde in publica , omnibusque paten-  
te spelunca tabulas, vel ligna / ut con-  
strueret , inueniret ? Potius igitur di-  
cendum puto fuisse in specula , ad  
quam exteri, cum suis animalibus di-  
uertere consueuerant, commune illud  
præsepium, in quo illis pabula præsta-  
bant.

De animali-  
bus in et quæ  
Christus Do-  
minus natus  
est.

Esaie 1.

Abaccuc 3.

D. Bonau.  
S. Vincent.  
Magist. hist.

Carthus. ad  
cap. Luca 2.  
Circa eadem  
animalia op-  
nio Chyso-  
stomis.

Difficilior mihi videtur quæstio  
de animalibus inter quæ reclinatus  
est Christus quamquam enim clarè  
pateat fuisse bouem , & asinum , se-  
cundum illud Esaie cap. 1. *Agno-  
uit bos possessorem suum , & asinus præ-  
sepe Domini sui :* Et secundum illud  
Abaccuc cap. 3. *In medio duorum ani-  
malium cognosceris :* Maxima tamen  
inter Patres lis est ; vnde illa , illo in  
loco animalia ? Noster Doctor Sera-  
phicus ; diuus Vincentius ; Lyranus  
noster , & Magister historiæ existi-  
mant Iosephum bouem , & asinum  
ex Nazareth , tulisse secum , asinum  
nempè vt Virginem grauidam aspor-  
taret , bouem vt (ad necessaria emen-  
da) venderet , hanc eandem opinionem  
refert Carthusianus ad cap. Lucæ 2.  
non tamen adhæret illi , nec refutat

*Ioseph (inquit) bonem , & asinum  
secum fertur duxisse , vobis Virgi-  
nem super asinum ; & bouem pro necessa-  
riis in itinere vendere volens ; Quam-  
uis alii putent animalia illa , aut sal-  
tem bouem, aliunde fuisse adducta.*

Dissentit ab hac opinione Chry-  
softomus homilia de Christi Nati-  
uitate Beatissimam Virginem , & san-  
ctum sponsum eius Iosephum paupe-  
res esse , & pedibus hoc iter totum  
confecisse , nec secum aliquid aspor-  
tasse. *Ioseph (inquit) & Mater De-  
muni , non habebant seruum , non ancil-  
lam ; de Nazareth soli veniunt , non ha-  
bebant iumentum , &c.* Maximè , mi-  
hi placet hæc diu Chrysostomi sen-  
tentia ; ad quid namque se sanctus  
faber , cum bove ad vendendum in-

miseret ? aut vnde illi bos ; qui ex  
diurno suarum manuum labore  
se suamque sponsam sustentabat ?  
empfit ne vt venderet ? quis dicet ?  
Dicendum ergo puto illa animalia ,  
& forsitan multa alia ad illum an-  
trum post pastum se recipere con-  
sueuisse , & ideo illa etiam nocte  
fecisse , in qua Beata Virgo cum  
Iosepho ad antrum deuenerunt.

Ad id autem , quod opinio altera  
assumit nempè Beatam Virginem ,  
quia grauida erat; asino vectam ; Re-  
pondendum est, cū grauissimis Eccle-  
siæ patribus , Mariam sanctissimam  
Deo grauidam grauamen nullum  
sensisse ; immò fuisse hoc grauami-  
ne celeriore redditam , quam an-  
tea erat , & agiliorem , vigosioresque  
vires accepisse , quam habebat antea  
quam verbum conciperet. Audi Ber-  
nardum sermone. Super illud Apo-  
calypsis. *Signum magnum apparuit in  
caelo ; sola Virgo (inquit) sine corruptio-  
ne concepit ; sine grauamine tulit , & si-  
ne dolore filium parturiuit :* Loculen-  
tiūs adhuc diuus Fulgentius sermo-

ne de Laudibus Virginis : *Nulla (in-  
quit) fieri grauedo potuit concipienti ;  
nulla tristitia parturienti. Cum esset gra-  
uida salubri levitate plaudebat ; lumen  
enim , quod inter se habebat pondus ha-  
bere non poterat. Ioannes tandem Ma-  
ior concludit dicens. Parum , aut ni-  
hil oneris virgo inter ambulandum in  
fætu sentiebat , agilitatis dote , grauidi-  
tatis pondus fuit ademptum , diminu-  
tum ; Pedester igitur virgo grauia  
da totum hoc iter confecit , & asino  
vichi non indiguit ; neque eius spousus  
bouem , aut asinum usque tunc  
habuit : vnde patet aliena fuisse ani-  
malia , quæ Christus Dominus vo-  
cauit suæ Nativitatis testes oculatos ,  
& apud quæ hoc admirabile myste-  
rium patefecit Angelis , & homi-  
nibus ab æterno abs-  
conditum.*

Quid verè  
sentiendū sit  
de animalib;  
intet quæ  
Christus na-  
tus est.

Quid respon-  
dendū sit ad  
opinione pri-  
mā circa ista  
animalia.

Bernardus  
super illud  
signū magnū  
apparuit in  
caelo.

D. Fulgent.  
de Laud. Vir-  
gin.

Ioan. Maior.

CIR.

CIRCAILLA SACRA  
contextus verba.

*Exiit edictum à Cæsare Augusto, ut de-  
scriberetur vniuersus orbis.*

ANNOTATIO I. MORALIS.

*Quo tempore exiit edictum à Cæsare  
Augusto ad imponendum tributum;  
exiit à Patre Æterno Verbum ad  
remitendum debitum.*

*E*odem tempore in quo exiit edi-  
ctum à Cæsare Augusto, ut descri-  
beretur orbis, ne quis esset, cui tribu-  
tum non imponeret, id enim sonant  
illa Euangelistæ verba: *Et ibant om-  
nes, ut profiterentur;* Exiit ab æter-  
no Patre Verbum humano more li-  
teris exaratum, idest, humana carne  
indutum, & in Virginis prælo ab Spi-  
ritu sancto excussum, ut nullus esset,  
qui ab antiquo tributo, idest, ab ori-  
ginali culpa, per Baptismum ablutus  
immunis non esset: *Hodie (inquit Gre-  
gorius) deletum est chyrographum dam-  
nationis nostræ.*

Mos cele-  
stis Impera-  
toris, amore  
terrenorum  
Imperatorū  
longè diuer-  
sum.

*Mos terrenorum Imperatorum tri-  
buta subditis imponere; mos super-  
ni Imperatoris, tributa soluere, & suos  
fideles ab omni captione immunes  
reddere; imponit Salomon Pater Ro-  
boam populis suis graue tributum*  
*2. Paralipomenon cap. 8. Omnen popu-  
lum, qui relictus fuerat, &c. subiuga-  
uit Salomon in tributarios,* ait contextus  
facer loco citato: Non minuit Roboam eius filius tributum, sed adauget 3. Regum cap. 12. *Loquunt sunt  
ad Roboam dicentes: Pater tuus durissimum  
iugum imposuit nobis, tu itaque nunc  
imminne paululum;* quid respondeat  
audiamus. *Pater mens agrauauit iugum vestrum;* ego autem addam iugo  
vestro: Mos equidein terrenorum  
Imperatorum, tributis tributum ad-

dere, ( ait Angelomus ad hunc lo-  
cum) tributum pater imposuit, filius  
non leuauit, sed addidit. At verus  
Augustus, Pater Æternus, qui popu-  
lum suum auxit, verusque eius filius  
Roboam, qui dilatans populos inter-  
pretatur, tributa populo Christiano  
non imponunt, sed minuunt, in cu-  
iis probationem optimus est locus  
ille Matthæi 17. vbi ait Euangeliſta  
sacer, Christum Dominum pro se, &  
pro Petro tributum persoluisse: *Va- Matth. 17.  
de (inquit Christus Petro) ad mare,*

*B & mitte hamam, & eum pīcēm, qui  
primus ascenderit, tolle, & aperto ore  
eius, inuenies staterem, illum sumens,  
da eis, pro me, & te, expendo ultima  
Christi verba: Da eis pro me, & tu?*  
Et interrogō ad quid pro Petro solu-  
uit tributum, quod solummodo à  
Christo exigebatur, qui totius col-  
legii Paterfamilias erat, à quibus tan-  
tummodo tributum exigeabant exa-  
ctores, & non à domesticis? *Magi-  
ster (inquit) uester non soluit didrach-  
ma?* Soluit Christus pro se, qui nul-  
lo ex capite tenebatur, & soluit pro  
Petro totius orbis capite, ut totius  
orbis duram tributorum seruitutem  
minuat, soluendo in capite; non enim  
ille Roboam Christus est, qui tribu-  
tum duplicans, populos grauat, aut  
minuit, sed pro populis tributum solu-  
ens populos dilatat, & auget nomen  
à solis ortu, usque ad occasum: Ne  
autem sine Authore loqui erubescam,  
afferam Nazianzenum Gregorium,

*C qui oratione 9. ad Julianum eundem  
locum, & in eandem affert senten-  
tiā: Christus (inquit) ut seruituti no-  
stra solarium afferret, non solo suo, sed  
Petri nomine, censum pendit, & ut du-  
ram tributorum seruitutem consolaretur.*

Vt autem euidentissime appareat,  
quām fuerit Æterni Patris edictum,  
Augusti Cæsari's edicto contrarium,  
(illud siquidē ad debitū soluēdū exiit  
à Patre; istud ad debitum contrahen-  
dū exiit ab Augusto, ut nō p̄e profe-  
ren-

*Angelom. ibi.  
Roboam di-  
latans popu-  
lū interpre-  
tatur.*

*Expendūtus  
Christi ver-  
ba.*

*Ibidem.*

*Minuit Chri-  
stus tributa,  
nō posuit, ex  
Nazianzeno  
erat. 9.*

réturn singuli, se quotannis illi fore tributum soluturos) ponderandus est locus Nazianzeni Gregorii, oratione eadem, vbi ait, censem, quem soluere tenebamus esse à peccato originali, ideoq; Verbum Diuinum carnem assumisse, vt hoc debitum tolleretur: *Hinc* (inquit, id est à peccato originali) *indigentia nata est; & ex indigentia cupiditas plus habendi, ex cupiditate bella, ex bellis porro tributa; quibus in diuina condemnatione, nihil grauius est, & acerbius; ne autem mulctam propter peccatum Adami augeremus mutuam tantum à nobis Deus charitatem exp̄scens incarnatum est Verbum.* Ab illo igitur, qui totius orbis habet imperium exiit editum, id est, Verbum eternum caro factum (vt Ioannes loquitur) vt totius orbis debitum soluat; eodem met tempore, in quo à Cæsare Augusto (qui totius orbis Imperator nō erat) editum exiit vt vniuersus orbis ipsi tributum dare profiteretur: vnde optimè ad hūc locum Ambrosius: *Vt scias censem non Augusti esse, sed Christi, totus orbis iubetur profiteri; quis enim poterat totius orbis professionem exigere; nisi qui totius orbis habebat imperium? Non enim Augusti, sed Domini est terra, & plenitudo eius.*

*Ambro. ad cap. Luca.*

Moderata tributa pone re populis res licita, ex *Paul. ad Rom. 13.*

*D.Thom. ad locum Pauli.*

*Cornel.Taci. cap. + sua historiæ.*

cap. 4. vnde iure à populo ea exigunt Principes.

Dupliciter tamen peccare possunt Principes in imponendis tributis, primo si non curent utilitatem publicā, sed suam peculiarem, de quibus dictū est ab Ezechiele cap. 34. *Lac comedebatis, & lana operiebamini, & quod crassum erat occidebatis; gregem autem meū non pascebatis.* Nam tributa ea ratione soluūtur à populo, vt à Principe tucatur, & pascantur.

Dupliciter possunt peccare Principes in tributis exigēdis.

*Ezech. 34.*

**B** Peccant 2. Principes imponentes tributa super vires populi, iuxta illud Michæe in cap. 3. *Audite Principes Iacob, & Duces domus Israel, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnes eorum desuper ossibus eorum.* In quibus verbis inest pulchra metaphora sumpta à pastoribus, qui non contenti laete, & lana ouium, pelles etiam earum detrahunt, & carnes deuorant; de quibus optimè Tullius lib. 4. epistolarum epistola, quæ est ad Aticum: *Ego, inquit, odi Principes, qui pennas ita incidunt, vt non possint renasci.* Videndum deniq; in hanc doctrinam est elegansissimus locus apud Philonem lib. de Magistratu, vbi hoc idem argumentū pertractas inter multa alia, sic ait: *Fru- gifera terra nimis graui onere ne prema- tur; nam Domino ex agro, sive Regi ex ciuitate satis est unum vectigal quotan- nis exigere, plura autem tributa velle ca- pere est insignis cuiusdam avaritia.*

Secundo in quo peccare possunt, ex *Michæl. c. 3.*

*Cicero lib. 4. epist. epist. 11.*

*Philon.lib. de Magistrat.*

**D** **CIRCA ILLA SACRI**  
contextus verba.

*Impleti sunt Mariae dies, vt pareret, & peperit filium suum primogenitum.*

## ANNOTATIO II.

*Omnium mulierū partus antecedit do- lor, & pressura, quia in conceptione antecedit peccatum; at Virginis partu ante-*

*antecessit gaudium, antecessit lätitia, quia in filio suo concipiendo antecessit gratia.*

**Q**uam pateat nullam in orbe mulierem (vna beata Virgine excepta) absque vehementi dolore peperisse prolem suam, id tamen ex sacro contextu comprobare non grauabit; equidē illa Dei in primam matrem sententia: *In dolore paries filios:* omnes reliquas matres cōprehendisse nemini dubium est: vnde optimè Bernardus citatus ab Oleastro ad hūc Genesis locum: *Graue*, inquit, *iugum super filias Heue, quoniam si pariunt, cruciantur; & si non pariunt, maledicuntur:* circa quod duo se se offerunt indagāda. Primum est mulieris partus, doloris vehementia. Secundum, à quo profluxerit, vt cum tanto dolore parturiant; quod igitur attinet ad doloris vehementiam, qua præmuntur in partu mulieres, illam vehementer exagerat locus ille Genesis 35. vbi refert sa-  
cra pagina Rachalis mortem, ob nimium dolorē partus Benjamin: *Egrediente anima p̄e dolore* (ait contextus sacer) & imminentē iam morte, vocavit filium suum Benoni, id est filius doloris mei: accedit ad mulierū in partu doloris vehementiam exagerandā: quod quando Scriptura sacra dolorem aliquem vehemētem vult exprimere, id istius doloris vehementiæ exprimit exemplo; vt videre est apud Oseā c. 13. vbi volens Dominus vehementiā extabescētis doloris indicare, quem passuri erāt in misera seruitute Israēlitæ, dixit: *Dolores ut parturientis venient ei*: simile quid reperies Esa. 13. & Hierem. 6. est itaq; vehemens nimis dolor, quem mulieres in partu sustinent.

Vnde verò profluxerit hēc ingens doloris vehementia, ostēdit suprapositus Genesis locus 9. quod à deordinatione, nempè appetitus, prouēta sit, & à deordinatione voluntatis post

A culpam originalem ad quod allusissē absque dubio puto Dauid, cum dixit Psal. 50. *In iniquitatibus conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea.* Nā Caldeus ita locum vertit, *In peccato somnis prae*e* incaluit de me mater mea;* quia autem in hac appetitus deordinatione vehemētores sunt mulieres, inde est (vt ad cap. 3. Genesis ad mores Oleaster obseruat) quod in partu adeo cruciētur; est enim partus dolor, poena deordinationis, volūtatis: à qua cū Beata Virgo longissimē fuerit aliena, à partus dolore extitit omnino immunitis: ab hoc enim fundamento (ait Diuus Cyprianus sermone de Natiuitate) fuisse Virginē à doloribus parturientis immunem: *Nulla*, inquit, *præcedens delectatio aliquā expetiit pñnarum & suram*: congruit Nissenus initio orationis de Christi Resurrectione, *Vbi*, inquit, *voluptas partum non antecessit, neq; dolor subsequens est*: candē attingit rationem Augusti, dicens: *Virgo concepit, & innolata peperit, quia in conceptu libido non fuit.*

B Ab omni in partu dolore immunitis, ab alio etiam fundamento ostendunt Partes fuisse B. Virginē, & præsertim S. Leo Papa ser. 1. de Christi Natiuitate, vbi à pueri nascētis potētia hoc Virginē priuilegiū habuisse ait: *No cogitetur, inquit, parientis conditio, sed nascētis arbitrium*: in quam etiam sententiam optima est operis Imperfecti Authoris ad illa Saræ verba, que postquam peperit Isaac, qui lātitia, seu risus interpretatur, statim dixit Genes. 21. *Risum fecit mihi Deus*; alludens, inquam, ad hēc verba præfatus Author hō. 1. in Matthæum, sic consonanter ait: *Nostr̄ Isaac producitur à matre gaudium cunctis, quomodo ergo risus ipse dolentem faceret matrem?*

C D *Author Imperficti ad c. 1. Matth.*  
Vt autem euidentius appareat hēc, de qua agimus, excellentia, iucundari potius Mariā Sanctissimā in partu, quam angi, seu doloribus opprimi, à puero nascētis habuisse, indagādum est

Genes. 3.

Bern. apud  
Oleast.

Genes. 33.

Vehemens  
dolor mulie-  
ris in partu.

Oseā 3.

Esaī. 13.  
Hierem. 6.Vnde ottus  
vehemens do-  
lor mulieris  
in partu.

est illud Rubi mysterium, quem arde-re vidit Moyses, nec tamen comburi, Exodi in cap. 3. quæ quidem visio (se-cundum omnes ferè Patres antiquos) illeam Virginis, tam in conceptu, quā in partu virginitatem, integratatemq; ac vt ( ita dicam ) dolorum in eodem partu impassibilitatem indicauit, de quo eleganter Gregorius sermone de sancta Christi Nativitate, ponderans verba illa eiusdem Moysis secundum textum Hebreum. *Transibo, & video* visionem hanc magnam: *Non de loco ad locum, (ait) sed de tempore ad tempus; quod enim tunc per figuram disponebitur, in eo, quod in virgine contigit, mysterio aperte reuelatum est.* In duobus autem impletam esse hanc figuram in Virgine, ait Nissenus sermone de Nativitate; in conceptu scilicet, & in partu: utro-bique enim verè fuit Rubus ardens, & incombustus; *Neque in partu (inquit) aliquid detrimenti passa est Virgi-nitas eius, neq; corpus doloribus compres-sum: immò tota Virgo gaudio indicibili persuasa est.*

Rubi myste-riū cōpletū  
in Virgine,  
ex Nisseno.

Vndē habuit  
rubus, vt ig-nitus non cō  
bureretur,  
indē habuit  
Beata Virgo,  
vt cōcipiēs,  
& pariēs Vir-go perman-  
ferit, ex Ber-do.

Quod si quæras à Theologis, quo-modo fieri potuit, vt rubus arderet, & non comburetur, immò potius igne inflammatus, illustrior, & gratiofior redderetur; dicent tibi id omne pro-fluxisse à Deo, qui in rubo erat, qui suspendebat suum cōcurrsum, ne cau-sa suum produceret effectum; atque ita habuisse, à Deo in se commorante, rubum, quod in medio ignis illustrior esset, & elegantior; vt apertè ostenderetur, a puero Deo habuisse Virginem in partu, quod nikil damni, ni-hil doloris pateretur; sicut enim in mysterio rubi continuit Deus in se concursum, vt ignis non combureret, ita in partu Virginis continuit cœlestis puer in se doleres, ne premerent Virginem Matrem, audi Bernardum sermone 4. in Vigilia Nativitatis. *Cui poterit (inquit) puer iste asper, aut durus videri, qui neque ipsi Matri in Nativita-te, quidquam asperitatis, quidquam in-*

Bern. ser. 4. n.  
Vigil. Natiu.

tulit lassonis; concludit tandem, diceſ. Dolores ergo Matris puer ipse in se va-giendo, & lacrymando suscepit. Partus si-ne dolore absconditur vagitibus parvuli, & mœrore ( ait alibi idem Bernardus;) à primo igitur, & ab hoc 2. fundamen-to habuit Beata Virgo, quod non fue-rit oppressa dolore, immò inenarrabili perſuasa gaudio: vndē se se Racheli cō- tra ponens, quæ dixit. *Benonim filius doloris mei;* dicere potest, *Iesu filius latitia mea, filius incunditatis, & gaudii mei;* Nam ( vt in homilia de Christi Nativitate Bruno Episcopus obſeruat) dum vacaret Beatissima Virgo in media nocte rerum diuinarum contemplationi, tunc non prenuntiis partus doloribus, sed prænuntio gaudio excitata, summu[m] mū-di Imperatorem peperit; Hæc sanctus Episcopus Bruno. Quibus, in omniū, quæ dicta sunt confirmationem, adde illud Bernardi ser. de verbis Apocal. *Sola inter mulieres Virgo fuit à com-muni maledicto, & dolore parturientium aliena.*

**C** Quid simile in hac Nativitate vo-luit Æternum Verbum inueniri in Matre, atque in Æterna sua genera-tione inuenitur in Patre; generat nāq; Filium Pater, absque vlla sui lassione, absq; vlla imminutione, absqueq; vlo dolore, aut corruptione: immò summa lætitia, & gaudio, vt indicat verba illa. *Filius meus es tu, ego hodie genui te,* Ps. 2. Matt. 17. & illa hic est filius meus *dilectus, in quo mihi benè complacui:* Pa-rit Maria filium suum primogenitum absque dolore, & absque sui aliqua lassione, immò summa lætitia, & gau-dio parit, ac integerrima perseverat; vndē per omnia similis fuit hæc Chri-sti Nativitas ex Matre, æternæ illi Nativitati; qua nascitur ex Patre, in vtraque siquidem incorruptibilitas, in vtraque dolores abiunt: in vtraque lætitia, & gaudium reperitur: audi Au-gustinum sermone 18. de tempore: *In Patre (inquit) impassibilitas, in Ma-tre in corruptibilitas: in Patre perpetua* *disi-*

Beata Virgo  
in partu in-  
dicibili per-  
fusa gaudio.

Bruno bo. de  
Natiuitate.

Bern. ser. de  
verb. Apof.

Quid simile  
inuenitur in  
Christi à Ma-  
tre Nativita-  
te, at in ortu  
à parte.

Psalmo 2. •  
Matth. 17.

Augu. ser. de  
tempore 18.

tre incorruptibilitas; in patre perpetua di-  
uinitas; in matre eterna virginitas; quia  
incorruptibiliter in illa nativitate, patre  
Deum habet, sine matre; in ista matrem  
habet virginem, sed hominem nō ha-  
bet patrem. In quam etiam sententia  
eleganter Ambrosius ser. 10. Ideo, in-  
quit, secunda nativitas, per immaculatā  
Mariam; quia per divinitatem prior con-  
siderat illibata: ut cui prima nativitas  
gloriosa extitit, eius secunda contumelio-  
sa non fieret, hoc est, ut quemadmodum  
Virgo diuinitas ediderat; ita eum & Vir-  
go Maria generaret.

Iuuat & in hanc etiam sententiam  
afferre suauissimam illam cantilenam,  
quam sancta mater Ecclesia in Beatissimae Virginis nativitate læta canit:  
*Nativitas tua Dei genitrix Virgo gaudiū  
annuntiauit uniuerso mundo; ex te enim  
ortus est Sol iustitiae Christus Deus no-  
ster, &c.* Expendo verba illa; *Ex te or-  
tus est Sol iustitiae, &c.* Quæro cur nativitas Christi appelleatur ortus Solis? &  
nullam aliam causam inuenio, præter-  
quam quod quotidie oritur absq; vlla  
orbis, in quo residet corruptione, &  
nubes penetrat, absq; vlla earū læsio-  
ne; ita Christus natus quotidie ex pa-  
tre, substantiam Patris neq; corrum-  
pit, neq; minuit, & natus semel ex ma-  
tre, matris integritatem non minuit,  
neq; aliquid contulit detrimenti; vnde  
simile quid, vt dixi, reperitur in  
hoc felicissimo Virginis partu, atq; in  
æternitatem & fecunda Diuini Verbi à Pa-  
tre generatione, & huic partui, in hoc  
simillima est Christi nativitas, & eius  
sanctissimæ Matris partus. Audiamus  
Athanasium de decretis Nicænae Sy-  
nodi: vbi Diuini Verbi generatione,  
egressus splendoris à Sole confert, item  
& Beatissimæ Virginis partum eadem  
explicat comparatione: *Quemadmo-  
dum, inquit, sol idem manens non mi-  
nuitur radijs ab ipso effusis; ita nec sub-  
stantia Patris mutationem perpessa est, cū  
habeat suam ipsius imaginem filium, quæ  
ratio maximè etiā quadrat in partu Vir-*

Ambr. ser. 10

Sæcta Mater  
Ecclesia in  
festo Natiuitatis Virginis

Expeditur  
verba Eccle-  
sæ.

Athanasius  
de decretis  
Nicænae Sy-  
nodi.

**A** ginis; sic enim edidit filium, ac si splen-  
do rem emitteret, hoc est, nullam patiens suę  
integritatis, puritatisq; iacturam.

Quid etiam in partu Virginis ma-  
tris suæ, atq; in seipso voluit Christus  
reperi; in Christo nāq; Diuinitas, &  
humanitas consociata iunguntur, &  
in virgineo partu virginitas, & fecun-  
ditas adunantur, illustrat in Christo  
humanitatem, & exaltat diuinitas, cō-  
mendat in virgineo partu virginitatē  
maternitas; vnde optimè Epiphanius  
de laudibus Virginis eius vterum sa-  
cratissimū, *Officinam miraculorum* ap-  
pellavit, in quo tot miracula operatus  
est Deus: & de hoc præcipue, quod  
nuper retulimus valdè admiratus Eu-  
sebius Emissenus, sic ait hom. de Chri-  
sti nativitate: *Quid primum, inquit,*  
*miser? quidve posterius? quod sine con-  
ceptu est collocata fecunditas? aut quod*  
*per partum magis est glorificata virgi-  
nitas?*

Sicut in Cri-  
sto diuinitas  
& humani-  
tas iunguntur;  
ita in Virgi-  
ne virginitas  
& materni-  
tas sociatur.

Epiph. de lau-  
dib. Virginis.

Emiss. hom.  
de Christi Na-  
tivitate.

C 888 888 888 888 888 888 888 888 888 888 888 888

### CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Peperit filium suum primogenitum, &  
pannis eum inuoluit, & reclinauit  
eum in præprio.*

### ANNOTATIO III.

**O**ptima est in hanc sententiam  
Hieronymi pondelatio, obser-  
uat namq; ipsammet Virginem pe-  
perisse ipsam obstetricem fuisse; ipsam-  
met benedictum puerum pannis in-  
uoluisse, & ipsam hunc in præsepio re-  
clinassem; cum aliis matribus, nec de se  
se ipsi, neq; de suis infantibus in illo  
euentu cura sit, sed obstetricibus; sic  
enim ait libro aduersus Heluidium:  
*Nulla obstetrix, nulla muliercularum se-  
dulitas intercessit; ipsa pannis inuoluit  
infan-*

Hiero. cōtra  
Heluidium

*infantem; ipsa, & Mater, & obstetrix fuit:*  
 Poterat sanctus Ioseph infantem pannis colligare; poterat in praesepio reclinare; at nihil horum passa est Beata Virgo, præterquam à se ipsa circa charissimum sibi pignus operari; quod enim, qui vehementer amat, ad dilectum pertinens, per se ipsum non facit, factum non putat: Non incongruè in huius veritatis confirmationem adduci potest illud, quod Aeneadum undecimo de Didone Tyriorum Regina obseruauit Virgilius, vestes nempè auro intextas suo charissimo Enæ & propriis manibus perfecisse Regina cū esset, multasq; haberet puellas in suū obsequium, & seruitum destinatas:  
*Amori enim non factum, quod ipse non fecerit:*

*Quas olli lata laborum (inquit.*

*Virgilius)*

*Ipsis suis quondam manibus Sydonia Dido*

*Fecerat, & tenui telas discreuerat  
auro.*

Verus Dei cultor, & amicus fidelis Abraham, qui plusquā trecentos habebat vernaculos, cū tres viros ad se venientes latus, & ex multa charitate exciperet, suis vernaculis vñs nō est, in hospitio exhibendo; & ministrando hospitibus, sed ipsem omnia necessaria ministravit, ipse namque met obuiam exiuit, ipse ad prädium inuitauit, ipse ad pedes abluendos aquam obtulit, & attulit; ipsem, senex quamquam esset, ad armentum cucurrit, & tulit indē vitulum tenerimum, & optimum; ipse denique butyrum, & lac, & vitulum, quem coxerat, apposuit coram eis, vt Genesis in cap. 18. sacra Scriptura expressè testatur: cur igitur non inuitat per seruos? cur per seruos aquam ad pedes abluendos afferri nō iubet? cur per seruos mensam non cōponit? cur per expeditum quendam seruum vitulum afferre non iubet? & cur non vernaculus, sed ipse ministrat inuitatis? Respondet Signiniensis Epi-

*Virgil. Aenea  
dum 11.*

*Genes. 18.*

A scopus ad hunc locum, dicens; *Quia quæ à mera benevolentia, & charitate fiunt; ab ipso, qui habet, exactius fiunt, & accuratiū;* vndē perfectum charitatis cultorem se Abraham non exhiberet, si per seruos, & non per se, exhiberet charitatis ministeria. *Brun. ad Lyc.  
Genes. locū.*

B Aureus est (ad hanc doctrinam cōfirmandam) locus ille Ioannis in capite 13. vbi refert Euangelista sacer, stupendam illam, potius quām indagandam humilitatis actionem, quam Christus fecit in abluendo suorum discipulorum pedes: vbi sic ait Ioannes: *Surgit à cœna, ponit vestimenta sua,* *Ioan. 13.*

*& cum accepisset linteum, præcinxit se; deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteum, quo erat præcinctus.*

Obseruat ad locum sanctus Pater Augustinus omnes has Christi Seruatoris nostri actiones, & miratur vehementer, quod nullum admitteret in hac actione sociū; nullum aduocaret adiutorem, sed omnia fecisse per se ipsum; nam postquā

C surrexit à cœna, ipsem depositum vestimenta sua, ipsem linteum accepit, & præcinxit se; ipse misit aquam in peluim, & ipsem propriis manibus discipulorum pedes lauit. Lacione respondet Augustinus verbis ipsissimis, quas initio proposuimus, dicens. *Quid est nisi quia amanti non factum, quod ipse non fecerit.*

D Aug. ad cap. 10. 13. *Ioan. 13.*

Poterat equidem Beatissima Virgo, & Mater amantissima, vti in hoc euentu castissimi, sanctissimiq; sponsi sui Ioseph ministerio, & adiutorio, poterat namque ipse benedictum puerū Iesum pannis colligare, poterat saltē ipsum in praesepio reclinare, at minimè passus est in ardescens Virginis amor, ab aliquo, quām à se ipso ministerium dilectissimo infanti exhiberi, *Amanti enim non factum, quod ipse non fecerit.*

Optime, & congruenter explicat Rupertus de hoc euentu Virginis in partu, locum illum Canticorum in cap.

Cantic. 2.  
Puer Iesus  
dilectus, qui  
pascitur inter lilia; id est  
intet Beata  
Virginem, &  
Joseph.

Bern. serm. de  
Virg. Natiuit.

Theod. ad ca.  
2. Cantic.

Aug. ubi su-  
pra.

Quibus pan-  
nis fuit puer  
Iesus à Ma-  
tre inuolut?  
& qua ablu-  
tus aqua, ex  
Bonavent. li.  
de vita Chri-  
sti cap. 7.

cap. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi,  
qui pascitur inter lilia;* Nam per dilec-  
tum, puerum Iesum intelligit, & per  
lilia, inter quae pascitur, Virginē san-  
ctissimam, & Ioseph castissimum eius  
sponsum; loquitur autem secundum  
dicti Patris Theodoreti, & Bernardi  
sententiam) Beata Virgo, & ait. *Dilec-  
tus meus mihi, & ego illi;* Ac si dicat,  
(ait Bernardus sermone de Virginis  
Natiuitate) *notam fecit mihi dilectionē  
suam, experietur & meam;* Id est, ipse  
quanti me fecerit, quamque ardenter  
me diligeret, ostendit, me in Matrem  
eligendo, me in conceptu, & in partu  
Virginem conseruando, & à partus  
doloribus me immunem reddendo:  
& ego illi, omnibusq; ostendam quā-  
ti ipsum facio, quamque ardentis dilec-  
tionis ipsum prosequor: si autē quæ-  
ras à Theodoreto, in quo Beata Virgo  
ostenderit in præsepio, quam ardentis  
amore fuerit filiū prosequuta, ita eius  
verba tibi, mentemque explicabit: *s/-  
cut ille me omnibus mulieribus prætulit;  
si etiam ego illum, omnibus antepono;*

*C neque illum ab alio, preterquam à sola me  
ipsa contractari patior;* absurdum enim  
esset, me, quæ tantopere dilecta, atque or-  
nata ab eo sum; amanti, in amore pro vi-  
ribus, non respondere: Hæc Theodore-  
tus, explicans Beatissimæ Virginis mē-  
tem: ex quibus patet, ex quadā animi  
gratitudine, & amoris zelotypia pro-  
fluxisse, non fuisse passam Beata Virginem,  
vt aliquis (præter ipsam) puerū  
benedictum colligauerit, ac in præse-  
pio reclinauerit. *Amanti enim nō fa-  
ctum, quod ipse non fecerit.* Ut loco su-  
perius allegato Augustinus testatus  
est: Ideò eademmet Virgo, quæ parit,  
puerum benedictum pannis inuoluit;  
eademmet in præsepio reclinat infantem.

At siquidem Virgini obstetricis  
officium, munusque tribuimus, nec es-  
se est, vt inquiramus, quibus ne pan-  
nis inuoluerit benedictum infantem,  
quaque abluerit aqua: noster Virginis

Pars 2.

A deuotissimus Doctor Seraphicus lib. de  
vita Christi cap. 7. ait, puerum Iesum  
à Virgine Matre vberum lacte ablu-  
tum, capitisque velo fuisse inuolutū.  
Id ipsum putat Simon de Cassia vir  
illuminatissimus libro 1. cap. 6. *Vilibus Simo de Cas-*  
*(inquit) tegumentis puer inuoluitur, quia* *virgo, ut creditur, piarata non erat, sed*  
*vi fuerunt illi panniculi ex velamentis*  
*propriis, aut forte ex mutuatis.*

B Quamquam hæc tantorum Patrū  
sententia piissima sit, & deuotissima,  
ostendatque summam paupertatem,  
& rerum indigentiam, ad quam Chri-  
stus Dominus pro genere humano re-  
dimendo deuenerit; tamen aliquantu-  
lum discedit ab his, quæ sacrī literis  
continentur, à quibus clare deducitur  
sciuisse Beatam Virginem, se in illo  
itinere paritaram, ex eo nempè, quod  
benè nouerat mulieres ad nouē men-  
sium decursum, post conceptionē, pa-  
rere, & quod mēses, cū è domo disces-  
sit, iam quasi completi essent: sciebat  
item verum Messiam Dei filium, quē  
gestabat in alio in Bethleem nascitu-  
rum fore; adeo namque tritum, & no-  
tum erat illud vaticinium Michæl s.  
*Et tu Bethleem Ephrata parvulus es in* *Sciuit Beata*  
*millibus Iuda: ex te mihi egredietur,* qui *Virgo se in*  
*fit dominator in Israel:* adeò (inquam) in Bethleem  
tritum in Israel erat, adeòque vulga-  
re hoc vaticinium, vt nouerint etiam  
pueri, illiteratique homines, quantò  
magis Virgo Beatissima, quæ totum  
suæ pueritiae tempus in Templo in-  
sumpsit, vacans sacræ Scripturæ le-  
ctioni; & quæ ab Spiritu sancto infor-  
mata erat in omnibus diuini Verbi  
incarnationis mysteriis; scire debuit  
se in Bethleem paritaram fore; sciuit  
itaque, & secum limpidissimos pan-  
nos, quamquam pauperes, ad puerum  
inuoluendum asportauit. Hanc tenet  
opinionem Dionysius Carthusianus *Dionys. Car-*  
ad caput Lucae primum, eamque con-  
firmat ex sanctæ Brigittæ reuelatio-  
ne, & ait. *Communiter afferitur, quod* *Vilibus, atque veteribus panniculis Virgo*

N Chri-

*thus. ex reue-  
Lat. B. Briga-*

**A** Christum inuoluerit; Veruntamen in revelationibus Beatae Brigittae Virgo inducitur ad ipsam loquens, & dicens, quod scinerit se parituram in Bethleem, ut impletetur scriptura idcirco de mundissimis, & decentissimis lineis panniculis sibi prouiderit, quibus filium suum reuerenter innoluit: Huic potius, quam primæ adhæreo sententia.

De eo verò, quod noster Seraphicus Doctor annexit, beatissimam nèpè Virginem vberum lacte beatissimum infantem abluisse omnino dubito: nec libenter assentio Bedæ, qui in lib. de locis sanctis cap. 8. ait. *Ablutum infantem non lacte, sed aqua, miraculo suppeditata: Hæc (inquit) speluncæ, tota interins specioso marmore tecta, supra ipsum locum, ubi Dominus natus specialiter traditur, sanctæ Mariæ grandem generat Ecclesiam; petra iuxta murum cava ta primum Dominici corporis lacrum demuro missu suscipiens, hæc tenus seruat: quæ si quis forte occasione, vel industria, fuerit exhausta; nihilominus continuo, sicut antea fuerat, plena redundat.* Hæc Beda.

**B** Non indiguit puer Iesus, cū primo natus est aqua ablui, & cur. Non nego fontis mysterium, sed ad Virginis usum in illis diebus, quibus illic cōmorata fuit, miraculosè exhibitum crediderim potius, quam ad sacratissimi infantis corpus abluendum: ablui enim eius corpus non indiguit, in cuius ortu ex vtero sanguinis fluxus Matri non contigit, à quo infectum prodiret; illa equidem illæsa peperit, & partu nitidissimo, absqueulla sanguinis, vel alicuius humoris colluvione in lucem infantem edidit, verā lucem, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: meum in hoc conflicto latus munit vir sanctus ab Spiritu sancto maximè illuminatus Vincentius, qui sermone de Christi Natiuitate, sic ait, *Quando Christus natus est, corpus eius resplenduit, ut sol, quando oritur, & nox facta est sicut meridies: Ne mireris de dictis; audi etiam Damiani Petrum non incon-*

grua huic argumento proferentem sermone 10. qui est de Annuntiacione Virginis, vbi loquens de Virginis partu, & de sacratissimi infantis ortu, sic ait. *Ad eius imperium paret natura; desuicit consuetudo, & egreditur cum claritate, nascente quippe illo sepelitur omnis illa stellantum luminum luminosa serenitas, & stella candidior lucidioribus radiis praescintillans, totam sibi cœli rapuit positionem;* Ablui igitur non indiguit, qui ita purus, ac splendens natus est, ut inter palleas collocatus, cœli lumina clarissima ebetescere fecerit.

**C** Quod si hoc argumētum amplius volueris dilatare, ac euidenter ostendere limpidissimum, & ab omni omnino forde alienum prodiisse ex Virginis utero Christi corpus, lege Bernardum sermone 45. in Cantica, vbi inter cætera, sic ait, puerum Iesum nascentem alloquens: *Quam clara mihi oriris stella, ex Iacob; quam lucidus flos de radice Iesse egredieris, quam iucundum lumen in tenebris visitasti me ories ex alto; quam spectabilis, etiam virtutibus superenis in ortu de Virgine: Qui ergo tam purum, ac splendens corpus habuit nascens ex Virgine ablui non indiguit.*

**D** Stat denique pro hac sententia il- *Ildefons. ser. de Virg. purificat.*  
lud, quod diuus Ildefonsus serm. de purificatione, & Zeno Veronensis sermo de Christi Natiuitate annotarunt; certissimumque est, Virginem scilicet beatissimam, peperisse absque illu-  
cie secundinarum (ut iam tetigi) ac proindè infantis benedicti corpus nullo humor e, aut sanguine infectu prodiisse; audiamus Zenonem serm. 3. de Natiuitate: *Non Mater Domini (in- Zeno Veron.  
quit) tanti partus pondere exhausta, tota ser. 3. de Na-  
tuitate. pallens iacuit resoluta visceribus; non filius Matris fuit sordibus ullis delibera-  
tus: neque enim revera aliquid circa se ha-  
bere posset inmundum, qui humani gene-  
ris sordes, & maculas venerat munda-  
turus: Denique purgationes, quæ sunt tar-  
dita-*

*ditate periculosa, nullo puerum materno-  
rum viscerum prosecutæ sunt damno.*

Accedit insuper, quod fuorit Christus in sua Natiuitate fons ille patens à Zacharia promissus, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ: *(in die illa inquit Propheta cap. 13.) erit fons pa-  
tens domini David; & habitantibus Hier-  
usalem, in ablutionem peccatoris, & men-  
struatæ;* Quem locum de Christo in

terris ex Virgine nato, & in præsepio patéter posito intellexit Gregorius in

Ezechielem hom. 20: vbi sic habet.

*Fons occultus, est unigenitus Patris, inui-  
sibilis Deus. Fons patens, est idem Deus*

*incarnatus, & natus, &c. Quomodo ergo,*

aut vndè haberet limpidissimus iste fons aliquid inmundum, à quo inmundari indigeret? non à limpidissi-

mis, vberrimisque Æterni Patris flué-  
tibus, nō à limpidissima Bethleem ci-

sterna aquis gratiarum plena, vt Ga-

briel Angelus protestatur, dicens Lu-

*cæ 1. Ave grata plena; & è cuius aqua*

*potum David Prophetans audiissimè*

*exoptauit 2. Regum cap. 23. O si quis*

*(inquit) mihi daret potum aquæ de ci-  
sterna, quæ est in Bethleem iuxta portam:*

Vndè ergo aliquid coinquinatum ha-

bere potuit ille fons, qui à tam limpi-

dissima cisterna emanabat? purus igitur

prodiit ex Virginis vtero Christus

Dominus, neq; aquis, quibus ablueretur, indiguit fons ille, qui ad abluendas

peccatorum maculas scaturiebat: Fi-

gurasse autem Bethleem cisternam, Virginem sacratissimam; & elegantē

rationem, ob quam eadem purissima

Virgo cisterna appelletur, accipe à So-

phronio Episcopo Hierosolymitano

ser de Natiuitate: ponderat enim ibi:

auditatem, & desiderium illud maxi-

imum bibendi aquā de cisterna Beth-

leemita, quo flagrabat David, & ait.

*Quod hic transfigebatur, figura de Christo  
erat, qui est aqua viua, omnibus vitam  
infundens. Cisterna vero sanctissimam  
Virginem designabat, quæ Deum paritu-*

Pars 2.

A *ra erat: nam ut cisterna è cælo aquā ha-  
bet; sic Virgo à cælo habuit conceptum.  
Nihil igitur habuit, à quo mundare-  
tur fons, qui à tâ purissimis fluentibus  
emanauit.*

CIRCA EADEM SACRI  
contextus verba.

*Peperit filium suum primogenitum, &  
pannis eum inuoluit.*

ANNOTATIO IV.

*Diuina omnipotentia pueri nascentis  
obstetrix, & ex hoc Virgineo partu  
maxime commendabilis.*

E Tsí annotatione antecedente di-  
ctum sit, absque vlla obstetricie  
Virginem peperisse, & absque ali-  
cuius mulierculæ sedulitate; negan-  
dum tamen non est, immò firmiter  
tenendum, diuinam omnipotentiam  
habuisse sacram puellam in suo partu  
assistrīcem, atque obstetricīem: sola  
enim Dei omnipotentia potuit ex  
ventre clauso admirandum in mo-  
dum Christum extrahere: probat af-  
fertum locus ille Psalmi 21. vbi ait  
Propheta regalis Deum Patrem allo-  
quens in nomine Christi filii sui: *Quo-  
niam tu extraxisti me de ventre, spes  
mea ab uberibus Matris meæ. In te pro-  
iectus sum ex vtero:* Quem locum sic  
vertit Campensis. *Tu vero exceptisti me Psalm. 21.  
de ventre pro deum; vel, te procuran-  
te prodii ex vtero, vtrumque ad obste-  
tricem pertinet, & ab vtero prodien-  
tem excipere, & laborare, vt fœtus  
prodeat: vbi notat Augustinus, quod  
quamquam diuinæ omnipotētiæ ma-  
ximæ curæ sint in ortu infantes; exi-  
mum tamen quid in nostri infantis  
ortu diuinam potētiæ operasse, quia  
quod extrahitur, potenter eruitur,  
cum præsertim fit sine aliqua illius  
a qua extrahitur lœsione, seu dolore;*

Diuina tantū  
potētia Chri-  
stū a vice-  
ribus Virgi-  
nis potuit  
absque lœsi-  
ne extrahere

Campen. ibi

N 2 immò

imino cum omnimoda integritate eius latitia, & gaudio; vt in Virginis partu, & in Christi Natiuitate contigit, ex quo se diuina omnipotentia commendauit, atque manifestauit; audi Cassiodorum ad eundem Psalmi locum: *Ex vtero (inquit) Matris se dicit Christum extractum à Deo, vt offendere Natiuitatem illam, Dominica virtute perfectam.*

Commendauit etenim se in hoc Virginis partu, & in hac Christi Natiuitate diuina omnipotentia per quam maximè; nam quæ in hominis efformatione, ac in mundi structura ex nihilo se maximè commendauerat, multo se incomparabiliter commendauit, Deum hominem faciens: æternum, tempore circumscribens; immortalem, morti reddens obnoxium; & quem cœli capere non possunt, intra vius pueræ vterum circumscribens; indeque absque Matris læsione, & sine aliquo dolore extrahens: quæ omnia cum perpenderit sanctus Pater Augustinus, satis conuenienter dixit sermone 4. de Christi Natiuitate; Natiuitatem Christi, & Virginis partum potentiam diuinitatis honorasse: *Nam antea (inquit) potentia Dei circa alia exercebatur; at postquam effecit, vt Deus ipse ex Virgine nascetur, quasi circa ipsum Deum quoque vi sua exercita, honorabilius esse cœpit, & illustrior:* Honorauit equidem Deus naturam nostram, dum eam sibi coniunxit; at dū de Virgine incorrupta natus est homo factus, suam commendauit omnipotentiam: operata namque tunc ipsa eius omnipotentia in natura nostra, & in Matre sua, atq; in semetipsa est, vt loquitur Augustinus loco citato.

Optimus equidem in hanc sententiam locus est ille Esaïe in cap. 7. continens vaticinium de Verbi incarnatione, & secundum carnem Natiuitate, si recte expendatur: *Pete tibi*

*signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra: Dixit Esaïas Achab Regi incredulo, & idolatriæ, vt eum certum redderet de Dei in cius populum auxilium contra Syros; qui respondens ait: Non petam: & non tentabo Dominum: Quod non, vt verum Dei cultorēm, sed vt idolatriam, dixisse, putat recentiores, & præsertim Galatin.lib.7. arcanorū ca. 15.*

Esaïas locus  
cap. 7. discutitur.

*Ibidem,*  
*etiamq; vno  
dum mīda si  
pūnūlūm  
Gālatīn. lib.  
arcān. ca. 15*

*Nolebat (inquit) signum petere, ne preberet occasionem Dei nominis, & potentiae exaltandæ ex miraculi patratione;*

B *Nā vt loco citato idem Galatinus obseruat; verbum Hebraicum, ibi positū, potius exaltare significat, quā tentare, ita vt sic Achab responsio construatur: Non petam, & non exaltabo Dominum: Quasi dixerit; Nolo petere signum, quia nolo Dei potentiam exaltari: cui statim Esaïas: Propter hoc Dominus ipse dabit vobis signum: Ac si dixerit, ait idem Author: Siquidē ideo signum à Deo patrari non vis, vt Dei omnipotentia non exaltetur, ac committetur:*

Esaïas cap. 7.  
Idem Galatin.  
ibid.

C *Ideam Esaïa ibidem.*  
*tale ipse Dominus signū exhibebit, à quo eadem sua omnipotentia, quam tu obscurare exoptas, maximè commendetur, magnopereque illucescat, & honoretur: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium: Ex cuius loci disquisitione clarissimè patet, honorasse, & exaltasse Christi Natiuitatem, & Virginis partum omnipotentiam diuinitatis, & in huius diuinitatis exaltationem, & commendationem ab ipso Deo Achab, eius populo fuisse datum in signum, vt patet ex Esaïæ verbis; Propter hoc Dominus ipse dabit vobis signum, idest, propter vestram idolatriam, ac Dei omnipotentiam negationem dabit Deus tale signum, ex quo euidenter appareat, & commendetur ipsamet eius omnipotentiam, quam vos exaltare renuitis: Ecce Virgo Vbi supra.  
concipiet, & pariet filium.*

Virginis co-  
ceptus, & pat-  
tus diuinam  
omnipoten-  
tiā hono-  
ratunt.

D *Fateor libentissimè honorasse Dei omnipotentiam Virginis partum, ac Christi Natiuitatem ex iam apposito fun-*

fundamento quippe, quia usque tunc operata fuerit Dei omnipotentia in A reliqua à Deo omnino diuersa; at in hoc euentu operata fuerit in ipsum Deum; ad quid enim amplius se extēdere potuit diuina omnipotētia, quā ut Deum hominem facere, & incomprehensibilem inter vnius puellæ veteri angustias comprehendere, indeque ipsū abstrahere absq; corporis, seu virginitatis lesione, & dolorum omnino incapacem, in brutorum animalium præsepio vagientem, ac lacrymantē, frigorisque inclemētiā experientem collocare.

Cōmendatur in eodem factō diuina dilectio, & amor perquā maximē.

At diuinum amorem in hoc facto æquè, atque Dei omnipotentiam cōmendari non ambigo. Fecit (fateor) omnia, quæ retuli, Deus, quia potuit, sed & ideo fecit, quia voluit, voluit autem, quia ardenter amauit; si enim nō amaret, nō faceret, quamquā poterat; vndē ex hac Christi Natiuitate, eius in nos amor, atq; omnipotentia commēdatur, ideo namq; suam omnipotentiam exercuit in se ipso, quia illū impulit amor; vndē (si dici fas est)

superreditur Dei erga nos amor ipsius Dei omnipotentiam, quia quidquid in hoc mysterio operata est, ab amore impulsa est operata; amori nāq; tribuunt Patres hoc grande mysteriū;

& præsertim Bern. ser. 65. in Cantica, vbi amorem de Deo ipso in hac Christi Natiuitate triumphasse ait: O suauitatem! (inquit) o gratiam! o amoris vir! ita ne summus, unus factus est hominum? Quis hoc fecit? amor dignitatis nescius; dignatione diues; affectu potens; suauus efficax. Quid violentius? triumphat de Deo amor: Nota prosteriora Bernardi verba. Triumphat de Deo amor, qui de alio triumphat, in eum inualuit; vndē si ex hoc diuina omnipotentia in Virginis partu, & in Christi Natiuitate commēdatur, quod in Deum inualuerit, & circa illum operata sit, nō minus Dei amor commendatur, & honoratur ex

Pars 2.

In Virginis partu, & in Christi ortu in se ipsam inualuit diuina Omnipotētia.

Supergreditur Dei amor erga homines eius omnipotentiam

Verbi incarnationis amoris tribuenda, ex Bern. ser. 65. in Cantica.

codē factō, quia in illo de Deo triumpfauit, ac in ipsum inualuit, & ad terram usque proiecit, & ante vnius pauperculæ puellæ pedes, vilibus pannis inuolutum, collocauit.

Addiderim deniq; quid simile vo- Quid simile in Virginis partu Trinitatis mysterio.

luisse Deum reperiri in hoc Virginis partu, atque in præcipuo illo Trinitatis mysterio, in quo Trinitas simul reperitur, & vnitas, vnitas scilicet Diuinitatis, seu Deitatis, & Trinitas personarum, ita ut, quod nec Trinitas personarum multiplicet Deitatem, neq; vnitas Deitatis coarctet numerū personarū: Quid (inquit) simile reperitur in puerō recenter nato. Tres nempe inueniuntur in illo substantiæ, sed vna Deitas, quæ non multiplicatur in tribus, Diuinitas scilicet, anima, & corpus, nec tria hæc ita commiscentur, ut faciat vnum confusè, quamquam ex tribus his coalescat: Christus propter hanc, quam mysterium hoc habet cū ineffabili Trinitatis mysterio similitudinem; appellat Diuus Bernardus

hunc Virginis partum: opus superans omnia Dei opera: Audiamus Patrē ser. 3. in vigilia Natiuitatis, vbi sic habet: Attende, quia sicut in illa singulari dinitate Trinitas est in personis; vnitas in substantia; sic in puerō nato Trinitas est in substantia, & in persona vnitatis; & sicut illuc persona, non scindunt unitatem, neque vnitatis minuit Trinitatem; ita & hic persona non confundit substantias, neque substantiae persona dissipant unitatem; Tunc addit Bernardus. Summa illa Trinitas hanc nobis exhibuit Trinitatem; opus mirabile, opus singulare inter omnia, & super omnia opera eius; Verbum enim, & anima, & caro, in unam conuenire personam, & haec tria vnum, & hoc vnum tria non confusione substantiae, sed vnitate persona.



CIRCA EADEM SACRI  
contextus verba.

*Peperit filium suum primogenitum, &  
pannis eum inuoluit, & reclinavit  
eum in præsepio.*

ANNOTATIO V.

*Viles panni, quibus Christus nascens  
inuoluit, nostri amoris consiliato-  
res, & venatores.*

**P**annis Christum Dominum inuoluisse Beatissimam Virginem sacrosanctum infantem, ait Beatus Euangelista. Ad quid igitur puer Iesus, qui ut voluit, nasci potuit (ut sermone 2. de eius Natiuitate obseruat Bernardus) pannis inuolui voluerit, inquiramus, ad quid hominum habitu vestitum à pastoribus voluerit inueniri perpendamus; nam ut frigoris inclemencia non laderetur, pannis nō indigebat ille, qui de veræ, & naturalis Matri vtero exiens, neque illius carni læsit, nec minuit integratatem, ultra quam quod, sol potius calefit, quam frigescit: *Sol Oriens, in sua Natiuitate Christus fuit, testatur Propheta; Orientur (inquit) vobis timentibus nomen meum Sol Iustitiae: Canit item Ecclesia in Virginis laudem: Ex te ortus est Sol Iustitiae Christus Deus noster; Quid ergo soli aduersus frigoris rigorem, & inclemenciam necessaria tegumenta? quid pannis ad instar filiorum hominum inuolui, & operari?*

Dicam ex mente Petri Chrysologi, sermone 158. qui est de Christi Natiuitate, hominum habitu indui, & ad instar, filiorum hominum pannis inuolui voluisse Christum, ut homines qui in animalium, & ferarum naturam, ac similitudinem transierant, iterum ad hominum habitum, simili-

tudinemque transirent: cum quibus, quia venerat habitare (ut loquitur Euangelista Ioannes) eorum benevolentiam, & amorem sibi exoptabat consiliare; *Et quis (inquit Chrysologus) infantem Deum non amet, in præsepio possum, inuolutum pannis: infanta ista quam barbariem non vincit: quam feritatem non mitigat: quam duritiam non resoluta: Quid non amoris expostulat? Quid affectionis non extorquet?* Ideò igitur pánis voluit inuolui Christus, quia voluit amari. Animaliū pellibus se cooperuit Iacob, ut cæci Patris venaretur amorem, & ut Christus hominum obcæcatorum sibi consiliaret amorem, vilibus pannis ad instar vniuersiisque eorum se induit, ut ex habitus conuenientia, eorum animos ad se aliceret, & eorum venaretur dilectionem.

B *Optimus in hanc sententiam est locus Plutarchi oratione de fortuna Alexandri, vbi afferit, ipsum Alexandrum post denictos Persas Persicam sponsam in coniugem accepisse; ipseque Persico habitu deinceps se induisse, quibus Persarum animos consiliauit, & gentes separatisim coniunxit; imitatus vtique est Alexander, vestem persicam induens, ut animos Persarū sibi deuinixerit, illorum morem, qui venantur feras, indui namque solent illarum pellibus, ut habitus, colorisq; similitudini, acquiescentes non aufugiant; Non solum equidem, vxorem (ut ita dicam) diuinum Verbum hominum sibi confociauit, & copulauit naturam, cum ipsos ad rectum rationis ordinē reducere decreuit, & eoru animos sibi exoptauit consiliare, sed insuper eorum sibi habitum induit, & tamquam quisque eorum infantium pannis inuolui, ac fascia alligari voluit, ut habitus similitudo amorem consiliaret. Expressis verbis hoc de puero Iesu in præsepio posito, & pannis inuoluto assuerauit Ambrofius*

*Genes. 27.*

*Plutar. orat.  
de fortuna  
Alexandri.*

*Venatorum  
mos in ca-  
piēdī feris.*

*Amb. ad cap.  
1. Luca.*

D *Expressis verbis hoc de puero Iesu in præsepio posito, & pannis inuoluto assuerauit Ambrofius ad hunc Lucæ locum; suscipiens (inquit)*

Ad quid  
puer Iesus  
pannis inuol  
ui voluerit.

*Abacuc 3:  
Ecclesia in-  
officio Nati-  
uitatis Vir-  
ginis.*

Respondeatur  
dubitacioni,  
ex mente  
Chrysologi  
serm. 158.

quit ) corpus Iesu, pannis voluit alligari, ut nos charitatis, & dilectionis vinculis alligaret, & ita peculiari ratione factus est Deus noster.

•  
CIRCA EADEM SACRI  
contextus verba.

Peperit filium suum primogenitum,  
& pannis cum in-  
uoluit.

ANNOTATIO VI.

*Christus Dominus pannis vilibus inuolutus liber grandis, sed hominum stylo colligatus.*

*Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis, ait Deus ad Esaiam capite 8. Antecedente capite cœpit Deus præbere in signum liberationis populi Israel Verbum Æterni incarnationem, & eius Natiuitatem, dicens: Ecce Virgo concipiet, & pariet, &c. Modo prosequitur demonstrare Esaias effectus mirabiles eiusdē Verbi incarnationis, & Natiuitatis, aitq;*

*Esaia cap. 7.*

*Hierony. ad hunc Esaia locum.  
Epiph. lib. 2 aduersus ha-  
refes.*

*Summe tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis, velociter spolia detrahe, citò prædare, &c. Quem locum præterquamquod Hieronymus ad hunc locum, & Epiphanius lib. 2. aduersus Hæres. de Christi Natiuitate intelligent, dicantque Verbum Æternum per librum grandem designari; at in Natiuitate, quando humana carne indutus, pannisque inuolitus apparuit, fuisse librum hominis stylo scriptum, & colligatum; præter (inquam) quod sic locum interpretentur præfati Patres, etiam ex ipsa sacrae Scripturæ serie comprobatur; nam c. antecedenti de Verbi incarnatione, & Natiuitate loquens Propheta ait:*

*Ecce Virgo concipiet, & pariet filium: capite autem 9. de eadem Verbi Natiuitate expressa mensio fit verbis il- lis. Parvulus natus est nobis: Decimo item capite, vbi sic: Et erit in illa die, auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescat iugum à facie olei: Quem locum de Christi Natiuitate intelligunt Patres; nam apparet Christus in carne, cuius nomen, Oleum effusum fuit, statim CANT. tanti olei virtute computrescere cœpit exactoris iugum, quo strictè humum genus premebatur.*

*Quo supposito, tria nobis discutienda se offerunt: primum nempè Verbum Æternum fuisse grandem apud Patrem librum: secundum in Bethleem natum, & pannis vilibus inuolutum fuisse librum abbreviatum, ac humano more pressum, & colligatum: tertium denique istius colligationis, ac abbreviationis Bibliopolam fuisse charitatem patris, eiusq; in homines dilectionem, siue Beatam Virginem Dei Matrem.*

*C* *Quod attinet ad primum grandis liber fuit Verbum apud Patrem, in quo tota ipsius Patris fecunditas contenta est; in quo & omnis ipsius Æterni Patris sapientia, & scientia inclusa est; in illo namque fuerunt ab æterno, Omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei, vt ad Colossenses 2. loquitur Paulus. Grandis liber, in quo tota item Patris Æterni omnipotencia sita fuit; nam omnia Dei omnipotentis opera, Per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: Ioannis 1. Adeò grandis liber, vt nullius creati intellectus capacitas illum potuerit comprehendere: Nam vt ait Esaias 53. Generationem eius quis enarrabit? Adeò denique grandis liber, vt nec cœli, nec totus terrarum orbis latitudo ipsum caperet, ac proindè se ipsum, in se ipso incluserit: nam postquam ipse per Hieremiam 23. dixit, Cælum, & terram ego impleo, de*

*Esaia 7.  
Esaia 9.  
Esaia 10.*

*Cant. 1.*

*Divinitū Ver-  
bū apud Pa-  
trię liber grā  
dis, at incat-  
natū, & col-  
ligatū pannis  
liber abre-  
uiatus.*

*Patrię Æter-  
ni charitas  
Bibliopola  
hunc librum  
colligans.*

*Paul. ad Cor-  
los cap. 2.*

*Ioan. 1.*

*Ioan. 1.*

*Hierem. 23.  
Ioan. 1.*

de eodem dixit Ioannes : *Verbum erat apud Deum*, ac si dixerit ; sola infinita Dei capacitas, & latitudo in se potuit continere, & comprehendere istius libri magnitudinem grandis itaq; liber Verbum apud Patrem.

Sume igitur librum hunc gradem, & contemplate illum apud homines in praesepio positum, pannis inuolutu, & colligatum; & ita adiuuenies abbreviatum, vt possit praे manibus ab una puella sine labore, & sine fatigatione gestari, brachiis comprehendi, & in paruo praesepio collocari, vt serm. 1. de Natiuitate deuotè obseruauit Bernardus: *Vultis, inquit, scire, quām longum, & quām breve sit hoc verbum? Cælum, inquit, & terram ego impleo: at nunc caro factum in angusto locatum praesepio est; à seculo* (ait Propheta Psal. 92.) *& in seculo tu es Deus; at ecce factus est infans unius diei.*

Vides apud Bibliopolam librū sparsum, solutum, ac separatis à se se foliis totam domum implere; at vbi primum faber librarius ipsum collectis, ac adunatis foliis colligauit, & astrinxit membranis adeò abbreviatum, vt manu tantum una comprehendas: quis, quāro, antequam Virgo Beata puerū benedictum cōciperet, antequam pareret, antequam vilibus pannis inuolueret, eius magnitudinem comprehēderet: Nemo certè, vt iā ostensum est; at postquam ipsa peperit, ac pannis inuoluit, ita eius magnitudo abbreviata est, vt capiant eum cuiusdam senis fragiles manus, & angustæ: *Accipit Simeon puerum in manus suas, &c.* quis audiuit inquam tale? aut quis vidit huic simile? abbreuiatū verbum! O immensum coarctatum! O omnipotentiam colligatam! Grande miraculū olim reputatum fuit, Elisæū Prophetam, gradis cum esset, ad unius pueri mensuram se se ipsum redegisse, 4. Reg. 32. quo ergo admirationis gradu ponendum est, ad unius diei infantis exiguae mensuram se se Dei magni-

tudinem redegisse? quis hoc fecit, si inquiras, nō amplius obstupescas: quis (inquit Bernardus) *hoc fecit?* Et respondens ait; *Amor effectu potens, suauē efficax:* unde non est cur miremur, cum Deum ad unius pueri paruitatem redactum conspicimus; nam fecit hoc charitas affectu potes, cuius precipuum munus est, membra astringere, & colligare, vt libro de modo bene viuendi idem Bernardus obseruauit, dicens: *Charitas colligit, omnia membra & astringit.*

Bern. ser. 65.  
in Cantica.

Charitatis  
proprium est  
astringere,  
& colligare.

B Neque ineptè respondebis, si dicas Beatæ Virginis vterum fuisse prælū, in quo liber hic olim apud Patrem prægrandis, fuerit humanis literis exaratus, non quia alicuius hominis interuentu, aut opere fuerit conceptus; sed quia ibi hominis naturam, & humani corporis lineamenta suscepit, quam postea Beata Virgo ad instar Bibliopolæ religauit, dum pannis vilibus inuoluit, ac alligauit; nonne pleno ore idipsum profitetur Ecclesia, quæ ita canit.

Viterus B. Vit  
ginis prælū,  
in quo liber  
iste grandis  
fuit huma  
nis literis  
exaratus.

*Quando venit ergo sacri*

*Plenitudo temporis,*

*Missus est ab arce patris,*

*Natus orbis conditor.*

*Atq; ventre virginali*

*Caro factus prodijt.*

*Vagit infans inter arcâ*

*Conditus praesepia*

*Membra pannis inuoluta*

*Virgo mater alligat,*

*Et manus, pedesq; & crura*

*Stricta cingit fascia.*

Ecclesia in  
Hymno.

D

Fuit itaq; Beatissima Virgo Bibliopola, quæ grandem hunc apud Patrem librum abbreviabit in terra, constrinxit, ac colligauit, quādo ipsum infantem peperit, pannis inuoluit, & in praesepio reclinauit.

Addiderim tandem ad huius annotationis calcem copiosiorē fuisse reditum

B. Virgo Bi  
bliopola que  
grandem li  
brum colli  
gauit.

Grādis liber  
apud Patrem  
copiosior  
colligatus à  
Matre.

ditum librum istum in Virginis prælo, & ab ea colligatum, quā fuit, quando grauidis erat apud Patrem; vno namq; tunc tomo complebatur; nunc verò duobus continetur, Deus, namq; tunc tantummodo erat; at nunc Deus est, & homo: Primo tomo eius Diuinitas continetur; eius humanitatem secundus complectitur; in primo, quo antea cludebatur, materias de sc̄ientia Dei, & de Trinitate habebat; ad addicendum Theologus easdem nunc habet in primo; insuper & in secundo, materias de meritis Christi, de incarnatione, & actibus humanis: copiosior itaque redditus sacerdos liber fuit quando abbreviatus, & colligatus à Maria est, & inter arcta præsepio reclinatus, quam dum in tota sua latitudine erat apud Patrem.

### AD ILLA SACRI contextus verba.

*Pannis eum inuoluit, & reclinavit eum in præsepio.*

### ANNOTATIO VII.

*Christus Dominus in præsepio reclinus benicitatis symbolum, & clementia.*

Matt. 24. **F**ulguri se Christum Dominum assimilasse, patet Matth. 24. cum dixit: *Quemadmodum fulgur exit ab Oriente, & parat in Occidente, ita erit adventus filij hominis.* Immo & in fulguris speciem aliquando apparuisse testatur Daniel suæ prophetiae in c. 10. *Facies eius, inquit, velut facies fulguris, & oculi eius, ut lampas ardens:* quem locum de Verbo incarnando intelligunt Patres, ideoq; vestitum lineis apparuisse dicunt, vt se humana carne induendum fore significaret; quo supposito, difficulto asserti præsentis ti-

tulum, & quæro, quomodo stare potest A rit, quod Verbum in carne, & in præsepio reclinatum clementiæ, ac benignitatis sit symbolum, cum illud ipsum Verbum, quod dum carnem sibi induendam pollicetur, præsefert specie fulguris: fulgur namq; indignationis, & rigoris potius quam clementiæ, ac benignitatis signum semper fuit; unde illud Diogenis apud Manutium, proverbiū: *Procul à loue, & à fulmine,* depingebant namq; Gentiles Iouem cum fulminico radio in manu, vt illum iratum ostenderent; vnde non bene cōuenire videtur puerο Iesu (qui fulgur dicitur) esse benignitatis, & clementiæ symbolum.

Respondeo obiectioni, & in primis libeter fateor fulgur, seu fulmen rigoris fuisse signum, sed cum erat in manu Iouis, à qua ad iaculandum emittebatur, at postquam semel emissum ad terram vsq; proueniens inclinabatur, & (vt ita dicam) recumbebat; clementiæ potius, quam rigoris signum erat; quid enim aliud est inclinatus rigor, nisi pietas, & clementia manifesta. Cū olim Antoninus Pius, & Nerva, qui simul imperio potiti sunt, se apud populum clementes, benignos, ac pios vellent ostendere, in nummis, quos excuti suo tempore præceperūt, fulmen supra cœrical reclinatum apponi cum hac inscriptione fecerunt,

*Clementia: vnde si fulmen ante quam decidat, rigor signum est; postquam decidet, & iacet reclinatum in terra: clementia, & benignitatis, symbolum est, quā proculdubio repræsentat puer Iesus in præsepio reclinatus; nam qui antea intonans de cœlis, & dans vocē suam, quando tantum erat Deus maiestatis, ignitos carbones emittebat, vt fulgur, sicut attestatur Regius vates Psal. 17. dicens: *Intonuit de cœlo Dominus, Altissimus dedit vocem suam, grando, & carbones ignis,* postquam in præsepio reclinatus est: *Clementia, & pietatis symbolum est, non tonat, vt ful-**

Ezechiel. 10. Verbum cur lineis vestibus inducū apparuit.

Dubitatur de asserto.

Fulgur rigoris symbolū.

Diogen. prolo quium.

Fulgur inclinatus clementiæ symbolū.

Rigor inclinatus clementiæ manifesta.

Inscriptio nimi Antoni ni, & Nerue Imperatorū.

Psal. 17.

fulgur, sed vagit, ut puer: *Vox autem pueri vagientis magis miseranda est, quam timenda* (ut loquitur Bernardus sermone 1. de Natiuitate:) vnde puerulus Iesus in praesepio reclinatus, nihil aliud ostentat, quam clementiam, & pietatem; ex quo admonet, eodem loco, idem Pater, ne accedere vereamur ad puerum pannis inuolutum, & in praesepio reclinatum, & qui sine armis venit, quia non ad puniendum venit, sed ad saluandum requirit.

*Fortis olim, & indomitus erat Rhinoceros puer iste, qui nunc vagiens in praesepio reclinatus, pannisque colligatus mitissimi cuiusdam agni mansuetudinem, & benignitatem ostēt: Nonnē eius fortitudo Rhinocerotis fortitudini comparatur? Numerorum 23. Cuius fortitudo (ait Balaam) similis est Rhinocerotis: Attende autem, quid de Rhinocerote dicat Gregorius ad cap. 1ob 39. Rhinoceros (ait) tāta fortitudinis esse dicitur, ut nulla venantium virtute capiatur; sed (sicut multi afferant) si Virgo ei puella proponitur, quæ venienti finum aperit, in quo ille, omni feritate postposita, caput deponit, statim, vel vi inermis capit, & alligatur: Hæc Gregorius; quidquid sit de Rhinocerote animali, competit ea, quæ dicta sunt*

*Proprietas Rhinocerotis competit pueri Iesu in praesepio collocato.* fortissimo nostro Rhinoceroti diuino, cuius cum tāta olim fortitudo fuerit, ut à nemine caperetur, omnibusq; terrori esset, & formidini, postquam ad vni<sup>o</sup> Virginis gremium descēdit, statim se alligari permisit, & in praesepio reclinari; vbi signum mansueti agni præbet, qui ante rigurosi Rhinocerotis, figuram gerebat, ferocissimique leonis.

*Optima in hoc argumento est sancti Petri Chrysologi ponderatio circa illa verba Lucæ 7. quibus Euangelista refert occasionem, & tempus, quod peccatrix mulier elegit, ut ad Christū accederet, suorum scelerum veniam precatura: Ut cognouit, (inquit) quia accubuit Dominus in domo Simonis leprosi,*

*attulit alabastrum vaguenti pretiosi, & trans retro, secus pedes Domini, lacrymis cœpit rigare pedes eius, &c. Ponderat, & disquirit præfatus Pater verba illa, ut cognouit, quod Iesus accubuit; & miratur, cur mulier peccatorum suorum dolore impatiens, intimoque corde fauciata, non illicet, ut ad dominum Pharisæi vbi Christus erat, deuenit, ipsum aggressa sit; sed expectauerit, vsq; dum ad prandium accubuerit, seseque ad manducandum reclinauerit; accumbentes enim, & reclinati manducabant Iudæi, Cur non adstante non ad sedentem audet venire peccatrix? (interrogat Chrysologus) & statim respondens, ait: Deus cum stans, corripit; cum sedet, iudicat: prostratis coniacet, cum decumbit; Ac si dicat, Deus stans, Deus vltionum est, Deus sedens, sacerdi*C*is iudicis figuram agit, ideoque non ausa est mulier accedere, quæ crimina sua ab illo potius condonari, quam examinari, & iudicari exoptabat; accessit autem, cum Deum reclinatum, & cubantem conspexit; quia in hac figura mitem, & benignum se præbet. Inclinem ad misericordium, supernam didiscit maiestatem; & ideo credidit, quod esset sibi promptus ad veniam. Ait idem Pater, ex cuius obseruatione iam manifestè patet, Deus inclinatum, seu reclinatum, benignitatis, & clementiae specimen præferre, ideoque voluisse, à Beata Virgine in praesepio reclinari, ut peccatores intelligerent, non venire ad puniendum, sed ad condonandum, & ad parcendum requiri.*

*Quod si volueris hoc argumentum amplius dilatare, expende cum lustiniano Laurentio in suo ligno vitæ, cur idem Christus Dominus, qui (vt ipse testatur Lucæ 9.) per totum suæ vitæ tempus non habuit, vbi caput reclinaret. Vulpes (inquit) foueas habet, & aues coeli nidos; filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet. Cur inquam in extrema vitæ peryodo egerit de reclinando capite: Inclinato capite <sup>Ioan. 19.</sup> emisit*

*Disquisitur  
locus à Pe-  
tro Chrysolo-  
go.*

*Bern. ser. 1. de  
Natiuit.*

*Idem Bern.  
ibid.*

*Verbum di-  
uinum apud  
patrem Rhino-  
ceros, at in  
praesepio a-  
pud matrem  
aguus.*

*Numer. 23.  
Magn. Greg.  
ad e. 1ob 39.*

*Deus incli-  
natus benig-  
nitatem ostē-  
dit.*

*Proprietas  
Rhinocero-  
tis competit  
puero Iesu  
in praesepio  
collocato.*

*Luca cap. 7.*

*Lucæ cap. 9.*

*Ioan. 19.*

Ioan. 19.

*emisit spiritum, ait Ioan. cap. 19. ad quā dubitationem respōdet praeſatus Laurentius, quod ideo fecerit, vt suam in nos clementiam, ac pietatē ostentaret, ideo, inclinato capite, voluisse moriri: Caput, inquit, liqueſcit ad misericordiam, flexit ad gratiam, & inclinavit ad indulgētiam: qui igitur inclinatus mori voluit, vt se mitem praeberet, & clementem; statim vt natus est, inclinari in praefepio voluit, vt quā benigno animo, & clementi venerat, perterritis peccatoribus ostentaret.*

Laurent. Inſtin. in ligno

Pet. Crysolo.  
vbi ſup.

Expende tandem, circa iſtam benedicti infantis in praefepio reclinacionem; verba illa Petri Crysologi ſuperius apposita: *Deus proſtratis coniactet, cum decumbit: ex illis namq; aliisq; sancti Augustini, quæ habet lib. 1. de Symbolo cap. 3. intelliges summæ clementiæ, & pietatis fuisse hanc pueri Iesu in praefepio reclinacionem: vidit namq; Diuina bonitas, pietas, & clemētia hominem corruiſſe in brūnum; vt igitur à brutis erigeret, deiecit ſe inter brutos, & inclinavit ſe; nā vt aliquis iacentem erigat, neceſſe eſt; vt ſe inclinet, & cum ipſo quaſi coniaceat, & vt alterum ſubleuet neceſſe eſt, vt ſe inclinet; vnde conſonanter Crysologus: *Proſtratis coniactet, cum recumbit: clarius adhuc loco citato Augustinus: Exaltauit, inquit, ſe homo, & cecidit; humiliavit ſe Deus, & erexit: humilitas Christi quid eſt? manum Dominus homini iacenti porrexit: nos cecidimus; ille descendit; nos iacebamus, ille ſe inclinavit.* Rem absoluit S. Leo Papa ſer. 3. de Natiuitate, dicens: Exinanitio illa, qua ſe inuisibilis, viſibilem præbuit, inclinatio fuit miserationis, non defectio potestatis.*

Auguſt. lib. de  
Symbolo. c. 7.

## A D E A D E M S A C R I contextus verba.

*Peperit filium, &c. & reclinavit eum in praefepio.*

## A N N O T A T I O VIII.

*Bis Christus propter homines inclinatus; ſemel à dilectione, ſemel à matre, & ad quid.*

**B** Is Diuinum Verbum propter homines inclinatum ostendunt Patres, tam Græci, quam Latini, ex iſtis Euangelistæ verbis: *Reclinavit eum in praefepio: nam reclinare, idem ſonat, atq; ſecundo inclinare, dicuntq; Patres,* & præcipuè Chrysostomus oratione 4. de Ascensu Domini: Cyrillus Hierosol. Catechesi 12. & Ambroſius in Apolog. Dauid cap. 12. primam Verbi inclinationem tunc accidifſe, cum à Patris ſinu, vſque ad Virginis vtreum descendit, ſeu ipsum descendere, & inclinari compulit hominū amor; primam namque hanc inclinationem Verbi, amori, dilectioniq; tribuit Paulus ad Ephes. 2. dicens: *Propter nimiā charitatem, qua Deus dilexit nos, &c.*

**C** quod euidentiū testatus eſt Christus Dominus, Ioan. 3. dicens: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret.*

Primam hanc inclinationem Verbi, in illis Psalmista verbis Psalmi 17. *Inclinavit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius.* Prophetarū noscunt præcitatī Patres, & aduertit Eusebius

omnes cœlos tunc ſimul cum Verbo inclinatos dici; vt oſtendatur, omnes cœli ciues stupefactos fuisse à tanta Diuini Verbi inclinatione, & exinanitione; quam, vt viderent, descendifſe; ſeq; cum Domino, & Creatore ſuo inclinato, etiam inclinasse, de qua prima Verbi inclinatione optimè Augustinus ſerm. 206. de Tempore: *Nemo, inquit, potest iacentem ergere, ſi ſe noſuerit inclinare;* potuit tamen Diuinū Verbum, etſi ſe non inclinasset, hominem ergere: ſed modum hunc multò aptiorem, vt ſe proderet, inuenit amor: O admirabilem, inauditāq; inclinationē! O inclinatam Maiestatem!

O ſu-

Chrysost. hō.  
+ de Aſcenſione.

Cyril.catechi-

12.

Ambroſi.in

Apolog. Da-

uid c. 12.

Prima Verbi  
inclinatio  
ab hominū  
dilectione fa-  
cta, ex Paul.  
ad Ephes. 2.  
& ex Ioan-  
c. 3.

Psalm. 17.

Eusebius. lib.

August. ſer.  
206. de Tempore

O sublatam ad Deum vsq; humilitatem! Eum qui sedet super Cherubim; A qui ponit nubem ascensum suum, qui ambulat supra pennis vētorum, amor vsque ad vnius puellæ vterum inclinavit, quæ creatura, siue rationalis sit, siue spiritualis, seu intellectualis tantam hanc primam Āterni Verbi inclinationem comprehendere poterit? nulla equidem, ideo namque (vt adnotant Patres) statim addidit Regius Vates. *Et caligo sub pedibus eius; Ut indicaret, hanc inclinationem Āterni Verbi vsque ad vterum Virginis caliginosam fuisse, idest, imperceptibile, & inintelligibilem, quod & eodem Psalmo Regius Vates apertius dixit. Posuit (inquit) tenebras latibulum suum;* Idest, mysterium, secundum quod, per nouem mēsium spacium latuit in Virginis vtero, obscurum valdē, valdē inintelligibile esse voluit; vndē concluditur, quā admiranda fuerit prima Āterni Verbi inclinatio, à Patris sinu, in vterum Virginis, quam sola dilectio, quæ operata est, nouit.

Ad hanc Āterni Verbi primam inclinationem, secunda subsecuta est à Virginis vtero, tanquam à Salomonis Templo, ad brutorū præsepe, & quia secunda fuit, *reclinatio* ab Euangelista dicta est; prima ab amore inducta, secunda per Virginem facta. *Peperit (inquit Euangelista) filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinavit eum in præsepio, &c.*

Obiectio  
deuota, &  
pia.

Dices fortasse, & non sine aliquo fundamento, hanc secūdam Verbi incarnati inclinationem, vsque ad brutorum animalium præsepe, per Virginem factam, et si Christi humilitatem magnoperè commendet, tamen Virginis Beatissimæ dilectionem in benedictum infantem incusare, quæ passa est vagientem puerum, tenerum, & imbecillum in frigido præsepio, frigidissimæ noctis inclemenciosis expōnere; quem potius lacertis amplectere, & inter vbera collocata debebat, vt ca-

leficeret, quā frigidum super fœnum collōcare. Cariotem ne (dices) decebat esse fasciculum, quem sponsæ misit sponsus Canticorum in capite flore isto cāpestri, & lilio isto conualliu; vt ille inter vbera asseruetur hic verò inter animalia reclinetur? & inter pa-leas misceatur?

Respondeo, ex mente sanctorum Patrum; *tibi* puerum Beatam Virginem in præsepio reclinasse; quæ *fibi* in brachiis retinere per quā audē exoptauit, & suæ pepercisse dilectioni; vt tuę indigentia subueniret; de tua potius necessitate, quam de sua sollicitam iucunditatē; neque *fibi* soli voluisse retinere, quem nouerat omnibus nasci. *Homo* (inquit Regius Vates Psalm. 48.) *cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis:* Ad primorum parentum casum allusisse, hoc loco: Psalmistam existimant Patres; at Arnobius cum nonnullis annectit, etiam omnes Adami posteros comprehendi, qui nullam æui futuri; cœlestisque beatitudinis curam suscipiunt: consistere autem hanc inter homines; & iumenta similitudinē in pecuinis moribus, & brutalibus actionibus, quas imitantur, docent Patres, & præcipue August.lib.de peccato originali cap. 40.

Quo supposito, duo nobis pensanda sunt, vel tria in brutis animalibus, peccato orig. cap. 40. Tria qua reperiuntur in peccatoribus, sermone, & pabulo indigere; nempè fœno, quo pascantur: Nonnè de primo egit Regius Psaltes, Psalm. 31. si miles peccatores deprecans, & exorans ne in iumenta irrationalia conuertatur, cum ait. *Nolite fieri, sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus:* Nōnne Deuteronomii 32. hos eosdem alloquens Moyses gentem absque consilio appellat, & absque rationis vſu, sicut iumenta? Gen. (inquit) *absque conſilio,*

Canticor. 1.

Canticor. 1.

Respo-detur obiectio.

Psalm. 48.

Arnob. ad Psalm. locum.

Aug.lib.de peccato orig. cap. 40.

Tria qua reperiuntur in peccatoribus cōmunita cū brutis.

Psalm. 31.

Deuter. 32. Oleast. ibid.

*filio, & sine prudentia; utinam saperent, & intelligerent: Vbi notanter obseruat Oleaster loco gentis absque consilio: verti posse ex Hebræo: generatio inuersa. Nam tales humanam generationem, & naturam inuertunt in belluina; carent itaque intellectu, vt iumenta: Secundum, quod reperitur in iumentis, est carere sermone, quod item reperitur in peccatoribus, testatur idipsum Regius Vates Psalm. 37. dum de se in peccatis constituto, sic ait. Ego autem fui surdus non audiebam;*

*& fuit mutus, non aperiens os suum.*

*Nonnè tertium Nabucodonosor fuit expertus, qui ad instar iumenti, seu bovis per septem annorum spacium fœno pastus est, Danielis 4. Ut igitur Beata tissima Virgo tribus iis peccatorum indigentiis subueniret, benedictum infantem in præsepio reclinavit, quo bruta animalia frequenter conueniunt, vt ibi in infante super fœnum reclinato intellectum caperent, sermonem depromerent, & cibo suo satiarentur:*

*nam puer iste Patris intellectus est, sermo Patris est, & cibus animalium factus est. Ratio euidem, & sermo puer iste est; nam vbi loannes sui Euangelii in cap. 1. ait. In principio erat Verbum; ex Hebræo verti potest, In principio erat ratio: Vnde consonat valde Hesychius oratione 2. Libens (inquit) reconditur Christus in præsepio; vñ qui sunt pecunia accurrant, & reperiant sermonem, & rationem: Quod tandem iumentorum, idest, peccatorum cibus factus sit verbum, accipe à Bernardo*

*Dan. 4.  
Cui: Beata  
Virgo puerū  
Iesum in præ  
sepio reclini  
nauit.*

*Iann. 1.  
Text. Hebra.  
Hesychius  
orat. 2.*

*Bern. ser 3. de  
circuncisione.*

*sermone 3. de circuncisione. Dominus (inquit) panis est vius, de quo vivere debet homo, sed quia homo iumentum factus est, & panis factus est fœnum, vt vel sic vivat de eo: Ut igitur Beata Virgo tribus iis peccatorum indigentiis subueniret, sux parcens dilectioni, puerum Iesum in præsepio reclinavit, vtpotè quæ optimè nouerat animantia ad præsepe frequenter con-*

*Pars 2.*

*uenire, vt fœno pascantur, & satientur.*

*Nonnè infantem istum benedictū in præsepio reclinatum, & fœnum faciū (nam omnis caro fœnum, vt loquitur Esaias cap. 40.) vt famem pelle- *Esaias 40;**

*ret, audiissimè exoptabat illa anima, quæ ipsum deprecabatur, dicens: Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes? Sic equidē pensitauit Apponis ad hunc Canticorum locum, cuius verba antequā afferam, expēdam prius, & disquiram sanctæ sponsæ loquendi modum non*

*B communem, non ordinariū, nō vulgarem. Indica (inquit) mihi, vbi pascas, vbi cubes? Nam (quamquam accubando antiquitū manducarent Hebræi) non tamen accubabant illi, qui cibos ministrabant; vndē impropriè, seu potius cum mysterio dixit. Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes: Absq; dubio (respō deo) cum mysterio dixisse, accubare pascentē, his enim verbis indicasse, puto, illud se tēpus, & locū exoptare, in quo Christus nuper natus, & in præsepio reclinatus pastus erat, siue in iumentorum pabulū se erat exhibitus;*

*perdix enim, qua pasceris, non stans pascit, sed in disco reclinata: vndē clārū apparet hunc benedictū infantē in præsepio reclinatū exoptasse spōsam, vt sux necessitati subueniret, quando dixit. Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes: Nunc Apponium audiamus. Christus (inquit) in præsepio reclinatus, iumenta pascat, idest, homines illos, qui iumentorū more viventes, eius doctrinā, & exemplo, in hominum consuetudinem rediere.*

*D*

*Appon. ad  
hunc Cant.  
locum:*

### CIRCA EADEM SACRA contextus verba.

*Pannis eum inuoluit, & reclinavit eum  
in præsepio.*

### ANNOTATIO IX.

O Chri-

*Christi præsepe, aureo Salomonis reclinatorio illustrius, & pretiosius.*

*Canticum 3.*

*Per Salomonis Templū Christi præsepiū designatum.*

*Bern. tract. de gradī humilitatis.*

*Alimenta quibus puer Iesus in præsepio positus peccatores pauit.*

*Ioan. epist. 1. cap. 4.*

*Paul. ad Eph. cap. 2.*

*Paul. ad Titum 4.*

**I**n ter varias interpretationes, quas patitur locus ille Canticorum 3. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate construxit;* Inter varias (inquam) quas admittit interpretationes, non deterior illa est, in qua, per hoc ferculum Salomonis, Christi infantis præsepe designatur, ut interpretatur nonnulli Patres, inter quos præcipuus est Bernardus, tractatu de gradibus humilitatis; vbi satis conuenienter loquitur, cum antecedentis annotationis assumpto, in quo monstratum est, Christū à Virgine in præsepio reclinatum in peccatorum cibū, & alimentum. *Bonum* (inquit Bernardus) ferculum Christi præsepe; *Bonus* siquidem cibus charitas in medio illius constrata, quæ diuersarum odore virtutū, vel ut diuersi generis fragrantia pigmentorum, esurientes reficit, iucundat reficienes; ibi siquidem apponitur pax, patientia, benignitas, gaudium, &c.

**Congruunt** quidem omnes hæc pulæ, cum illis, quas infans Iesus in præsepio positus, exhibuit brutis animalibus, idest, peccatoribus, brutorum more viuentibus (vt semel, iterumque annotatum est:) *Bonus* (inquit Bernardus) cibus charitas est: Infans etenim, qui in hoc ferculo pro cibo positus est, cum Deus sit, charitas est; nam attestante Ioanne 1. epistol. cap. 4. *Deus charitas est:* Ulterius progreditur Bernardus, & ait, apponi nobis in ferculo pacem. Nam ipse, ex Virgine natus, *pax nostra facta est,* quæ fecit viraque unum, (vt ad Ephesios 2. loquitur Paulus) ipse etiam patientiam obtulit ad addiscendum in præsepio, vbi frigoris inclemencias patienter sustinuit: ibi suam nobis benignitatem exhibuit; *Apparuit* nam-

A que tunc benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, (vt ad Titum capite 4. loquitur Paulus.) Ferculum itaque fuit Christi præsepium, idest, opiparum conuiuum abundans dapi bus suauissimis ad hominum sustentationem aptissimis: vnde potius nobis, quam sibi, fuisse hoc ferculum à nostro Salomone preparatum dixerim.

**Quia** tamen hæc ferculi acceptio metaphorica est, & non propriæ nam propriè ferculum, pro lectulo gestatorio accipitur, quem Principes, & magnates, dum itinerantur, secum ad quiescendum deferre solent in hunc namque sensum, tāquam in suo proprio significato, nomen *ferculum*, accepit Ambrosius libro 3. de Virginibus, vbi hunc Canticorum locum, sic legit. *Lectum fecit sibi Rex Salomon*, interpretaturque de Christi lecto, idest, de pauperculo præsepio, in quo, Christus Dominus, postquam immensum iter è celo ad terras fecit, reclinavit aliquantulum corpusculum illud tenerum, quod ad nostram salutem operandam accepit.

**Secundum** hanc igitur ferculi acceptiōnem, benedictum illud præsepe, in quo puer Iesus reclinatus fuit, nuper natus, per Salomonis ferculum fuisse designatum dicimus cum Ambrosio, quamquam ferculum hoc Salomonis ferculo longè illustrius, & pretiosius fuisse agnoscamus: Habuit illud columnas argenteas hinc inde positas ad ornatum, ad operisq; omnimodam præfectionem, & Maiestatem ostendandam; longè excellentiores columnas habuit nostri Salomonis ferculum, quæ ei decorum maximum contulerunt, beatissimam scilicet Virginem, & castissimum Ioseph eius sponsum; columnas per fortes, in fide, & charitate fundatas: columnas non quidem æneas, sed ar-

*Illustrius Christi præsepiū Salomonis ferculo, cuius colinae Beata Virgo, & Ioseph fuc-  
re.*

D iestatem ostendandam; longè excellentiores columnas habuit nostri Salomonis ferculum, quæ ei decorum maximum contulerunt, beatissimam scilicet Virginem, & castissimum Ioseph eius sponsum; columnas per fortes, in fide, & charitate fundatas: columnas non quidem æneas, sed ar-

*Amb. lib. 3.  
de Virginib.*

genteas, pudicitiae candorem præferentes.

Paleas illas, in quibus infans Iesus reclinatus est, aureum dixerim reclinatorium. At oppones, quidnā palea, seu fœnum cōmune habeat, cum auro, ut palearum reclinatorium dicatur aureum? Respōdeo. Potuisse certè potentissimum Salomonem sibi ex auro reclinatorium facere: at facere nō potuisse aureum ex paleis, fœnumque aurum reddere ex contactu; vndē potius fœnum, super quod reclinatus est Christus, aurum dixerim, quām aurū illud, ex quo Salomonis reclinatoriū factum fuit; nam infans iste, qui super fœnum reclinatus est, suo solo contactu potuit facere aurum ex fœno: Midas olim, quidquid tangebat, in aurū statim conuertisse fabulatur Ouidius Metham. libro 11. *Lamina fulua, dapes, cere alia dona rigeabant.*

Ac si dicat poëta, quidquid Midas tangeret, vel dapes, vel panis esset, in rigidas auri laminas conuertebar; idque dono Sileni Bachi nutritii accepisse ait: à nemine habuit noster Midas, quod fœnum suo contactu, fuluum verteret in aurū, sed à seipso: habet equidem materialis sol virtutem, & vim, vt intimas terrae partes penetrans, influxu suo terram ipsam aurum reddat; à fortiori ergo fatendum est, potuisse solem nostrum diuinum suæ sacratissimæ carnis contactu fœnum, in quo iacuit, aurum reddere. Fatere tu ipse, qui hoc opponis; si tibi optio daretur eligendi, eligeres ne istius fœni fimbriam, in quo Christus iacuit, an maximum auri pondus? fœnum vtique eligeres (credo) & nō aurum: pretiosius igitur est istius ferculi reclinatorium, reclinatorio Salomonis; vndē plusquam aureum dixerim Christi præsepī fœnum: Adde insuper totum hoc mysterium super Sapientiam Dei stabiliri, sicut stabilitur corpus super lectum, in quo ia-

Pars 2.

Præsepī p-  
lex autē  
reclinatoriū.

Midae fabu-  
la, ex Ouidio  
Metha. lib. 11

cet; at Dei sapientia aurum dicitur, A Canticorum 5. Caput eius aurum optum.

Obiicites 2. in hac ferculi Salomonis figura, seu umbra aliquid repetiri, quod à Christi præsepio discoruerat, ascensum nempè purpureum: nam Christi Domini in præsepio reclinatio, descensus fuit, non ascensus:

immò totum incarnationis misterium descendens appellarent Dei homines, & præcipue Regius Vates Psalm. 71. *Descendet (inquit) sicut plu-* Psalm. 71.  
*mia in vellus.* Respondeo primo, quod si respectu, Christi ascensum non habuerit præsepe, habuisse tamen, respectu nostri: nam illa pueri Iesu inclinatio nostra fuit ascensio; vndē optimè Augustinus libro de Symbolo cap 3. *Exaltauit se homo, & cecidit; Humiliauit se Deus, & erexit:* Dico secundo, cum Paulo ad Philippenses 2. Aliter secundum responderetur. *Paul. ad Phi- lippenses. 2.*

C met ipsum (inquit Apostolus) propter quod Deus exaltauit illum: Ascensus itaque fuit Christi in præsepio reclinatio, per quam ascenderemus ad patrem, & propter quam ipsa pueri iacentis caro, usque ad dexteram patris ascendit, & purpureus fuit ascensus ab incensa charitate intentatus; Proprius nimiam namque charitatem misit Deus filium suum, ut idem Apostolus loquitur.

D Media denique charitate construit, Salomon ferculum, quod fecit, idest, in medio eius charitatem constramat depingere præcepit: In sui ferculi medio, non charitatis effigiem posuit noster Salomon, sed ipsammet construit charitatem; nam his ipse, qui charitas est, mediis in præsepī paleis, reclinatus est. Media charitate construit, ait nostra Vulgata; at 70. vertetur. Medium eius ardere fecit: Ardere (inquam) fecit, & non comburi;

O 2. ò myste-

Obiicitur se-  
cundo cōtra  
conuenien-  
tiā Salomo-  
nis ferculi, &  
Christi p-  
sepium.

Respondet  
obiectioni,  
ex Aug. ca. 3.  
de Symbolo.

A quo put-  
purea pueri  
Iesu in præ-  
sepio tecli-  
natio.

Cantic. 3.  
Ait Vulgatæ  
lectio.

Deut. 4.

ò mysterium incomprehensibile! ignis inter fœnum, & non comburit! puer, qui Deus est, & Deus ignis consumens est Deuteronomii 4. fœnum, non consumit! supra fœnum reclinatus, paleas non redigit in fauillas:

*Exodi cap. 3.* Ecce denuò Rubi mysterium, quod non comburebatur ardens: sed id ipsum, quod in illo casu accedit, & adumbratum fuit, hic quoque significari, mihi absque dubio persuadeo: illæsam nempè mansisse Virginitatem in conceptu, illæsamque per nouem mensium spacium, & post partum quoque Virginis integritatem permanisse, gestando, & pariendo infantem, qui nunc (igneus totus cum sit) in medio fœni iacens, fœnum incendit, non tamen comburit: *Rubuit inuiolata Virginitas*, (inquit Augustinus sermone 17. de Nativitate, alludens ad mysterium Rubi)

*cum scilicet ad ingressum, & egressum diuinis Solis, verecundo rubore decentissimè ignescens Virginis corpus, & facies; tunc quoque rubum ardentem, & incombustum verissimè repræsentauit.* Hæc ille: quibus nunc addo, id ipsum quoque repræsentari, in fœno ignito, & non combusto; carnem nempè Virginis, cundem ignem à se emittentem, non tamen aliquod suæ integratatis detrimentum patientem: *omnis caro fœnum*, sicut ergo caro Virginis ignem proferens exusta nullo modo fuit, cum fœnum fuerit; ita suo modo: Christi præsepī fœnum, ab igne, quem sustinuit, combustum non fuit, quamquam valde fuerit inflammatum: ò quanta cum ratione tanti istius præsepī excellentiam recolens, & valorem, licet exclamare, & dicere. O amabile præsepiū, in quo ardentiſſimus hominum amator recubuit! ò opulentissimum præsepiū, in quo orbis totius pretium latuit! ò fulgentissimum præsepiū, orbis pretiū, in quo splendifiſſimus Sol Iustitiae

Rubus accēsus, & non cōbustus Mariae Virginitas inflamata, & illæsa, ex Aug. ser. 17. de Nati.

mundo est ortus! ò cælestē præsepiū, in cuius paleis iacet cœli Dominus! ò felices paleæ rōsis omnibus, liliis, cæterisque floribus pulchriores, quæ ab æterno igne inflammatae, perpetuum mentis incendium suppeditatis, quod nulla aquarum flumina valebunt extinguere! ex vobis mihi fasciculum cōponere exopto, illumque inter vbera mea colloquare, vt eodē igne inflammer, quo ignescitis.

— — — — —

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Reclinavit eum in præsepio.*

## ANNOTATIO X.

Christi præsepe Hierosolymitano Tēplo illūstrius, ac sanctius, & queque atq; cœlum Empireum glorioſum.

**F**ulgebat equidem Templum Hierosolymitanum auro, fulgebat argento, prætiosissimisque lapidibus; illustreque valde fuit, & sanctum; propter propitiatorium; & testamenti arcam, intra ipsum contentam: exornatum erat candelabris, & vasis aureis, sacrificiisque continuis, & aliis Sacerdotum ministeriis frequetatum: erat denique amplissimum, ac capaciousimum, propter ampla atria, quæ habebat, totum Israeliticum populum capientia, dum ter in anno ad festiuantum ascendebant; sed quænam fuit tota hæc amplitudo magnifica, si cum Christi præsepī amplitudine cōponatur? Quid excellentiæ, seu prætiositatis, aut valoris habet Ophir aurum, si cum diuinitatis auro cōparetur,

Exigua Salomonis Tēpli amplitudo, cum Christi præsepī amplitudine cōparata.

Latuit inter præsepī paleas totius orbis pretiū, in quo orbis totius pretium latuit! ò fulgentissimum præsepiū, quo fulgebat Christi præsepe ab eius capite in paleis reclinato? quod totū

au-

Cantic. 5.

aureum; & non qualemcumque, sed optimū appellavit sponsa Canticor. 5. *Caput (inquit) eius aurū optimū;* Quid gēmarum, lapidumque pretiositas, cū pretiositate, & excellentia lapidis illius, qui sine manu abscisus, aurum, argentum, æs, & ferrum, vt tetigit, redigit in nihilum? Daniel 2. nōnē puerulus iste, qui iacet in fœno, lapis ille fuit, *de monte*, idest, *de Virgine*; sine manu abscisus, idest, absque viri operatione in lucem editus? Quid commune habuit antiqui illius Templi propitiatorium, cum nostri præsepii propitiatorio? qui puer ipse est, qui in paleis reclinatur, vt ad Romanos 3. testatur Paulus, & Ioannes epist. 1. ca. 2. dicens. *Ipse est propitiatio, pro peccatis nostri.*: Quid cōparabile habet lignea illa testamenti arca, cum Beatissima Virgine, quæ in illa fuit antiquitùs designata? quid Sacerdotum veteris Tēpli puritas, ad istius præsepii ministrorum puritatē comparabile? homines illi cum fuerint: hi autem Angeli, Audi Chrysipum oratione 2. de Virgine

Paul. ad Ro.  
man. cap. 3.

Ioan. 1. cap. 2.

Chrysip. orat.  
2. de Virgine  
Deipara.Cantic. 3.  
Carpophorus  
ibid.

Matth. 2.

Ibidem.

A Augusto, qui per edictum tributa ex postulabat, sed Augustissimo cœli, terraque Imperatori, non postulanti tributa soluuntur; *Apertis thesauris suis ibidem obulerunt ei munera, aurum, thus, & myrram:* Vndè nemo iam sit, qui dubitet fuisse Christi præsepe, Hierosolymitano Templo longè sanctius, longè capacius, longè illustrius, & insignius; sed quæ Hierosolymitani Tem-

B pllo cum Christi præsepio compara-  
tive, cui cum Empireo cœlo est conser-  
tatio? æquè enim gloriosum Christi  
præsepe, atque Empireum cœlū fuisse  
passim affirmant Patres, & præsertim  
diuus Epiphanius oratione de Virgine  
Deipara, vbi inter cetera, huic argu-  
mento valde cōsona, hæc intermittit;  
*stabulum visum est esse cælum in terra,*  
*in quo Virgo Deipara citra laborem præ-  
gnans, cæli, & terra Dominum depositit,*  
*in quo omnes Angelorum ordines circum-  
stabant Virginem, cum clamore dicentes:*  
*gloria in altissimis Deo, & in terra pax  
hominibus bona voluntatis.*

C Tota Empirei cœli gloria à Deo, qui vbiique residet, in illo specialiter residente, & ab Angelicis spiritibus, Deo ibi humiliter, & lætanter famulantibus; quid Christi præsepio defuit, vt æquè atque cœlum Empireum di-  
xerim gloriosum? Deum habet; nam *Dens erat Verbum, & Verbum carnem* Ioann. 1.  
assumens puer ille factus est; qui iacet in præsepio reclinatus, omnes tres cō-  
tinet Trinitatis personas, præsepe Bethleemiticum, sicut & Empireum cœ-  
lum: secundam præcipue, primam ve-  
rò, ac tertiam per cōcomitantiam, (vt  
communis fert Theologorum loquē-  
di modus) habet, & Angelos in pueri  
vagientis seruitiū destinatos; ex qui-  
bus omnibus tāta resultat inter Chri-  
sti præsepe, & cœlum Empireū simi-  
litudo, & congruentia, vt te iure du-  
bitare faciat, sit ne cœlum in præsepe  
conuersum, an præsepe in cœlum cō-  
mutatum, (vt loquitur Epiphanius).

Pars 2.

O 3 Quod

Quod si tandem in Empireo cœlo, ex Dei intuitu beantur iusti, & per quammaxime recreantur, id profectò Christi præsepio non defuit. Audi D. Cyprianū de Nativitate: Ornamenta (inquit) quæ in præsepio deerant, etiā si adessent, non haberēt oculos inspectores; quia præsentia paruuli, sic eorum, qui aderāt, oculos occupabat, sic illuminabat animos, sic alliciebat corda, ut in hoc summo bono, omnium bonorū vñita collectio videretur, nec opus esset euagari, & mendicare per partes, quod simul in se uno omnipotens infantia præsentabat.

Christi præsepiū in aliquo cœlum Empireum superauit.

Inuidere pōto cœlum Empireum Christi præsepio.

Obiicitur contra dicta. Canic. 3.

Christi naſcentis agnōmen.

Luke 2.

Ad quid ergo gladiis accincti sunt, cum denuntiant pacem? Vltimo augētur dubitandi fundamentum ex illis eiusdem Salvatoris Verbis, Matth. capite 10. *No veni pacem mittere, sed gladium.*

*Matth. c. 10.*

Venit gladium mittere, & eius aulici ad bellum accincti incedunt? & in eius aduentu pacem nuntiant? Mirares, & pésitatione dignissima! soluam, qua potero ratione, & euertam dubitandi fundamentum, ex terrenorum Imperatorum, Regumque more, qui non nisi arma præ manibus gestantes Regna sua in pace custodiunt: [ *No se conserva la paz en los Reynos, sino con las armas en las manos.* ] Ut igitur pax, quæ inter cœlum, & terram, Christo nascēte, inducit, diurna sit, & conservetur, belli insignia portant istius pacifici Regis aulici, ut timorem incutiant, peccatoribus, ne amplius initam cum puerō pacem frangant: vel enses portant, *propter timores nocturnos*, ut dicitur in contextu, hoc est propter Principes tenebratum, & propter eorum insidias, quibus internæ conscientiæ pacem perturbare contendunt; ita Apponius ad hunc Canticorum locum; *Edocet* (inquit) *locus hunc locum.*

Cantic. 3.

*iste Angelos sanctos contra Principes vitiorum, qui sensus obsident spiritualibus armis accinctos, propter insidias eorum nocturnas:* Hæc quantum ad Angelos, qui lectulum pacifici Salomonis gladiis accincti custodiunt, & ad bella parati.

*Appon. ad*

Circa verba verò nostri pacifici Salomonis. *Non Veni pacem mittere, sed gladium,* audi Hieronymum, & eius *Hieron. ibi.* verba perpende: *Missum* (inquit) *est bonum bellum, ut rumpere turpem bellum, pax mala.*

*Matth. c. 10.*

*Hieron. ibi.*

Addiderim ego, & non temerè, aliquid amplius habuisse in illo euentu Christi presepe, quām cœlū, per quod cœlum ipsum Empireum superabat; Virginem nēpē Deiparam, & Ioseph castissimum Virginis sponsum, quos nondum Empireum cœlum possidebat; ita ut necessarium fuerit, (ut cœlū hoc Christi præsepio æquaretur) aliquid auferre à præsepio, & addere cœlo; Beatissimam nēpē Virginem, & Ioseph sanctissimum, quos quandiu cœlum non habuit, inuidere potuit Christi præsepio: fuit itaque Christi præsepe, æquè ac Empireum cœlum gloriosum, ne dicam gloriosius.

At ex aliquibus, quæ superius dicta sunt, non leuis exurgit obiectio, ad quid nēpē in præsepio, Empireo cœlo per omnia simillimo belli signa? ad quid sexaginta ex fortissimis Israel, per quos sancti Angeli designantur, istius diuini Salomonis lectulum ambiunt, omnes tenentes gladios, & ad bellandum parati? in cœlo pax summa est, nullaque ibi reperiuntur bellica instrumenta; accedit insuper amabile illud cognomentum, quo Salomon noster insignitur. *Rex pacifus magnificatus est vehementer.* Quin & ipsi Angeli pacem proclaimāt, ac denuntiant terris; *Gloria (canunt) in altissimis Deo, & in terra pax hominibus.*

*at iniquis dominis impotens, qui in iustis*  
*bouis*

CIR-

*Respondeatur objectioni.*

CIRCA EADEM SACRI  
contextus verba.

*Peperit filium suum primogenitum, &  
pannis eum inuoluit, & reclina-  
uit eum in præsepio.*

## ANNOTATIO XI.

*Christi præsepe schola humilitatis: ac  
virtutum cæterarum.*

Dico ad quæ  
fuit Christus  
missus à Pa-  
tre.

Esaia 55.

Esaia 8.

Iren. li. 3. c. 18

Zachari. 13.  
Cyril. Alex.  
ad ca. 1. Esaia.

**V**T duo, præter cætera, obiret mu-  
nera ait Deus per Esaiam cap.  
55 filium suum vnigenitum mississe  
in mundum, vt nempè dux esset po-  
puli sui; ipsumque bonis moribus in-  
strueret, omniumque virtutum exer-  
citium, eundem populum edoceret:  
*Ducem (inquit) ac præceptorem gentibus  
dedit eum: Qui igitur in Ducem datus  
est gætibus, ita impigre, ita celerrimè,  
ac diligenter strenuum ducem se exi-  
buit, vt statim ac pedem in terris po-  
suit, potentissimum idolatriæ imperiū  
profligauerit, & euerterit; vndè nomē:  
Acceleræ, seu accelerantis, fortitus fue-  
rit, vt suæ prophetiæ in cap. 8. idem  
Esaias testatus fuerat dicens. *Voca no-  
men eius acceleræ; quia antequā sciat puer  
vocare patrem suum, & matrem suam,  
anseretur fortitudo Damasci, & spolia  
Samariae; Quem Esaiæ locum de pue-  
ro Iesu recens nato intelligunt com-  
muniter Patres, ad cuius pedes con-  
sternati tres Reges gentiles munera  
obtulerunt; vndè optimè Irenæus lib.**

**3. cap. 18. In ipso (inquit) suo ortu spo-  
liauit Christus homines, & abstulit igno-  
rantiam ipsorum, sui cognitionem præbēs,  
quod etiam argumentum eleganter  
prosequutus est Cyrillus Alexand. ad  
caput 1. Esaiæ, explicans locum illum  
Zachariæ in cap. 13. Et erit in illa die,  
dixit Dominus exercituum, disperdā no-  
mina idolorum de terra: Misertus nobis  
(inquit Alexandrinus) vniuersitatis opi-**

**A** fex, misit de cælo Redemptorem, qui sta-  
tim, vt natus est, demolitus est idolatriæ.

**Quod si** Christus Dominus adeò  
celer, & impiger in ducis munere o-  
beundo fuit, non minori celeritate ad  
magistri, seu præceptoris ministerium  
se accinxit; vtrumque obseruauit Ire-  
næus, verbis illis suprapositis, *in ipso* <sup>Id est Iren. ubi</sup>  
*suo ortu spolianit homines, & abstulit supra*  
*ignorantiam ipsorum;* nam in verbo spo-  
liauit, officium ducis, seu militis indi-  
cauit: verbis autem sequentibus: *Ab-  
stulit ignorantiam ipsorum,* innuit offi-  
cium præceptoris; quanta autem cele-  
ritate vtrumque exercuerit, illis ver-  
bis ostendit, *In ipso suo ortu.*

**C**æpit itaque puer Iesus non tantū  
ab incunabulis, sed & ab ipso suo or-  
tu optimi præceptoris munus diligen-  
ter obire, virtutesque omnes homines  
edocere, humilitatē præcipue, & pau-  
pertatem: præsepe in quo natus est se  
legit in cathedram, ex qua, in se ipso <sup>Præsepium  
Christi ca-  
thedra humili-  
tatis.</sup>  
edocuit modum addiscendi facilimè  
materias difficillimas, hominibusq;

**C** inuisas, humilitatem scilicet, & pau-  
pertatē; & quod postea docturus erat  
verbo, docuit hic exéplo. Volēs Chri-  
stus Dominus discipulos suos difficil-  
mam humilitatis doctrinam edocere.  
*Statuit parvulum in medio eorum, & di-  
xit illis: Nisi efficiamini sicut parvulus  
iste, non intrabis in Regnum colorum.*  
Quod igitur tunc docuit verbo, prius  
in præsepio humilis parvulus in me-  
dio duorum animaliū collocatus, do-  
cuit sui ipsius exemplo; ad quem lo-  
cum alludens Bernardus ser. 3. super <sup>Bern. ser. 3</sup>  
*Missas est, sic cōuenienter ait; vt disci-  
pulos suos Christus humilitatem doceret,* <sup>super missas  
est.</sup>  
*parvulum in medio eorum statuit: Ecce in  
præsepii medio parvulus positus, studea-  
mus effici sicut parvulus iste, discamus ab  
ipso, quia misericordia est, & humilis corde.*

Optimus, prudensq; Magister, cum  
aliquam scientiam vult suos discipu-  
los edocere, terminos illius prius  
docet, quibus usuri sint in loquen-  
do, in argumentando, & disputan-  
do;

do, terminos (inquam) à communi loquendi modo omnino dissimiles, ac diuersos; idipsum in præsepio statim natus effecit Christus, volens humilitatis, & reliquarum virtutum sciétias edocere, terminos diuersos à mundi terminis edocuit, confunditq; mundi loquendi modos; vt olim fecit Genesis cap. 11. volés hominum audaciam, & elevationem coértere: *Venite, inquit, descendamus, & confundamus linguam eorum:* Descédens namq; in præsepio Christus, descensu suo, & humilitate hominum mutauit linguam, & diuersos edocuit loquendi modos; nā iam *parpertas*, sibi vendicat, *dinitiarū nomen: diuitiae inopia appellantur; ignorinia, ludibria, & opprobria;* quæ Christi causa tolerantur, *honores dicuntur, Crux, gloria; mors, vita; carcer, libertas nominantur.* Quis, quæro, hominum sic mutauit linguam? Christus equidē ad præsepe vsq; descédens; quanā in schola noua hęc addiscitur sciétia? In præsepio, ait D. Pater Augustinus serm. 18. de Natiuitate: *Omnis, inquit, Christi Natiuitatis schola, humilitatis est officina.*

Docuit Christus in præsepio recēter natus suo exemplo, quod postea docturus erat verbo. Cum mundum humilitatem voluit edocere, Luc. 14. fecit id ex comparatione venientium ad nuptias, quibus primos accubitus sibi vendicare non expedire persuasit, sed in nouissimis locis federe: *Accūbe, inquit, in nouissimo loco, cum inuitatus fueris ad nuptias,* id ipsum suo exemplo prius edocuit, quām postea prædicaret: *Nouissimus mundi locus præsepium est; nouissimus mundi locus stabulum est.* (inquit Sophronius oratione de Christi Natiuitate) *in nouissimo Christus recumbit loco, ne tu primas sedes tibi ambies insolenter;* descédit celissimus in stabulum, *ne superbe cupiat homo abiectissimus ascendere in thronum;* prius itaq; Christus Dominus humilitatis amator, ac præceptor ipsam à præsepii ca-

thedra nos docuit suo exemplo, quām ipsam prædicaret verbo.

Omnem simul mundi gloriam calcare ex præsepii cathedra nos docuit puer in pauperculo, viliq; præsepio reclinatus, & pannis vilibus inuolutus, & vt hanc vanę gloriæ despiciētiam doceret, non in ampla domo, amplexo; palatio, sed in abiecto stabulo nascitur, aureus lectulus, quo tantus Rex fuit reclinatus, præsepe fuit. Bōbycinæ, gemmisque districtæ vestes; quibus est coopertus, parui pretii fuerunt panni; sicq; mundi conculcat gloriam, sicq; eam imitatores suos docet conculcare; optimè Bern. serm. 3. de Natiuitate: *Nonne, inquit, ipse est, qui Psal. 40. dicit: Meus est orbis terra, & plenitudo eius? Quid ergo stabulum elegit?* Et statim respondens ait: *Planè ut reprobet gloriam mundi, damnet sacerdii vanitatem:* Nasciturus itaq; Dei filius, cuius arbitrio erat, quod vellet eligere tempus, elegit; quod molestius erat, præsertim puero tenero, & pauperis matris filio, quæ nec dum paninos habebat ad inuolendum; neque præsepe ad reclinandum: *Non est tale iudicium mundi* (annectit idem Pater) *sed aut iste fallitur, aut mundus errat,* sed Diuinam falli impossibile est sapientiam, hæc Bernardus, qui eodem sermone ait, tam præsepe, quām stabulū, tenerrimique infantis omnia membra voces esse, quibus puer Iesus antequā vocem promere nouit (loquimur humano more) nobis mundi despiciētiam ex præsepii cathedra edocere laboravit: *Prædicat hoc stabulum;* (inquit Clarauallenſis Abbas) *hoc præsepe clamat; hoc membra illa infantilia manifeste loquuntur; hoc lachrymæ, & vagitus Euangelizant.* Totus itaque puerulus Iesus in præsepio reclinatus, pannisq; vilibus inuolatus in ore, & linguas cōuersus est, antequā nouerit verba promere, vt virtutes inculcat, & vt vanam mundi gloriam nobis despiceremus persuadeat.

Omnē mun  
di gloriam  
calcaē nos  
docet puer  
Iesus in præ  
sepio positus

Bern. serm. 3.  
de Natiuit.

Psal. 49.  
Idem. Bern.  
ibidem.

**C** *Et statim respondens ait: Planè ut reprobet gloriam mundi, damnet sacerdii vanitatem:* Nasciturus itaq; Dei filius, cuius arbitrio erat, quod vellet eligere tempus, elegit; quod molestius erat, præsertim puero tenero, & pauperis matris filio, quæ nec dum paninos habebat ad inuolendum; neque præsepe ad reclinandum: *Non est tale iudicium mundi* (annectit idem Pater) *sed aut iste fallitur, aut mundus errat,* sed Diuinam falli impossibile est sapientiam, hæc Bernardus, qui eodem sermone ait, tam præsepe, quām stabulū, tenerrimique infantis omnia membra voces esse, quibus puer Iesus antequā vocem promere nouit (loquimur humano more) nobis mundi despiciētiam ex præsepii cathedra edocere laboravit: *Prædicat hoc stabulum;* (inquit Clarauallenſis Abbas) *hoc præsepe clamat; hoc membra illa infantilia manifeste loquuntur; hoc lachrymæ, & vagitus Euangelizant.* Totus itaque puerulus Iesus in præsepio reclinatus, pannisq; vilibus inuolatus in ore, & linguas cōuersus est, antequā nouerit verba promere, vt virtutes inculcat, & vt vanam mundi gloriam nobis despiceremus persuadeat.

Bern. ibid.

In

Genes. II.

August. ser.  
18. de Natiuit.

Lucus 14.

Sophron. ora-  
tione de Chri-  
sti Natiuit.

## ANNOTATIO XII.

*Viles panni, quibus Christus infans erat inuolatus, regalem eius dignitatem ostentabant.*

**A** In tam piæ tandem huius doctrinæ confirmationem placet adducere spiritualem quandam interpretationem illius Canticorum capituli 8. loci: *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, ibi me docebis*, quæ affert Signiniensis Bruno in sua expositione huius Canticorum libri; quia cum his, quæ dicta sunt, optimè congruit, intellegit namq; præcitus Pater, per dominum genitricis suæ præsepe, in quo Beatissima Virgo benedictum puerum inuolutum reclinavit, & inducit deuotam animam ab eo expostulantem, ut ibi eam doceat mundi despiciētiam, laborumque tolerantiam:

*Ducam, inquit, te non in palatium Regium, non in domum, excelsam, sed in eā ipsam domum; quam habuit mater tua, quæ & te genuit, & mea, quia mihi subuenit Beata Virgo Maria, in qua te reclinavit, quando te peperit; id est, in parvulum præsepe: illic, in medio duorum animalium, parvulus, nudusq; cubans, ac vagiens; sicut propter infantiam, verba proferre nescias, tuis nibilominus lachrymis, tuoq; tremore, multò me docebis melius, quā vel ab eloquentissimo quoq; doceri possim; ibi me docebis, quomodo humilier, ac parvulum fieri oporteat, propter te; quomodo omnia terrena despicerē debeā; quomodo carnem meam mortificare, mihi necessarium sit: quomodo me à fletibus cessare non deceat, tantis criminibus obnoxium, cum tu pro sceleribus ipsis meis, parvulus, nudus, & tremens à vagitibus ibi non abstineas. Hæc omnia Signiniensis Episcopus, ex quibus clarissime comprobatur Christi præsepe cathedram, & scholam fuisse humiliatis.*

\*\*\* \*\*\* \*\*\* \*\*\* \*\*\* \*\*\* \*\*\* \*\*\*

## AD ILLA SACRI contextus verba.

*Hoc vobis signum; inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.*

**B** **C** **D** **Contradicit Angelorum signū, eorum Evangelio.** **Ontradicunt certè Angelorum signa, pastoribus data, ipſi, quam illis persuadere volunt veritati: Saluatorem mundi in Bethlehē natum denuntiant, & signa præbent pauperculi infatis, in præsepio reclinati, pannisq; vilibus inuoluti: quænam conuenientia reperitur inter vnius pueri vagientis imbecillitatem, & potentiam, ac magnanimitatem, quæ ad saluandum totum mundum requiritur? quomodo homines à peccatorū nexibus disfoluet; qui, vt à temporis inclemētiis protegatur, vilibus pannis indiget colligari? quomodo fragilis vnius pueri teneritudo se se cum tenebrarum principe componet, vt vniuersum mū dum ab illius scrutute redat immūnem? *Ecce annuntio vobis gaudium magnum* (inquit Angelus ad pastores) *quod erit omni populo, quia natus est vobis, hodie Saluator mundi.* **Luc. 2.** Benè equidem, Angele sancte, à nullo namq; alio fundamento maius gaudium mundo poterat prouenire, quā ex eo, quod illi nascatur Saluator, sed quænam dās Saluatoris signa? vbi aquæ fragilis cuiusdam virgæ ministerio in cruorem conuersa? vbi per medium maris ad exēdum à Pharaonis captiuitate iter apertum? vbi Sol, ab afflueto cursu retardatus? vbi madefacto vellere sicca area? vbi similia signa data antiquitù in populi saluationem? *Hoc vobis signum, inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio?* Signum hoc, fragilitatis, & humanæ miseriæ potius est, quā latitiæ, quā victoriæ, & libertatis; quomodo, quero, ex infantia agnoscant pastores Verbi æternitatem? quomodo ex fragilis infantis imbecillitate inferent ad saluandum potentiam, & fortitudinem? quomodo**

*Exod. c. 2.*

*Exod. c. 7.*

*Judicium 6.*

*Lucas 2.*

do denique in vilibus, & pauperculis pannis regalem togam agnoscent? panni namque viles paupertatem potius ostentant, quam regalem dignitatem: viles panni fragilitatem potius indicant humanitatis, quam omnipotenciam Deitatis: signa denique haec Angeli potius Deum tegunt, quam detegunt.

Berta. mart.  
dub. 8. ex no-  
uo testam.

Eccles. 36.

Ibidem.  
Verbum in-  
carnatum Dei  
manus, ex  
Psalm. 143.  
& ex Esaia  
cap. 52.

Bert. ubi su-  
pra.  
Esaia cap. 7.

Luce 2.  
Amb. lib. de  
fide Resurrec-  
tionis.

Pressit aliquando valde dubitatio hæc sancti Martyris Bertarii mentem, illamque posuit ipse, inter noui testamenti dubitationes loco 8. quam postquam verbis fermè eisdem, quibus à me posita est, exagerauit, duobus rationibus solvit: primam sumit ex illo loco Ecclesiastici 36. *In nova signa; immuta mirabilia; Vbi secundum istius Patris mentem, verbi incarnatio, & Natiuitas à Deo Patre exposcitur; cui intelligentiae suffragatur verba sequentia, glorifica manum tuam, & brachium dextrum;* Nam per manum Dei, eius filius in carne intelligitur, secundum illud Psalmi 143. *Mitte manum tuam de alto, eripe me, & liberame, &c.* Et eudem filium incarnatum innuunt verba illa Esaïæ. *Parauit Dominus brachium sanctum suum;* ait igitur Ecclesiasticus, antiquitus, Domine per signa rigoris, tuam omnipotentiam manifestare consueisti; at nunc poscimus, vt immutes signa, & mirabilia tua in signa clementiae, & pietatis, filium tuum mittens cum fragili nostræ carnis substantia, qui pueri vagientis, & pauperis formam suscipiens, non terreat, sed consoletur miseros, & afflitos: *Huic petitioni respondet Dominus* (ait Bertarius) *per Esaiam cap. 7. dicens: propter hoc, Dominus ipse dabit vobis signum: ecce Virgo concipiet, & pariet filium, &c.* Ex hac Dei promissione puer Iesus à Virgine natus, pannis inuolutus, & in praesepio collatus, euidentissimum, & anthonomasticum signum fuit, Dei benignitatis, ac pietatis, uniuersique generis humani salvationis: vnde congruenter ait Angelus ad pastores, & hoc vobis signum, in-

A *uenie: is infantem pannis inuolutum, & positum in praesepio: unicum, notumque Saluatoris signum, ut potè quia tanto ante fuerit ab Æterno Patre exhibutum;* Vnde Amb. lib. de fide Resurrectionis hoc idem signum appellat, *anthonomasticum signum salutis.*

Secundo ait idem Pater, notissima esse veri Saluatoris signa illa, quæ ab Angelo pastoribus data sunt, paupertatis neimpè, fragilitatis, & miseriæ; nam (vt ipse ait) *compati necit, qui pati non nouit.* Verè igitur se Saluatorem Idem Bert. ibidem.

B Christus exhibuit, in pauperculo praesepio reclinatus, vilibus pannis inuolutus, experiensque frigoris inclemētiā, ac vagiens in praesepio infans; nam per omnia tentatus (vt loquitur Apostolus) omnibus nostris indigeniis didiscit subuenire; & verum se Regem ostendit, qui suorum ciuium calamitatibus, & premitur, & miseras eorum in se ipsum transfert.

C Benè (fateor) responsum est à Bertario, sed nemo inficiari poterit, viles illos pannos, & pueri vagientis lachrymas, Dei omnipotētiā, & eius diuinitatem occultasse; probat hoc ille Esaïæ locus, vbi agens de nominibus, quibus appellandus erat Christus, ait. Esaia 9.

*Vocabitur nomē eius admirabilis; Vbi ha-* Idem cap. 45.

*bet textus Hebraicus. Vocabitur nomē eius absconditus; Ipsoque cognomento*

*fuit ab eodem Esaia insignitus cap.*

*45. Tu (inquit) verè es Deus absconditus, Deus Israel Saluator;* notate verba.

*Saluator verè absconditus:* Abscondebant namque pauperculi, & vilosi panni Saluatoris omnipotentiam; vnde ineptè datum fuisse videtur ab An-

gelo pastoribus signum, dicens. *Inuenietis infantem pannis inuolutum, &*

*positum in praesepio:* Accedunt ad du-

*bium augendum Pauli verba 1. ad*

*Corinth. cap. 2. Loquimur Dei sapientiā*

*in mysterio, quæ abscondita est, quam præ-*

*destinavit Deus ante secula in gloriam*

*nostram, quam nemo Principum huius se-*

*culi cognovit?* Quomodo ergo cognoscen-

*Occultabant  
in praesepio  
pueri vagi-  
tis lacryna  
Dei omni-  
potentiam.*

*Esaia 9.*

*Idem cap. 45.*

*Luce cap. 2.  
Paul. ad Co-  
rinth. cap. 2.*

scent, sancte Angele, humiles, & rudes pastores, Dei sapientia incarnata, & vilibus pannis inuolutam,) quam nemo Principum huius saeculi cognovit? Immo respondet Bruno: *Quia principes, & sapientes non cognoverunt, cognoscent pastores humiles, & illiteratis; nam scientia inflat, charitas autem edificat, & hoc fortassis indicare voluit sapientia ipsa, quando agens Patri gratias, dixit, Matthæi cap. 11. Confiteor tibi Pater Domine cœli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parvulis, id est, humilibus. Humilem ergo, & pauperem, humilibus, pauperculisq; pastoribus, Angelus Saluatorem describit, ut similitudo fortis, consiliet desiderium inquisitionis.*

Ex altero Pauli loco, ubi ad literam agit de ostentione, & manifestatione diuinitatis, quam Verbum exhibitum fatus homo; eademmet exurgit dubitandi ratio: *Magnum est pietatis Sacramentum* (ait Apostolus ad Timoth. 2. cap. 3.) quod manifestatum est in carne, apparuit Angelis, prædicatum est gentibus, &c. ubi sic vertit S. Pagninus ex Hebræo: *Deus manifestatus est in carne.* Notate contradictionem: si Verbi incarnatione secretum magnum erat, quomodo assumendo Verbum carnem, manifestauit Deitatem? immo absconde videtur Deus Diuinitatem celasse cum carne; ita namq; loquitur

Theodoreti ad cap. Luc. 2.

*Celata, inquit, Diuinitate, sumمام accepit humilitatem, & humanam formam suscepit.* Ex quo clare appetit summam præsepii humilitatem, pannorumq; pauperum vilitatem, potius Diuinam, ad saluandum, absconde omnipotentiam, quam indicasse; unde & ineptis signis videtur usus fuisse Angelus, ut omnipotentiam Salvatoris propalaret præsepio, imbecillitate, & pannis vtens pro signis Salvatoris.

Respondeo tamen ex mente Bernardi, tunc maiora suæ Diuinitatis, suę

Brun. hom.  
de Natiuit.

Matth. 11.

Paul. ad Ti-  
mot. 2. c. 3.

Dispungitur  
locus.

Theodoreti ad  
cap. Luc. 2.

Cū Christus  
Dñs in no-  
stra apparuit,  
fragilitate,  
evidenter  
signa prebuit  
sue diuinita-  
tis.

A clementia, & bonitatis Diuinum Verbum dedisse, cum nostræ naturæ fragilitate, & vilitate omnipotentiam occultauit: probabo exemplo, & postea Bernardi verbis cōprobabo; cum Sol tota nascens claritate resplendet, suæq; lucis radios emittit, a nemine cōspici potest, propter lucis excellentiam; at si nubecula parua obtegatur, tunc facilis oculos in illum quis valet concidere, ipsumq; intueri: idem, itaq; in Sole est se occultare, atq; seipsum manifestare; id ipsum, de Diuino iustitiae Sole, protestatus est Paulus: *Magnum fuit Sacramentum*, id est, quid abstrusissimum, & imperceptibile, cum diuinitatis radios undequaq; emittebat Verbum Diuinum; nam tūc scrutator Maiestatis opprimebatur à gloria: at ubi primum nostræ carnis nubecula, nostræ naturæ vilitate obductum est; statim potuit intueri, statim videri potuit, & cognosci manifestè: *Deus ma-*

*nifestatus in carne:* audiamus Bernardum serm. 45. in Cantica: *Quam pul-*

*Bern. ser. 45.  
in Cant.*

*cher, inquit, es Angelis tuis Domine Iesu, in forma Dei, in die eternitatis tuae, splendor, & figura substantia Patris? quam mihi etiam decorus es, Domine mi, in ista tui positione decoris; etenim ubi te exinaniviisti, ubi naturalibus radijs lumen indeficiens exuisti, ibi pietas magis emicuit, ibi charitas plus effulgit, ibi amplius gratia radiavit; quam clara mihi oris stella ex Iacob, quam lucidus flos de radice Iesse egredieris, &c. Dum igitur Dei potentia, virtus, & gratia pannis inuoluitur, tunc detegitur; unde optimè Paulus, ait: *Deus manifestus in carne;* & congruum signum inueniendi mundi Saluatorem, Angelus dat pastoribus, dicens: *Hoc vobis signum, inuenietis infantem pannis inuolutum, & possum in præsepio.**

Addiderim tandem ad huius annotationis calcem, pauperes illos panos, & strictam illam fasciam, qua alligatus erat puerulus Iesus, Regalem eius dignitatem ostentasse, pro cuius dicti intelligi-

Ostentabant  
viles panni,  
quibus puer  
Iesus immo-  
latus erat di-  
gnitatē eius  
regalem.

intelligentia, notandum est primo, antiquis, tam Romanis, quam externis A gentibus, diadema Regium extitisse quandam fasciam candidam; ut latè probat Alexander ab Alexandro, in libro I. suorum Genialium cap. 28. nihilque apud illos interfuisse, qua in parte istiusmodi fascia gestaretur: ideo namq; Pompeyo, magno crimi- ni datum fuit, quod ulceris velandi causa, crus fascia circumcingeret; tamquam qui Regiū diadema sibi vendicabat; quia obiiciebant ei, nihil referre, qua in parte eadem fascia gestaretur; ex quo colligitur, non ineptè fuisse benedictum infante Iesum à Virgine Deipara, non tantum pannis inuolutum, sed etiam fascia desuper colligatum; quod idem fuit, atque ab ea esse Regio diadema insignitum, & coronatum, neque enim refert, quod non caput, sed corpusculum fuerit fascia circuminctum; quia (vt annotatum est) in quacumq; corporis parte gestabatur, signū erat Regiae dignitatis.

Cantic. 3.  
C  
Confirmat hanc mysticam rationem initatio illa sponsæ, id est Ecclesiæ, ad beatas, seu deuotas animas, per Sionis filias designatas, Canticorum in cap. 3. *Egredimini filie Sion, & vide-*

*te Regem Salomonem in diademe, quo*

*coronauit illam Mater sua, in die despon-*

*sationis illius, & in die latitiae cordis sui;*

Nam per matrem Salomonem coro-

nantem, Beatissimam Virginem Chri-

stum filium suum diademe insigniē-

tem, intelligunt Patres grauissimi, Athanasius nempè in Synopsi: Ambro-

sius libro de institutione Virginis cap.

16. Bernardus sermone 2. de Epiph-

ania Domini; Hugo de sancto Victore,

libro 1. eruditionis Theologicæ, titulo

117. Gregorius Papa, Cassiodorus, &

Beda in expositione libri Canticorum

ad caput 3. vnde iam patet, non inceptū

fuisse Angeli signum ad pastores, vt

mundi Saluatorem, & Regem inueni-

rent, & cognoscerent; candidos nem-

Candida fa-  
scia insignie  
regale quo-  
dam fuit, ex  
*Alex. li. 1. Ge-  
nialium c. 28.*

Puer Iesu  
fascia colli-  
gatus Rex  
ostenditur.

*Cantic. 3.*

Per Salomo-  
nis Matrem  
Beata Virgo  
designata, ex  
*Athanas. in  
Synopsi, &  
ex Amb. lib.  
de instit. Vir-  
gin. cap. 16. ex  
Bern. ser. 2.  
de Epiph. &  
ex multis.*

pè pannos, candidaque fascia, quibus Beata Virgo puerum inuoluens, Regia cum dignitate, ac diademate insigniuit: hoc enim sensu, & hac intentione, illum hoc diademate coronasse Virginem ait Rupertus ad eundem hunc Canticorum locum. *Ex illo (in- Rup. ad cap.  
quit) diademate videndum, & quantus 3. Cantic.*  
*fit cognoscendum.*

Addo denique Christum Dominū, quotiescumque se se in summam humilitatem deiecit, semper alba fascia se insigniisse, vt Regiam ibi suam dignitatem ostentaret; vnde lauans discipulorum pedes Ioannis 13. *Lin- 10an. 13.  
reο percinxit se, in cruce actus, alba  
fascia coopertus est.*

## A D I L L A S A C R I contextus verba.

*Et in terra pax hominibus bona  
voluntatis.*

## A N N O T A T I O X I I I .

*Vera pax à solo Deo, & solius Dei  
donum.*

VT in hoc argumento sine am-  
biguitate procedamus aduenten-  
dū prius est, verba illa. *Bona voluntatis,*  
non esse coniungenda, cum verbo il-  
lo. *Hominibus*, ita vt efficiant hunc  
sensem Angelorum verba; *Hominibus  
bonae voluntatis datur pax;* Vt nonnulli  
interpretantur; nam verus loci sensus aliud vult, pacem nempè, quam  
denuntiant Angeli, datam esse à Deo  
ex mera sua voluntate bona, pia, &  
clementissima, quod idem est, ac si di-  
cerent Angeli: *Hac pax, quam annun-  
tiamus modo, à diuino tantum beneplaci-  
to prouenit, & à bona voluntate, quā Deus  
habet erga mortales;* Vnde in Graeco *Graec. contex-  
cōtextu sic est. Gloria in altissimis Deo;  
quia in terra pax hominibus, bona volun-  
tas:*

*Construunt  
in suo vero  
sensu verba  
Angeli ad  
pastores Lu-  
ca 2.*

*tis: Ac si dicatur, habet Deus in cœlis gloriam, & lætatur propter bonam voluntatem, qua ( Verbi incarnatione mediante) pacem iniuit cum hominibus, à quibus antea, ob eorum delicta dissidebat : sic verba ista Angelica interpretantur Chrysostomus, Theophylactus, & OEcumenius ad Colossenses 1. Epiphanius hæresi 78. quibus verbis sic intellectis, significarunt Angeli, huius reconciliacionis, & pacis inter Deum, & homines lætitiam, & gloriâ soli Deo tribuendam esse, & suo tantummodo beneplacito, & voluntati; quia ab illo solo vera pax datur, & à Christo, eius filio consubstantiali, & in omnipotentia coæquali; in quem etiam sensum loquutus est Paulus ad Romanos 5, cum dixit. *iustificati ergo ex fide pacem habemus per Dominum nostrum Iesum Christum.**

*Paul. ad Roma. cap. s.*

*Vera pax à solo Deo.* Optimus est locus apud Tertulianum lib. 5. contra Marcionem, ad probandum, à solo Deo esse veram reconciliacionem, veramque pacem, quod ipse ostendit ex eo, quod solus Deus potuit, & ex sua bona voluntate, & beneplacito voluit homines, ab eo propter peccatum dissidentes secum reconciliare, in quo vera pax consistit;

*Tertul. lib. 5. contra Mar-*  
*cionem.* *Gratia* (inquit Tertullianus) non fit nisi debiti, neque pax, nisi bell; quæ gratia, ante offendam? quæ pax ante rebellionem? ut igitur gratia detur offendenti, & pax rebellanti, sola bona voluntas facit offendit, & rebellati, eiusque gratia: Hæc Tertullianus; ex quibus colligitur à solo Deo & à sola eius bona voluntate prouenisse pacem hominibus quia contra illum tantummodo cōmissum fuerat crimen, ob quod dissidium erat inter cœlum, & terram; inter ipsum, & homines, quod Angeli protestantur, cum canunt *In terra pacem hominibus, bona voluntatis:* Idest, gloriatur Deus in cœlis; quia suam bonam voluntatem, & suum beneplacitum adimplet, in largiendo hominibus pacem; quod enim ex bona voluntate fit, gaudium

Pars 2.

affert, cum sit: vnde gloria in cœlis Deo, & in terra pax hominibus, ex ipsius Dei, in homines, bona voluntate profluxit.

A solo igitur Deo, & à sola sua innocentia, & bona voluntate vera prouenit pax; circa quod penitanda est Ioannis salutatio in sua secunda epistola. *Sit* ( inquit ) *vobis gratia, misericordia, & pax à Deo Patre,* & à Christo Iesu filio eius, in veritate, & charitate: Vbi discutienda sunt verba illa, *pax à Deo Patre in charitate, & veritate*, ex illis namque desumitur ratio, & causa, ob quam à solo Deo veram pacem habeamus: nam verba illa, *in veritate, & charitate discriminat*, inter mundi, & Dei pacem; nam mundi pax, quia non à voluntate, & beneplacito procedit, sed vel à lucro, vel à necessitate prouenit, vera non est, sed ficta, & permanens ad tempus breve: pax vero Dei, quia bona eius voluntatis est, & ex eius in homines charitate prouenit, vera pax est; & diurna; quod Ioannes significauit, cum dixit; *Sit vobis pax à Deo, in veritate, & charitate:* Quia namque ex mera charitate, & ex mera voluntate est, ideo vera pax est.

*Pacem relinquo vobis, pacem meam* *Ioan. 14. do vobis*, ait Christus suis, Ioannis

14. expende Christi verba, & fortasse existimabis, redundare in illis, illud:

*Meam sufficere, namque putabis dixisse, pacem relinquo vobis, pacem do vobis;* Attende tamen ad verba sequentia, & statim iudicabis cū magno mysterio dixisse Christum. *Pacem meam do vobis.* Non quomodo ( inquit) mun-

*Ibidem.* *dus dat, ego do vobis:* Ecce cur apponuit Christus Dominus, *Pacem meam*,

vt scilicet discriminaret, quod inter suam, & mundi pacem reperiatur: Ille enim dat verè, mundus fictè; ille ex suo solo beneplacito, & bona voluntate, mundus ex lucro, vel necessitate: optimè Augustinus ad hunc locum: *Addidit pacem suam, volens intel-*

*Dispungitur locus.*

*Quid sit discriminis inter Christi, & mundi pacem, ex Aug. ad hunc locum.*

*intelligi qualem habet ipse; nam qui diligunt mundum, propriea sibi pacem A dant, ut sine molestia mundo fruantur.*

Optimus ad hoc argumentum est locus ille Hieremiæ in cap. 6. vbi loquens Dominus de illis qui populum protegere tenebantur ex munere, & avaritiae potius, quam populi saluti studebant, sic ait. *A maiori, usque ad minorem, omnes avaritiae student;* & (paucis intermissis:) *dicentes, pax, pax,*

*& non erat pax:* Sibi contradicere vindicentur verba: nam si pax erat; quomodo non erat pax? Respondet tamen Theodoretus, & ait, nullam sibi adinuicē cōtradictionem inferre verba hæc; prima namque erant, eorum, qui avaritiae studentes, & turpis lucri causa falsam pacem populo dabant, quæ quidem pax, quamquam talis nominetur, pax tamen non est, sed exitium; alia autem verba: *Et non erat pax, quæ Prophetæ, immō Dei sunt, verissima sunt;* quia talis pax cum non sit, à veritate, & à bona voluntate, sed à lucro, & à cupiditate, pax non est, sed exitium, dolus, & fraus: *Pax, pax dicunt,* (ait Theodoretus,) *sed ubi sermonum execusio?* videt enim populus loco pacis, uniuersorum interitum.

Amplificabis per quam maximè argumentum hoc præfens, ex loco illo Iudicum in cap. 4. vbi referens sacra pagina Sisaræ interitum per Iahelem Haber Cinæi vxorem, prius notanter ait; *Erat pax inter Iabin Regem Azor, & domum Haber Cinæi;* Nota item Sisaram, fuisse ducem exercitus Iabin, cum autem reuerteretur ex prælio fugiens, & egressa Iahel (ait contextus Sacer) *in occursum Sisare, dixit ad eum: Ingredere ad me, Domine mi;* (& paucis intermissis;) *Tulit itaque Iahel clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum, & ingressa absconditè, & cum silentio, posuit supra tempus capitis eius clavum, percussumque malleo, defixit in cerebrum, usque ad terram.* Observa-

uit Adamantius homilia §. in libros Iudicum, priusquam Sisaræ mortem referret, notanter dixisse sacrum Authorē, fuisse inter Haber Cinæi, & Iabin pacē: cuius dux erat Sisara: *Obserua* (inquit Adamantius) *qualis sit mūndi pax, obsequium offert, & parat interitum:* Vera itaque pax à solo Deo est, & à sua tantummodo bona voluntate, & beneplacito; pax autem mundi facta est, & à lucro procedens; quod Angeli ostendunt dicentes. *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis,* seu bona voluntas; nam Verbi incarnationem, & eius secundum carnem natiuitatem, per quam pax vniuerso Orbi data est, non à meritis alicuius ex nobis, sed à bona Dei in nos voluntate, & charitate.

Hæc circa præsentis Euāgelii seriē dixisse sufficiat, ne autem circa aliud eiusdē festiuitatis Euangeliū, tacitus præterire videar, apponā de eius materia vnam saltem moralem annotationem: nam iam in hac festiuitate numerus annotationum excessit præscriptum numerum aliarum festiuitatum, sed non est, cur mireris nam verbum abbreviatum, longum sermonem expostulat.

## CIRCAILLA SACRI contextus verba.

Ioann. 1.

*Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.*

## ANNOTATIO XIV.

*Vt verbum diuinum humanum genus illustraret, & honoraret, voluit esse mundi incola (sicut, & ceteri homines,) & cum hominibus habitare.*

In

Hierem. 6.

Ibidem.

Confiliatur Prophetæ locus, qui à se ipso dissentire videbatur.

Theodor. ad loca Hierem.

Iudicum 4.

Ibidem.

Ibidem.

Adamant. ad hunc locum.

Luce cap. 2.  
Chaldaea contextus.

Elimelech tam in facto, quā in nomine Christi figura.

**I**N Elimelech Bethleemita, qui de patria sua Bethleem, ad terram usq; A Moabitarū peregrinus descendit, Ruth in cap. 1. Christum fuisse adumbratum existimant Patres, non ex hoc tantū descensu ex Bethleem in Moab, ut habitatet ibi, quām etiam ex nominis interpretatione hanc anagogiam inter Elimelech, & Christum deducentes; tam enim factum hoc, quām nomen Elimelech (quod Deus meus Rex interpretatur) ita cōueniunt Christo Domino, ut de ea non allegoricè videantur dicta, sed propriè; nam Christus, qui Bethleemita fuit, verè Deus noster Rex appellatur, & propriè Descedit Elimelech de Bethleem in terrā Moab, causa validissimæ famis; descendit Christus de sinu Patris ad terras, & habitauit in nobis, causa vehemētissimæ dilectionis, quæ (vt in suo de natura dilectionis Augustinus obseruat) vehemens animæ fames, & sitis est: Factus ex Bethleemita, Moabita quodammodo Elimelech est; & Christus Dominus ex Deo homo factus est, non immutando diuinitatē, sed assumendo humanitatē; habitauit inter Moabitæ Elimelech, vt Moabita; habitauit Christus inter homines, non tantū vt homo, sed verè homo: totum, quem habere poterant, Moabitæ splendorē, & honorem, habuerunt ex Elimelech consortio; quia indè illis profluxit, vt etiam ex sua gente nasceretur Salvator: Totus humani generis honor, decus, & ornamentum ex eo profluxit, quod Christus Dominus nostrum naturam assumpserit, & inter homines habitauerit, vt Ioannes attestatur dicens. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis:* Ex hoc enim Æterni Verbi descensu, & ex hac inter homines habitatione nobis prouenit; *Vt filii Dei nominemur, & simus,* vt idem Ioannes ante præmisit dicens. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri:* Illustrauit itaque Elimelech Moabitarum genus, habitans inter ipsos; illustrauit

Elimelech nominis interpretatione.

Aug. lib. de natura dilectionis.

Ioan. cap. 1.

Ibidem.

Pars 2.

Christus genus humanum habitans in nobis, seu nobiscum in terris, & nobis ius dedit, vt illum nostrum Elimelech pleno ore appellemus, quod idem sonat, atque Deus natus Rex; ius namque habet unusquisque Christianus, postquam Verbum nostrum carnem assumpsit, vt Christum appelleat Deum suum:

*Statuam pactum meum, inter me, & Genes. 17.*

te, (ait Deus ad Abraham, Genesis 17. & inter semen tuum post te, in generationibus tuis fædere sempiterno, vt sim Deus tuus, & seminis tui post te;) Disquirit locum Augustinus, & miratur valde de pacto inito inter Deum, & Abraham, ad hoc, vt esset illius, & posterorū suorum Deus; & ait. Ad quid Deus, qui necessariò Deus erat Abraham, Deum suum, & suorum promisit esse ex pacto: & statim respōdit, id fecisse Deū, quia voluit humanum genus nobilitare, dando hominibus ius, vt ipsum suum Deum appellarent, Deū de carne sua trahentem originem, in quantū homo, & inter homines natum, & simul cum illis habitatorem, quod neq; Angeli, neque creatura aliqua dicere potest, quia quamquam omnium earū Deus fit, tamen non est Deus de carne sua.

Hunc honorem, & hanc antelationem, quam habet genus humanum super Angelicam naturam prouentū, ex hoc, quod Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, auidè exoptabat Noe filio suo maiori natu dicens Genesis 9. *Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem:* Quod eleganter obseruauit Theodoreetus q. 58. super Genesim dicens. *Expostulat Noe filio suo maiori, vt cum illo sub eodem tabernaculo habitet Deus, id est, cum populo Hebrewo, qui à Sem originē duxit; indè nāq; peculiariter factū est, vt Deus esset Deus noster.* Hæc Theodoreetus.

Expendo tamen ego iusti Noe petitionem, & quero cur non postularuerit filio suo maiori eandem illam

Disquiritur locus ab Augusti. li. qua. Rtonum in Genes.

Humana natura post diuini Verbi incarnationē Angelica nobilior.

Theod. ad cap. Genes. 58.

Disquiritur locus Genes. cap. 9.

amplificationem, & dilatationem, quā filio minori natu exoptauit, & postulauit dicens. *Dilatet Dominus Iaphet,* sed solum dixit; *Habitet in tabernaculis Sem;* maiora namque, & ampliora bona videtur exoptasse Iaphet, quām sem; bona enim Sem inter tabernacula exoptauit. [No deseo bienes à Sem, mas que de las puertas adentro;] At bona, quae Iaphet exoptauit, ampla, & dilatata esse à Deo expostulauit dicens. *Dilatet Dominus Iaphet.* Ad meam dubitationem, & quæsitum respondet Apostolus ad Romanos 8. dicens: *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro omnibus tradidit illum; quomodo cum illo non omnia bona donavit?* Quid deficere potest ei, cui intra propriam domū omnium bonorum fons scatuerit? totum habet, qui Deum intra domum habet; aut quæ maior domus dilatatio esse potest, quām ut Deum capiat: maiorem ergo dilatationem, maiora bona, maiorem dignitatem, & honorem exoptauit Noe sem cum dixit.

*Habitet Dominus in tabernaculis Sem;* quam expostulauit Iaphet, cum dixit:

*Dilatet Dominus Iaphet.* Nullus enim maior honor, nulla dignitas maior cuique esse potest, quām Deum secum simul inhabitare: nam volens Ioannes beneficium, & honorem incomparabilem & indicibilem indicare, quem Deus humano generi concessit mediante Æterni Verbi incarnatione, satis habuit dicere. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis:* Magna namq; semper dignitas fuit, Regem habere indigenam, id est, ex eodem loco ortū, & in eadem patria, qua commoraris, commorantem, vt Plutarcus obseruauit libro de nativa claritate in suam progeniem: enim uero ipsum Regem in eadem domo, & sub eodem testo secum habere commoratē, & inhabitatē, quo honoris gradu ponendū est? si pro magna beatitudine posuit Psaltes domum Dei inhabitare. *Beati* (inquit Psalm. 83.) qui habitant in

*domo tua Domine;* Quo beatitudinis gradu ponendum est habitare Deum in domibus nostris?

Lege totam Scripturam sacram, & nullum maius beneficium inuenies à Deo humano generi promissum, quām hoc, de quo agimus, & quod pollicitus est Moysi Leuitici 26. *Ponam* (inquit) *tabernaculum meum in medio vestri;* [Quierome anezindar con vosotros,] & non abiiciat vos anima mea, ambulabo inter vos, & ero Deus vester: Quem locum ita veneratus est Paulus, vt illum, tamquam quid mirabile posuerit Corinthiis ante oculos, vt illis persuaderet suam dignitatem, & honorem. *Vos enim* (inquit epistol. 2. cap. 6.) *estis Templo Dei vivi, sicut dixit Deus, quoniam inhabitabo in illis, & ambulabo inter illos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi in populum:* Prosequuntur hoc idem argumentum Athanasius sermone 3. contra Arrianos, & Ricardus de sancto Victore, in libro de Emmanuel, atque Procopius in commentariis in Esaiam ad caput 3. voluit itaque Deus hominem fieri, & cum hominibus habitare, vt humaanum genus nobilitaret, & qui Deus noster erat, voluit fieri concius, vt terrenos conciues fierent; *Cives sanctorum, & domestici Dei:* (vt ad Ephesios scribens cap. 2. loquitur Paulus) *Ideo Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.*

Vt tandem intelligas, quantus fuerit iste honor, quantaque gloria generi humano prouenerit, ex eo quod Verbum diuinum caro factum habauerit in nobis, (id est nobiscum in terris) discutienda sunt Psalmi 84. verba illa. *Vt inhabitet gloria in terra, misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, iustitia, & pax osculata sunt.* Quæ Psalmista verba de gloria, quā humanum genus ex Æterni Verbi incarnatione suscepit, intelligit Genebrardus; qui huc esse ait loci sensu; *Tēpore Messiae* (Genebrar. ad Psalmi locū.) *habiti-*

*Paul. ad Ro-*  
*man. 8.*

*Genes. 9.*  
*Ibidem.*

Sūmus ho-  
nor, & sum-  
ma prosperi-  
tas Deū ha-  
bere secum  
habitatoř.

*Ioan. 1.*

*Plutar. lib. de*  
*nativa clari-  
tate.*

*Psalm. 83.*

*Athan. cōtra*  
*Arrian. s̄c̄z,*  
*Ricar. lib. de*  
*Emmanuele*  
*Procop. ad c.*  
*Esaiā 3.*

*Paul. ad Eph.*  
*cap. 2.*

*Ioan. 1.*

*Psalm. 84.*

*Genebrar. ad*  
*Psalmi locū.*

*habitat gloria inter homines ; Omnia  
igitur Dei attributa in vnum coalue-  
runt, vt hanc homines gloriam, hucq;  
honorem consequerentur: eius miseri-  
cordia, qua nostri compassus est, eius  
veritas in adimplendis promissis, eius*

*iustitia in postulando satisfactionem,  
eius pax in dissidio consiliando, quæ  
omnia effecerunt; Ut habitaret gloria  
in terra nostra, ut Verbum caro  
ficeret, ut habitaret in  
nobis.*



# I N FESTO SANCTI STEPHANI.

Euangelium ex Matthæo, capite 23.

*Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, &  
crucifigetis, & ex eis flagellabitis in Synagogis vestris, & persequimini de ci-  
uitate, in ciuitatem, vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est  
super terram, à sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariae filii Bara-  
chia, quem occidisti inter Templum, & Altare. Amen dico vobis; venient hac  
omnia super generationem istam Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Proph-  
etas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos,  
quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiisti. Ecce relin-  
quetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis modo,  
donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.*

## SACRI CONTEXTVS LITERALIS EXPOSITIO.



Ostquam Christus  
Dñs acriter Phari-  
sæos, & Scribas ar-  
guit, illisque vitia  
sua exprobavit, ac  
octies terribili *væ*  
comminatus est, apertè assignauit ra-  
tionem, & causam futuri exitii, & de-  
structionis, euersionisque ciuitatis il-

Pars 2.

lius, verbis illis: *Ecce relinquetur vobis  
domus vestra deserta;* Et pro tanti ex-  
cidii causa, eorum rebellem animum  
apposuit, quo semper Spiritui sancto,  
& Apostolis restiterunt, pacemque,  
vnionem, & concordiam cum suæ  
ipsorum legis præceptis, & Prophe-  
tarum testimoniis toties persuasam,  
neglexerunt, immò in veros Dei Mi-

P 3 nistros,

nistros, tam ipsi, qui aderant, quām parentes eorum insurgentes occiderūt, quo factum est, vt ita diuinam iustitiam prouocauerint, vt ab eis pœnas exposcat, tam pro sanguine ab ipsis effuso, quām pro illo veterum Prophetarum, quem eorum maiores effuderunt; quod quomodo intelligendū sit, fusius explicabimus.

Quos hic  
intellexit  
Christus no-  
mine Pro-  
phetarū, sa-  
pientum, &  
scribarum.

Quos autem nomine Prophetarū, Sapientum, & Scribarum hic Christus intelligat, dicā, si placet; Prophetas nominat Apostolos, Sapientes, & Scribas, quia à Deo donum Propheetiæ acceperunt, & Sapientiæ, & quia legis scientiæ erant prædicti: dubitatio autem, & non leuis, se se offert disqui-  
renda, ex illis Christi verbis: *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zacharie,* &c.

Obiicitur  
contra supra  
posita Chri-  
sti verba.

*Exodi 24.*

E regione namque videntur opponi verba ista, diuinæ iustitiæ integratati, quæ ab unoquoque proprii tantū de-  
lieti pœnas exposcit, neque pro alieno crimen quemquam punit, qui in eo-  
dem crimen socius non extitit, & coadiutor; deinde expressè pugnare videntur verba eadem cum Dominico decreto Exodi 24. *Filius non portabit iniquitatem Patris:* Vnde quid iniustum videtur, sanguinem iustorum à mundi initio effusum à manu hominum nunc existētum exquiri. Memini me iam eandem dubitationem apposuisse, & enodasse; in Euangeliō nempè Dominicæ primæ Aduentus, Annotatione 2. §. ex consiliatione: sed quia ibi obiter feci, nunc accuratius agam: ostendamq; quomodo præfata Christi verba sint intelligēda, absq; eo quod diuinæ iustitiæ integratati opponantur; non parum enim difficultatis habet locus iste: nam concedere Iudæos pœnas dedisse sanguinis, quem effudit Caim, quemvè effuderunt multi alii à creatione, & initio mundi, æquum non est.

*Vt tamen hac vice multarum dif-*

ficultatum capita percindam, afferā, & enodabo loca aliqua, quæ eundem sensum faciunt, atque facit locus, quæ enodare contendō: & quæ etiam contrariari videntur Dei decreto, quod superius apposui; nempè: *Filius nō portabit iniquitatem Patris,* Exodi 24. cōtra quod in primis pugnare videtur locus ille Deuteronomii in cap. 7. *Ego Deuter. c. 7.* Deus emulator reddens iniquitatem Patrum super filios, in tertiam, & quartam generationē: similia loca reperies Exodi 34. quin & 20. illic namque sic ad *Exodi 34. &* Deum ait Moyses. *Reddis iniquitatem patrum filii, ac nepotibus, in tertiam, & quartam generationem:* item Hieremīæ *Hierem. 32.* 32. *Reddis iniquitatem Patrum, in sinū filiorum eorum post eos:* & 2. Reg. ca 12. *2. Reg. c. 12.* Quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc; *filius, qui natus est tibi, morte morietur:* Similiter inuenies dictum Esaiæ 65. quæ omnia *Esaiæ 65.* loca simul cum hoc præsenti, quem discutio, *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus,* &c. Apertè (vt dixi) pugnare videntur, cum Dei decreto de nō puniendo filios, pro suorum parētum sceleribus; quod etiam exaratū reperies Deuteronomii in cap. 24. vbi sic: *Deuter. c. 24.* *Non occidentur Patres pro filiis; neque filii pro Patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur.*

Pro consiliatione omnium horum locorum, quæ cum appositis Dei decretis apertè (vt semel, iterumq; dixi) pugnare videntur, afferam Abulensis quandam doctrinam, quam ipse afferit, vt hunc, de quo agimus, locum cum diuinæ iustitiæ integratate cōsiliert; sic namque expendit verba Dominicæ; *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est,* &c. *Vt veniat (inquit) super populum hunc omnis pœna debita cædibus iustorum:* nam & si singuli homicidae pœnas dederunt, quatenus priuatī quidam homines erant; pœnas tamen non dederunt quatenus pars populi erant; nam communis haec pœna, quām populus ob cōmunia sceleram merebatur, non suo, sed suo-*rum*

Abulensis  
doctrina ad  
locū con-  
silationem.

*ram filiorum tempore à Deo iniuncta est, quia tunc impletum fuit tempus, à diuina integritate præscriptum, ut populus Iudeorum puniretur, si non resipisceret, sed in sua prauitate maneret. Vnde fit, ut pœnas, quas Deus exposcit à filiis, nō idè illas ab illis exposcat, quia filii sunt illorū, qui Prophetas occiderunt, aliaque flagitia perpetrarunt; sed quia istius obstinati populi membra sunt, & eadem scelera, quæ parentes commiserunt, & ipsi committere non defierunt: illi igitur antiqui occifores proprii delicti pœnas persoluerunt; isti verò commune scelus persoluēt, quia adimpleuerunt Patrum suorum mensuram, & inundare fecerunt in totum populum Dei iram: si namq; intra vas aqua plenum, quis lapidē vnum, mittat, & aliis alium, & sic faciant cæteri, usque dum aqua redundet, & defundatur, tanta pœna dignus erit, qui vltimum lapidem misit in vas, atque qui primum.*

Optima est in hanc sententiā visio illa, & figura, quam suæ prophetiæ in cap. 5. se vidisse testatur Zacharias; mulierem nempè, in vase sedētem, eo modo, ut inferior eius pars esset intra vas, & superior extra; proiectā autem fuisse totam mulierem intra amphoram, & os amphoræ obturari talento plumbeo: aitque Propheta sic sibi de amphora percontanti responsum esse:

*Hæc est amphora egrediens; in Hebræo autem; Hæc est mensura egrediens: 70. verò; Hæc est iniquitas eorum in omni terra; Quæ 70. versio ad mulierem potius respexit, quam ad vas illud, siue amphoram; circa quam visionem primo notandum est, mensuram non semel in Scriptura sacra sumi pro certo peccatorum numero, quem Deus futurum præscivit; ut (eo finito) inducat quoque præfixam pœnam; nam (ut Cayetanus aduertit super Genesim) non pensat Deus gravitatem supplicii secundum gravitatem peccati; Quatenus est offensa Dei (sic enim, vel mini-*

A *mum peccatum mortale meretur exterminationem, ) sed secundum rationes iudiciorum suorum, quæ sunt innocentia nobis, & ab eo sapientissimè dispositæ, & ordinatæ prouariis personarum, ac temporum indigentiis, secundum quas optimè nouit, quibus, & quando inferendæ sint pœnæ peccatis debitæ: ob hoc enim iudicia Dei vera dicuntur, & in se-metipsis iustificata, Psalm. 18. *Vera, Psalm. 18.* idest, valde conformia circumstantiis rerum; quando, scilicet, quomodo, in quibus, & quo loco exerceri debent, atq; in hoc iustificata sunt, si non quo ad nos; (qui perperam de Dei iudiciis iudicamus) valdè tamen, quoad se ipsa, vel in se ipsis: Accessio igitur illius certæ circumstantiæ, qua Deus iudicio suo decreuit punire, est propriæ amphoræ egressus, seu mensura, iuxta quam inferenda est pœna.*

B *luxta suprapositam Cayetani doctrinam intelligenda sunt nonnulla sacræ Scripturæ loca; & illud præci-*

C *puè Amos in cap. 1. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eos: Chaldaeus habet. Non parcam eis: Quasi dicat Deus. Expe-  
stabo patienter, usque ad tria scelerâ Damasci; quartum si addat, non suffinebo: tria enim in scriptura multitudinem indicat non excedentem, sed tolerabilem; quatuor iam planè excedentem, ac inuisam (ut ad idem caput Amos primum, diligenter obseruavit Ribera) in quem sensum dixit Christus Dominus istis, de quibus in præsenti sermo est, Phariseis,*

D *implete mensuram patrum vestrorum, Matthæi 23. quasi si dixerit: Patres vestri cœperunt mittere in amphoram peccata, quæ iam excreuerunt, & parum abeunt, quod impletatur; agite vos nunc, & implete illam, ut destinatam quoque peccatis mensuram suppliciorum in vos immittam; idest, ut totam pœnam debitam pro Abelis sanguinis effusione, cætero-rumque*

Disquisitor  
quædam Za-  
chariae visio,  
ex cap. 5.

Zachar. s.  
Text. Hebrei  
eius.  
70. versio.  
Mensura pro  
certo peccato-  
torum nu-  
mero.

Optima Ca-  
yetani doctri-  
na.

Amos cap. 1.  
Text. Chalda.

Dilucidatur  
Prophetæ  
locus.

Ribera ad  
hunc locum:  
Matth. c. 12.

rumque iustorum, quamuis usque adhuc in amphora misericordia retenbam, super vos effundam, non quia filii estis occisorum, sed quia imitatores estis illorum, & membra scelerati istius populi estis, & peccata peccatis addetates amphoram redundare fecistis; ex quibus patet, non punire filios pro patribus, sed unumquemque pro peccato suo, & ideo super eos ventrum Abelis sanguinem antiquitus effusum; quia per ultima peccata, quae suorum patrum peccatis addiderunt, vas inundare fecerunt: Hæc super apertam dubitationem dixisse sufficiat; ad aliam sacri contextus dubitationem enodandam transeamus.

*Matth. 23.*  
Secunda, quam enodare necesse est, dubitatio exurgit ex illis eisdem Christi Domini verbis: *Vt veniat super vos omnis sanguis à sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinem Zachariae filii Barachie,*

*quem occidistis inter templum, & altare:* non enim constat, quis iste fuerit Zacharias, de quo Christus loquitur; veniunt enim in questionem tres huius nominis Prophetæ. Zacharias nempè filius Ioiadæ, de quo 2. Paralipo. c. 24. Secundus Zacharias unus ex duodecim Prophetis. Tertius pater Ioannis Baptistæ; quod non loquatur hic Dominus de tertio, patet, quia non constat inter Templum, & altare fuisse occisum, neq; illi conuenit patris nomine, & apocrypha sint omnia, quæ de ipso referuntur, circa mortem in Templo:

vnde inter primum, & secundum lis manet; nam primus inter templum, & altare mortuus est; at Barachiæ filius non fuit, sed Ioiadæ, ut sacra pagina testatur loco citato. Alter verò Zacharias, cuius prophetiam habemus, in Bibliis, quamquam filius Barachiæ fuerit, tamen inter templum, & altare occisum fuisse sacra Scriptura non minimis. In utroq; ergo nomen Zachariæ conuenit, sed disconuenit in uno nomen patris, & conuenit locus occisionis; in altero verò conuenit locus

A occisionis, & disconuenit nomen patris: positis ergo sic, quasi in æquilibrio, vix appetet, in quam partem inclinare quis debeat.

B Pro Zacharia filio Ioiadæ stant Patres grauissimi, nempè Diuus Hieronymus ad c. Matthæi 23. Diuus Thomas, Diuus Anselmus, & Lyranus noster, Hugo Cardinalis, Cartusianus, & alii ad eundem Matthæi locum, Abulensis q. 255. in Matthæum, Rabbanus Maurus ad cap. 24. lib. 2. Paralipo. & Caietanus ad eundem locum: Horum Authorum ratio est, quia in Zacharia isto, de quo agitur, in lib. Paralipom. conuenit nomen personæ, & locus occisionis, & quamquam non conueniat nomen patris, non obstat, ait Hieronymus, quia binominis esse potuit pater eius, & appellari Ioiadas, & Barachias, quod apud Iudeos erat usitatum.

C At non possum non stare pro parte illorum, qui dicunt, locutum fuisse hic Christum Dominum de Zacharia illo, qui inter duodecim Prophetas minorum numeratur; propter grauissimum Patrum auctoritatem, qui ita sentiunt, tum propter validissimam rationem, ex Christi mente illatam; quæ talis est. Mens, & intentio Christi Domini fuit, complectere cædes omnium Prophetarum, & iustorum à sanguine Abel iusti, usq; ad ultimum, qui non videtur esse alius, quam Zacharias iste; nam Zacharias filius Ioiadæ Propheta non fuit, & post eum multi Prophetæ occisi sunt; nimurum Esaias, ferratus, Hieremias lapidatus: vnde bene infertur, istum, de quo loquor, Zachariæ intellexisse Christum, cum Phariseis dixit: *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, quem effudistis, à sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinem Zachariae filii Barachie, &c.* Nam Zacharias iste nouissime fuit occisus, neque obstat, quod non dicatur in Scriptura sacra locus illius occisionis; nam neque locus mortis Esaiæ, aut Hieremiacæ in

Loquutum  
fuisse hic Cri-  
stū deZacha-  
ria filio Ioiadæ,  
qui sen-  
serint, & quo  
duci funda-  
mento,

Fuisse Christū locutum  
de Zacharia  
Propheta,  
qui existi-  
ment, & quo  
fundamento  
dæti.

D eadem

eadem Scriptura memoratur: pro hac opinione stant Chrysostom. hom. de nativitate Ioannis Baptistæ; Arias Montanus, Vatablus ad hunc locum, & multi Patres grauissimi.

Vt contextus sacer omnino explaretur, etiā indagare oportet, quænam fuerit domus, quæ relinquēda erat deferta propter Pharisæorū scelera: per Iudeorū domū deserēdam, Hierosolymitanū templū intelligūt multi, inter quos præcipuus est Hieronymus ad hūc locum: Deserta, inquit, Iudeorum domus tēplū illud fuit, quod fulgebat augustius, Hieronymum sequuntur Teophilatus, & Euthymius, qui ita habēt ad locum: *Loquuntur fuit Dominus de templo, quod columna erat Iudaice religionis, in quo Iudei maximè confidebant*: pro hac interpretatione faciunt Christi verba, quæ eisdem Pharisæis dixit, eodem capite: *Faciā domui huic, in qua innocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam, sicut feci Silo:* id est, euertā tēplū, in quo confiditis.

Quamquam hæc interpretatio vera sit, sua tamen difficultate non caret; obstarē enim illi videntur verba ipsa Dominica: *Relinquetur vobis domus vestra deserta;* nam templū non māsit apud Iudeos, sed omnino euersum fuit, iuxta illud Dominicum, Lucē 21. & Matth. 24. *Hæc, quæ videtis, (& loquebatur de templo) venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem:* vnde non videtur locutum fuisse Christum de templo, quod omnino euersum fuit, & non desertū; vnde potius existimo innuisse verbis istis: *Relinquetur vobis domus vestra deserta;* causam, & fundamentum euersionis eiusdem templi, loquiq; de sua à templo illo recessione, & absentia, propter scelera Pharisæorum, iuxta illud, quod ipse Dominus in visione dixerat Ezechielī cap. 8. *Vides abominationes, quas isti faciunt, ut ego procul recedam à sanctuario meo?* Nam ex eo quod Deus, propter Iudeorum perfidiam, & dete-

A standam idolatriandi consuetudinem, Iudaicum templū deseruit, ideo euersum est: vnde sic interpretanda puto Christi verba: *Ecce relinquam templum vestrum desertum, quia in illo amplius nolo coli, & gloriam meam, meq; ipsum ad templū aliud sanctius, & purius trāsferam, id est, ad Ecclesiam, mihi charam, quam proprio meo, meorumq; cruore fundabo, & stabiliam, in qua vsq; ad faculū consummationē permanebō:* Fauet mea huic interpretationi Interlinealis glossa, quæ ad verba præfata: *Relinquetur vobis domus vestra deserta,* sic annētit: *Auxilio Dei nudata;* quin & ordinaria, quæ ad locum sic habet: *Meā faciem non videbitis.* Desertum igitur Hierosolymitanum templū à Dei presentia, & protectione euersum statim fuit, & hac templi euersione Pharisæis comminatus est Christus, cum dixit: *Relinquetur vobis domus vestra deserta.*

B Vt tādem nihil desit ad præfatam facri contextus intelligentiam, discutienda sunt verba sequentia: *Non me ibidem videbitis amodo donec dicatis; Benedicetus, qui venit in nomine Domini;*

C de quibus tres apud Patres inuenio expositiones; prima illorum est, qui ad solam verborum formam attendentes, existimarunt loqui hic Christum Dominum de euentu illo, in quo Iudei exierunt obuiam illi, dicentes: *Benedicetus, qui venit in nomine Domini,* Matth. 21. Sed nullo modo stare potest hæc interpretatio; nam cum Christus Dominus hoc supplicio Iudeis cōmitatus est, iam præcesserat illa populi acclamatio.

D Secunda horum verborum explanatione est D. Ioannis Chrysost, hō. 75. in Matthæum, vbi ait verba Christi respicere ad tempus finalis iudicii, in quo (vt ipse Chrysostomus putat) Iudei veritate compulsi, Christum verū esse Messiam confitebuntur, ipsumq; adorabūt: *Videbunt, inquit, Iudei Christum, in iudicio, atq; ipsum esse Messiam, necessitate rerum facti certiores, negare non*

Elucidantur  
Christi verba de templi  
relictione.

Glo. interlin.  
Glos. ordina.

De quanam  
domologua-  
tur hic Chri-  
stus disquiri-  
tur.

Fuisse tēplū,  
ut putat Hie-  
ronymus cū  
grauissimis  
Patribus.

Matth. c. 1.

Impugnatur  
interpretatio  
ex ipsius Cri-  
sti verbis.

Matth. 24.  
Luca 21.

Ezech. 8.

Expenditur  
Christi verba  
tripliciter  
à Patri-  
bus. Prima  
interpretatio  
reicitur.

Secunda, ver-  
borū Christi  
explanatio,  
ex Chrysost.  
hō. 17. in Mat.

*non poterunt, ac planē tunc se submittent,  
sed nihil inde utilitatis accipient..*

Tertia Ver-  
borum Chri-  
sti interpre-  
tatio, ex Hiero-  
nymino.

A Tertia denique Christi Verborum interpretatio, quæ est diuī Hieronymi, ita est; ac si dicat: Non me videbitis usque dum, me verum esse Messiā agnoscatis; & usque dum pœnitentiā agentes confiteamini me in nomine Patris mei in mundum venisse: *Nisi pœnitentiam egeritis* (ait Hieronymus) & confessi fueritis, ipsum me esse, de quo Prophetae cecinerunt, filium esse omnipotens Patris, faciem meam non videbitis.

### CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Ecce ego mitto ad vos Prophetas, &  
Sapientes, & Scribas, & ex illis occi-  
detis, & crucifigetis; & ex eis  
flagellabitis in Synagogis  
vestris.*

### ANNOTATIO I. MORALIS.

*Antiqua, & indefessa cura, & solici-  
tudo Christi in Ecclesiæ fundatione  
maximè suis, suorumque expensis,  
suam in suos fideles, quibus ipsam  
fundavit, maximè commendat di-  
lectionem.*

In Eux for-  
matione, Ec-  
clesiæ fun-  
datio, de-  
signata, ex  
Paul. ad He-  
breos cap. 5.

A B ipsis statim mundi primor-  
diis ostendit Deus intimæ sibi  
fuisse curæ Ecclesiæ fundationem, ad  
congregandos suos fideles, idque maxi-  
mis expensis sibi faciendum fore  
præmonstrauit, in Euæ de Adæ latere  
formatione, in qua ipsius Ecclesiæ  
fundationem agnouit Paulus ad He-  
breos 5. dicens. *Membra sumus Chri-  
sti de carne eius, & de ossibus eius; sacra-  
mentum hoc magnum est, ego autem dico,  
inter Christum, & Ecclesiam: Vbi opti-*

mè Catharinus Ambrosius: *Quo lo-  
quendi modo indicauit Paulus, intimum  
in Ecclesiam amorem, quam Christus ex  
sanguine lateris sui efformaturus erat,  
& sustentaturus: Benè equidem appa-  
ret ex loco, iam à mundi primordiis  
solicitum fuisse Deum de Ecclesiæ  
fundatione, qui illam ex tunc deli-  
neare incœpit, benèque appareret in fi-  
gura, quantis cum expensis illam po-  
stea fundauerit, qui Adæ expensis  
propriis, illi efformauit consortem,  
ex propriâ nempè carne, ex proprio  
osse, & sanguine, ut indicaret, proprio  
suo cruro sibi fore fundaturā Eccle-  
siam, & alitram.*

B Optimus est ad hoc argumentum  
prosequendum locus ille Esaiæ 28. *Esaiæ 28.  
Ecce ego mitto in fundamentis Sion la-  
pidem; lapidem probatum, angularem pre-  
tiosum; in fundamento fundatum; Ad li-  
teram loquitur Deus de prima Eccle-  
siæ fundatione, & promittit se missu-  
rum filium suum, qui in multis sacræ  
Scripturæ locis, lapidis cognomento*

C *exprimitur, super quem fundaretur  
Ecclesia; sed habet locus difficultatē  
maximam, seu (ut melius dicam) pro-  
fundum mysterium, quod in illis vlti-  
mis verbis continetur; Lapidem in fun-  
damento fundatum. Potius equidem  
dicere debuit, fundamentum in lapide  
fundatum, quam lapidem fundatum in  
fundamento; Nā supra lapidem, cumq;  
stabilem, ac firmum fundantur ædifi-  
cia, non autem lapides fundantur su-  
per ædificia; quid ergo est, quod pro-  
mittit Dominus se lapidem emisurū*

D *Dubitatur de  
verbis Esaiæ  
Proprieæ  
locus de Ec-  
clesiæ funda-  
tione.*

*D fundamentalem, super fundatum  
fundatum; vel potius dicendum vi-  
detur: Mittam lapidem in fundamen-  
tum fundamenti, & non in fundamen-  
to fundatum: Nam Christus la-  
pis primus totius Ecclesiæ fundamen-  
ti fuit, super quem stabilita est ingens  
moles Ecclesiæ, & supra quem reliqui  
fundamentales lapides fundati sunt,  
nempè Apostoli, iuxta illud Pauli ad  
Ephesios 2. *Super ædificati super fun-  
damen-**

damentum Apostolorum, & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu: ex quo patet fuisse Christum lapidem fundamenti, super quem lapides reliqui fundamenti fundati sunt, & sic incongruè de illo dictum esse, lapidē fuisse super fundamentum suū datum: ut tamē intelligas nihil à Deo incongruè, & sine mysterio fuisse dictum, aduerte; ita verti posse ex Hebreo : *Mittam lapidem excavatum in fundamentum fundatum, id est, mittam lapidem scisuratum in fundamentum Ecclesiae, ut securius, & firmius fundetur;* nā firmius est fundamento super rupē excavatam, & scisam, quā super planam, & æqualem, commiscentur nāq; & inseruntur cum illo lapides, & bitumen, ac proinde fortius, ac firmius sit fundamento, quam si fieret in petræ superficie: vnde admirabili mysterio significatur, Ecclesiam nō quomodocumq; fundatam fuisse in Christo,

*Ecclesia in vulneribus Christi fundata firmis-*

sed in eo vulneribus altè confosso, ac præcipue excavato in latere, vt ipsi diuinis visceribus inhæret fortiter, in hanc ingentem molem, quam hodie videmus, faciliter insurgeret: ecce Eua de latere Adami maximis suis expensis producta: ecce sacramentum magnum inter Christum, & Ecclesiam: ecce Christi sponsa à mundi primordiis excogitata, & tantis suis expensis roborata: expendit namq; Christus totum sanguinem suum, quin & suorū; expendit vitam, & cor, vt Ecclesiam fundaret; nam de latere Christi exiuit Ecclesia, & in illo tanquam in lapide excavato fundata est, & postea seruorum suorum sanguine irrigata, & conservata; nam (vt ad Hebreos i. loquitur Paulus;) *Ludibria experti sunt, insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, in occidente gladij mortui sunt;* testem laudo Stephanum, qui vt Ecclesiae parietem sustentaret, & inceptum in Christo ædificium amplius erigeret, ex lapidibus in se missis, & ex proprio cruento murum ædificauit.

Tollitur du-bitandi fun-damen-tū, ex contextu He braico.

*Ecclesia in vulneribus Christi fundata firmis-*

*Ad Heb. ii.*

A Est insuper & locus alter apud cū dem Esaiam cap. 49. ex quo maximè amplificatur argumentum præsens, multis nempè suis suorumq; expensis Christum nobis ædificasse Ecclesiam; ex indeq; suam erga nos dilectionem cōmendasse; maximè enim suam erga quemque dilectionem commendat, qui sua, seq; ipsum in illius utilitatem expendit, (vt sermone de Spiritu sancto Abbas Guaricus obseruat) *In manib; meis descripsi te*, ait Deus per Esaiam, & loquitur ad literam de Ecclesiae fundatione, vt fert communis Patrum sententia, quæ verba tot mysteria cōtinent, quot literas: nam si ab illo verbo, *Descripsi te*, locum dispunge-re incipias, duplicatum mysterium in eo inuenies: *Descripsi te*, inquit Dominus, id est, non literis scripsi, parum namque hoc esset, sed *descripsi*, id est, *essigiaui te*, id est, *in manib; meis tibi scribam*, & *fundamentum paraui*: quod

C optimè explicat versio altera, quæ sic habet: *Fundamentalem tuam constitutionem in manib; meis meatus sum*, nimirū per exceptas in eis plagas, quarum deductione apertus est locus ad futurum ædificium: vndequaq; itaq; perfoſſus est Christus, latere, manib; pedibusq; ut firmum præberet locum ædificandi Ecclesiam, in qua sui fideles vnti habitarent; quod euidentissimū signum fuit suæ in illos dilectionis, quā ille præbet, qui non tantū sua, sed insuper, & seipsum impedit amato. Age, & vterius disquire locum,

D *Descripsi te*, inquit Dominus, & non, *Describam*, vt se se à primis mundi linementis sollicitū circa Ecclesiae foundationē indicaret; quod in eo vel maximè ostendit, quod in omni mundi ætate miserit operarios, qui ad opus molitum præparerūt expensas, Noe scilicet, Abraham, Isaac, & Jacob in lege naturæ Patriarchas sanctissimos: in lege scripta Moysem, Esaiam, Hiemiam, & reliquos Prophetas viros illuminatissimos: In lege gratiæ Apo-

Amplifica-tura sumptū altero. Esai. loc. c. 49.

*Abb. Guar- serm. de Spi- ritu sancto. Esai. 49.*

Dispungit-ur Esaiæ locus.

Verſio altera

Toūm se Christus per forare per-misit, vt fir-maret funda-rentur Eccle-sia.

Disquiritur amplius Esaiæ locus.

stolos

stolos suos , ac discipulos viros perfetissimos , quorum multi lapidati , & occisi sunt , sanguinemque suum fuderunt , vt ædificarent Ecclesiam , quam ipse proprio cruento detergit , corporeq; firmauit .

Totum hoc præsens argumentum comprehendit Christus Dominus in parabola illa , quam posuit Matthæi

*Matth. 21.  
Marci 12.  
Luca 20.*

Curam , & expensas , quibus plâtauit Ecclesiam in parabola vineæ designauit Christus .

Curam , & expensas , quibus plâtauit Ecclesiam in parabola vineæ designauit Christus .


Expenditur Christi verba circa vineā , cui ipse assimilauit Ecclesiam , Matthæi 21. à Salmerone ad eandem parabolam .

*Matth. 20.*

Ecce ( inquit ) ego mitto ad vos Prophetas , & Sapientes , & Scribas , & ex illis occidetis , & crucifigetis , & ex eis flagellabitis in Synagogis vestris , &c.

*color.*

A Commendatur itaque ex hoc præsentis Euangeliū loco Dei nostri , in suos fideles charitas , & dilectio ; quibus sui proprii croris expensis , suorumque morte , & exterminio , vineam hanc electam plâtauit , id est , Ecclesiā , quam super se ipsum , & super Apostolos suos fundauit , à cuius protectione , & conseruatione adhuc non cessat , vt eius indicant verba : *Ecce ego mitto* Matth. 20. *Neque cessabit , vsque ad consummationem sæculi , sed eisdem suorum expensis , vsque tunc conseruat.*



## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Ecce ego mitto ad vos Prophetas , & Sapientes , & Scribas , & ex illis occidetis , & crucifigetis , & ex eis flagellabitis in Synagogis vestris .*

## ANNOTATIO II.

*Iustorum in mundo portio , & pars ; persecutio , pressura , tribulatio , & mors .*

D Vm Christus Dominus Ioannis 16. Apostolos , discipulosque suos hortaretur , ne subcumberent tyrannorum persecutionibus ; dixit illis : *In mundo pressuram habebitis .* Ac si diceret , ait Rupertus : *Nullam aliam in mundo partem habebitis , præter tribulationes , oppressiones , & pressuras , habebitis tamen in cœlo plenam latitudinem , gaudium plenum , quod nemo tollet à vobis .* Vbi meo saltem iudicio , allusit Christus Dominus ad illa verba Dauidica , in quibus portionem impiorum assignat , quæ illis in futuro seculo expectat , ( vt Gregorius lib. 15. Moralium cap. 21. obseruavit ) ait igitur Regius Vates Psalm.

*Ioann. 16.  
Rupert. iibid.*

Psalm. 10.

*Psalm 10. Pluet super peccatores laqueos; ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.*

Explicantur Christi verba superius posita.

Efficere namq; hunc sensu videtur Christi verba pars, quā habebitis discipuli mei in mundo, nulla alia erit, quā pressura, quā tribulatio, quā occisio, quā mors: ne tamē cadatis animo; nam pressuræ istæ conuententur vobis in gaudium; illorū verò, quorū in mundo, gaudium, & lœtitia portio est, & pars; in altera vita immania tormenta cedent in portionem, & partē:

*Ioan. cap. 16. Mundus (inquit Christus) gaudebit, vos verò contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiū; Supple, impiorū verò sors, & pars, quā in hoc mundo habent, illis inuertetur in ignē, in pœnā, & in lamentum: cōfirmant loci expositionē verba Psaltis; quibus rationē assignat, ob quā pars impiorum in sæculo vēturo, sint tormenta ignis, & sulphuris: Quoniam (inquit) iustus Dñs, & iustitas dilexit, equitatem viderunt vultus eius; vbi per iustias, iustos accipiendoes esse docet Augustinus, facitq; hūc sensum Psalmi locus; intuetur euidē Dñs iustos in hoc mundo oppresos, & afflitos, ipsosq; diligit; at æquitatem etiam amat, & ideo iustos, quibus hic pressuras, & persecutions prescripsit in partē, in sæculo vēturo gaudium, & lœtitiam faciēt obtinere: illis verò, qui in hoc mundo lœtantur, & exultant, tormenta immania in futuro sæculo assignabit in portionem, & partem: ita ferè Cassiodorus.*

Psalm 10.

Aug. ibi.

Exponuntur Psaltis verba à Cassiodoro.

Pars iustorum in hoc mundo  
Paul. ad Tt.  
moh. cap. 2.

Aug. ad Ps. 55.

Pars iustorum in hoc mundo, & eorū portio, persecutio est ac tribulatio, pressura, & mors, in quā sententiā optimè Paulus 2. ad Timoth. c. 3. *Omnes (inquit) qui pīe volunt vivere in Christo Iesu; persecutionem patientur: Optimè Augustinus ad Psal. 55. Si putas te in hac vita non habere tribulationes, nondum cāpisti esse Christianus; Quasi si dicat, adeò coniuncta est tribulatio, ac pressura iustis, & probis viris in hac vita, ut ille qui talia in ea passus non fuerit, iure*

Pars 2.

A optimo existimare possit, se nō esse ex familia Christi: in quam sententiā aurea verba protulit autem os, dū eundem explicat Pauli locum, quē nuper attulimus: *Impossible (inquit) est, vt Iohann. Chrysostom. ad ea. 3. ep̄. 2. ad Timoth.*

B *non licet epulari luctamē; luctamē enim sunt præsentia omnia, certamē, bellū, pressura, angustia, stadiū; aliud iustis est quietis tēpus, sed præsens hoc erūnis deputandum, atq; pressuris: Nullus ubi ad certamen se exuit; unctusq; est, requiem querit.*

C *Viuunt ex tribulationibus viri iusti, & ex angustiis: Quemadmodum totius est corporis Ecclesiae vivere pīe; ita totius est huīus saeculi iēporis crucē ferre. S. Leone ser. 9. de quadrages. op. reg. 3. ca. 22. Disquiritur locus ab Angelomo.*

D *Mitite virum istū in carcere, & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiae: Disquirit Angelomus Achab verba, & ait: Vinculis subet alligari, inedia macerari, siti premi; & sustentate eum inquit: ē in qua intentione loquens verum dixit; nam tribulatio alimentum est viro iusto, & angustia potus: Portio igitur, & pars iustorum in hac vita persecutio est, tribulatio, & pressura.*

*Postquam Paul. Act. in c. 20. retulit Ephesii Presbyteris tribulationes, quas passus fuerat pro Christo addidit dicens. Quoniam vincula, & tribulationes me manēt, sed nihil horū vereor, dūmodo consumem cursum meum. Optimè ad hunc locū Lorinus, adhuc manebant Pauli tribulationes Hierosolymis exantlandae, ut pars laborum illæ prescripta adimpleretur; unctusq; namque iustorum certa, & diffinita tribulationum*

Tribulatio iustorum alimentū, & sustentatio.

Actuum 20.  
Lyra. ad hūc locum.

*portio prescripta à Deo est, quam exantare necessum est.*

Petit mater filiorū Zebedæi à Christo Domino, sedes filii suis quietudinis, & honoris Matth. 20. *Dic* (inquit) *vt sedeant duo filii mei, unus ad dexteram tuā, & unus ad sinistram in Regno meo.* Loquitam autē fuisse de Regno terrestri patet ex Hieronymo, qui ita habet ad locū: *Patavit post resurrectionem Christum regnatum in terris, & auditate feminæ presentia cupit, immemor futurorum.* Dominus autem ait ad filios; *potestis bibere calicem, quæ ego biberimus sum: cohærere equidem non videtur petitioni respōsum; ita planè: nam petitio impertinens, & irrationalis, non meretur cohærentem respōsionem.* Irrationalem namq; petitionē hanc appellauit Chrysostomus ad hūc locum; & incōsideratam Interlinealis glosæ Author; *Rem enim inconsideratā postulabat, qui ante passionem laborum in hac vita volebat quiescere, & exaltari filios suos.* Nam Christi sectatoribus, nō quies, sed labor, pressura, afflictio, & mors in hac vita in partem, & in portionem assignata sunt: ideo Christus Dominus, cum de quiete, & honore agunt, omnia hæc illis proponit, potestis (inquit) *bibere calicem, quæ ego bibiturus sum:* Per calicem (ut interpretatur Hieronymus) laborem, pressurā, passionem, & mortē intelligens. Quasi dicat (ait Chrysostomus) *vos mihi de honore, & quiete loquimini; ego vobis de agonibus, & sudoribus; non enim hoc præmiorum tempus, sed pressurarum, & laborum,* est itaq; in hac vita propria Dei seruorum portio, pressura, persecutio, calix, passio, & mors.

Huc spectant verba illa eiusdem Saluatoris ad Petrum, Ioan. 18. *Calicē, quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?* Vbi per calicem, passionem, & mortem sibi à Patre præfinitam intellexit: & in istis verbis (Authore Theophilato) indicauit, quā fuerit sibi grata hæc portio, & pars, quæ illi conti-

git in hac vita: *Passionem dixit calicem ostendens, quæ sibi grata sit, & acceptabilis portio pro hominum salute pati,* ait Theophilatus; in quem sensum aurea sunt quædam Tertuliani verba, quæ habet in suo de patientia, si attentè expendantur; expendit namq; ibi præfatus Author, auiditatem illam, & similitudinem, qua æstuauit Christus, amplius nempe patiënti pro nobis, quæ ipse indicauit, cū ex Cruce dixit Ioann. 19. *sitio* (& sic ait Theodoreetus:) *saginari voluptate patiënti discessurus volebat:*

Cum nobis optima, substantifica, & suavis pars, siue portio contingit, saginatur illius voluptate, & substantia; adeò Christo suavis fuit portio sibi à Patre præscripta, vt illa saginari significauerit, sicut cibo delectabili saginatur corpora; portio autē, & pars Christi in hac vita nulla alia fuit, nisi labor, nisi pressura, nisi passio, nisi mors; neque aliam suis sectatoribus reliquit, nisi eandem laborum, persecutionum, afflictionum, & pressurarum portionem, quam illis legauit Marci 13. dicens: *Videte vos metipos, tradent Marci 13. enim vos in conciliis, & in Synagogis vapulabitis, & ante præsides, & Reges stabitis propter me, in testimonium illis.*

Discute tandem (amicie concionator) locum quendam Psalmi 15. & inuenies optimam, huius assumpti probationē: *Dominus pars hereditatis mee, Psalmi 15. & calicis mei,* (inquit Psaltes) *in es, qui restinas hereditatem meam mihi.* Circa quæ Psalmi verba, quod primo aduertere debes, est, quod loco vocis illius, *Dominus, sit in Chaldæo, Domine;* & loco verborum illorum, pars hereditatis mee, sit pars portionis mee, & calicis mei: Quasi dicat Regius Psaltes: *Domine pars mea, portio mea, & hereditas mea in hac vita, portio calicis est:* Sed expendēs verba, quæro, quæna cōuenientia reperiatur, inter hereditatē, portionē, & calicē, vt dicat Dauid, partē suam, seu portionem suā esse, seu hæreditati.

Matth. 20.

Hieron. ibi.

Petitio matris filiorum Z. bedæi irrationabilis, ex Chrysost. & incōsiderata, ex Glos. Interlin.

Matthai 20. Explicantur à Chrysostomo Christi verba.

Ioan. 18.

Theophil. ad hunc Ioann. locum.

Ioan. 19. Theodor. ibi.

Disquisitio & explicatio Psalmi loci

reditatem suā esse hæreditatē calicis? quā ne habeant conuenientiam hæreditatis, & calix? vt dubitādi euertat fundamētū Fulengius, distinguit inter hæreditatē, & hæreditatē, aitq; bis ibi à Dauide poni hæreditatē; nam statim addit. *Tu es, qui restitues hereditatem meam mihi:* ait itaq; præfatus Pater, duplex mihi hæreditas; hæreditas in via, hæreditas in patria; hæreditas via hæreditas calicis; hæreditas patriæ, hæreditas voluptatis; illam mihi reliquit Christus, hæc reddet; Perbellè quidem dictum; nā filiorum Christi in hoc mundo hæreditas, seu pars, & portio calicis est, idest, pressurarū, afflictionum, passionum, & mortis.

Ibidem.

Duplex hæreditas vniuersi  
cuique Chri-  
stiano, ex Fu-  
lengio.

### CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiti.*

### ANNOTATIO III.

*Nullam Christus non accepit formam, ut nos protegeret, defendere, atque saluaret.*

**E**X hac gallinæ forma, quā Christus Dominus sibi ipsi accommodauit, eius consideranda venit misericordia, & erga nos dilectio singularis; ob quam sic nos vocat ad alas suas, idest, ad protectionē suam, vt gallina pullos vocat suos. *Quoties (inquit) volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos: Quid blandiūs? quid suauius dici potuit?* Ab imagine (inquit Chrysost. hom. 75.) amore suū in homines significavit; Benè equidem: nam gallina materni in filios amoris imago est: testatur August. lib. 1. quæst. Euang. q. 36. Hoc (inquit) genus animā-

Chrysost. ibi.  
Gallina ve-  
hemēti affe-  
ctu profe-  
quuntur filios,  
& tuerit, ex  
Aug. q. 1. q. 36

Pars 2.

tis magnum effectū in filios habet. Obiter anno annoto optimè cōuenire hic illud Bernardi: *Triūphat de Deo amor;* Deus antiquitus fortis nomine gloriabatur, nomine leonis, qui fortissimus est inter animalia; *Leo rugit, quis nō timebit?* Amos 3. at postea in fragilem gallinā Amos 3. conuersus est: quando aliquem fragilem, ac timidum volumus appellare, dicere solemus: *[Es una gallina, ] qui Deus ex leo-igitur antiquitus ab omnipotentia, & ne in gallinā ab amore cōfortitudine fortis erat, amor gallinæ uetus.* formam suscipere coēgit, triumphauit itaque de Deo amor.

Varias insuper assumere in nostram Deus ob a- protectionē formas Deū coēgit amor, formā aquilæ prouocans ad volandū pullos suos, & super eos volitans, vt protegat, assumpsisse ait Moyses Deuteronomii 32. cum filios Israel ab ini- micorum incursibus per desertū pro- texit, quam eriā videtur assumpsisse, vt nos ad sui sequelam prouocaret, quando dixit: *Si quis vult venire post me, tollat crucē suā, & sequatur me,* Matthæi 16. Expassisq; in cruce brachiis, non solū nos ad volandum prouocauit, sed suis protexit & obubravit sca- pulis, vt ad Psal. 90. deuotè ponderauit. *Sicut (ait) mater videntis venientem Bern. ad Ps. accipitrem, expādit alas suas, vt pulli ha- 90. beant tutum refugium; sic nobis parata, & quedammodo dilatato sinu, extensa est sūma illa, & ineffabilis pietas Dñi nostri.*

Aliquid amplius est, quod disqui- ras in his formis, quas Deus noster assumpsit pro nobis, aquilæ scilicet, & gallinæ: discrimen nempè, quod inter utrasque reperitur, quod vt facias, ad- uerte, & pondera locum illum Exodi 19. 19. vbi loquens Dominus ad populū, sic ait. *Vos ipsi vidiistis, quod portauerim vos super alas aquilarum;* Vbi loco il- lius verbi portauerim, sit in Hebræo, Nasso, quod idē valet; atq; portare super se, nā gallina protegit subtus se pullos, & aquila super se ipsam: non satis ha- buit Christus Dñs pullos suos, idest, homines sub alas protegere, vt galli- na, Nō tantum subtus se, sed super se tu- rauit Chri- stus suos.

na, sed insuper addidit, ipsos portare super se, id est, super humeros suos; *Fa-*  
*ctus est Principatus super humerum eius* (ait Esaias c. 9.) eius autem Principatus fuimus homines, secundum illud Psal. 2.

*Esaia cap. 9.*  
*Psalm. 2.*

*Oleast. ad e.*  
*Exodi 19.*

*Dabo tibi g̃etes hereditatē tuā:* Optimè ad locū Exodi Oleaster; Securi (inquit) vnde sunt servi Dei super aquilā: sportū: op̃ter namq; aquilam ipsam prius percussi, quā ipsi deiciantur. Formā igitur non gallinæ tantum quae pullos sub alas protegit; sed & aquilæ, quae eos portat supra se ipsam, assumpsit Christus propter homines; immensus amor! dilectio singularis pieras inaudita!

Putas ne contētus fuerit Christus h̃as tantū formas assumpsisse propter homines? audi Psalmistā in eius persona loquentē. *Similis* (inquit) *fætus sū pellicano;* Psal. 101. ad quē locū sic Genbrardus: *Pellicanus avis est, quae filios à serpente occisos lateribus rostro percussis suo sanguine excitat.* Pellicani equidē formā in cruce positus in nostrū commodū accepit Christus, vbi occisos ab antiquo serpēte filios proprio sanguine viuificauit: nā ibi, perculo latere, mortē destruxit, & vitā nostrā reparauit: vndē optimo emblemate vsus est quidam, qui vt hoc Christi beneficiū in nos in cruce collatū indicaret, pellicanū depinxit, rostro pectus lacerantē, vt filios aleret cruento proprio, cū hac inscriptione: *Perit, ne pereant.* Nonnē attestatur Iob dicens cap. 39. *Pulli eius lambunt sanguinem?* id est (vt commentatur Rupertus in prologo in Ioānem) satiantur fideles eius cruento.

Iob cap. 39.  
Ruper. in pro-  
log. in Ioānn.

Attentē p̃rpende, optime Lector, & considera, quomodo ex formis his, quas propter homines Christus assūpsit, eius in nos dilectione amplificetur; vt gallina portauit sub alas subt⁹ se, vt aquila portauit sub alas, id est, super se, quod magis multū est; atṽ pellicanus ad aperto pectore incorporauit intra se, quod omniū maius est. audi Guaricium Abbatē ser. 4 in Domi. de Ramis Palmariū: *Benedictus* (inquit) *qui vt*

*nidificare possem in foraminibus petrae, pedes, & manus, & latus sibi perforari tulit, vt se mihi totū operiret, vt ingrediar in locū tabernaculi admirabilis: pone tibi latibulum in crucifixo.*

Rugiebat leo, & circum quārebat ouē, quā deuoraret, i. Petri c. 5. Leone indigebant oves, qui eas ab illo protegeret; assumpt ob id Christus formam leonis, vt vincat leonem, & protegat oves: *Vicit* (inquit Ioānes Apocal. 5.) *leo de Tribu Iuda;* Qua autē cura, qua vigilantia, & sollicitudine id effecerit,

*Apo. cap. 5.*  
*Numer. 24.*

B appareat ex verbis illis, Numer. 24. *Ac-*  
*cubās dormiuit, vt leo.* Dormit leo, oculis adapertis, ita vt etiam dormiendo inuigilet, vt naturales testātur, obseruatq; Dami. Petr. lib de bono Religio-  
fi status c. 3. tantā semper Christus ad-  
hibuit, erga suā Ecclesiam, vigilantiā,  
& curam, vt in illo etiā triduo, in quo accubuit in sepulcro, & dormiuit, a-  
pertos habuerit suā prouidentiā oculos, ne rugiens, & fremens leo alter, ouem aliquam deuoraret.

C *Quia denique, sine sanguinis effusio-*  
*ne nō fit remissio, vt ad Heb. 9. testatur*  
Paul ad He-  
breos cap. 9.

Paulus, formam occisi agni suscepit Christus, Apoc. 5. vt nos effuso cruento redimeret, *Vidi* (inquit) *Ioānes, & ecce in medio Throni, & in medio seniorum, agnū statē tāquam occisum, &c.* Nullam itaq; Deus nō accepit formam, vt nos protegeret, defenderet, atq; saluaret,

*Apoc. cap. 5.*  
Varias Chri-  
stus accepit  
formas, vt  
nos protege-  
ret, atq; saluaret, ex  
Chrysol. ser.  
23.

Ita vt protexeret multas alias formas, gallinæ formā accepit, vt protegeret sub alas; aquile, vt portaret super alas; pellicani, vt sustentaret, ac viuificaret proprio cruento; leonis, vt defendaret; agni de-  
niq; occisi, vt effuso sanguine redime-  
ret, ex quo suā in nos dilectionē com-  
mendauit; audi Chrysol. ser. 23. qui est de terrenorū cura despiciēda. *Tibi* (in-  
quit) *o homo, Christus leo factus est; tibi*  
*onis, tibi agnus, tibi deniq; totū factus est,*  
*qui fecit totū, & qui sibi nūquam; tibi to-*  
*ties immutatur, & propter te varias mon-  
stratur in formas, qui manet unica sue*  
*maiestatis in forma.*

D CIR-

CIRCA ILLA SACRA  
contextus verba.

*Quoties volui congregare filios tuos,  
quemadmodum gallina congregat  
pullos suos sub alas, &  
noluisti.*

## ANNOTATIO IV.

*Et si Deus omnes sibi velit, neminem  
tamen inuitum trahit.*

*Paul ad Ti-  
moth. i. cap. 2*

*Aug. ibi.*

*Exodi 25.*

*Lyran. ad c.  
Exodi 25.*

**O**MNES homines vult Deus saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, vt i. ad Timoth. cap. 2. testatur Apostolus, nullum tamen inuitum vult saluare, vt loquitur Augustinus dicens: *Qui fecit te nescientem, non saluabit te, nisi volentem.* Huc fortasse dirigebantur verba, quæ Dominus ipse dixit Moysi Exodi 25. cū ageret de his, quæ statutis temporibus sibi erant offerenda. *Loquere (inquit filii Israhel,) ut tollant mihi primitias, ab omni homine, qui offeret utraneus accipietis eas.* Poterant equidem Sacerdotes omnes cogere, vt primitias soluerent, at nihil nisi spontaneū vult Deus; & quamquam exoptet, velitque vt persoluant, non tamē ab omnibus accipit, sed ab illis tantum, qui voluntate propria, & non coacti se, suaq; offerrunt, vt ad hunc Exodi locum obseruauit Lyranus noster.

Nihil nō spōtaneum vult  
Deo à nobis,  
ex i. Paralyp-  
pon. cap. 28.

Huc etiam spectant verba Dauidis ad filium Salomonem i. Paralyp. cap. 28. *Tu autem Salomon filii mihi scito Deum Patris tui, & seruitor ei corde perfecto, & animo voluntario;* ad quem locū Theodoretus: *coactam seruitutem non admittit Deus,* congregare igitur inuictos non vult, qui sua, nisi voluntariè vult, & spontaneū: cum autem Paulus ait, omnes homines Deū velle saluos fieri, intelligendus est de voluntate antecedenti, & de voluntate signi: non autem de voluntate consequenti, &

Pars 2.

beneplaciti: coarctare enim liberum arbitrium non vult, vt semper mereri, aut demereri sit in manu cuiusquam.

Obiicies fortasse Paulum nolētem traxisse Dominum, & ex persecutore fecisse gentium prædicatorem; illum namq; ab equo in terram deieciisse, vi- su priuasse, & efformata de cœlo voce comminatum fuisse, dicēs: *Saul, Saul, quid me persequeris?* Quod nihil aliud fuisse videtur, nisi illi quasi vim facere, vt ad Deum conuerteretur; *Saulus au-*

*tem (ait contextus Sacer) adhuc aspi-  
rans minarum, & cædis, in discipulos Do-  
mini, &c. & subito circumfusit eum lux  
de cœlo, & cadens in terram audivit vo-  
cem dicentem sibi. Saul, Saul, quid me  
persequeris? vbi si illud, *Adhuc aspirans**

*minarum, connectas cum illo, Et subi-  
to circumfusit eum lux de cœlo.* Facilè

Precatur

*iudicabis, vocem illam, & lucem cœ-  
lestem, Paulum renitentem attraxisse,*

Deus pecca-

*siquidem adhuc minarum aspiran-  
tem, & cædis conuertit; vbi namque*

to resi-

*antecedentem Pauli voluntatem, vt*

piscat, sed

*misericordiam obtineret, si adhuc mi-  
narum aspirabat? Et subito circumfusit*

nou cogit.

*eum lux de cœlo: Respondebo absque*

*opinionum strepitu, verba illa de cœ-  
lo non fuisse coactua: Deus enim ne-*

*minem cogit, sed vocatiua, atque de-  
precatiua; vocare autem solet Deus,*

*& deprecari peccatores, vt resipiscant:*

*pulsauit equidem ad sponsæ ianuam*

Cantico.

*Sacer sponsus, & vt sibi aperiret, de-  
precatus est, sed vim non intulit ape-  
rire renuenti; Aperi (inquit Cantico-*

Ibidem.

*rum 5.) mihi soror mea, &c. At cum*

*illam reluctare intellexit, declinavit,*

*atque transiuit.*

*Ego sto ad ostium, & pulso (ait idem Apoc. cap. 3.) Si quis*

Duo ad pec-

*catoris con-  
uerctionem omniō ne-  
cessaria.*

bitrium, ut aperiat: *Ego (inquit) sto ad ostium, & pulso.* Ecce gratia præueniens, & excitans, quæ antecedit; nā apertio-  
nē semper antecedit pulsatio: *Si quis audieris vocē meā, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, &c.* Ecce manifestè ostēditur, in nostra esse libertate, Deo vocanti respōdere, aut non respōdere, aperire, aut nō aperire: nostrū itaque velle, & nostrū nolle, in nostra esse potestate, & non à Dei gratia prouenire, quod non saluemur, quæ semper antecedit, & excitat sed à libero arbitrio ipse gratiæ assentiri renuente: quod breuissimis verbis indicauit Paulus ad

*Paul. ad Hebreos 12.  
D.Tho. ibi.*

cap. 12. *Contēplantes (inquit) ne quis desit gratiæ Dei: nō dixit (inquit ibi D. Tho.) ne gratia Dei alicui desit, sed, ne quis desit gratia Dei; quia nos sumus, qui gratiam Dei pro nostra libertate repellimus; Deoq; vocanti, & excitanti nō respondemus:* Neq; est cur amplius fatigemur in hac doctrina, ac veritate cōfirmando, cū sit de fide; & à concilio Trid. diffinita ses. 6.c. 5. vbi sic: *Si quis dixerit, liberum hominis arbitriū à Deo motū, & excitatu, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atq; vocanti, quo ad obtinendā iustificationis gratiā se disponat, ac preparat; neque posse dissentiri, si velit, sed veluti inanime quoddā, nihil omnino agere, merēq; passiuē se habere, anathema sit.*

*Affignatur ratio, ob quā voluerit Deo, vt in conuersione peccatoris ipse, & peccator cōcurrant, ex Bern. lib. de gratia, & libero arbitrio.*

Neq; prætermittenda est ratio, quā libro de gratia, & libero arbitrio affignauit Bernardus, ob quam voluerit Deus, vt in peccatoris cuiusdam conuersione Deus simul, & ipse peccator cōcurrerēt, Deus nēpē per gratiā operando, & liberum hominis arbitrium consentiēdo, idē nāq; sic statuisse ait, vt hominem suæ iustitiæ faceret esse participem, & coronæ promeritorem; quid nāque premii mereretur homo; si suū saltem velle in sua ipsius iustificatione non expenderet? *Suæ iustitiæ (inquit Bernardus) Deus hominē voluit habere confortem, vt & coronæ faceret promeritorem: cū enim operū, quibus est pro-*

*missa corona habere dignatus est coadiutorem, tūc corone statuit promeritorem: porrò coadiutorē fecit; cum fecit volentem, hoc est suæ voluntati consentientem.*

Ex hac diuī Bernardi doctrina, ad duo dubia habebis responsonem, ad illud in primis, quod superius apposuimus circa Pauli conuersionē, in qua visus est Dominus illum quasi inuitū traxisse, vt superius diximus, & coactū dices nāq; coactum non venisse, qui dixit, *Domine quid me vis facere?* *Actuum c. 9.*

Respondet  
objectioni  
superius al.  
latæ.

B *neceſſerunt, pulsationes potius dixeris, quām coactiones, & illas istas semper antecedere ostendimus ex verbis illis: Ego sto ad ostium, & pulso; ad quas sequitur, vel adapertio, vel clausio, idest, liberi arbitrii velle, vel nolle; ad illas igitur pulsationes Christi in pectore Pauli, subsequuta est eius liberi arbitrii aperitio, suū nēpē velle, suēq; voluntatis, cum Dei voluntate conformatio, & in illam resignatio;* *Domine Ibidem.* *(inquit) quid me vis facere? Qui enim*

C *ita sponte suam offert voluntatem ad omnia, quæ alicui libuerit faciendū, coactum trahi, quis dixerit? coadiutor equidem Christi in sua conuersione Paulus fuit, vnde & coronæ promeritor effectus est.*

Dubium secundum, quod ex hac doctrina soluere poteris; illud est, quod ab eiusdem Pauli verbis ad Timothæum 2.cap.4 exurgit. *Restat mihi corona iustitiae: Quid nāq; iactantiosè loqui videtur Apostolus, cum coronā, quā spectat, appellat corā iustitiae, misericordiæ potius dixerim ego, quām iustitiae; Non enim ex operibus iustitiae,* *Idem. Paul. quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiā saluos nos facit Dens,* *(vt idē Apostolus testatus est ad Titum c. 3.) vnde & coronā, quā expectamus, quæ nihil aliud est, quā beari, coronā misericordiæ debuit Paulus appellare, & non iustitiae: Solues, inquam dubium verbis Bernardi, suæ iustitiae Deus hominem voluit habere confortem, vt & corona*

*Soluitur dū  
biū alterum,  
quod ex Pan  
li verbis 2.  
ad Timosh. c.  
4. exurgit.*

*rona, Bern. vbi sup.*

*rona ficeret promeritorem, &c.* Idest, voluit Deus hominem in sua iustificatione habere consortem, & coadiutorē, ut postea ex iustitia illū coronaret, retribuendo illi premiū illius consor-  
tii, & illius assensus, quē præbuit, con-  
sentiendo diuinæ voluntati, diuinæq;  
vocationi, quē assensum, quia Paulus  
libentissimè præbuit, dicens. *Domine  
quid me vis facere?* ideò coronam quā  
spectabat, *iustitia coronam* appellauit.

*Neminē itaq;* Deus trahit inuitum,  
& venire renuentem, quamquam, vo-  
luntate antecedente, omnes trahere  
velit, & congregare; & ideò multoties  
vocat, multoties pulsat, nunquā tamē  
constringit: *Quoties (inquit) volui cō-  
gregare filios tuos, sicut gallina cōgregat  
pullos sub alas, & noluiſti:* Deus pulsauit,  
Deus per ora Prophetarū vocauit, ipsi Iudæi venire renuerunt, ideò  
deseruit illos, neq; coëgit. Nōnē Ste-  
phanus hoc iliis exprobrait in facie,  
dices Auctor. 7. *Vos semper Spiritui san-  
cto restitistis, sicut & Patres vestri, & vos?*

*Cōmenda-  
tur patiens  
Dei miseri-  
cordia.*

*Hierem. 15.*

*Interlin. ibi.*

*Itē ibi. Lyr.*

*Vbi obiter conuenit penitare, quā-  
ta sit Dei patiens misericordia, qui nō  
semel tantū, sed multoties peccatorē  
vocat, & quāquā renuat, iterū, iterūq;  
vocat, vsq; dum (ut nostro loquamur  
modo) fatigetur, testatur ipse per Hie-  
remiā, dicens. *Laboravi regans*, Hiere.  
15. vbi sic habet Interlinealis glosa,  
*lassus sum super eos ad salutem prouocan-  
do:* Lyra autem, *Laborare feci Prophe-  
tas renocando populum dulciter per depre-  
cationis modū;* Deprecatur itaq; Deus,  
rogat, & persuadet, ut veniant pecca-  
tores, nullum tamen cogit, ut veniat.*

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Quoties volui, & noluiſti.*

## ANNOTATIO V.

*Propria voluntas, ferrea catena, qua  
alligamur.*

*Trahit sua quemq; voluptas, dixit  
Poëta, sed melius diceret; Trahit  
sua quemq; voluntas; Nā voluntas illa  
catena est, qua vel ad Deum trahi-  
mur, vel ad diabolū; nō enim traheret  
voluptas, si voluntas non traheret: vo-  
luptas (fateor) velut esca est attrahens  
voluntatem; sed volūtas trahit homi-  
nem Deo, vel diabolo mancipandum;  
inuitet licet voluptas turpis, alliciat,  
blandiatur; si tamen renuat voluntas,  
nō trahetur homo, si verò assentiatur,  
ecce trahitur.*

Poëta ex-  
traneus.

*Actuum 9.*

*Matthai 20.*

*Actuum 7.*

*Cōmenda-  
tur patiens  
Dei miseri-  
cordia.*

*Hierem. 15.*

*Interlin. ibi.*

*Itē ibi. Lyr.*

*Vbi obiter conuenit penitare, quā-  
ta sit Dei patiens misericordia, qui nō  
semel tantū, sed multoties peccatorē  
vocat, & quāquā renuat, iterū, iterūq;  
vocat, vsq; dum (ut nostro loquamur  
modo) fatigetur, testatur ipse per Hie-  
remiā, dicens. *Laboravi regans*, Hiere.  
15. vbi sic habet Interlinealis glosa,  
*lassus sum super eos ad salutem prouocan-  
do:* Lyra autem, *Laborare feci Prophe-  
tas renocando populum dulciter per depre-  
cationis modū;* Deprecatur itaq; Deus,  
rogat, & persuadet, ut veniant pecca-  
tores, nullum tamen cogit, ut veniat.*

*888 888 888 888 888 888 888 888 888 888 888 888*

*CIRCA ILLA SACRI  
contextus verba.*

*Quoties volui, & noluiſti.*

## ANNOTATIO V.

*Propria voluntas, ferrea catena, qua  
alligamur.*

*B* Catena itaq; qua trahimur volūtas  
est, catena qua ad Deū trahimur au-  
rea est; ferrea verò, qua trahimur ad  
diabolū; nam cum volūtas, quæ ter-  
minatur ad Deum, ab ipso sumat va-  
lorem, & pretiositatem, cumq; Deus  
iuxta sponsæ sententiam aurum opti-  
mum sit: *Caput eius (inquit) aurū opti-  
mū,* Cantic. 5. indè sit, quod voluntas  
quæ tendit in Deū, quamquā catena  
sit, aurea tamē catena sit, idest, suavis,  
mollis, & non molesta, sed iucunda, &  
delectabilis: est itaque catena amoris,  
quæ illaqueando condecorat; optimè  
August. lib. de natura dilectionis. *Qui  
amore duuit, vinculis dicitur aureis;*  
Nonnè ipse testatur Osæ in cap. • 1.  
dices. *In faniulis Adam trahim̄ eos, in  
vinculis charitatis.* Nā si charitatis vin-  
culis, catena, qua ad Deū trahimur, cō-  
ponit, aurea profectō est; nā charitas  
aurum probatissimum est, iuxta illud  
Apocalypsis in capite 3. *Suadeo tibi  
emere à me aurum ignitum, probatum,* ut  
*locuples sis:* Vbi per aurum ignitum,  
probatum, omnes ferè Patres intelli-  
gunt charitatem, & præcipuè Beda,  
Rupertus, Ricardus de S. Victore, Hu-  
go Cardinalis ad eundem locum, cir-  
ca quam tantorum Patrum interpre-  
tationem, & verba præfata, notanter  
expendo verbum illud. *Suadeo Suadeo  
tibi emere à me aurum ignitum.* ait Dñs;  
non autē ait, *præcipio, seu cogo, aut cō-  
stringo;* Nā Deus nullū cogit, nullū cō-  
stringit, nullū inuitū facit emere suā  
ami-

Catena au-  
rea ad Deū  
trahimur, fer-  
reaverò, qua  
diabolo alli-  
gamur.

Cant. cap. 5.

Augu. lib. de  
natura dilec-  
tionis Osæ  
cap. ii.

Charitas au-  
rū est pro-  
batissimum,  
Apocal 3. Be-  
da, Rupertus,  
Ricard. Hugo  
ad ca. 3. Apoc.

*Luc. 9.  
Chrysost. ibi.*

*Actuum 9.*

*Psal. 15.*

*Iob 41.*

*Aug. 8. Conf.  
f. c. 5.*

amicitiā cōsortiū, & gratiā, vt antecedenti annotatione dictū est, omnibus suadet, neminem cogit, vt diligenter obseruauit Chrysostomus interpretās illa verba Dominica, Lucæ 9. *Si quis vult post me venire, &c. Nullum, inquit, pius, & benignus Dominus inuitum, aut coactum vult habere famulum, sed spontaneos, & gratias agentes pro famulatu;* ideo persuadendo, & bene faciendo attrahit: quo supposito, considera (benigne lector) quā suavis, quā aurea, quamq; pulchra, & delectabilis sit Christi catena, quę suadendo allicit, & constrin- gendo non trahit; aurea profectò illa voluntas est, quę Dei persuasionibus trahitur, & qua cum illo congregari, & adunari consentimus, qualis catena fuit, qua se Paulus Christo insolubili- ter alligauit, & mediātē qua, inter cæ- teros Apostolos enumeratus est, & cū illis congregatus: *Domine, inquit, quid me vis facere?* Acto. 9. Ecce voluntas catena fuit, qua se Paulus Christo al- ligauit, de qua poterat ipse cum Re- gio Propheta gloriari, dicens: *Funes ceciderunt mihi in præclaris, Psal. 15.*

Hæc de voluntate qua congregari à Deo assentimus: quām autem ferrea quamq; ænea illa catena sit, qua Deo resistimus, & à diabolo trahi permitti- mus, ex eo colligo, quod exactor ipse æneus, & ferreus sit, & qui velut mal- leatoris incus stringatur, vt cap. 41. te- status est Iob, dicens: *Cor eius indura- bitur, quasi lapis, & quasi malleatoris incus stringetur.* Audi Augustinum, qui aliquando expertus est; *Velle meū* (inquit lib. 8. confessionum cap. 5.) tene- bat inimicus, & inde mihi catenam fece- rat, gemebam ego ligatus, non ferro, sed mea ferrea voluntate: nonne vides pro- priam voluntatem catenam esse fer- ream, qua hostis peccatorem alligatū tenet, vel qua, ipse peccator se se hosti alligauit? Non potest hostis, alia nos catena, obstringere, nisi voluntate no- stra: tolle voluntatem, peccatum non erit; tolle peccatum, catena non erit;

peccati mater voluntas est, tolle ma- trem, filius non gignetur: in hanc sen- tentiam, optima sunt ea, quę lib. de Iacob, & vita beata, cap. 3. habet Am- brosius: *Non est, inquit, quod cuiquam nostram ascribamus arumnam, nisi nostræ voluntati; nemo nostrum tenetur ad cul- pam, nisi voluntate propria deflexerit, non habent crimen, que inferuntur relu- canti.*

Addiderim tandem, ex eodē Am- brosio, eodem loco, neq; diabolum ip- sum coactos seruos velle, vel inuitos, sed voluntarios, ex quo clarè appetet, catenam, esse voluntatem, qua nos ip- si alligamur: audiamus Ambrosium: *Voluntarium, inquit, sibi militem elegit Christus, voluntarium sibi seruum diabo- lus actionatur, neminem iugo seruitutis astrictum possidet, nisi se ei prius pecca- tor are vendiderit, id est, nisi area volu- tate illi adhaerit.*

*Ambr. lib. de  
Iacob, & vi-  
ta beata, c. 3.*

*Necq; diabo-  
lus ipse ali-  
quæ inuolu-  
tarium vult,  
ex Ambros.  
ubi sup.*

B

C

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Ecce relinquetur vobis domus vestra  
deserta.*

## ANNOTATIO VI.

*Anima à Deo deserta, verè desertum  
est, omnibusq; exposita inimicorum  
incursibus, ac infortunijs.*

D **C**VM desertum in bonam, & in ma- lam partem accipiatur à Patri- bus, in bonam nempè à Ruperto, & à Bernardo ad cap. Cant. 3. & ab Hugo- ne Victorino lib. 1. eruditiois Theo- log. cap. 111. in malam verò partem ab Ambrosio lib. de Isaac cap. 5. & Ber- nardo item serm. 59. ex paruis, & Ri- chardo de sancto Victore ad cap. Can- tic. 3. cum, inquam, in malam, & in bo- nam partem sumatur desertum, inde fit, vt per illud, & bona, & mala ani- ma designetur, diuersis tamen funda- men-

*Desertū in  
bonam, & in  
malā partem  
sumitur à Pa-  
tribus.*

*Per desertū  
bona, & ma-  
la anima de-  
signata.*

mentis, & rationibus nam *Anima sancta*, ideo *desertum* dicitur, quia à mundi illecebris separata ( ait Beda ad cap. Canticorum 3.) *Dei tantum legis scrutanda, & celestium preceptorum sit observatio- ni dedita, & quia esuriens, & sitiens iustitiam, manna solummodo verbi celestis irrigetur, & fonte, qui de spirituali petra emanat, facundetur.*

Eleganter de more Nissenus Gregorius hanc eandem deserti acceptio- nem ponit, docetq; ex eo per illud si- gnificari animam iusti, quia semper Christum sicut, quod probat ex illius Psalmi 62. loco illo: *Sicut in te ani- ma mea, quam multipliciter tibi caro mea in terra deserta, inuia, & inaquosa; ita enim habet hom. 6. quæ fundatur super verba Psalmi citati: Fuit aliquan- do Davidis anima desertum sitiens, vi- po- te, diuinum fontem, postquam caro, que ei euaserat deserta, nullum habens aditū, aridaque, & inaquosa diuinam in se sus- cepit sicut consonat Psalmi 142. locus secundum Genebrardi expositionem, qui sic habet: Anima mea sicut terra si- ne aqua tibi, id est, desiderat anima mea, (inquit præfatus interpres) & sicut tuā gratiam, misericordiam, & consolationem, ut terra deserta, arida, & secca, ac humo- re destituta aquam expectat. Est itaque desertū anima iusti diuini amoris estu inardescens, vbi nulli mundanarū vo- luptatum reperiuntur fontes, vbi ter- renorum desideriorum nullum semē producitur, vbi sæculariū negotiatio- nū, non audiuntur tumultus, sed tantū diuini spiritus flat aura tenuis.*

Bona anima  
eius desertū  
sit, ex Beda  
ad c. Cant. 3.

Itē ex Grego.  
Niss. bō. 6.  
super Psal. 62.

Psal. 142.

Genebrar. ad  
hunc Psalmi  
locum.

Cur anima  
præua deser-  
ta sit, ex Hu-  
go vbi sup.

A fit, quæ ob suam ariditatem à Deo de- sertā est, in qua nullum omnino inuenies virtutis florem, fructos operum nullos, sed vbiq; spinas, vbiq; tribulos, vbi nulla Spiritus sancti aura re-creat, sed vitiorum æstus exurit; talis relicta à Deo est vniuersaliusq; Phari- saeorum anima, ob suam eorum aridi- tam; id namq; sonant in sensu morali verba Dominica: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.*

Vniuersali-  
q; Pharisaeo-  
rum anima  
desertum.  
Matth. 20.

B Valde eleganti metaphora prædi- xerat Dominus, Esaiæ 5. non tantum Hierusalem desertionem, sed & eius habitatorū animarū euersionem, im- mo omniū peccatorum, quorum vna- quamque animam per vincim, quam plantauerat, designauit, vt expreßè docetur, & declaratur in glōsa ad eū- dem Esaiæ locum, vbi sic: *Cant. que de vinea dicuntur, ad statum anime re- feruntur, que à Deo plantata non attulit fructus, sed labriscas, & tradita est bestijs conculcanda, nec imbreui doctrinæ suscepit, quia dona præterita contempnit.*

*Glos. ordina-  
ad c. Esai. 5.*

C Appono metaphorā totam, postea de ani- ma à Deo propter suam proterviam, & ariditatem deserta, explanabo per partes: *Vinea* ( inquit Dominus per Prophetā ) *facta est dilecto meo in cor- nu filio olei, & sepuit eam, & lapides elegit ex ea, & plantavit vineam eleētā, & adfecit turrim in medio eius, & tor- cular extruxit in ea, & expectauit, vt fa- ceret uias, & fecit labriscas, &c. & sta- tim addit dicens: & nunc ostendā quid ego faciam vineæ meæ, auferā sepem eius, & erit in dirationem; diruam maceriem eius, & erit in conculationem, & ponam eam desertam, non putabitur, & non fo- dietur, & ascendent super eam vepres, & spine, & nubibus mandabo, ne pluant super eam imbre.*

D Expenditur  
metaphora,  
& accommo-  
datur animæ  
præua.

E Quām aptè hæc omnia conueniant animæ, quæ ob suam ariditatē à Deo deserta est, ostendam sigillatim: *vinea in primis, quam Dominus plantauit, vnaquæq; anima est, (vt iam superius probatum est) cui Dominus, qui plā- tue-*

At è contra anima illa, quæ ob suam ariditatem, & vitiorum ferendi consuetudinē à Deo deserta est, horri- dum, & incultum desertum est, in qua nihil non noxiū producitur, in qua nulla non pessima fera generatur, vt loco supra citato, Hugo Victorinus obseruat, vbi sic ait: *Deserto aptè com- paratur anima improbi ob copiam malorum, & inopiam bonorum omnium: vasta equidem, & inculta solitudo anima*

*Esaia 5.*

tauerat, sep̄ adhibuit, idest, præceptis vallauit, apponens Angelorum custodiā, vt ait glosa; diligenterq; noster Lyra annotauit, qui sic habet ad locū.

*Per animæ seipm. Angelorum custodia intellexit ex Lyra Psalmt. 4.*

*sepiuit eam custodia, & protectione Angelorum; lapides elegit ex ea; idest à prauis cogitationibus mūdauit: Aedificauit turrim, quod idem est, atque illud pro quo Dauid Deo gratias re-*

*pendit dicens: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine; Nam turris, intellectus est, ratio, & discursus; turris (inquam) triangularis ex quā ratio-*

*cinando, discurrendo, & intelligendo vinea custoditur: expectauit itaq; Do-*

*minus, qui hanc vineam plantauit;*

*Vt faceret vuas; idest (vt idem Lyra commentatur) expectauit vt opera bona ficeret Deum colendo: Ex fecit labruscas,*

*idest opera non solum inutilia, sed malo;*

*additur autem in glosa: multis hoc con-*

*tigit, qui sunt de Ecclesia, numero, sed nō*

*merito, carēt enim fructu honorū operum:*

*Ecce vinea, idest, impiorum vniuersu-*

*iusque anima, circa quam, postquam*

*plantauit in corpore, tātam Deus ad-*

*hibuit solitudinem, & curam, ipsa*

*tamen semper arida, semper proterua,*

*semper ad vitia propensa; vndē quia*

*postquā Dominus s̄epissimè excoluit,*

*& semper proterua fuit, infructuosa,*

*& arida, illius seipm abstulit, idest*

*Angelorum custodiam, (vt dicitur in*

*glosa) nam Angeli aliquando ab ani-*

*marum custodia se retrahunt diuino*

*iudicio, propter hominum malitiam;*

*vndē in persona eorum dicitur Hier-*

*remix 51. Curauius Babylōnem, & nō*

*est sanata, dereliquimus eam: Ponit tan-*

*dēm Dominus illam desertam, à pro-*

*tectione sua anecit glosa. Ecce anima*

*à Deo deserta, ex eius viridario, in de-*

*sertum conuersa; & quia absque sepe*

*est, idest, absque ipsius protectione, &*

*absque Angelorum custodia; In direc-*

*tionem posita est, malis hominibus, &*

*demonibus, (vt ait glosa) non putata*

*amplius falce contritionis, vt dicitur ibi-*

*dem; Ascendent denique supeream ve-*

*pres, & spine, super quæ verba, ita ha-*

*bet Interlinealis. Opprimitar multa tra-*

*ctio peccatorum: Quid igitur deficit*

*animæ à Deo desertæ, vt sit desertum?*

*nihil certè: horrida siquidem, inculta,*

*& infruitifera est; & si quos fructus*

*ali quando profert, tribuli sunt, & spi-*

*ne, abundat monstros, idest, actioni-*

*bis, cogitationibus, & operibus à re-*

*ctitudine intellectus, & rationis de-*

*uiantibus: nihil itaque illi deficit, vt*

*vasta solitudo sit, desertumque inha-*

*bitabile.*

*Patet desertum bestiarum incursi-*

*bus, patet & anima à Deo derelicta*

*dæmonum inuasionibus, expertum,*

*quæso, interrogate Saul, vel legit po-*

*tius in contextu sacro 1. Reg. cap. 17.*

*Spiritus (inquit) Domini recessit à Saul,*

*& statim annexitur, & exagitabat eū*

*spiritus nequam: Ita planè: vbi primum*

*Ibidem.*

*namque à Deo anima ob suam obsti-*

*nationem deserit, dæmon eam in-*

*uadit, diligenter auscultans inuaden-*

*di occasionem. Optimus in huius ve-*

*ritatis confirmationem est locus ille*

*Psalmi 70. vbi de celeritate conqueri-*

*tur, qua aduersarii eius animam inua-*

*dere conati sunt; vbi illam propter*

*peccatum à Deo desertam esse intel-*

*lexerunt: Dixerunt (inquit Psaltes)*

*inimici mei, & qui custodiebant animam*

*meam, vel (vt habet Chaldaica) qui in-*

*sidiabantur, vt malefacerent; Deus dere-*

*liquit eum; persequimini, & comprehen-*

*dite cum, quoniam non est, qui eripiat.*

*Ac si dicat (vt explicant Patres Latini, &*

*moderni, Valentia nempè Titelman-*

*nus, & Lorinus) dum Dominus meū*

*erat, meam animam inuadere nō au-*

*sunt inimici, & si diligenter ausculta-*

*rent, & id audissimè exoptarent; at*

*vbi primum eam à Deo desertā agno-*

*uerunt, statim patentem ingressum*

*reperientes, illam pedibus conculca-*

*runt, & inuaserunt.*

*Græci huius Psalmi, & loci Expo-*

*nitores figuram Israelitici populi fe-*

*cisse ibi Dauidem putant; ita namque*

*locum.*

*Euthi-*

*Vineæ tur-  
ris triangu-  
laris intelle-  
ctus.*

*Lyra ibid.*

*Glosa ibid.*

*Retrahunt  
se aliquando  
Angeli ab  
animarū cu-  
stodia, & cur.*

*Hierem. 51.*

*Glosa vbi sup.*

*Vbi supra.*

*Amplifica-  
tur multis  
exemplis &  
documentis,  
animæ pec-  
atrice esse  
desertum.*

*Patet incur-  
sibus de no-  
num, ex c. 17  
1. Reg.*

*Psalm. 70.  
Chaldaic. ibi.  
Valentia,  
Titelman.  
& Lorinus.*

*Græci aliter  
interpretan-  
tur Psalmi  
locum.*

*Euthym. ibi.* Euthymius: *Quia, inquit, populus Deū prius per idolatriam dereliquerat, à Deo desertus est, ideoq; hostes cohortantes se dicebant. Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum:* planè expositionem probo, confirmat namq; & corroborat satis argumentum præsens: patet ex illa, quam faciunt inimici, illatione, *Deus dereliquit eum, persequimini, &c.* Nam siue anima sit, siue populus à Deo desertus, inimicorum statim patet incursus, ab eis statim vastatur, & conculcatur.

*Optimè, & nostro intentui valde conformiter exponunt loci eiusdem tropologiam Augustinus, Hieronymus, & Martyr Iustinus, dicuntq; intelligi de Christo, & de Iudeis, dicutq; nunquam gentem istam pessimā adeo inuercundē egisse in Christum Dominum, quam postquā ipsum clamantem audierunt: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Statim namq; vt se à Deo derelictum fatentem audiérūt, ipsum opprobriis infectare cœperunt dicentes: *Vah, qui destruis templum Dei: alios saluos fecit, seipsum non potuit saluum facere.* Audiamus Augustin. *Vbi primum se derelictum, veluti conquarebatur in Cruce Dominus, statim exprobaverunt dicentes, vah, qui destruis templum Dei:* non potest certè amplius explicari, quām sit miserium, quām pericolosum, & infelix à Deo deserit; siquidem ex auditu tantum ansam arripuerunt sacrilegi, vt Christo Domino insultarent; euidentissimum signum, quo ostēditur, quod vbi primum à Deo deseritur anima, vel ciuitas, aut populus, inimicorum statim pateat incuribus; nā vitia adoriantur, creaturæ insurgunt in eum, mors inuadit: quādo adhorta est Thomam infidelitas? quādo aderat Iesus; quando inuasit mors Lazarum? cum absens erat Iesus; nonne fatetur soror: *Domine si fuisses hic, frater meus nō fuisset mortuus?* Omnibus itaque infortuniis exponit animam Dei absentia, &

*Matth. 27.*

*Ibidem.*

*August. ibi.*

*Ioan. c. 20.*

*Ioan. c. 11.*

A derelictio: vnde grauissimo supplicio comminatus est Christus Dominus Pharisæis, dicens: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.*

Hæc circa sacrosancti Euāgelii seriem dixisse sufficiat, nunc circa Apostolorum Actuum cap. 6 & 7. (in quibus inuicti Prothomartyris martyriū enarratur) aliqua in prædictorū gratiam fas est annotare.

## B CIRCAILLA SACRI contextus verba. *Act. in c. 6.*

*Elegerunt Stephanum virum plenum fidei, & Spiritus sancto.*

## ANNOTATIO VII.

*Tam ad diuina, quām ad humana dispensanda, fideles ministri sunt eligendi, ac probi.*

C

*O*ptima equidem, probandaq; ac cordata electio, ex manifestissimis illata signis, ab Spiritus sancti nep̄e, & fidei plenitudine; summa namq; consideratione, & notitia quasi infallibili tam diuinarum, quām humanarū rerum eligendus est dispensator. Horatatur ac docet hoc Paulus 1. ad Timoth. cap. 5. dum de ministris Ecclesiasticis eligendis, ait: *Ne cuiquam, inquit, citio manus imponas*, quam Apostolicam doctrinam optimè explicat Pamellius lib. 1. epist. epist. 4. Cypriani: *Cito, inquit, manus imponere, est ante etatis matūritatē, ante meritorum notitiam Ecclesiasticam dignitatem conferre non probis:* grauis equidem culpa, & non facile expianda, temere, & absq; prævia indagatione in publicum dispensatorem, ac ministru quēquam eligere, in cuius rei confirmationem lege exemplum quoddam validissimum in Prato spirituali cap. 149. vbi dicitur, quod cum Leo Papa I. per quadraginta dierum spatium ad D. Petri sepul-

Quomodo facienda sit Prelatorum electio, vt optima euadat.

*t. ad Tim. c. 5.*

*Pamel. ad epist. Cypr. 4. lib. i.*

*Prat. spirit. cap. 149.*

sepulchrum insisteret, Apostolum deprecans, ut pro ipso Deum deprecatur, responderit illi Petrus: *Oraui pro te, & dimissa sunt tibi omnia peccata tua, praterquam impositionis manū; hoc solum abs te requiretur, siue bene, siue fortasse male egeris.*

Accipe, humanissime Lector, à Chrysostomo lib. de Sacerdotio, & homil. i. in epistolam ad Titum homil. item i. ad populum, rationem, & causam, ob quam inexpiabile sit crimen temerè quemquam in dignitatē, præsertim Ecclesiasticam, eligere: *Nec que (inquit) eos, qui elegerint subleuare quidquam poterit, si dixerint ignorasse eum, quem elegerunt: nam ex ipso, vel maximè grauius crimen efficitur, quod quem ignorauerunt perduxerint, sed id certè, quæ illis videtur excusatio, accusatio est.*

Vt confratribus, & cōfidelibus necessaria ministraret Stephanus electus est vir plenus fide, & Spiritu sancto: *Elegerunt (inquit cōtextus Sacer Actuum in cap. 6.) Stephanum virum plenum fide, & spiritu sancto. Electio equidem optima; nam primum, quod in bono dispensatore requiritur, est, quod sit fidelis, fidelis vero non erit, si plenus fide non fuerit: Hoc vnum, omnium primum, desiderauit Paulus in optimo dispensatore i. ad Romanos cap. 4. Hoc (inquit) queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.*

Expendo sacri cōtextus verba singula: *Elegerunt (inquit) Stephanū virū plenū fide, & spiritu sancto: Optimè, & cum mysterio dictum est fuisse Stephanum virum plenum; nam auarus vir, vir plenus non est, sed semper vacuus, vnde suum, & alienum sibi vult soli, nihilq; aliis impartitur, ac proinde, si plenus non est, verius dispensator esse non potest, immò semper clamat: Affer, Affer, & numquam dicit sufficit (vt in suis de clamationibus Bernardus obseruat:) & sermone de Purificatione Abbas Guaricus: Ita (inquit) se extendit auarus, ut sibi soli usurpet*

*Pratus spiritualis c. 140. in explicabili erimen remere eligit.*

*Nulla illi omnino ex-eusatio.*

*Chrysost. ho. i. ad populum.*

*Actuum 6.*

*Prima optimi dispensatori conditio, ex Paul. ad Rom. c. 1.*

*Vbi supra.*

*Auarus nū. qui plenus.*

*Bern. in de-clamationib.*

*Abb. Guarri. ser. de purific.*

*A omnia, quæ Deus omnipotens in usum plurimorum fecit; quomodo ergo, qui ita vacuus est, ut omnibus, quæ Deus vniuersis creavit, adimpleri audiē exoptet, aliis necessaria ministrabit, fideliterque distribuet? ineptū ad dispēsatorem reddit hominem auaritia; nā vt sermone 58. eleganter dixit Ambrosius: *Qui auarus est facilē fidem perdit. Enim uero si fidem perdit, fidelis non est, quod si fidelis non est, neque bonus dispensator esse potest; de quo, primum, quod queritur, est, ut fidelis quis inueniatur.**

*Ex auaro fa-ciliē fit infidelis. ex Am-brof. ser. 58.*

*B*

*C*

*D*

Considerauit Iethro Moysem totius populi multitudine, & ministerio oppressum, non posse singulis subuenire, atque iustitiam, reliquaque, quibus indigebant ministrare, consuluit ideo generū ut idoneos aliquos coadiutores, seu dispēsatores eligeret, quibus populi curam committeret: at statim addidit; ut tales eligeret, qui viri essent potentes, idest firmes, ac constantes, ne metu, vel timore ab officio discederent, & qui auaritiae minimè studerent, *prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam.*

*Exodi 18. Oleaster ibi.*

*18. ad quem locum diligenter obseruauit Oleaster, non sat habuisse Iethro communes ministros, & dispensatores auaros non esse; sed insuper addidit, ut auaritiam odio prosequerentur.*

Approbat per quam maximè locus iste Stephanus in confratrum dispensatorem electionem; si præsertim cum Santespagnino, & cum eodem Oleastro, sic legamus. *Vide, & elige ex omni populo viros fortitudinis.*

*Santespagn. & Oleaster.*

*Vir namque fortitudinis, & constantiae fuit Stephanus, quem neque tyrannorum iniuria, neque ingens lapidum multitudo frangere potuerunt; frangere caput, & corpus totum vulnerare potuerunt lapides, at constantiam concuti, fortitudinem minui non potuerunt; nam plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, & signa magna in populo.*

*Stephanus vir vere for-tis, & cōlitas.*

*Actuum 9.*

*Vir*

Vir equidem plenus, & non fortitudine tantum, sed fide quoq; & ideo ad optimum dispensatorem optimus, prima namq; dispensatoris laus est, *Vt fidelis inveniatur*, fidelis autem erit, si vacuus non fuerit, idest, ambitiosus, sed fide plenus: subtiliter dispungit Nissen ho. 14 in Cantica in hunc sensum, locum illū Cantic. 5. *Mannus eius tornatiles aureæ plene hyacinthis*. Nam ibi per manus Christi dispensatores intelligit, de quibus Paulus dixit. *Hic iam queritur, vt fidelis quis inveniatur*; Nō enim tantū obseruat aureas dici spōsi manus, sed esse tornatiles, seu rotundas, quidquid namq; supra rotundam figuram ponas, tibi statim reddet, ac demittet à se, nihil retinens sibi; vndē optimi, & fidelis dispensatoris symbolum est. Fācile (inquit) erit dispensatoribus Christi fideles esse, si sint tornatiles, *vt id quod illi traditur, auaritia non trahant*. Consonat Psellus ad eundem locum, qui per sponsi manus sanctos intelligit Apostolos, fideles diuinæ gratiæ dispensatores.

Manus rotunda fidelis dispensatoris symbolum.

Psellus ad eundem Cant. locum.

Secunda boni dispensatoris cōditio

Esaia cap. 50. Hierony. ibi.

Plenus etiam sapientia, ac plenus intelligentia debet esse dispensator, vt sit fidelis; fideliter enim non dispensabit, qui vniuseuiusque capacitem, aptitudinem, indigentiam, & necessitatem non nouerit, illis plus dando, qui minus indigēt, & maiora illis impariendo, & altiora, quām capiunt, quod non faciet, si Spiritus sancti lumine sit illustratus, & plenus, optimè in hanc sententiam Hieronymus explicans verba illa Esaiae cap. 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, &c. Hæc (inquit) verba de veris verbi Dei dispensatoribus accipienda sunt, qui sciunt quæ, & quando debent loqui, & quæ, & quando reticere; magna namq; scientia est dare in tempore conseruis cibaria, & audiētiū considerare personas.

Prosequitur hoc idem argumentū Gregorius Magnus 3. par. curæ Pastoralis cap. 5. *Quis (inquit) putas est fidelis dispensator, & prudens, quem consti-*

Pars 2.

*tuit Dominus super familiam suam, ut det illis cibaria in tempore, & in mēsura? ille projecto est, qui doctrinam suam doctis, & in doctis nouit accommodare; nam per mensuram cibi exponitur modus verbi, ne cum angusto cordi incapable aliquid tribuitur, exira fundatur. Plenus igitur fide debet esse diuinorum, & humana rerum dispensator, vt sit fidelis, vt verò sit prudens, vtq; Spiritu sancto sit plenus, vtrumque in Stephano reperitur, ideo eius in suorum confratrum dispensatorem electio optima euasit. Elegerunt (inquit cōtextus Sacer) Stephanum virum plenam fide, & Spiritu sancto, quem namque locum inueniret auaritia in eo, quem totum fides impluerat? & quomodo maneret insipientia in illo, qui Spiritu sancto plenus erat?*

### CIRCAILLA SACRI contextus verba. Act. in c. 7.

*C Stephanus plenus gratia, & fortitudine faciebat prodiga, & signa magna in populo.*

### ANNOTATIO VIII.

*Omne opus heroicum, & bonum, non à nobis, sed à diuinæ gratiæ fortitudine. Quæ nihil non arduum, nihil non laboriosum, nihil non asperum aggreditur, nihil non humanis viribus impossibile.*

**M**irabilis diuinæ gratiæ fortitudo, & vis; mirabiles eius conatus, & certamina; mirabiles victoriæ; palmae mirabiles; quæ pericula non despicit Dei gratia: quos labores non exaltat: quos ignes nō extinguit: quos dolores non tolerat: quos hostes non superat: quos tyrannos non irridet:

Mirabilis diuinæ gratiæ fortitudo.

R. con-

considerat Martyr Bertarius mirabiles Davidis adhuc infatis aggressiones A & admiratur per quam maximè, quod puerulus cum adhuc esset, cum vrsis, & cum leonibus rem ageret, ipsosque

*Reg. cap. 17.* interficeret: *Veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebatur eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum; & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos;* Sed quod magis miratur Bertarius, eius cum gigante congressio est; *Quid nūq; æquale habet* (inquit Bertarius) *cum gigante puerulus?* *quid inermis cum armator quid funda puerile instrumentum, cum hasta, clypeo, & ense?* & tamen aggreditur confidenter gigantem armatum inermis puer, & ait, *nūc vadam,* & auferam opprobrium populi; *quoniam quis est iste Philisteus incircusfusus, &c.*

Iure equidem summo de tanta pueri confidentia admirari fas est, quæ humano intuitu cōspecta, audacia potius cēnsenda fuit, quām confidentia at litem dirimit, & tollit dubitandi fundamentū, B idem Bertarius dicens; *Quid non aggreditur puer diuina gratia cōmunitus, Deoque fidens, & non armis; nonne ipse dixit: Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercitū?* Fortior planè diuina gratia leonibus, vrsis fortior, gigante fortior, & à nemine superabilis.

Elegantissimis verbis commendat etiam Chrysostomus ex hoc Davidis factō diuinae gratiae insuperabile fortitudinem hom. de Dauide de vincēte Goliath, vbi inter multa alia sic ait. D

*D. Chrysost. bo. de David Vincente Go- liath.* Non immanitas hostis puerum inermem exterruit, non armorum enormitas animum fregit, aut superbia verborum imminuit, sed fortiorē cunctis diuinae gratiae virtus constituit: Et (paucis interiectis) nefarios Goliath conatus, & audaciam incusans ait. *Irrisit gigas etatem, irrisit arma, irrisit & puerum, sed quia non intellexit, in David esse Dei gratiam,*

Cōmendatur amplius diuinae gratiae fortitudo.

*D. Chrysost. bo. de David Vincente Go- liath.* Non immanitas hostis puerum inermem exterruit, non armorum enormitas ani-

*Dei virtutem:* Ut tandem ostendat idē Pater, supernaturale hoc facinus diuinæ gratiae fortitudini omnino tribuendū esse, vocat Davidem in hoc euentu; *Spiritus sancti gratia inundatū.*

Adiuenit Paul.ad Corinth. 1. cap. 15 hanc in se ipso veritatem cōprobabat, & notanter illā attestatus est, dicens. *Abundantiū omnibus laborauit,* *non ego autem, sed gratia Dei mecum;* Ac

*rimb. cap. 15.*

si dicat, omnes, quos, præ multis aliis, labores exantlaui, passiones sustinui, subiui discrimina, minimè valerē superare, si à diuina gratia communitus non essem, à qua mihi robur, & fortitudo prouenit; ita fere Hiero. epist. ad Paulin. Sed quid in Paulo viro animoso, & fortī diuinae gratiae fortitudinem commendamus, cum in fragili sexu muliebri, & in teneris puellulis, ipsa se ipsam magnopere commendet? vndē Agneti, Catharinae, Eulalie, in primis suę ætatis annis fortitudo, & robur, quo tormēta immania superarunt, nisi à gratia sibi diuinitus impartita? optimè, perbellè, & adæquatè fulsif Bernardus huius Catholicæ veritatis doctrinam exemplo puerorum innocentium pro Christo occisorum; ita enim ait ser. de eisdem innocentibus: *Hi sunt planè Bern. ser. de martyres tui Deus,* *vt in quibus nec ho- puris innacē- tomo, nec Angelus meritum inuenit, fin- tibus.* gularis tuæ prærogativa gratiae evidentius commendetur.

Nemini igitur mirum videatur fecisse Stephanum prodigia, & signa magna in populo, qui gratia plenus erat; nam quia gratia plenus fuit, idē, & fortitudine plenus; consequitur namque diuinam gratiam fortitudo; idē plenus gratia, & fortitudine: testigat accidē Bernardus hanc veritatem serm. de S. Stephano, obseruans, quod Gabriel, qui ad Beatam Virginem missus est, Dei fortitudo interpretetur, vt scilicet ostenderetur, Dei fortitudinem benè cohærere, cum Virgine gratia plena: At luculentius idipsum probat, & eidētiū ostendit

*David Spiri-  
tus sancti  
gratia inun-  
datus.*

*Hiero. epist.  
ad Paulin.*

*Bern. ser. de*

*martyribus.*

*puris innacē-  
tibus.*

*Bern. ser. de S. Steph.* in Stephano idem Bernardus sermo-  
ne eodem his verbis: *Plenus gratia, & fortitudine dicitur Christi martyr; iungitur gratiae fortitudo, infuso spiritu libertatis; ignitus animus in vocem veritatis erumpit, nec patitur ullo pacto rigore infinita submitti, vel dimitti: sic loricatus gratia, & hasta fortitudinis, sapienter infrendes faciebat prodigia, & signa magna in populo; ille namque potest prodigia, & signa facere, in quo gratia, & fortitudo sedem fortissimam statuerunt.*

### CIRCA ILLA SACRI contextus verba. *Act. 6. & 7.*

*Stephanus plenus fide, & Spiritu sancto; Stephanus plenus gratia, & fortitudine.*

### ANNOTATIO IX.

*Superant multorum sanctorum prærogatiwas sanctissimi Prothomartyris prærogatiwas, & cum Christi, & beatissimæ Virginis prærogatiwas aliquo modo componuntur.*

**C**omponant alii Baptiste Ioannis excellentias, cum Euangelistæ Ioannis excellētiis, diui Petri, & Pauli prærogatiwas adiuicem conferant alii; ego vero sanctissimi Prothomartyris excellentes prærogatiwas cum Christi, ac Virginis eius sanctissimæ Matris prærogatiwas componam, non quod superent, non quod adæquentur, sed quia ad illas propè accendant, & quodammodo adæquari videantur. Initium probationis faciam cum Bernardo ab illa omnimoda gratiæ plenitudine, quam Gabriel Angelus in Maria agnouit, & quam testatus est dicens, *Lucæ 1. Ave gratia plena; quam etiam diuo Stephano idem sanctus*

*Luce 1. ser. super missus es.*

Pars 2.

A *Lucas attribuit dicens: Stephanus plenus gratia, & fortitudine. Audi Bernardum. Non paruum latet hic mysterium; nec vili pendenda est simplicioris scripturæ manifesta positio: Ad Virginem quippe loquens Angelus verba de cœlestibus scripsit sumpta, nec alterius, nisi ipsius Dei spiritu fabricata, noua salutatione portat; nulli dubium quin omnium verborum excellant alitudinem, ut ipote de melioribus disciplinis sancti spiritus evoluta, quorum annuntiatione confederandum erat illud unicum sacramentum, Verbi, & hominis, Diuinitatis, & carnis. Ave (inquit fortitudo Dei) plena gratia. Quid autem de Stephanus? Stephanus plenus gratia, & fortitudine; nonne Lucas eisdem pene literis de virisque eloquitur? Sed licet longè excellentior modus in Virgine prædicetur, secundario tamen laudatur in martyre: Vide autem (studiose Lector) quid tandem Bernardus concludat ex dictis, & habebis asserti præsentis fulcimentum: Habet igitur gratiam Stephanus (inquit Bernardus) sublimiori genere, quam reliqua martyrum multitudo; plenus gratia dicitur, & cumulatus, quod raro in scripturis Canonice subtilis Inquisitor inueniet. Hæc omnia Bernardus loco citato, quibus manifestè ostendit, Stephani prærogatiwam, omnium aliorum sanctorum prærogatiwas esse sublimiorem, & cù solius Virginis prærogatiua componi; Maria namque gratia plena, Stephanus plenus gratia.*

D *Postquam diuina aquila illa Ioannes in arduis ponens nidum suum de Æterni Verbi cum Patre consubstantialitate disseruit dicens sui Euangelii in capite 1. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, de Christi humanitate agens dixit, Verbum caro factum est; volensq; Verbi incarnati prærogatiwas cōmendare, dixit. Vidi mus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre plenum gratiae, & veritatis; Quæ verba non ad Ioannem Baptistam referenda sunt (vt exi-*

*Actuum 6. 7.*

*Stephani prærogatiua maxima.*

*Ioan. cap. 1.  
Ibidem.*

R 2 stim-

stimauit Cayetanus) sed ad Christum, & ita illa componunt, connectuntque A Patres: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis plenum gratiae, & veritatis:* Ecce optimū Christi encomium, *Plenum (scilicet) gratiae esse, & veritatis,* cum quo aliquo modo componi videtur Stephani encomium. *plenus gratia, fide plenus;* Nam fides, & veritas recte conueniunt.

Non parum insudarunt sancti Patres, in inquirendo, in quo Christi gratiae plenitudo antecellat, Virginis, & Stephani gratiae plenitudini, & in quo plenitudo gratiae Virginis antecellat Stephani gratiae plenitudini; vide de hac re D. Tho. lectione 10. in Ioānem, & intuere clarissimū Ecclesiæ sydus Bonaventuram Patrem nostrum 3. sententiarum dist. 13. quæst. 3. vbi, vt vnicuique tribuat, quod suum est, in triplici differentia gratiae ponit plenitudinem; Stephani namque plenitudinem appellat, *plenitudinem sufficientiam;* Virginis verò gratiae plenitudinem appellat, *prærogativa,* at plenitudinem gratiae Christi appellat *superabundantiam;* vndē inferes, in quo excellat gratiae Christi plenitudo, Virginis, & Stephani gratiae plenitudini, & in quo Virginis excellat Stephani, sed simul intelliges, in quo Stephanus in sua gratiae plenitudine reliquos sanctos excellat. *Plenus siquidem gratia anthomasticè dictus est, quia copiosissimè plenus gratiae fuit, ac sufficientissimè: Plenus itaque gratia, fide plenus, spiritu sancto plenus.*

### CIRCA ILLA SACRI contextus verba. Act. in c. 6.

*Et inuentes in eum omnes, qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius, tanquam faciem Angeli.*

### ANNOTATIO X.

*Inuiauit in Stephano charitas in odiū,*

*& inuidiam, in Angelum hominem transmutauit, fatentur etiam inimici, quamquam inuiti.*

**M**Irū equidē videri debet, Angelī pulchritudinem, venustatem, & decorē inuidos Pharisæos in Stephano fuisse contemplatos, cum inuidis quo pulchrius, quo perfectius, quo venustius est illud, quod intuentur, eo grauius sauentur, illisque apparet difformius, ac troculentius.

*Nusquā retta acies liuent rubigine dētes.*

Ouid. Metham. 3. de inuidia.

Ait Ouidius Metham. 3. de inuidia. Probat hanc huius turculentæ bestiæ proprietatem locus ille primi Regum cap. 18. vbi refert sacra pagina, odium intimum, intimamque inuidiam, qua cruciabatur Saul, eo quod Dauid sibi præferrent in cantilenis Hierosolymitanæ catartrices, dicentes. *Saul percussit mille, & Dauid decem millia:*

Ait namque statim contextus Sacer: *Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid à die illa, & deinceps: quærerit Angelomus causam ob quam puerum*

*adeo pulchrum, de quo ait scriptura 1. Reg. ca. 10. sacra cap. 16. eiusdem libri; Erat autem Dauid natus, & pulcher aspectu, decoraque facie; Et quem Saul antea libenter intuebatur, cuiusque suauis armonia perquam maximè oblectabatur,*

*non rectis oculis aspiceret, haberetq; exosum. Quis ( inquit Angelomus ad hunc locum ) adeo inuisum in oculis Angelom. ibi.*

*Saul reddidit, puerum adeo speciosum, adeoque pulchrum, adeoque decorum? & respondens ait, odium proculdubio, ac inuidia fuit, quæ deturpant pulchritudinem, immutant decorum, sedant spe-*

*ciem.*

Prosequitur idem argumentū Mag. Greg. mora. libro 5. moralium cap. lib. 5. cap. 34.

34. vbi inter multa alia huic argumen- to valde consona, sic ista intermittit.

*Cum devictum cor luoris putredo corrup- perit, ipsa quoq; que pulchra sunt, reddit inuisa,*

*& facit in cognitione rabiem,*

*in dentibus stridorem, &c.* Cui veritati equidem præsens euentus contrariare videtur; inuidia namque, & odio æstuantes; stridebant dentibus, in Stephano, & dissecabantur cordibus suis, Pharisæi, & tamen intuebantur vultū eius tanquam vultum Angelī: Et intuentes in eum, qui sedebant in concilio, videbunt faciem eius, tanquam faciem Angelī, (ait contextus Sacer.) Mira equidem res, mira Stephani sanctitatis virtus, mirus interni cordis splendor, qui ita in facie reucebat, ut densissimam inuidiæ nebulam, odiique luorem reprimeret, ac retardaret; circa quem Stephani splendorem per optimè loquitur Arelatensis Hilarius hom. de eodem: *In Stephano* (inquit) *abundantia cordis transiuit in decus corporis, & in exteriori gloria, candor interioris exūdauit, absconditaque pectoris ornamenti speculum frontis irradiarunt: Quid (quæro) amplius de vnigenito, & dilecto filio Dei in gloria montis dici potuit, quam quod inclusa, & repressa interna virtus, & gloria, quæ manens, & perpetua erat; tunc per modum transiuntis redundans in corpus, & in faciem, ipsam illustrauerit, reddideritq; gloriosam, decoram, & spectabilem? quod de Stephano ait citatus Hilarius, quamquam aliter: nam splendor faciei Christi fuit ex suo, Stephani autem faciei splendor fuit ex Christo; adnoto tamen (neque temere loquor) aliquid consideratione dignius fuisse in splendore vultus Protomartyris, quā in splendore vultus Christi; non quod intensius, nō quod fuerit spectabilius, D (absit hoc:) sed, quod splendor vultus Christi resplenderit in oculis Apostolorum summè diligentium; at splendor vultus Stephani resplenderit in oculis Pharisæorum, in eum dentibus præ odio stridentium: componuntur aliquo modo (vt dictū est) cum Christi excellentiis Stephani prærogatiuæ.*

Ex hoc Angelico vultus decorē,  
Pars 2.

A maximè commendarunt inuidū Prothomartyrem Abbas Bernardus, & Cardinalis Damiani, eisdem equidem verbis vtentes ( qualis ab alio mutuauerit non iudico,) sic autem uterque sermone de eodem. *Respondeant mihi diuinorum voluminum evolutores, ubi reueluerint, hominem in terris positum vultum Angelicum induisse;* & cum in virisque legibus, vel ratiō, vel nunquam inuenient ad stupeant gloriam triumphantis. Cum omni submissione loquor; parcantque Patres sanctissimi, & illuminatissimi Doctores, obsecro; reperitur namque aliquibus in locis, quod ipſi raro, vel nunquam asserunt reperi: Reperitur in primis libro 1. Regum cap. 29. vbi sic ad Dauidem ait Achis: *Scio, quia bonus es tu in oculis meis, sicut Angelus Dei.* Reperitur item 2. libri Regum cap. 14. vbi ad eūdem loquens Thecuita mulier sic ait. *Sicut est Angelus Dei, sic est Dominus meus Rex.* Quin & ipse Dauid Angelus fuit in oculis Miphiboseth ait nāque ad eum 2. Regum cap. 19. *Tu autem Domine mi Rex sicut Angelus Dei es:* Nonnè Angeli formam, & decorē induisse Assuerum ait Esther cap. 15. cum se in illam benignum ostendit? Vidi (inquit) te Domine, quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloria tua. Vultum tandem ipsius Dei induisse Esau testatur Iacob Genesis 33, quando illum in se offendere, adeò propitium contemplatus est. Sic (inquit) vidi faciem tuam; quasi viderim vultum Dei.

B *Damia. Peir. & Bern. ser. de S. Steph.*

C *Reg. c. 29.*

*Reg. cap. 14*

*Reg. cap. 19*

*Esther cap. 15*

*Genes. 33.*

D Non ergo stat singularis Stephani prærogatiua in eo tantum, quod induerit vultum Angelī, quem alii induerunt, sed in eo præcipue, quod in oculis inuidorum Pharisæorum Angelus apparuerit, in eum dētibus stridentium, Nam Dauid, Assuerus, & Esau Angelicum vultum induisse visi sunt ab amicis; at Stephanus ab inimicis, hisque acerrimis, in quo præcipue appetat, quanta eius fuerit inter-

na sanctitas, quanta animi puritas, quanta, quamq; in persequutores dilectio, & charitas, quæ redundans in faciem, in ipsaque collustrans præualuerit in odium, inuidiamque superauerit, coegeritque inuidos Pharisæos publicè fateri, se in eo Angelum contemplasse: præualet itaq; charitas Stephani in odium, & inuidiam, hominemque transmutat in Angelum: *Et intuentes in eum omnes, qui erāt in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli.*

Actuum 5.

CIRCA ILLA SACRI  
contextus verba. *Actuum  
Apostolorum cap. 7.*

*Ecce video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei.*

## ANNOTATIO XI.

*Iustus cum tribulatione compositus in-  
cundum Deo, & Angelis spectaculum.*

**Q**uomodo aperti fuerint cœli, vt Stephanus Christum ad dexteram Patris stantem conspiceret, indagare quamquam sit huius loci, mei tamen non est muneric; videat qui voluerit varias de hoc arguento Patrum sententias apud Ioannem Lorinum in Acta ad hunc locum; dum ego in Stephani prærogatiis annotandis vltierius pergo, quas cum Christi excellentiis aliquo modo cōponi semel, ac iterum annotauit.

Joann. Lori.  
ad ca. Actu.

Aperiuntur cœli, dum baptizatur Christus *Matth. 3. &* & in Stephani obsequium aperiuntur etiā dum Stephanus proprio baptizatur in sanguine, actum illum humilitatis approbat, & commendat tertia Trinitatis persona: *Ecce aperti sunt cœli, &*

**A**vidit spiritum Dei descendenter, Matthæi 3. actum istum magnanimitatis approbat, & cōmendat secunda persona ipsius Trinitatis; *Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem;* illuc descendit spiritus, hic stat Christus, descensus quippè humilitatis est; statio verò permanentiæ, ac securitatis: securè permanebat Stephanus, in Christi fidei promulgatione, idèo se illic Christus promulgavit, adapertisque cœli ianuis stat cum coelicolis, Martyremque suum cum se lapidantibus compositum, strenuèque dimicantem latus contemplans; iucundissimum namque Deo, coelicolique est, iustum videre cum aduersitate, & tribulatio-ne compositum. Nouit hoc Christianus Seneca, protulitque libro de diuina prouidentia cap. 2. dicens. *Ecce Seneca lib. de  
spectaculum dignum, ad quod respicit intentus Deus, nempè vir constans cum aduersitate quadam compositus.*

**C**ollectabatur Abraham cum inuincibili gigante, amore scilicet paterno, qui pro viribus conabatur gladiū obedientiæ retardare, & impedire, ne exiret in opus à Deo iniunctum; idq; in monte; *Dominus videt:* Videbat namque Deus, & differebat auxiliari: querit Veronensis Zeno, cur tardat Deus Abrahamo in tali agone consti-tuto subuenire, id namque Abrahams animum explorandi causa facere, ne cessum illi non erat, qui optimè nouerat, quām esset ad sibi obsequendū paratus, qui de nocte consurgens, vt eius mandatum expletet, secum filiū ad sacrificandum tulerat, & per tres dies in proposito absque ylla hæsi-tatione permanserat; ad quid ergo vi-dens hæc omnia expectat adhuc, & cum tanta aduersitate se se Abrahā-mum permittit componere? Respon-det itaque Zenon: *Videbat utiq; Deus, & latus Abrahamum contemplabatur, nihil enim illi incūdīus est, quā seruos suos videre cum tribulationibus collectantes, ipsasque strenuè sperantes:* Annotauit ad cap. Gene-sis 22.

*Cur tardat  
utq; Dñs, A-  
brahamo  
subuenire in  
agonē occi-  
tionis Isaac,  
ex Zenone  
ad cap. Gene-  
sis 22.*

id ipsum D. Thomas ad caput 1. libri Job, inquirens rationem, & causam, A cur Deus tot simul aduersitatibus permiserit concuti iustum virum, & dubii solutionem timatur ex illis Dominicis verbis ad diabolum: *Numquid considerasti seruum meum Job, cū quibus sibi maximè complacuisse ostendit Deus in Job, cum tot aduersitatibus compositi strenuitate, & tollerantia?*

D. Thom. ibi:  
Iucundum p̄fuit Deo spectaculum Job, cū aduersitatibus cōpositus.

*I*nquit Paulus 1. Corinth. cap. 4. *Sicuti sumus mundo, & filii, v̄lceribus per totum corpus grassantibus, stantem nihilominus inter tot calamitates rectum; quod veluti pulchrum spectaculum spectabat Deus, & spectandum ipsi domini proponit dicens: Nūquid considerasti seruum meum Job? Iucundū equidem Deo spectaculum est videre iustum virum in terris cum aduersitatibus, ac tribulationibus compositū, ipsaque strenuè superantem.*

Illustrabis maximè hoc argumentum, si euentum illum consideres, quē sui Euangelii in cap. 6. refert Marcus: coegerat Christus Dominus sanctos Apostolos nauim ascendere, & transfretare, ipse vero mansit in terra: dum autem nauigant, ecce exoritur ventus validus, ac tempestas maxima, ait itaq; Marcus: *Erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra, & videns discipulos suos laborantes in remigando, circa quartam vigiliam noctis venit ad eos: Admirantur Patres, quod spectauerit Christus à terra chatissimos sibi Apostolos cum tanta aduersitate compositos, & ita afflictatos, & tamen, usque ad quartam noctis vigiliam, subuenire distulerit, ad quam dubitationem præter nonnullas alias responsiones, quas reddunt Patres, hanc huic argumento valde consonam reddit Chrysostomus.*

Marcii 6.

Chrysost. ad cap. Marci 6.

Athanasius in vita Antonii primi Eremitæ.

*Spectabat Christus libenter discipulos colluctantes cum illa aduersitate. Adde si placet illud in vita Antonii Eremitæ primo, quod refert Atha-*

nasius; quod maximum habuerit sanctus senex cum daemonibus conflictū, absque eo, quod illi Dominus subueniret, quo peracto, statim adfuit Christus, de quo conquestus Antonius, dixerit illi: *Vbi eras bone Iesu? Quare à principio non affixisti?* Et statim Dominus: *Hic eram, sed quādēns spectabam certamen tuum: Gratissimum equidem Deo, & Angelis spectaculum videre viros iustos, cū aliqua aduersitate compositos.*

*Et spectaculum* (inquit Paulus 1. Corinth. cap. 4. *Sicuti sumus mundo, &*

Paul. 1. Cor. cap. 4.

B Angelis, & hominibus. Quod si interroges ab Apostolo, quando & ipse, & reliqui iusti, iucundum hoc, ac gratum spectaculum Angelis præbent: respondebit ibidem. *Quando maledicimus, & benedicimus; quando persequitionem patimur, & sustinemus; quando blasphemamur, & obsecramur!* Ita namque mentem Pauli interpretatur Hieronymus, dicens: *Spectaculum inquit Paulus factū sumus Angelis, quando obsecramus Deū pro illis, qui nos blasphemant.*

C *Quid cōuenientius cum hoc Stephani factō dici potuit: blasphematur, & lapidatur, & pro lapidantibus orat; dignum equidem spectaculum, ut surgat Christus, & stans simul cū cœlicolis lætissimæ contempletur Prothomartyrē suum strenuè dimicantem, lapidibus obsistētem, & pro inimicis deprecantem, ac dicentem. Domine ne statuas il-*

*lis hoc peccatum. Ecce spectaculum inquit Damianus) ad quod aspicit intentus operi suo Deus; surgit ipse Rex, filius Regis, & lapidantium acies interrupens triumphatoris certamini assistit: & addit Nissenus oratione de S. Stephano, dicens: Ad spectaculum id præsentes fuerūt Angeli: Benè quidem,*

*nam Deo, & cœlicolis gratissimum est spectaculum, videre iustum cum aduersitate compositum.*

*Liceat aliquando diuinis, quid humanum admisceri; sedebat Christus ad Patris dexteram, at vbi primum in eius*

Cū actualiter blasphemabatur Stephanus pro inimicis exorabat.

Stat Christus spectator pre- lli, seu vt adiuuet præliatum, seu vt coronaret vincentem.

Glos. Interli.  
ibi.

Ambrosius.

Amos. 7.

C. Brunonis.

eius auribus intonuit lapidum rumor, assurrexit statim, simul vt videret preliantem, & coronaret vincentem. Prædebat Alexáder ad tibias; at data opera, mutata à tibicinibus melodia in bellicum sonum, assurrexit statim, & relictis dapibus, ruit in arma; accubabat ad perenne Christus conuiuium, ad dexteram Patris; audit bellicum strepitum, lapidum rumorem; surgit à mensa, vel, vt delectetur spectaculo, vel, vt adiuuet præliantem; stare namque pugnantis est, ac iuuantis; vel si potius placet Ambrosii mens. Surrexit, & stabat quasi sollicitus, vt coronaret martyrem.

Coincidit Ambrosii mens cū mente Brunonis, qui explicās illud Amos 7. *Dominus stans super murū litum, &c.* quem locum sic verterunt 70. *Dominus stans super murum adamantium, in manu eius adamas.* Infert præfatus Pater celeritatem, & promptitudinem, qua Deus præmiat iustos, qui pro ipsius honore præliarunt: *Nec sedet (inquit) neque in gazophylatio reconditum sernat laboris præmium, sed in manu habet, vt illico tribuat prælianti: Competit hoc Christo respectu Stephani, stat, & habet in manu adamantem pretiosissimum lapidem, in præmium lapidum occidētum, quod idem est, atq; quod dixerat Ambrosius, *stabat sollicitus, vt coronaret martyrem.**

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba. Actuum cap. 7.

*Positis autem genibus, clamauit voce magna dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum.*

## ANNOTATIO XII.

*Imitatur Stephanus in morte Chri-*

*stum, quem semper in vita sibi proposuerat imitandum.*

P Ostulabat locus iste, vt de dilectione inimicorum ageretur, ostendereturque quam sit Deo gratum pro inimicis deprecari; at cum de hoc argumento multa dixerim, in meo vitæ Christi cōpletorio, versu 1. cap. 7. & 8. iterum, quæ dicta sunt hic afferre nō conuenit, legat, ibi, qui videre exoptauerit; nunc tantum iuuat expendere, quām exactè Stephanus expleuerit, præsertim in morte, Dominicum illud mandatum: *Qui mihi ministrat, me sequatur,* Ioannis 12. in Ministrum nāq; dominus Dei electus, Christum sequi adeò firmiter disposuit, vt neque lapidum torrentes ipsum impedire, aut à proposito amouere potuerint: aut retardare; idque præcipue in morte fecit, in qua flexis genibus pro persecutoribus exorauit dicens: *Domine ne statuas illis hoc peccatum;* idque voce magna, vt Magistrum morientē imitaretur, qui clavore valido pro suis persecutoribus Eternum Patrem deprecans spiritum tradidit.

Circa quem euentum, Posuis nempe genibus, & voce magna pro persecutibus exorare, primò adnoto, & obseruo, verba antecedentia: *Et lapidabant Stephanum iuuantem, & dicentem: Domine Iesu accipe spiritum meum.* Expedo igitur, causamque inquiero, ob quā Stephanus, qui pro se stans orauerat, pro lapidatoribus oratus genua posuerit, quasi innuens affectuosius pro inimicis orasse, quām pro se ipso; ex quo facto eius in inimicos charitatem admirandam maximè commendat Bernardus serm. de eodem, vbi sic habet. *Pro se orans stat, & erigitur, pro lapidantibus flectit genua:* quis audiuit unquam tale, aut quis vidit huic simile plus dolet persequentium peccata, quām sua vulnera; illorum iniquitatem quām suam mortem: Addiderim, & affirmauerim eadem ratione Stephanum flexis

Actuum 7.  
Matth. 27.

Actuum 7.  
Expenditur  
verba Ste-  
phanii.

Bern. ser. de  
S. Stephan.

*Marsi ultim.*  
xis genibus præfata verba protulisse, A  
qua Christus caput inclinavit in cru-  
ce, eadem verba dum protulit: Nam  
his auditis, surrexit à Patris dextera,  
& stetit: *Sedet* (inquit Marcus capite  
vltimo) *Dominus Iesus à dextris Dei*: At  
stātem videt Stephanus; quid est hoc?  
dicam, approba, si placuerit: surrexit,  
vt orationi pro inimicis factæ reueren-  
tiam exhiberet, cui, quia aliter in cru-  
ce positus eandem reuerentiam exhi-  
bere non potuit, cum protulit, capit is  
saltēm inclinatione exhibuit: Reuere-  
tur item Stephanus adeò sanctissimā  
hanc pro inimicis deprecationem, vt  
non nisi flexis genibus proferat: tete-  
git fortassis Beda in commētariis hu-  
ius capitī 7. Actuum, cum dixit. *Pos-  
tis autem genibus pro inimicis exorauit,  
quod ante pro se orando non fecerat; quia  
maiis, & excellentius supplicandi genus  
existimauit pro inimicis, quām pro se ipso  
exorare.*

*Beda ad cap.  
7. Act. Apost.*  
Cur voce  
Magna cla-  
mauerit mori-  
iens Steph-  
anus.

Neque minori pésitatione dignum  
est, quod ad instar Christi in cruce po-  
siti, & animam emittenti, voce magna  
exclamauerit Stephanus: solet enim  
moriēntium vox in primis deficere;  
at non hoc in Christo duce; non hoc  
in milite, ex eo namque dux martyrum  
Christus moriens voce magna exclamauit.

mault, vt ostenderet plus illi, virium  
contulisse hominum amorem propter  
quos moriebatur, quām abstulerant  
tormenta, & actualis mortis perpeſſio;  
sic iudicauit Iustinianus Laurentius,  
protulitque libro de triumphali Chri-  
ſti agone c. 19. *Vincebat planè* (inquit)  
*in Christo mortis suppliciū, amoris magni-  
tudo*: Quid autem de Christi Mi-  
nistro, in eodem mortis euentu Damia-  
nus laco supra citato dicat, audiamus:  
*Clamor* (inquit) *lapidatiū furoris erat,*  
*strepitus lapidū crudelitatis; clamor ve-  
rō Stephani amoris, & pietatis*. Ex qui-  
bus patet, tam validum illum clamorē,  
quo Christus emisit spiritū, quām  
vocem hanc magnam, qua Stephanus,  
dum spiritum exalat, orat pro lapidati-  
bus, ab æstuante charitate profluxi-  
ſe, quā morte fortior, plus virium cō-  
tulit moriētibus, quām mors abstulit;  
vndē sic vtérque morti vicinus valuit  
exclamare; neque vtriusque clamor  
fuit debilis, aut inanis; nam clamor  
Christi Centurionem adduxit ad fidē;  
& clamor Stephani, Saulum permo-  
uit, & quamquā serō, reduxit ad Chri-  
ſtum: imitatur itaque in multis du-  
cem, miles Magistrum, discipu-  
lus: Stephanus, Chri-  
ſtum.

*Cur Christus  
mortiens vo-  
ce magna  
exclamaue-  
rit.*  
*Iustin. Lau-  
rent. cap. 19.  
de triūphale  
Chriſti agone*  
*Damian. ubi  
supra.*

*Ab æstuante  
in inimicos  
charitate flu-  
xit, vt Chri-  
ſtus, & Ste-  
phanus pro  
illis voce  
magna ex  
orauerit.*

**I N**

I N  
EVANGELIVM FESTI-  
VITATIS SANCTI  
IOANNIS EVANGELISTÆ.

Ex capite 21. eiusdem Ioannis.

*Dixit Iesus Petro, sequere me: conuersus Petrus videt illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem; qui et recubuit in cena super pectus eius, et dixit: Domine quis est, qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu: Domine hic autem quid? Dixit ei Iesus: sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere: Exiit ergo sermo iste inter fratres: quia discipulus ille non moritur; et non dixit Iesus, non moritur, sed, sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scripsit haec, et scimus, quia verum est testimonium eius.*

EVANGELICI CONTEXTVS LITERALIS  
EXPLANATIO.



*Ian. cap. 21.  
Ibidem.  
Euthym. ibi.*  
ERTIO manifestatus Iesus discipulis suis post resurrectionem suam, Petrumque de sua erga ipsum dilectione interrogas, oves suas, id est, omnes fideles illi tradidit, corumque curam commisit, dicens: *Pasce oves meas, seu agnos meos,* illique præcepit statim, ut ipsum sequeretur; dicens: *Sequere me:* id est, meo pastoris officio vtere in terris, et tamen pensione, ut me sequaris per mortem crucis, ita Euthymius: *Sequere me, ut videlicet, etiam crucifix-*

A *ris, & æqualem sustineas mortem.*  
Dum igitur Petrus carum sibi Magistrum ambulantem sequitur gressu corporis, ut ipsum sequebatur passibus amoris, seque retrò conuerterit, vident Ioannem Magistrum etiam (de more sequentem) ipsumque comitatem: & dixit ad Magistrum: *Domine hic autem quid?* quod est idem, ac si dicat, (ut omnes Patres interpretantur) iam scio me te secuturum morte crucis; hic autem dilectus discipulus Ioannes, quomodo te sequetur? quem vitæ habebit exitum? quid pro te patietur? qua te morte clarificabit?

B *Aliter hanc Petri interrogationem inter-*

*Ibidem.  
Petri verborum interpretatione.*

*Alia coto  
de verbo: à  
interpretati-  
o ex Chry-  
sostomo, &  
ex Theophi-  
lato.*

interpretantur Chrysostomus, & Theophilatus, putant namque Petrum interrogasse ad quam mundi partem, & quo munere functum Ioannē mittere decreuerit Dominus: *Amabat ipsum nāq, valdē, & ipsum habere solum perquā maximē exoptabat,* (inquit patres) & ex cōsequenti, sic Christi Domini ad Petrum responsionem interpretantur: *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? id est, inquit, Si Ioānem volo manere in hoc loco, id est, in Galilaea, & non mittere tecum, quid ad te Petre?* illud autē, *Donec veniam.* Sic interpretantur, ac si dixerit Christus: *Donec mihi placuerit, vt illum educam ad prædicationem.*

*Oecumenii  
corundē ver-  
borū inter-  
pretatio.*

Parum ab hac Chrysostomi expositione distat Oecumenii interpretatio, quāquam aliquid amplius addat; nempe terminum vitæ Ioannis, eiusq; mortis tempus: sic enim præfata Christi verba interpretatur, dum caput 6. epistolæ Iacobi explanat, vbi sic: *Si eum velim manere in vita, donec veniam ad euertendam Hierusalem per Romanos, quid ad te?* aitq; iste Pater, cum aliquibus, Ioannem vsq; ad tempus Vespasiani (qui Hierusalem euertit) vixisse; tuncq; extrellum egisse diem.

*Impugnat  
Chrysosto-  
mi, & Theo-  
philati in-  
terpretatio.*

Interpretatio sancti Patris Chrysostomi, & Theophilati stare non potest cum rigore litteræ si (vt ipsi liberè factentur) cum Dominus dixit Petro, sequere me, locutus fuit de sequela, per mortem crucis: perspicuum est de morte, qua Ioannes Christum secuturus erat, interrogasse Petrum, & non de munere, siue de mundi parte, ad quam Ioannes mittendus erat, inepta namq; esset Petri petitio, si de dignitate, vel loco interrogasset, cum Dominus de mortis genere loquebatur: de morte itaque Ioannis interrogasse Petrum, & de illius morte respondisse Christum, cum communī sentit Cyrillus ad hunc Ioannis locum, vbi sic Dominica verba interpretatur: *Eiā si ego velim Ioannem non mori, quid ad te?*

*Petri inter-  
rogationis  
interpretatio, & Chri-  
sti responso-  
nis, ex Cyrillo  
amplecti-  
tur.*

A vbi obiter adnoto ex Burgensi in suis annotationibus, variā lectionē aliquos codices habere: *Sic eum volo manere,* dicunt aliqui, alii verò, *si eum volo ma-* nere, attamen, vel legatur, *sic, vel si,* eundem semper efficiunt sensum verba Dominica.

B Non solum inter Sanctos, & Patres fuit circa Christi verba dissensio, sed & inter Apostolos, qui statim intulerunt ex illis, Ioannem moriturum minimè fore: *Exiit ergo, inquit ipse, sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur:* quam illationem ipse Evangelista statim refutat, dicens: *Et non dixit Iesus non moritur, sed sic eum volo manere;* vel, *si eum volo manere, quid ad te?* vnde vt locum istum elucidemus, necesse erit inquirere, sit ne Ioannes vita functus, an non?

C Non desunt Authores, iiq; grauisimi, qui existiment, Ioannem non esse mortuum, sed viuū translatum fuisse in paradysum terrestrem, vt cum Helia, & Enoch, Antechristo resistat, fidelibusq; auxilietur, (quorum ratio, & fundamentum hoc est:) quia sicut indubitanter tenemus, vnum hominem ex lege naturæ fuisse à morte reservatum, nempe Enoch: & alterum ex lege scripta, nempe Heliam, vt Antechristi insaniae occurrant; sanè par esse videtur, vt occurrat illi, etiam aliquis Dux, ex lege Christi Euangelica, quæ, quia cæteris præstantior est, præstantiorem ducem habere debet, dilectissimū scilicet Christi discipulum, & honoris illius summoperè studiosum, & zelotypū, & ad hoc munus obediendum, dicunt Patres statim citandi in terrestrem paradysum fuisse Ioannem translatum, vbi ad illud usq; tempus commorabitur.

D Fauere videntur huic opinioni verba Dominica: *Sic eum volo manere donec veniam:* nam cum duplex tantum sit Christi aduentus, primus ad Incarnandum, secundus ad iudicandum, præcesseritq; primus; quādo Christus hoc dixit

*Burgensis in  
annotatione.*

*Ioan. 21.*

*Ibidem.*

*Inquiritur  
sit ne Ioānes  
vita functus*

*Prima opi-  
nio, & eius  
fundamentū.*

*Ioan. 21.*

dixit, necessariò eius verba de secundo videntur intelligi. Hanc amplexati A sunt opinionē Theophylatus ad hunc Ioannis locum : Aretas ad caput 10. Apocalypsī : Hipolytus martyr oratione de consummatione s̄eculi : Si-  
meon Methaphrastes in vita Ioannis : Diuus Ioannes Damascenus oratione de transfiguratione : Trapezuntius in libello de verbis istis Dominicis : Sic eum volo manere : Catharinus ad cap. Genes. 2. & alii.

Secunda op-  
nio, quæ te-  
net Ioānem  
vita funētū.

Contraria tamen sententia, quæ asserit Ioānem extremum vitæ diem egisse Ephesi, verior est, multorumque B patrum, ac conciliorum, immò ipsius Matri Ecclesiæ autoritate robora-  
ta, quæ illius festum celebrat, eiusque intercessionem flagitat, quod sanctis vita funētis, & in cœlo degentibus, ac beatis congruit, insuper & dum eius à Domiciani iussu passum agonē narrat, legit ex Hieronymo, quod Ioānes propria morte vitam finierit; vnde ali-  
ter sentire, quasi erroneum iudicauerim, & Ecclesiæ traditioni contrariū, immò sentire conuenit cum eadem, à C vita migrasse Ioānem morte naturali; sicut sentit Hieronymus libro de scriptoribus Ecclesiasticis, vbi sic ait.

*Confectus senio Ioānes sexagesimo octauo, post passionem Domini, anno mortuus est :* Eandem opinionem tenuit anti-  
quissimus Polycrates, sicut testatur Eusebius libro 3. historiæ Eccles. 31. Tertullianus de anima capite 50. idipsum sentit Augustinus, serm. 149. de tempore: item Aymon, Beda, ille in glossa ad hunc Ioannis locum, isteque hom. de S. Ioanne. Diuus tandem Epiphanius Hæresi. 79. ac Dorotheus in D Synopsi & perquam multi.

Primum tantorum Patrum fundamen-  
tum desumunt ipsi ex ipsius Ioāni-  
nis verbis, & admonitione, qui notan-  
ter aduertit, non dixisse Iesum: Non moriturum Ioānem, sed si sic voluiss-  
et, vt fieret, quid ad Petruſ attinebat? Vnde optimè ad hunc locum Eu-

thyminus; Quis (inquit) relinquitur sermo afferentibus Ioānem non esse moi-  
tuum, cum iam ipse metuenter clamet,  
quod errant, qui hoc suspicantur: Secun-  
dum verò fundamentum sumunt ei-  
dem Patres, ex consilio Ephesino cap.  
6. vbi reliquiarum Ioānne expressa  
mentio sit; aitque Chrysostomus notū  
esse eius apud Ephesum sepulchrum  
his verbis, quæ scribit hom. 26. in epi-  
stolam ad Hebræos: Petri, & Pauli  
quidem; Ioānne, & Thome manifesta  
sunt sepulchra, &c. Tertium denique  
ex sanctæ Matri Ecclesiæ traditione,  
vt iam tetigi.

Quam autem distinctè, qui-  
busque appositis circumstantiis Ioān-  
nis obitum narret Metaphrastes, ap-  
pono, vt de hac re dubitandi nullum  
maneat fundamētum; Ioānes (inquit)  
ciuitatem ingressus est, discipulis præci-  
piens, vt ligonem, ac sarculum secum affer-  
rent, ac protinus in montem quendam ascen-  
dens, vbi nunc eius Templum instruētum  
est, eximia magnitudinis, ac pulchritudi-  
nis, stanque in ipso. Hic (inquit) filii mi-  
sericordie, deinde, vbi se totum consignasset;  
ac dixisset. Et tu mecum es o Domine Iesu  
Christe; astantibusque subiunxit. Pax  
vobis fratres, in fuciam dimisit pallium,  
& ipse quoque in eandem descendit, &c.

Qui verò Ioānem mortem non  
gustasse aiunt, sed adhuc viuere tena-  
citer credunt omnia hæc, quæ retuli  
ex Metaphraste, libenter fatentur, sed  
addunt in sepulchrum se recepisse  
Ioānem, non vt moreretur, sed vt ibi  
dormiendo quiesceret, vsque dum ite-  
rum Christus adueniat, vt autem suā  
confirmit opinionem, dicunt, dor-  
mientis flatu in sepulchro puluerem  
sursum iactari, nimis equidem somno  
deditum Ioānem fingunt Authores  
isti, non equidem adeò suauiter dor-  
mire in sepulchro Ioānem posse pu-  
to, atque Dominico requieuit, & dor-  
mivit in sinu: audienda hæc opinio nō  
est; neque terram in Ioānis sepulchro  
sursum iactari credēdum est: sed man-  
na perpetuo scaturire, vt affirmat Ba-  
bylo-

Sancta Ma-  
ter Ecclesia  
lett. 3. secundi  
nocturni in  
festiuitate  
Ante portā  
Latinam.

Patres qui  
sentiente Ioā-  
ne vita fun-  
stum.

Secundæ op-  
nionis fun-  
damenta.

Euthym. ad  
cap. Ioān. 21.

Consil. Ephe-  
sinum cap. 6.

Ioā. Chrysop.  
ho. 26. in epi-  
stol. ad Heb.

Metaphrast.  
in vita Ioān.

Aliorum  
quæ iride-  
da opinio.

Sepulchrum  
Ioānis mā-  
na perpetuo  
scaturiæ, ex  
Abdia Babyloniaco.

bylonicus Abdias in libro, quem composuit de virtutis, & morte Apostolorum.

Non mihi displiceret eorum opinio, qui dicunt mortuum fuisse Ioannem, non morte violenta, sed naturali; at iterum non amplius moriturum statim resurrexisse, in cœlumque aduolasse, ut cum Beata Virgine, cuius fuit filius adoptivus, aeternis gaudiis perfruatur; ita sentit Cardinalis Damiani sermone 2. de eodem Ioanne, ubi sic habet: *Pium est arbitrari, ut (sic ut de Beata Virgine creditur;) ita etiam Ioannem resurrexisse; Quā etiam opinionem tenet Nicephorus lib. 1. hist. cap. 35. & 2. cap. 24. item & Isidorus in libris Ethymolog. D. Thomas in 4. dist. 43. q. 1. ad 1. quæ opinio in eo potissimum fundatur, quod quæstū in sepulchro Ioannis corpus minimè fuerit aduentum.*

Obiicies fortasse hoc fundamentū euerti ab iis, quæ dicuntur in Concilio Ephesino cap. 6. ubi sic: *Sacras sanctorum triumphatorum, Martyrumque reliquias, & præcipue Beatisimi Ioannis Theologi, ac Euangelistæ venerari pium est;*

*Ex quo impugnatur opinio supra posita.*

Respondeatur obiectio.

Christi capilli, & lac Virginis in monte Cassino asseruantur.

*Ex quo impugnatur opinio supra posita.*

In quo hac opinio fundatur.

Concil. Ephesino cap. 6.

*Ex quibus verbis sic oppones: sunt in terris Ioannis reliquiae, quas venerari piū est, ergo in cœlum, quoad corpus, assumptus non est: sed non valet illatio, nam nomine reliquiarum, non solum intelliguntur ossa sanctorum, vel eorum corporum partes; sed etiam vestes, capilli, & reliqua huiusmodi, quæ à fidelibus venerantur; & in terris remanere potuerunt, absque corporis diminutione: De fide equidem est Christum Dominū in cœlos aſcēdisse, Marci vltimo, & tamē habemus eius reliquias in terris, quas veneramur, nempè capillos barbæ, vidi ego, & veneratus, atq; osculatus sum apud Religiosissimos monachos Cassinenses; ubi etiam lac à Virginis vberibus expressum asseruatur in vase, & tamē ipsam quo ad animam, & corpus simul in cœlo fuisse assumptam tenet*

Pars 2.

Ecclesia: sic potuerunt reliquiæ Ioannis manere in terra, quamquam eius corpus assumptum fuerit in cœlum. Audi de hac re moniales Lusitanas, & præsertim eas, quæ Euāgelistas appellari gloriantur, & audies mirabilia de suo Euāgelista Ioanne.

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

B *Conuersus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus sequentem.*

## ANNOTATIO I. MORALIS.

*De mysticis nominibus, quibus dilectus Dei discipulus appellatur, filius nēpē tonitrii, Ioannes, & discipulus dilectus: De primo præcipue filius, nempē tonitrii.*

C *M*vtasse Deum eorum nomina, quos ad aliquod speciale munus elegit; quia tritum valdè est, confirmatione non indiget: nam præterquam quod in Abraham factum à Deo sit, Genesis 17. clare ostenditur idipsum fecisse Christum Dominum Marci 3. circa Petrum, qui antea Simon appellabatur, & in Ioanne, & Iacobō: ubi sic ait Euāgelista Sacer. *Et imposuit Simoni nomen Petrus; & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, filii tonitrii:* Filius verò tonitrii, quid aliud est, quam fulmen? Fulmen igitur à Christo Ioannes appellatus est, & non absque mysterio: nam vt in suo de passione; siue de Crucis ratione Siluensis Episcopus annotauit, seu vt melius dicam Firmianus Laetatiū: *Omnia, quæ Christus dixit, ac fecit, non fuerunt inania, sed habuerunt significantiam magnam.* Vnde non absq; magno

Confuevit Deus mutare nomina eorum, quos ad aliquod munus assunt, ex c. 17. Genesio, & ex Marco 13.

Ioannes fulmē appellatus à Christo

Laetatiū Firmianus de Cruce.

S myste-

mysterio tonitrui filii appellatū fuisse  
Ioannem à Christo crediderim, quod  
idem est, atq; fulmen iuuat Chrysologus,  
qui ser. de S. Stephano, sic habet.  
*Sunt Dominum prediorum liri affixi tali proloquuntur; ita nomine ipsa sapè indicant sanctorum merita.*

Pet. Chrysol.  
ser. de S. Ste-  
phano.

Fulminis  
proprietates  
in Ioanne.

Psalm. 18.

Petr. Damia.  
serm. de diuo  
Ioan.

Aug. ser. 2. de  
eode Ioanne.

Pluniū, &  
diuinū reci-  
procantur.

Hierem. 14.

A

Chrysostomum homilia in illud Apo-

stoli primo Corinthi. cap. 2. *Spiritus*  
scrutatur profunda Dei; vbi sic de Ioā-  
ne ait. *Tonitruus perterret, & irrigat: ir-  
rigat per nubes, terret verò sonitu: quod*  
*& Ioannes fecit, irrigauit Ecclesiam per-*  
*terrefecit autem hereticorum factionem:*  
Si igitur diuinum est super terram  
pluere, ipsamque irrigare, à diuini pe-  
ctoris percenni fonte accepit Ioan-  
nes aquam saluberrimae doctrinæ,  
qua Ecclesia irrigauit; vnde diuinis-  
taris quodammodo emulator dici po-  
tuit.

B

Pondera, perpendeque verba Ru-  
pertii, quæ habet in Prologō commen-  
tariorum in Euangelium eiusdē Ioan-  
nis. sunt enim mirifica, & aptissima ad  
confirmandū præsens intentum: *Euit*  
*(inquit) Ioannes filii Dei præcipuus, &*  
*fidelissimus testis; qui in publico cœlit, &*  
*terre auditorio; cum ageretur, non tam de*  
*terminis, aut legibus Regni, quā de ipsis*  
*Regis nostri natalibus (testibus aliis de-*  
*fessis, & à clamore contradicentium ve-  
hementer oppressis) repente in medio pro-  
filiavit, & magno Euangelica vocis toni-*  
*tru, verbique coruscantis fulmine omne*  
*concilium vanitatis, cunctamque Ecclesiā*  
*malignantium ubique terrarum perter-  
ruit, &c.* Filius itaque tonitrui Ioannes  
à Christo appellatus est, quia voce do-  
ctrinæ suæ toto orbe, præ cæteris om-  
nibus, Verbi Dei præconibus erat so-  
niturus; vnde optimè Chrysost. tract.

C

D

de incomprehensibili Dei natura; *Ve-  
rè* (inquit) *Ioannes dictus est tonitrui fi-  
lius, qui vocem tam illustrem, tam omni-  
tubā clariorem reddit, qui vi omnes con-  
tentiosi conturbentur, & obmutescant, fa-  
cit diligentissimè:* Vt Ethnici Iouem  
omnium suorum Deorum præcipuū,  
& præ omnibus aliis potentem incul-  
carent, tonantem appellarūt, cedat im-  
pietas pietati, non enim Jupiter tonat,  
sed Ioannes.

E

Incédit fulmen igne, Ioannes totū  
orbē incédit amore: *Nō potest* (inquit  
Bernardus) *pectus inflammare frigidum*

Ver-

Ioannes di-  
uinitatis ex-  
mulator,  
quia tonat,  
& pluit, ex  
Chrysost. mo.

Rup. in Pro-  
log. comment.  
in. Ioann.

D. Chrysost.  
tract. de in-  
comprehensi-  
bili Dei na-  
tura.

*Verbum*, inflammabit ergo ignitum; qualia verba Ioannis erant, qui in uno illorum animalium figuratus est, de quorum ore, *Scintillæ artis candentis defluebant*, Ezechielis in cap. 1. Conquenter equidem de nostro fulmine exponit Origenes illud Hieremias 5. *Ecce dedi verba tua in ignem*; Interrogat enim, cur dicat Dominus dedit se verba Ioannis in ignem, quod idem est, ac si dixerit, conuertisse verba illius in ignem; & causam assignans ait: *Quia sermones, quos loquitur, ita accendunt auditores, ut nihil tepidum in eis, nihil frigidum permaneat.*

Luce c. 12.

De quo igne hic locutus sit Deus, ex Chrysost. ad hunc locum

Ioannis verborum efficacia, unde orta, ex Pet. Damia. ser. 1. de laudibus eius.

Ioannes caminus ignis diuinus amoris inflammat orbem uniuersum.

*Ignem* (ait Christus) *Veni mittere in terram*, Luce 12. & quid volo, nisi ut accendatur: si quæras de quoniam igne loquutus fuerit Saluator? Respondebit Chrysostomus, dicens. *Ignis sunt diuini sermones; quibus abstergitur intellectus, & incalescunt homines ad pietatis opera*; vnde Dominus ipse per Hieremiam ait cap. 23. *Numquid non verba mea quasi ignis?* Istos igitur ignitos sermones protulit Dominus per suum dilectum Euangelistam, quibus frigida hominum pectora inflammantur, frigidæque animæ incalescunt: ad quod ita apta sunt Ioannis verba, ut vbi primum audiantur, omnem prorsus statim ab audientium pectoribus expellant tepiditatem, ipsaque in Dei proximi amore inflammet; neque mirum, cum calorem pariter, & ardorem acceperit fulmen istud ab æstuante Christi amore pectora super quod recubuit; cuius ardoris ipse Ioannes caminus fuit: audi Petrum Damiani sermone 1. de laudibus eiusdem. *Diuinus* (inquit) *Ioanni concessum est, ut tanta cor eius, etiam circa fratres charitatis gratia repleretur, ut sacro sanctum pectoris eius Templum, velut caminus quidam diuini videretur incendii.* Flamas itaque diuini amoris, per Ioannem, quasi per quoddam ardentissimi ignis caminum emisit diuinum pectus: Inflammatus, ut putant Ethnici,

Pars 2.

A orbem fulmen emissum à manu Iouis; ridiculosa res! Inflammatus orbem uniuersum Ioannes fulmen in æstuante diuini pectoris amore fornace incensum, vera equidem, at nota res.

At obiicies fortassis, & dices, commune hoc esse omnibus Verbi Dei concionatoribus, nempè hominum corda inflammare, quia omnes ignitum Dei Verbum depromunt, & præser-tim unusquisque illorum, ad quos Dominus per Hieremiam cap. 1. dixit:

*Ecce dedi verba mea in ore tuo, & de*

B *quibus ait Psalmista, Psalm. 113. Qui facis Ministros tuos ignem videntem;*

Fatetur omnes Verbi Dei promulgatores, & præcipue Apostolos omnes ignitum eloquium Dei protulisse, quod Deus posuit in ore suo, iuxta præfatum Hieremiam locum; sed attende: *Verbum Dei in ore hominum;* aliter tam in Joanne: *Verbum namque Dei, in ore Dei;* vnde nihil sui caloris, & virtutis, ac efficaciam amittere potuit, sicut potuit in ore hominum audiendum.

C dem Damiani Petrum serm. 2. de eodem Euangelista. *Adeo efficax, & inardescens* (inquit) *est eius doctrina, ut meritò dicatur os Dei, lingua Spiritus sancti: Dulcedinem igitur habet à proprio fonte Ioannis doctrina, à quo hau-sit immediatè (vt idem Damianus ait. 1. de eodem obseruavit) calorem ab ipso igne immediatè participatum; nā Christus supra cuius pectus recubuit, ignis consumbens est, ob immensum igitur dilectionis ardorem quo æstuauit, orbemque incendit fulmen fuit*

D in terris, at longè præstatori munere, & cognomento, ob eundem amorem, potitur in celis: *Seraphim enim ardorem imitatus inter Seraphinos collatus est, Eos* (inquit Damianus) *qui*

*ob ardorem charitatis Seraphim vocantur, imitatur.*

Ioannes os Dei, ex Pet. Damia. ser. 2 de laudibus illius.

Ioannes Seraphim ex eodem Pet. Damian.

A  
CIRCA EADEM SACRI  
contextus verba.

*Conuersus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus sequentem.*

ANNOTATIO II.

*Ioannes ab Authore gratiae fratre suo Christo, & à gratijs adoptiuia Matre gratia dictus.*

**N**emini dubium est Ioannem gratiam interpretari, neque aliter appellari fas erat, qui illius os erat, in cuius labiis gratia diffusa fuit, & illius Virginis filius adoptiuus fuit, quæ gratia plena fuit, secundum quod Lucæ 1. Dei nuntius est attestatus. *Aue* (inquit) *gratia plena*; seu, ut habetur in Graeco contextu *valde apud Deum gratijs*; *Quid nisi aliter vocari impro prium Ioanni fuerat*, præterquam *gratiam*, ut nomen eius; & cum gratia oris Christi, cuius ipse os fuit (ut annotatione antecedente diximus, ex Damiano) & cum gratia gratijsissimæ Virginis conueniret, cuius fuit filius adoptiuus.

Extracto ab aquis Moysi tale nomē imposuit Pharaonis filia Exodi 2. quod euentui conueniret: *Moyses namque idem sonat atque ab aquis extractum*; necesse enim est, ut nomina hominibus, vel rebus imposta, aliquā cum illis habeant conuenientiam: nōn dixit Poëta: *Conueniunt rebus nomina sèpè suis*. Extractus ab aquis nomē puerō imponitur, quo illa illius ab aquis abstractio significetur. Quod igitur dilecto discipulo imponendum nomen erat, nisi *Ioannes*, quod interpretatur *gratia*, ut & inundans Christi oris gratia, cuius ipse os fuit, & Virgi-

*Psalm. 44.  
Luca cap. 1.  
Cotex. Grac.*

nis gratiæ plenitudo, cuius ipse filius adoptiuus fuit, in eodem monstraretur? A gratiarum igitur inundante pelago Ioannes in adoptatum Virginis filius abstractus, non aliter appellari debuit, quam *ipsa gratia*.

Est insuper aduertendum, non appellari Ioannem gratum, non gratiosum, sed ipsam gratiā; qui enim Authoris gratiæ, & filius Matris gratiæ futurus erat, non minus, quam gratia debuit appellari, aliter enim Matris gratiæ filius non esset: de Beata Virginē loquens Dauid in spiritu propheticō Psalm. 92. secundum multorum Patrum sententiam, dixit: *Domum tuam* *psalm. 92.* *Domine decet sanctitudo*. Cur non sanctum (inquit Rupertus) dixit Dauid; sed sanctitudinem? & statim respondebit, quia sanctissima Dei domo, nihil dignum est, quod ipsa sanctitudo non fuerit: De naturali verò Virginis eiusdē filio, quid ipse Dauid dicat, auscultemus. *Apprehendite* (inquit) *disciplinam*, Psalmo 2. quam locum sic translulerunt ex Hebræo Pagninus, & Vatablus. *Osculamini filium*; Hieronymus verò, Symacus, & Fulengius, cum nō nullis verterūt. *Adorate puritatem*. Nō sufficeret (peto) dicere, *adorate purum*? non sufficeret respondet Eugubinus, *Non tantum enim purus est, qui osculan dus est, sed ipsa puritas*. Attende ergo (quæso) optime Lector, Mater non tantum sancta, sed ipsa sanctitas. *Domum* *psalm. 2.* *tuam Domine decet sanctitudo*. Filius eius naturalis non tantum purus, sed ipsa puritas; osculamini puritatem; quid igitur de adoptio Virginis filio, fratremque Salvatoris sentiendum est? aut quomodo appellandus? *gratosus* ne tantum minimè, sed ipsa gratia: Gratosos, igitur, appellari cæteros decet sanctos; at *gratia ipsa* Ioannes appelletur? Frater enim est puritatis, & filius sanctitudinis: quod fortassis indicare voluit Guarricus Abbas sermone secundo de Assumptione, cum dixit. *Ioannis obsequio, Beatissima* *Guarr. ser. de Assumpt.* *Vir-*

*Exodi 2.  
Moyfis no minis inter pretatio.*

*Ioannes à gratiarū pe lago abstra ctus, aliter quam gratia nō conuenie bat appellari*

*psalm. 2.  
Sandes pag.  
Symacus.  
Fulengius.  
Eugubinus*

*Cæteri sancti gratiosi dicti, Ioānes verò ipsa gratia.*

*Guarr. ser. de Assumpt.*

*Virginitate nihil gratius, quia conuersatione,  
& affectu nihil purius, moribus nihil sanctius, &c.*

Non qualemcumque gratiam Ioan-  
nem dici vult Chrysostomus hom. 10.  
in Marcum, sed, *Domini gratiam*. Nā  
*Io* (vt ipse ibi interpretatur) *Domini*  
sonat; *Anna autem, gratia*: vndē si  
Paulus 1. Corinth. cap. 15. multū glo-  
riatur, dicens, *Gratia Deisum, id quod*  
*sum*; multò amplius poterit gloriari  
Ioannes, ac dicere: *Ipsamet gratia Dei*  
*sum*.

### CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Conuersus Petrus vidit illum discipu-  
lum, quem diligebat Iesus.*

### ANNOTATIO III.

*De excellentiis tertiae Ioannis appella-  
tionis; discipulus nempè, quem dili-  
gebat Iesus.*

**E**X diligentis sapientia, iudicio, &  
Epulchritudine, infertur optimè  
excellentia dilecti; impossibile enim  
est, vt qui rectè sapit, optimè, & cor-  
datè iudicat, & speciosus forma est,  
aliquem eligat in dilectum, qui sibi  
per omnia simillimus non sit, cū amo-  
ris causa, (vt communis est omnium  
sententia) & fundamentum, motum,  
& vultus lineamenti similitudo sit; quis  
enim sibi in dilectum eligit stultum,  
& insipientem, prudens, & sapiens cū  
sit? quis amentem, cordatus cum fue-  
rit? quis fædum, & turpem, speciosus  
cum sit, & decorus? approbat, sicq; &  
commendat dilecti excellentiam di-  
ligrantis præstantia. Postquam sponsæ  
fodales illam de dilecto publicè, affe-  
ctuosè, & officiosè interrogantem au-  
dierunt; illius statim præstantiam, ex  
diligentis præstantia intulerunt; no-

Pars 2.

Alia Ioan-  
nis nominis  
interpretatio  
ex Chrysost.

Paul. 1. Co-  
rinth. cap. 15.

uerant quippè sponsæ prudentiam,  
cius nouerant cordatum animum, op-  
timumque iudicium, eius quoq; pul-  
chritudinem nouerant admirabilem;

vndē cū ipsam studiosè, & publicè de-  
dilecto percontantem audiunt; ac di-  
centem Canticorum 5. *Numquid, quæ* <sup>Cantic. 5.</sup>

*diligit anima mea vidisti?* Statim de-  
dilecti præstantia admirata interrogant,  
dicuntque; *Qualis est dilectus tuus, o pulcherrima mulierum?* <sup>Ibidem.</sup>

*Quia sic adiunxit nos?* Ac si dicant, omnium ho-  
minum pulcherrimus equidem erit

dilectus ille tuus, o sponsa, siquidem

tu, quæ omnium mulierum pulcher-  
rima es, adeò tibi in eo complaces, vt

à te summè dilectum in omnium cō-  
spectu fatearis: optimè Ambrosius ad

locum. *Affectuosè* (inquit) *interro- Amb. ibi.*

*gant; & ex præstantia diligentis inferunt*

*excellentiam dilecti.*

Quanta igitur præstantia, & excel-  
lentia sit Ioannis, quem diligebat Ie-  
sus, si consequi quis exoptat, inferat  
ex diligentis præstantia; si autem hāc  
impossibile credit posse ab aliquo cō-  
prehendi, vt reuera est impossibile;

impossibile etiam esse sentiat, Ioannis  
excellentias, aut comprehendere, aut  
percensere; sufficiatque scire, fuisse

discipulum illum, quem Iesus in terris  
summè dilexit: & ex hoc fundamen-

to inferat, nihil scientia, nihil purita-  
tis, nihil pulchritudinis, nihil sanctita-  
tis, ac gratiæ illi defuisse, quem Patris

Æterni sapientia, quem puritas ipsa,  
quem præ filiis hominum speciosus,

quem sanctitudo ipsa, quem denique  
Author gratiæ, sibi assumpsit in ca-  
rum, & quem sic intensè dilexit; infe-  
rat (inquam) excellentiam dilecti, ex

præstantia diligentis; ex eo namque  
vnico fundamento inmensa Ioannis,  
copiosissimaq; pullulat laudum mes-  
senda seges.

Dices fortassis, amorem esse cæcū,  
& multoties in eligendo falli, fatetur  
hoc Alexandrinus Cyrillus, fateor &  
ego, at non de diuino amore, sed de

Inferatur ex  
supradictis  
Ioannis ex-  
cellentia.

Summa Io-  
nis prærogati-  
va esse  
Christi dile-  
ctum.

humano; falli enim istum facile est, at diuinum falli, omnino est impossibile, audi Patrem præfatum ad cap. Ioannis 2 1. Neminem (inquit) arbiter dubitare posse, quin propter præcipuam virtutem, & paratum ad benefacientiam animum Ioannes à Christo diligetur; non enim vanis affectibus, vt homines nudi Dominus mouebatur, sed rerum pondere, ac virtute, discipulorum dilectionem impartebatur. Vnde cum Ioannes à Christo Domino præ ceteris omnibus (sola Virgine excepta) dilectus est, eū prærogatiua virtutum, omnibus anteponendum esse proculdubio fatendum est: Audi Euthymium: Ioānem (inquit) diligebat Iesu præ ceteris, vt qui plus diligi dignus erat, quam ceteri.

Prima autem excellētia, quā Ioannes à Christo obtinuit simul cum dilecti nomine, fuit alterum videri Christum; Nam propriū, & speciale Christi nomen *dilectus* est, vt ex multis sacræ Scripturæ locis infert Hieronymus, & præcipue ex libro Caticorum, vbi nouem super viginti vices hoc *dilecti* nomine appellatur Christus; insuper, & apud Esaiam cap. 5 bis eodē nomine nominatur; Cantabo (inquit) *dilecto meo*, &c. Et iterum eodem capite, *Vineae facta est dilecta meo*: Insuper & à Psalmista, eodem *dilecti* nomine Verbum incarnandum appellatum est, Psalmo nempè 44. vbi quia multa de eodem dixit, nimirum quod *speciosus forma pre filius hominū*, quod *in eius labiis diffundēda esset gratia*, &c. hunc titulum præfixit Psalmo: *Canticum pro dilectr.* Optimus in hoc argumentum est ille locus Pauli ad Colosenses 1. si bene expendatur; *Gratias* (inquit) *agamus Deo Patri*, qui *dignos nos fecit*, *in partem fortis sanctorum*, *in lumine*, qui *eripuit nos de potestate tenebrarum*, & *transstulit in Regnum filii dilectionis suæ*: Expendo ultima Pauli verba, & quero, cur non satis habuerit Apostolus dicere: *Qui transstulit nos in Regnum filii sui*, sed *in Regnum*,

*Cyril. Alex.  
ad c. 21. Ioan.*

*Euthym. ad  
huc Ioā. locū*

*Christi no-  
men specia-  
le dilectus,  
ex Hierony.*

*Esaias 5.  
Psalm. 44.*

*Paul. ad Co-  
los. cap. 1.*

*Expenditur  
Pauli locus.*

dixit, *filiī dilectionis suæ*? Optimè respondet Chrysostomus, homilia 2. in hoc 1. caput epistolæ ad Colosenses, sic loquutum fuisse Paulum, vt teneritudinem Patris in filium indicaret, & filiationis excellentiam: *Non dixi* (inquit Chrysostomus) *Regnum cœlorum*, <sup>Chrysost. ho.  
2. in epist. ad  
Hebreos.</sup> *sed splendidorem, grauiorem,* & *suauorem reddit orationem*, dicens.

*Regnum filii dilectionis suæ*; *filium itaq;* posuit, *vt ostenderet decus naturæ*, *filium vero dilectionis*, *vt quam Patri fuerit carus demonstraret*, *vt alibi dixit*: *hic*

*B* *est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*: Si igitur, *vt Aeternus Pater filium condecoraret*, & sibi carissimum ostenderet, *filium dilectionis appellavit*; quid de Christo erga Ioannem sentiendum est, quem discipulum sibi dilectum, seu suæ dilectionis voluit appellari? magnus Christi honor filium dilectionis paternæ nominari; maximus item Ioannis honor appellari ab omnibus *discipulum dilectionis Christi*: Vno itaque, eodemque nomine voluit Christus cum Ioanne appellari, *vt iam non duo*, sed *vnu* reputentur, Christus, & Ioannes.

*C* Est insuper in re aliquid quod penitetur, quanti nempè fecerit Christus Dominus, quod omnes scirent suam in Ioannem collocasse dilectionem: Transfiguratur Dominus in Tabor, & suam tribus discipulis ostentat gloriam, & potestatem; suamque in ipsum Pater dilectionem vulgavit dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*: At vbi prium Christus descendit de monte, statim præcepit discipulis, dicens: *Vi-  
sionem, quam vidistis, nemini dixeritis,* &c. Item cum aliquos sanabat, etiam præcipiebat illis, *vt nemini ab ipso curatos fuisse dicerent*; mira res! ait Chrysostomus; nonnè conuenientius esset, quod omnibus notum fieret, quidquid in monte contigit, & quod ipse per suam omnipotentiam, & di-

*Maximum  
Ioannis en-  
comium ap-  
pellari filiu  
dilectionis  
Christi.*

*Matth. 17.  
Ibidem.*

*Cur Christus  
Dñs mi-  
racula occul-  
tabat, ex  
Chrysost. ad  
c. Matth. 17.*

uinitatem secundum quam erat Patri coequalis illa miracula edere potuerit, ut omnes crederent in illum, quā quod occultaretur hæc omnia? Respōdet Chrysostomus, noluisse Christum Dominum potentiam ostentare, sed occultare, ne putaretur voluisse per potentiam mundum sub suam velle redigere potestatem; sed per dilectionem, & fidem: *Ne (inquit) videretur christus per potentiam suam subiungare sibi populum, & non per dilectionem, & fidem;* Occultauit itaque Christus omnipotentiam, occultauit ad tempus diuinitatem, & amorem, quo à Patre diligebatur. *Nemini (inquit) dixeris viponem, donec à mortuis resurgat filius hominis.* At amor, quo diligebat Ioannem, omnibus voluit, ut notus fieret: publicè super peccatus cubare gaudet; publicè eius dilectus gaudet, quod appelletur; illique suum peculiare nomen imponi permittit: *Discipulus, nempe ille, quām diligebat Iesus.*

*Voluit Christus Dñs, ut sua erga Ioānē dilectio esset de fide.*

Addiderim tandem aliam circumstantiam, quæ maximè exagerat, commendatque Christi in Ioannem dilectionem; voluisse nempe Christum suam erga Ioannem dilectionem esse de fide; nam de fide est, Ioannem esse discipulum, *quem diligebat Iesus;* ex quo duo apparent; primum est, tanti fecisse Christum dilectum discipulum suum, ut voluerit, quod in omnes mundi partes, vbi prædicaretur Euangeliū, sua erga illum dilectio commendaretur: scireturque fuisse Ioannem sui amoris obiectum gratissimum, & delectabile.

*Ad Christi erga Ioānē dilectionem comprehendendum necessariū est lumen fidei.* Apparet deinde tantum, tamque incomprehensibilem fuisse amorem, quo Christus Ioannem prosequutus est, ut non sufficeret lumen naturale, ut comprehenderetur; sed necessarium ad id esse etiam lumen fidei, quod ad mysterium incarnationis, ac Trinitatis, Eucharistieque requiritur; filius namque Christi dilectionis Ioan-

A nes cum sit, ut quantus hic honor sit, cognoscatur, necesse est, & cognoscere quanta, qualisque sit Christi dilectio; cum verò hoc sciri lumine naturali non possit, inde fit, ut absque fidei lumine perfectè cognosci non possit, quanta ex hoc peculiari fundamento Ioannis dignitas sit: sufficiat tamen nobis scire, quod fuerit *discipulus ille Ioān. 21. quem diligebat Iesus, & qui supra peccatum Domini, in cœna recubuit.* Hæc de Ioānis nominum prærogatiis, & excellentiis dixisse sufficiat, pergamus ad reliqua.

### CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Conuersus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus.*

### ANNOTATIO IV.

C *Fuerit ne Ioannes præ ceteris Apostolis à Christo dilectus.*

D *Ifficilis illa hic se quæstio offert, Damauerit ne Iesus plus Ioānem, quām cæteros suos discipulos; id enim absolutè sonant verba eiusdem Ioannis, quibus se per anthonomasiā *discipulum illum* appellat, quem diligebat Iesus:* Circa quam quæstionem, & dubium, quis vellet absolutè etiam respondere, æqualiter dillexisse Christum, omnes suos discipulos, fortassis absque fundamento non loqueretur; idque sumere posset ex verbis Ioannis eiusdem cap. 13. vbi ait: *Cum dilexisset suos, qui erāt in mundo, in finem dilexit eos;* vbi ex Cyrilli sententia, & ex multorum interpretum iudicio, illud *in finem dilexit eos,* idem valet, atque perfectè, & consummatè dilexit eos; nam Græcū verbum, quod Ioān. 16. posuit, *absolue-re, & consummare* sonat, idem visus est dice-

Æqualiterdi  
lexisseChri-  
stum omnes  
suos Apos-to-  
los, vnde pro  
bari potest.  
Ioān. nempe  
13. & ex Cy-  
ril. ad eundem  
locum.

dicere Ioannes, ac si dixerit, in illa vltima ſuæ vitæ peryodo, eo vſq; perfeſtionis deuenit amor Iefu in ſuos, quò peruenire potuit: ergo ad eam perfeſtionem peruenit Christi amor in Petrum, in Jacobum, in Philippum, & in cæteros, atq; peruenit in Ioannem, ſiquidem respectu omniū ad illam perfeſtionem peruenit, ad quam peruenire potuit, & ſic omnes æqualiter dilexifſe Christum ex ipſius Ioannis verbis inferruntur: at quia in intentione plures, & pauciores gradus reperiuntur, ſatis de hac obiectione fit.

Tota huius quæſtionis lis inter Petrum eſt, & Ioannem, ſive inter vtriusque deuotos: agamus prius cauſam Petri, poſtea agemus Ioannis cauſam: ter interrogauit Petrum Ieſus hoc eodem capite, an iſum diligenter p̄ræ cæteris; ſimon, inquit, Ioannis diligis me plus his? quod ter interrogante, ait ſacer contextus, *Contriſtat⁹ eſt Petrus, quia dixit ei tertio, amas me?*

In quo euidentis ſignum exhibuit ſuæ in Christum dilectionis (per quam maximè namq; angit amantem circa ſuam dilectionem ſuspicio) & rpondeſ, ait: *Domine tu ſcis, quia amo te;* ac ſi dixerit: te Domine Dei viui filium confeſſus ſum, cui latere cordis arcaña non poſſunt; vnde optimè cognofco, intimum, quem in te habeo amorem clarissimè tibi eſſe cognitum, & exploratum, quantum ergo te diligo,

*tu ſcis:* neq; me interrogare tibi opus eſt. Quo ſuppoſito, ſic argumētari quis poterit: plus reliquias, qui aderant, diligebat Iefum Petrus, & aderat Ioannes (vt patet ex cōtextu,) ergo plus quam Ioannes à Christo dilectus eſt Petrus: patet ſequela, quia vltra quam quod reciprocus ſit amor, ipſa Dei ſapienția, ait Prouerbiorum 8. *Ego diligentes me diligō:* plus diligebat Petrus Maſtrum, ergo plus diligebatur ab eo.

Pro Ioannis cauſa ſtant ipſius Ioannis de fide verba: *Discipulus ille, quem diligebat Iefus,* que verba per anthono-

masiam diſta eſſe ab Euangeliſta, do-  
A cet Augustinus tract. 16. in Ioannem, exprefſeq; tenet Ioannem, p̄ræ cæteris omnibus Apoſtolis à Chriſto fuifſe dilectum: ipſe, inquit, eſt Ioannes, qui inter omnes diſcipules ſuper peccatus Do- minii diſcumbebat, & quē Dominus, cha- ritatem debens omnibus, tamen p̄ræ cæte- ris diligebat; ſic verba Ioannis inter- pretantur omnes Patres, & p̄cipue Chryſoft. hom. 17. in Ioannem, Euthy- nius, Teophilatus, Diuus Thomas in Ioan. ad cap. 21. quorum interpretationem indubitabile reddit Ecclesia, quæ de Ioanne ſic canit: *Hic eſt beatifi- ſimus Ioannes, qui priuilegio amoris p̄- cipui, cæteris altius meruit honorari, vbi verba illa, amoris p̄cipui, & illa, me- ruit honorari, tam ad amorem Ioannis in Christum, quām Christi in Ioanne referri poſſunt; nam honorari, mereri propriam in honorato dicit actionem, vltra honorantis benevolentiam.*

C Neq; audiendi ſunt illi, qui vt hanc litem consilient, dicunt, diuina Chri- ſti voluntate cariorem fuifſe Petrum, voluntate verò, & dilectione humana Ioannem: hi igitur (quod ad caput Ioan. 21. refert Doctor Angelicus) au- diendi nullo modo ſunt; nā vt ſe à lite abducant, inter humanam, & diuinam voluntatem litem ingerunt, quæ con- formiſſimæ ſeimper fuere, nunquamq; humana, à diuina in quid minimo di- ſenſit.

D Neq; admitto Sebastiani Barradas, aliás doctiſſimi, & ſanctiſſimi viri, opinionem, quam de hac re tenet tom. 4. ſuæ concordiæ lib. 2. capite 12. vbi af- ferit, ex vi verborum ſacræ Scripturæ plus videri Petrum diligeffe Christū quam Ioannes eum diligēt; in hoc enim tota res eſt: ait enim p̄fatus Pater, verba ista Dominica. *Diligis me plus his continere comparationem di- lectionis inter Petrum, & reliquias, at verò verba Ioannis, nullam Christi di- lectionis comparationem facere, in- terſe, & cæteros; ac proindè ex illis*

Stat pro Ica- ne Aug. trac. 16. in tunc dē, & Chryſoft. bō. 17. in tunc dē Ioannem, & reliqui intra ciuitati.

Ecclesiſa in offic. D. Ioa.

Refellit aliquorū inēpta reſponſio, qui inter huma- na, & diuinā voluntatem diſſectionem ingenuit.

Rejeicit in hac materia Barrada opini- oñio.

Ioan. 21.

non

Oſtenditur plus Petrum dilexifſe quā Ioannem.

Ioan. 21.

Ibidem.

Proverbi. c. 8.

Ioan. cap 21. Agitur cauſa Ioannis.

non inferri Ioannem plus dilectū fuisse, quām cæteros; potuit etenim Ioannes esse à Christo dilectus, & non esse dilectus præ cæteris; non equidem in hac sum opinione: nam in primis quāquam Christi interrogatio comparationem contineat, non eam continet responsio, ex qua inferenda erat amoris Petri præ cæterorū excellentia, & intentio; at verò Petrus respondit se amare, non autem præ cæteris; immo Christus Dominus, in 2. & 3. interrogazione suppressit comparationem, & tantum de dilectione interrogavit, dicens: *Simon Ioannis diligis me? Simon Ioannis amas me?* vnde ex loco sacræ Scripturæ isto, ex verborum vi, & tenore, ad quem præfatus Pater recurrat, nulla infertur, seu probatur in Petri dilectione erga Christum maior, vel minor intentio: At ex verbis Ioannis manifestè colligitur, ipsius in Christi amore antelatio, quæ illū præ cæteris à Christo dilectum fuisse testantur; & si hoc non attestatur, nihil profectò attestantur, neq; valent, hoc dicendum non est, ergo neq; illud quod frustraneus esset hic loquēdi modus, quo multoties vsus est Ioannes, ex eo patet, quod nemo intelligeret, quis esset ille discipulus, quem diligebat Iesus, si Iesus alios præ Ioanne diligeret, vel aliū. Insto ex quodam sacræ Scripturæ loco, ex Psalmo nempè 44. in quo cum multa de Christo dixerit Regius Psalmes, titulum præfixit Psalmo, *Canticum pro dilecto.* Quæro ergo, si Verbū incarnatum præ omnibus dilectus non esset, vt verè fuit, quæ esset huius tituli vis, & significatio: aut quis intelligeret, quis ille esset, de quo dicebantur illa, quæ in Psalmo continetur? nullus equidem: à simili igitur, si Christus manifestissimis signis nō ostendisset amasse Ioannem præ cæteris, idq; notissimum esset, nulla esset Ioannis verborum significatio: nemo enim sciret, quis discipulus ille esset, quem diligebat Iesus, siquidem & re-

A liquos æqualiter diligebat: parcat igitur doctus Pater, & mihi multis titulis honorandus, suam non amplector sententiam, dū ait, quod si verba Scripturæ premamus, plus Petrum Christum dilexisse inueniemus, quām loānes à Christo fuit dilectus.

B Immo addidetim plus Ioannem Christum amauisse, quām cæteros, & vtor in confirmatione mei asserti eodem sacræ Scripturæ loco, quem contrariæ sententiæ Auctores adducunt, vt ostendant plus Petrum Christum dilexisse, quām cæteros; & suppono, quod manifestè ostendi, ex auctoritate Ecclesiæ, ex sanctorum Patrum auctoritate, & ex præhabita ratione; Ioānem nempè plusquā cæteros à Christo fuisse dilectum: *Ego, inquit sapientia Patris, diligentes me diligo:* si Christus diligentes se dilexit, & plus dilexit, à quibus plus dilectus est, plus omnibus à Ioāne dilectus est, quem omnibus plus dilexit.

C D Nihil tamen in hac quæstione asseueranter dico, quia vt i. p. q. 20. ar. 4. D. Thom. ait præsumptuosum videtur hanc quæstionem discutere, cum (vt Prouerb. cap. 16.) Scriptura testatur, spirituum ponderator solus sit Deus.

### CIRCAILLA EADEM sacri contextus verba.

D *Conuersus Petrus vidit discipulum illum, quem diligebat Iesus sequentem.*

### ANNOTATIO V.

*Verus amor otiosus non est, sed continuo operatur in sequendo, sive in complacendo dilecto.*

*Vnde Ioannes nomen discipuli sequentis adeptus est.*

*T*unc in altari meo semper ardebit, ait Lévit. 6.  
Dominus Lévit. in cap. 6. expendo Difquiritur  
Dei locus.

Probatur  
plus Ioan. di-  
lisis Christi  
suum, quam eū  
cæteri Apo-  
stoli dilexe-  
runt.

Prouerb. c. 8.

Indecisa re-  
linquitur  
quæstio, ex  
D. Tho. sen-  
tientia, & Pro-  
verb. lib. c. 16.

Dei legem; & quārō ad quid necessarium erat, quod diu, noctuque arderet ignis in altari, cum diu tantum sacrificia, & oblationes cremarentur? nonnē frustaneum erat ardere ignem quando necessarius non erat: quod si dixeris, idē fortassis voluisse Dñm semper ignem esse in altari, vt semper se promptum ostenderet, ad nostras, siue populi sui oblationes acceptandas; tūc enim acceptabantur, cum cremabantur (vt patet ex multis sacræ Scripturæ locis, & præsertim ex libro Leuitici cap. 9. ex lib. Iudicum cap. 6. ex 2. Paralypomenon cap. 7. & ex Regum 3. cap. 18. & adnotat Oleaster ad cap. 4. Geneseos; dum signū inquirit, ex quo cognouerit Caim sacrificium suum non fuisse à Deo acceptum; quia nempè super illud è cœlo ignis ad comburendum non descéderit, fateor, sed ad hoc, quod opponis, sufficeret, quod semper ignis esset in altari cinere cooptus; vt quotiescumque opus esset, iucenderetur, & necessarium nō erat, immò superuacaneum, vt continuò arderet. Deus autem præcipiebat, vt semper arderet; vndē adhuc viget dubitandi ratio, subindicauit Oleaster dubii solutionem; *Quia* (inquit) *inge* debet esse sacrificium nostrum, iugis erat ignis in altari: Tangit rem Lusitanus Author, sed obscurè, dilucidabo, si potuero: altare est vniuersciusque fidelium cor, in quo victima, & oblationes Deo offeruntur; amor, & dilectio, qua offeruntur, ignis est, quo mediante inflammantur, & acceptantur à Deo: semper igitur ardere ignem præcipit Dominus, & nūquam extingui, idest, præcipit amorē semper operari, & nūquam quiescere, aut vacare; nam ignis, qui continuò non ardet, tepidus, & remissus est; & amor, qui continuò in dilecti commodum non operatur; verus amor non est, quod significare volens Dominus, dixit: *ignis in altari meo semper ardebit*: consonanter valdè loquitur Magnus Gregorius hom. 30. *Nun-*

*Leuitici* 9.  
*Iudicum* 6.  
*Paralypo.* 2.  
cap. 7.  
*Reg. 3. cap. 18*  
*Oleaster ad*  
*c. Geneseos 4*  
*Idem ad 6.*  
*Leuitici.*

*Cor nostri*  
*Dei altare;*  
*amor ignis.*

*Continuus*  
*in altari ig-*  
*nis, amor Dei*  
*continuus in*  
*corde.*

quam (inquit) est amor in Deum otiosus, operatur etenim magna, si est; si vero operari renuit, amor non est.

Competit Ioanni hæc veri amoris proprietas, nusquam enim quiescentē, & otiosum inuenies, postquam super Christi pectus aliquādo quieuit: quære illum iuxta crucem, & stantem inuenies; *Cum vidisset Iesus Matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, &c.*

Quære Magistrum post resurrectionem videre desiderantem, & currentem inuenies: *Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, idest Ioannes, & veniunt ad monumentum; currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcurrit citius Petro, &c.* Semper anteit Ioannis amor; quære denique illum, cum Christus Petrum hortatur ad sequelam, & inuenies iam sequentem; *Couersus Petrus vidit discipulum illum, quem diligebat Iesus siquenter;* Semper itaque ignis diuinæ dilectionis arsit in pectore Ioannis, nunquam est feriatus, semper est Magistrum insequutus, semper est, quoad potuit, imitatus; vndē sicut discipulus dilectus dicitur, iure etiam dici potest discipulus diligens, discipulus imitans Magistrum, ipsumque sequens. *Vidit discipulum illum, quem diligebat Iesus, sequentem.*

Nota collocādi verba Ioannis formam; *Discipulum, quem diligebat Iesus sequentem;* Nota Christi amorem tanquam pretiosissimum lapidem inter duas purissimi auri laminas incisum; inter discipuli nempè submissionem, & imitationē doctrinæ, id enim indicant verba illa, *Discipulum sequentem,* (idest) discipulum, qui opere complebat, quod à Magistro didiscerat. *Dilecite à me, quia misericordis sum, & humilis corde,* ait Magistri lectio, *Lucæ 10.* considera quomodo per viam humilitatis Magistrum sit insequutus discipulus sequens, cum necessum fuit antrelationes, & honores enarrare, beneficia ponit, ne videatur ingratus, & no-

*Ioannis amor*  
*continuus.*  
*Ioan. 19.*

*Ioan. 20.*

*Ioan. 21.*

*Numquā fe-*  
*riata fuit Io-*  
*nis in Chri-*  
*stū dilectio.*

*Ioan. 21.*  
*Ponderat*  
*Ioānis ver-*  
*ba collocati-*  
*di forma.*

*Luca cap. 10.*

*men*

men tacet, ne arrogans iudicetur: *Discipulum*, inquit ille, quem diligebat *Iesus* sequentem, & qui supra peccatum eius in cena recubuit: optimè ad hunc locum Rupertus: *Humilitas non obscurè dignoscitur*; nam cum tantum amoris privilegium Christi, silentio involvere, non deceret, discipulum in genere dixit, & non men tacuit, ut veritatem altissimam, summa humilitate condecoraret. Sequitur itaq; Magistrum discipulus, & ob propria sequela summè diligitur a Magistro: *Conuersus Petrus vidit discipulum illum, quem diligebat Iesus sequentem*, id est, in humilitate imitantem.

Adhuc in modo, quo usus est Evangelista in antelationibus a Christo Magistro suo acceptis, eius summam humilitatem commendabilem nouit Ambrosius, dum eius verba perpendit, *Qui supra peccatum Domini in cena recubuit. Cenice, inquit, reflexa recubuit, non enim erecto collo sapientia exhausta: ex hac igitur Magistri per humilitatem sequela, discipuli Iesum sequentis nomen sortitus est: Discipulum illum, quem dilgebat Iesus sequentem.*

Item Magistrum sequitur in doctrina: & in humilitate matrem sequitur adoptiuam, unde ab utroq; summe dilectus est: *In hoc* (inquit Magister ille cœlestis) *cognoscunt omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad innicem: vide Ioannem sequentem Magistrum in doctrina: Filioli (inquit ad discipulos) diligite alterutrum.*

*Nihil aliud per singulas proferre solebat collectas, nisi horum Filioli diligite alterutrum*, ait Diuus Hieronymus ad cap. 6. epistolæ ad Galatas: sequitur itaq; discipulus doctrinam Magistri: sequitur, & imitatur adoptiū matris humilitatem, ac in loqueli modestiam. Audi quid dicat Cyrillus serm. de Laudibus eiusdem Ioannis: *Cum, inquit, sa- pissime à Virgine filius appellarietur, nū- quam tamen Matrem, sed semper Domi- nam appellabat: sequitur equidem in hoc, & imitatur Virginis humilita-*

*Ex Hier. ad*

*c. 6. epistol. ad*

*Galat.*

Imitatus est Ioannes Beatisimae Virginis humilitatē, & in loquedo modestiam, ex Cyrillo.

tem, quæ in Dei matrem electa respondet: *Ecce ancilla Domini*, Lucæ 1. optimè igitur incisa diuina dilectio est inter aureas has duas laminas, summationem nempè discipuli, & sequentiam Magistri: *Conuersus Petrus vidit discipulum illum, quem diligebat Iesus sequentem.*

*Ex alio item capite colligitur, quāta ratione dicatur Ioannes Discipulus dilectus, & discipulus sequens: quia nāque Virgo fuit, Magistrum sequens discipulus fuit; nam ut ipse Ioannes testatur, Virginum proprium est sequi Agnūm: Vidi (inquit Apocalypsis in cap. 24.) supra montem Sion agnum stātem, & cum eo centum quadraginta quatuor millesibi sunt, qui cum mulieribus non sunt coquinati; virgines enim sunt, & hi sequuntur agnum quocumque ierit. Probari etiam hoc virginum munus potest ex illo Canticorū loco in cap. 3. vbi virgines, per sponsæ genas, designantur; nam secundum multorum Patrum, & expōitorum sententiam, in illis verbis sponsi ad spōsam, siue Chri- sti ad Ecclesiam: *Sicut fragmē mali pu- nici, ita & gena tuæ, virginum pudicitia commendatur: in duobus autem ponit Apponius huius similitudinis proprietatē: primo, quia virgines maxi- mè assimilantur Christo, qui malum punicum dicitur ab sponsa, sicut malus inter filias, sic dilectus meus inter filios;**

*sed in quo secundo virgines per genas cōuenientissimè designātur, est, quod ubicumq; pergit caput sequantur genæ; unde iam patet quam proprium virginum sit sequi Christum, & quām vere, ex Christi sequela, virginitas cōmendetur, Ioannesque dilecti nomen obtineat ex eadem Christi sequela; se- quitur namq; quia Virgo est, cuius se- qui Christum proprium est, & diligitur a Christo, quia eius gena est, id est, quia virgo est. Charissima namque Christo virginitas est, unde iam patet duo in- ferri ex verbis illis: *Vidit illum dis- ciplum, quem diligebat Iesus, sequentem,**

*Lucæ c. 1.*

*Ioan. 21.*

Sequens Chri-  
stum etiam  
Ioannes di-  
citur, quia  
Virgo fuit,  
ex loco Apo-  
calyp. c. 24.

*Cantic. 3.*  
Per sponsæ  
genas virgi-  
nes designa-  
tæ, earumque  
pudicitia, &  
cur, ex Ap-  
ponio ad ca.  
Cantic. 3.

*Duo que in-  
feruntur, ex  
verbis Ioan.  
cap. 21.*

*prī-*

primum Ioannis virginitatem; secundum summam Christi in eum dilectionem; atque ita ex Christi sequela, *Dilecti discipuli* sortitum fuisse nomine, ut assumit praesens assertum.

CIRCA ILLA SACRI  
contextus verba.

*Qui supra pectus Domini in cœna  
recubuit.*

ANNOTATIO VI.

*Ad quid iste Ioannis supra Christi pectus in cœna accubitus?*

**P**Verile quid fortasse dixeris istū  
Ioannis super pectus Domini in-  
cēna accubitum; solent namq̄ infan-  
tes supra Mātrum pectus inter man-  
ducandum obdormire , ibiq; cubare;  
fateor, approboque libentissimē simi-  
litudinem; ad instar niemp̄ pueri post  
pastum somno oppressi supra pectus  
Domini, à quo tenerrimē amabatur,  
veluti supra Matri sinum se se proie-  
cisse Ioannem; omnia enim diligentissimē  
nutricis officia cum peregisset iā  
Christus, (pedes niemp̄ lauit, præbuit  
dulcissimum suæ carnis esum ) quid  
amplius restabat, quod iuniori, & dile-  
ctiori filio faceret , præterquam quod  
mollissimum ei pararet incunabulum,  
inter vbera? fateor inquam libentissimē  
similitudinem : at amplius quid  
protendisse Christum Dominum , in  
hoc supra suum pectus Ioannis accu-  
bitu , non absque fundamento audeo  
suspici: dicam, approba si placuerit; si  
autem non, reproba, & dic melius.

Ratio, & causa ob quam Christus dominus Iohannes supra peccatum reclinatus. Anxiè cruciabatur in illo euentu Christi peccatus, ex vniuersitate Iudeorum perditione, & ita anxiè cruciabatur, ut nihil intentatum relinqueret, ut hoc damnum repararet; monuit in primis amatissimè, & secrete, dicens Matth. 26.

Vnus vester me traditurus est ; Mittens  
crimen in turbam , ne reuelaretur abo-  
minanda persona , ( vt ad hunc locum  
obseruauit Chrysostomus ) pedes de[n]t-  
de lauat , vt detestandum tergit affe-  
ctu; queritur ex medullis , quod nihil  
profuerit ablutio , dicens Ioannis 13.  
*Vos mundi estis , sed non omnes.* Mittit  
simul manum in paropsydem ; bucellā  
porrigit ; nihil denique intentatum re-  
linquit , vt Iudam nefario reuocet à  
conatu ; quia tamen nihil se profecisse  
cognoscit , angustiatur , angitur , affli-  
ctatur , excordatur , animi deliquium  
patitur , solarium querit , amicum nēpē  
fidelissimum , carissimumque , cui pan-  
dat agoniam , quæ eius peccus excru-  
ciat : nam ( vt in suo de ordine vitæ  
Bernardus obseruat : ) *Magnum sola-  
tium est , vi habeas , cui peccus tuum ape-  
rias ; cum quo arcana participes , cui cordis  
tui secreta committas ;* Ioannem igitur  
apprehendit Christus , vulnerique ap-  
plicat tanti doloris solarium , tantæ  
mestitiae obleßamentum , tantæ ago-  
niæ refrigerium .

Vis meæ excogitationis fulcimentum? quære à Ioachimo Abbatे, per quænam lapidem pretiosum, ex illis duodecim, à quibus duodecim Hierusalem ciuitatis supernæ portæ fabricatæ sunt Apocalypsis 21. & per quos (secundum omniū consensum) Apostoli fuerunt designati, Ioannes fuerit indicatus, profectò dicet tibi per quartum; nempè per smaragdum, viridem lapidem, lētissimum, & qui rebus omnibus, quibus coniungitur, suam communicat hilaritatem, & lētitiam, vt loco supra citato, idem Abbas obseruat ex Plinio libro 37. cap. 5. Applicat ergo Christus pectori suo anxiō, afflīctato, & tristī viridum hūc smaragdū, vt agoniam temperet, vt pellat mestitiam, vt dolorem minuat, & ferat solatium. Ad hoc namque supra pectus Domini Ioannes recubuit, vt ibi adhiberetur solatium, siue remedium singularē, vbi vrgebat dolor, vbi infirmitas,

*Chrysost. ad  
cap. Matt. 26  
Ioann. 13.*

Bern. lib. de  
ordine vita-

Ioánes Chri-  
st dolatum  
solatjū.  
Apostoliper  
duodecim  
lapides fun-  
damentales  
cœlestis cui  
tatis desig-  
nati, Apoc. et  
& per 4.100  
nis.

Proprietas  
smaragdinis  
ex Plin. lib.  
37. cap. 5.

Amor vte<sup>ro</sup>; sagittatus, & cor peti pro signo.  
Augu. lib. 1. confessionū.  
Cant. 2.  
70 translat. Job. cap. 6. Versio 70.  
Grego. ibi.  
Propertius.  
Cantic. 4.  
Versio 70.  
Ioan. 13.  
Explicatur locus.  
Amer Christi in vitia cœna inten-  
tio fuit, quā alio tempore.

ras, residuebat: Ecce ad quid in cœna supra pectus Dñi Ioannis accubitus. Vis aliud istius accubitus Ioannis supra pectus Domini fundamentum accipe, & fortasse cōuenientius sagittarium, tam prophani, quam sacri Aut̄hōres effigiarūt amorem, at sacri Aut̄hōres non solum sagittas emittētem depingūt, sed insuper addūt, cor semper sibi proponere pro signo, ad quod suas sagittas emittere consuescit; Faretur in primis Augustinus confessio-

num 1. dicens. *Sagittareras tu Domine eorū meum charitate tua;* Nonnē & spōsa se ab hoc sagittario vulnerata ad cor conqueritur, dū ait Cant. 2. *Amore languore;* quem locum sic trāstulerunt 70. *Charitate,* seu *amore vulnerata ego sum:* Audi quid de hoc crudeli sagittario Iob conquestus dicat, secundum eorundem 70. interpretationem. *sagittæ Domini in corpore meo sunt, quorū furor bibit sanguinem meum;* Consonanter Gregorius, probans diuinum amorē, omni alio amore crudeliorem esse sagittarium: *Multum* (inquit) *ve-  
xat hominem amor mundi cum relinqui-  
ter; multum amor sui cum calcatur; super  
omnia autem transfigit, & penetrat cor  
hominis dum venit Dei amor;* Consonat item Propertius dum canit:

*Ne quisquā ex illo vulnera tutus abit.* Quod ita verum est, vt neque ille verē diuinus homo, quia, & simul Deus vere, ab istius crudelis sagittarii iētu immunis fuerit, nōnē ipse fatetur Cantic. 4. dum ait, *Vulnerasti cor meū spon-  
sū in uno oculorum tuorum;* Quem locum sic 70. transtulerunt. *Excordasti me,* idest, *cor vulnerasti, & abstulisti:* Præcipuum igitur amoris vulnus accepit Christus in illa occasione de qua cap. 13. ait, ipse Ioannes: *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos,* quem locum ita post Chrysostomū exponunt nonnulli, intensiori tunc eos dilexit amore, quando ad Patrem ire decrevit, majoraque, & evidenter illis dilectionis signa præbuit: In-

A tensior itaque in illo euentu fuit in Christi pectorē erga suam sponsam, (quæ nomine suorum exprimitur) dilectio, & charitas: vndē crudelius cor illius vulnerabat, & transfigebat; vt igitur cordi (ab isto adeò crudeli sagittario, transfoſſo, ac vulnerato remedium adhiberet Christus smaragdum Ioannen, vulneri applicauit, nam smaragdum olei purissimi ad instar esse, ait supra citatus Abbas loco eodem; oleum itaque liliorum, quod suauissimum est, vulnerato adhibet Christus pectori, dum facit, vt dilectus super pectus recumbat; nam Ioannes, quia smaragdus est ad instar olei est; & quia Virgo est, lilium est: iuxta illud Ambrosii. *Floribus eius, nec nō sae, nec lilia resum, &c.* Nonnē sponsa, cum se ad cor vulneratam agnouit, statim expostulauit floribus constipari: *Fal-  
cū (inquit) me floribus, si pate me mul-  
lis, quia charitate vulnerata ego sum,* vel vt habent 70. *Confirmate me in vu-  
guentis:* Ita & diuinus sponsus, dum se ab amore lētaliter sauciatiū agnouit, in vnguentis confirmari studuit, & præcipue in illo, quod ex smaragdino oleo, & albo castitatis, seu virginitatis lilio confectum erat. Ecce ad quid in cœna supra pectus Domini Ioannis accubitus.

D Neque minus subtiliter de hoc Ioannis accubitu super pectus Domini iudicabis, seu philosophaberis: si ad naturam amoris, & ignis attendas, quæ vna eademque est, vrit namque amor instar ignis, & æstuare facit, quos possider, atque ignis quos inflamat, vndē Deus, qui charitas est, etiam ignis est, nam Deuteronomii 4. *Ignis consumens,* Deus ignis consumens, ex c. 4. Deu-  
teronomii. & ita æstuabat, vt vestimenta depo-  
neret: *Ponit (inquit Ioannes) vesti-  
menta sua:* Valde equidem æstuat, qui vestimenta deponit; at nec sic cedit, aut minuitur amoris flamma, quid igitur faciendum? recurrit ad aquam,

Smaragdus ad instar olei suauissimi, ex Rup. ubi supra.

Ioannes ad instar olei. Item liliū suauissimum est.

Cant. 2.

70 Versio.

Amoris, &  
ignis condi-  
cio eadem.

Cant. 8.  
Esaie 64.

Ioannes Christi amoris flammæ repressum.

Obiicitur contra dictū

Respondeatur experientia exempli.

*Misit* (inquit Iohannes) aquā in peluum; At nec sic cedit flamma dilectionis, nam aquæ multæ non potuerunt extingere charitatem; Quia ut ab Esaia Prophetatū fuerat, aquæ ardebat igne, quid igitur præ amore æstuanti facié dum fuit? Ioannem ponit supra pectus æstuans; tanquam remedium amoris flammarum repressum.

At dices, quomodo potuit Ioannes amoris flamas reprimere, nā fulmen cum fuerit, illas potius incenderet, quam sedaret? fateor Ioannem fulmen, fateor totius orbis fuisse incendium, & ideo aptissimum iudico remedium ad mittandas, ac retardandas amoris flamas, vñstus fuisti aliquando igne in manu, optimum remedium fuit manum igni iterum applicare, & sustinere, quo ad potuisti, vt reprimatur prioris ignis flamma, & retardetur ne amplius vrat; quod Anteparisthasis appellatur; hac anteparisthesi vñsus est Christus, dū in ultima cœna amoris flamma æstuaret, applicauit ignem igni, amorem, amori, vt aliqualiter sedaretur amoris flamma, qua æstuabat: Ecce iam tertium ad quid in cœna supra pectus Domini Iohannis accubitus.

Plus timuit Christus absentiam quam mortem.

Eucharistia ad declinandas absentias iustus instituta, ex D.Tho. opus. 57.

Matth. 28.

Quartum denique ad quid in cœna supra pectus Domini Iohannis accubitus: accipe si exoptas: minus timuit Christus mortem; quam absentiam patet, quia nullum, vt mortem euaderet, remedium excogitauit, at se, & suos contra iustum absentias munire maximè studuit, ideoque ad iustum illos declinandos, remedium adiuuenit, se nempè sub panis, & vini speciebus de relinquere, vt sic usque ad consummationem sæculi maneret cum suis, semper præsens, nunquam absens; ne (inquit) amplius lætales absentias iustum timeatis; Ecce namque ego vobis sum, usque ad consummationem sæculi: Ad absentias igitur iustum declinandos, sub panis, & vini speciebus consecratis seipsum dereliquit, vt o-

pusculo 57. diuus Thomas obseruat, dum Eucharistia Sacramentum singulare, contra absentiam solatium appellavit; Miraculum (inquit) miraculorum, ab ipso factorum maximū, & de sua contristatis absentia solatiū singulare: Qui igitur cōtra absentia tela discipulis, in scutum se ipsum præbuit, vñ ex discipulis, in scutum aduersus eadē absentia tela sibi elegit; quo pectus munit, ictus declinet, habeatq; solatiū singulare; illum (inquam) discipulum; quem summopere diligebat, & in quo per quam maximè sibi cōplacebat, cor, & anima sua; hunc super pectus reclinavit, vt in suo à suis discessu haberet solatiū: maximū equidē Iohannis encomiū; ad id super pectus Dñi reclinari; & in eius corde, id efficere, quod ipse Dñs Sacramētatus, facit in Apostolorū pectoribus, ictus nēpē absentie declinare: non erubescam absque Authore loqui: Ideo (inquit August ad c. Ioā. 19.) Iohannē sibi adhuc voluit; quasi ad confortationē, & cōfessum doloris, & amoris.

Totius Ecclesiæ solatium se ipsum sub speciebus panis, & vini cōsecratis posuit Christus Dñs; Iohannē verò elegit in suum (vt dictū est) suaq; matris solatium singulare; dū enim per mortē à matre sibi carissima, & à qua intensissimè diligebatur abesse necessariū fuit, ne Virgo Beata absentia ictibus lætaliter transfigeretur, carū sibi discipulū sui loco reliquit, vt quēadmodū sibi extitit cōtra absentia in cœna refrigerium singulare, ita per totū vitæ tempus Virginī esset contra eandem absentia remedium singulare: nō mea, sed Hilarii, & Laurētii Iustiniani hæc excogitatio est: *Ad desolate Matris solatiū* (inquit Hilar. ad c. Ioan. 19.) ch. 1. *Hilar. ad c. Ioan. 19.* ritatem filii in discipulo relinquebat; Et Laurent. In clarius adhuc Iustin. Laurēt. in suo de fin. de triā phali Christi agone cap. 18. Ecce (inquit, Christiq; personam agens Virginēq; alloquens) discipulū, quē diligo præceteris, tibi relinquo in filiū, vt tu de illo, sicut de me, qualicūq; fruaris solatio:

Pro-

Maximum Iohannis eacomium, ex Aug. ad cap. Iann. 19.

Protulit deniq; Christus certā verborū formā, vt Ioannē faceret alterum se; si-  
cut vt ex pane, & vino suā carnē, & sā-  
guinem suum faceret, certam etiam protulit verborū formam; *Hoc est (in-  
quit) corpus meum*, & ecce panes, & vi-  
num transubstantiātur, in Christi cor-  
pus, & sanguinem; dixit ē cruce: *Ecce  
Filius tuus, Ecce Mater tua*: Et ecce Ioā-  
nes Virginis adoptatus in filium, non  
quod ad hæc verba, sicut ad illa, idem  
fit secutus effectus, nam ex illorum vi-  
panis verè, & realiter fit corpus Chri-  
sti: ex vi verò istorum adoptius tantū  
fit Ioannes Virginis filius.

### CIRCA ILLA EADEM SA- cri contextus verba.

*Qui supra pectus Domini in cœna  
recubuit.*

### ANNOTATIO VII.

Optimam sibi Ioannes partem elegit, &  
in secretius cubiculum eius anima  
tanquam Reginam introducta à Chri-  
sto fuit, & à diuino verbo fæta  
effecta est.

Cantic. 1.  
Bernard. ibi. Luce. 5.  
Ioan. 21. Idem ibide. AD diuersas Christi partes cōfu-  
gisse nōnullos obseruat Bernar-  
dus sermone 23. in Canticis, vbi expli-  
cans illa sponsæ verba cap. 1. *Introdu-  
xit me Rex in cellaria sua*, &c. Obser-  
uat multa sponsum Christum habe-  
re cubicula, non vnum tantum; at pro  
meritorum diuersitate vnamquamq; ani-  
mam in vnumquodque cubiculū intro-  
ducere: *Non omnibus (inquit) uno  
in loco frui datur grata*, & secreta sponsi  
presentia; sed vt cuique paratum est; pro-  
diue sitate meritorum; quædā namq; ani-  
mæ sunt Regiae, & multæ sunt concubi-  
næ: ipse enim posuit nos, & tibi vnu-  
quisq; positus est, ibi est: Amplificās au-  
tem statim idem Pater, & expendens,  
quod dixerat, annexit dicens: *Mulier  
compancta, secus pedes Iesu forita est  
locum; porro Thomas in latere, Paulus in*

Ioannis eu-  
biculū Chri-  
sti pectus. tertio cœlo, at Ioannes in pectore: Ex qui-  
bus Bernardi verbis iam vides (optime  
Lector) optimā Ioannem sortitū fuisse  
sortem, optimumq; obtinuisse locum;  
in secretioremq; cellam eius animam  
fuisse introductam tāquam Reginam;  
quid enim secretiū Christus habere  
potuit quā pectus, supra quod Ioannes  
in cœna recubuit? & vbi illi secreta  
cœlestia sunt reuelata?

Neq; Bernardum tantū habet Ioā-  
nes tantæ istius prærogatiæ testē, eo  
namq; prior in illa attestanda fuit Ori-  
genes, qui ho. 1. ex quatuor in Canticis,  
per pectus sponsi, illius secreta intelli-  
gens, sic ait in laudem Ioannis: *Certum  
est, quod Ioannes in principali cordis, seu  
Iesu pectoris, atq; in internis doctrinæ  
eius sensibus requieuisse dicatur in Eu-  
angelio; ibi requirens, & perscrutans, thesau-  
ros sapientiæ, & scientiæ, qui reconditi  
erant in Christo Iesu.*

In quem etiam sensum peregregiè  
locutus est Nissenus, explicans illa  
Cant. verba in c. 1. *Exultabimus, & la-  
tabimur in te memores vberum tuorum* Cant. cap. 5. Ioannes spō  
super vinum; Hæc namq; verba appli-  
cans Ioanni, ipsum veluti quandam  
spongiam fuisse ait, quæ totam Christi  
vberum dulcedinem suxit, cum in cap. 1. Cant.  
cellam eius secretiore introductus est:  
*Verbi (inquit) amauit vbera, qui supra  
pectus Domini in cœna recubuit; & velu-  
ti quandam spongiam cor suum opposuit  
fonti, & ex ineffabili quadā traductione  
repletus Christi mysterii, nobis quoq;  
exhibit mammillam à verbo impletam,  
nosque implet bonis, quæ ei à fonte sunt  
indita; Unde nos quoq; illi dicere possu-  
mus; diligimus vbera tua super vinum:*

Non vides duo excellentissima præ-  
conia, quæ ex eo, quod introductus  
fuerit in secretius Christi cubiculum  
Ioānes sortitus sit, spōgiam nēpè esse  
diuina dulcedine imbutam, & plenif-  
simam, Christiq; māmillam, qua me-  
diāte, suos alit fideles; ò suprema laus!  
ò encomium cum Christi encomio,  
quasi compositum! vocatur Christus

Christus æterni Patris pectoris māinilla, Ioannes pectoris Christi, ex Clem. Alex. in suo pedag. Cantic. 1.

ab Alexandrino Clemente (in suo pædagogo) Māmillā Patris: Vocatur Ioānes à Nissen, Māmillam Christi: māmillā (inquā) per quā sponsi dulcedinē degustamus: vndē consonāter Bernardus ser. 8. in Cant. Haſſi (inquit) *Ioannes de pectore vnigeniti, quod de paterno haſſerat ille, & cōmunicauit nobis: Vndē sicut ipſe dulcedinis illius memor, quā inter vbera Christi accubatis degustauerat, dicebat postea: Exulto, & latet in te, o Magiſter mens, memor vberū tuorum; Ita omnes Ecclesiæ filii, qui eius doctrinæ suauitate alimur, & recreamur; iure dicere possum⁹: Exultamus, & letamur in te, o Ioānes memores vberū tuorū: Vt loco ſuperius allegato, ait Nissenus.*

Bēatus Ioānes ad instar Virginis lacrāt̄ Chriſtianos vberē de cœlo pleno.

Ioannis anima diuino Verbo facta ipsum fecit audibile, ex Ruperto in principio cōmentario- rū in Ioan-

Mira Ioānis laus.

Addiderim posse ob ea, quæ prædicta fūnt, illud de Ioāne (aliquo modo) dici, quod de eius adoptiua Matre Beatiſſima, nempē Virgine canit Ecclesia; *Vbere de cœlo pleno Virgo lactabat; A verbi namq; māmilla plenus, & lactatus Ioānes, lactauit fideles: dici hoc, inquam, aliquo modo posse; siquidem lego apud Rupertū Abbatē in principio commentariorū eiusdem Ioannis Euangeliū, quid de Ioanne codē adhuc ſuperius, eius nēpē animā à diuino Verbo fuisse factam, vt ſicut à Beatae Virginis vtero Spiritus sancti ope- rante virtute viſibile prodiit, ita (ſuo modo) à Ioannis anima prodiret audi- bili; audi ipsifſima Ruperti verba: Ecce (inquit) Veritas, quæ de terra orta eſt car- nem de Virgine affumens, vt nos à diabo- lo liberaret, eadē de virginali Ioānis ani- ma generatur, vocē corporeā induens, vt pro nobis cōtra hæreticam prauitatē dimi- cet; qui enim de corde ſuo Verbū bonū eru- ēt auit in vterū Virginis, vt Deus inuiſibilis, viſibilis fieret ipſe caſtis cōplexibus ſuis aſcīta dilectā ſibi Ioannis animā eo- dē verbo factam reddidit, vt Verbū ineffa- bile per vocem eius, ac literā audibile pro- cederet. Mira equidem Ioannis laus, ſecundum quam eius anima cū Bea- tissimę Virginis vtero cōponitur; & ſe-*

cūdū quā dicere de ea poſſumus; quia quē cœli capere non poſſunt, ſui intel- lectus gremio comprehēderit, reddi- deritq; audibile; prodiit diuinū Verbū ex Virginis vtero carne velatū, & viſibile, & admirati ſunt Angeli, homines stupefacti dicūtque. *Quis nē vidit vnu- quā simile? prodiit ex Ioannis anima Verbū audibile, iure admirari poſſu- mus, & dicere; Quis nē audiuuit vnu- quam tale?*

B  
CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Qui ſupra pectus Dñi in cœna recubuit.*

ANNOTATIO VIII.

*Plus Ioānes dormiens de diuinitate affe- cutus eſt, quām ceteri omnes Apoſtoli, Euangeliſtæ, & Ecclesiæ Doctores vi- gilando ſunt affecuti; immò plusquam Angeli affecutus eſt: vndē Angelorum Magiſter à Chrysostomo dictus eſt.*

D  
**D**ormit Iacob (lapide capiti ſu- posito) dormit, inquam, dulciter, & ſuauiter, non tamen desidiosè, ſed operosè quiescit, de quo ſic contextus Sacer Genes. 28. *Cū veniſſet, ad quendā locū, & vellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitum, tulit de lapidibus, qui iacebāt, & ſupponens capiti ſuo, dormiuit in eodē loco: Cōſiderat Chrysostomus, ſanctū iuuuenem ſupra durifſimū lapidē ſua- uiter quiescentē; & ſublimē ſcalæ vi- ſionem contemplatē, Deumq; ipsum in ſcalæ ſummitate intuentem; & ait. Plus iſte dormiens, quā tota eius poſteritas vigilans vidiſt: Vndē de eodē elegan- ter dixit Ambroſius libro de Iacob, & vita beata, fuisse bonū in ſōno operariū: è iure quidem, nā plus negotii cū Deo dormiendo, quā vigilādo peregit, dor- miendo namq; Deū vidiſt, & ab eo di- uinas cōſolationes accepit; Ecclesiæq; poſtea per Christū fundādæ dilatatio- nē agnouit, ex illis verbis. Eritque ſe-*

Sōmnus ſan-  
ctorū labo-  
riferus, ex lo-  
co Genes. cap. 22.

Ioan. Chry-  
ſoft. ad locum  
Genes. 22.

Iacob bonus  
in ſomno  
operarius, ex  
Amb. lib. de  
Iacob, & vi-  
ta beata.

men

*mēn tuum; quasi puluis terrae, dilataberis ad Orientē, & Occidentē, & Septentrionē, & meridiem: sic itaque circa Iacob supra petram dormientem, philosophati sunt Chrysostomus, & Ambrosius.*

In Iacob supra petram dormiente Ioannes figuratus supra Christi pectus dormiens, ex Brudone.

At Signinienis Episcopus, dum eūdem Genēsis locum exponit, & Iacob supra petram dormientem, & diuina mysteria contemplantem considerat, statim ad Ioannis excellentiam locū dirigit, & ait tantum fuisse hunc Christi dilectum, tamq; extra omnes alias omnium prerogatiwas, eius fuisse hāc supra pectus Domini accubandi prerogatiwam, vt voluerit Deū illam, & ipsum Ioanhem, sicut & Christum, atque cætera diuina mysteria, iam in naturæ lege figurari: *Quid (inquit) Iacob supra petram quiete dormiemem, & diuinæ visiones contemplantem præfigurat, nisi Christi dilectum, supra eius pectus accubantem, & diuina mysteria intentem? Verbiq; diuinæ essentiam plusq; Angelos indagarem? Ecce dilecti cor, sicut & dilecta, dum dormit, inuigilat, & plus dormiēs, quā reliquos omnes vigaltes de diuinis mysteriis assequēs, vt de Iacob Chrysost attestatur.*

Ad quid Iacob erexit lapidē, quem capiti supposuerat, & ad quid oleo inunxit.

Abulensis, Vatablus, Hugo Card. Carthus. ad cap. Gen. 28.

Est insuper in figura aliquid, in quo cum figurato conueniat, expergefactus nempè Iacob, erexisse lapidē illū, quem capiti supposuerat, in signum præhabitæ visionis, quā inter dormiendum viderat, ne res adeò inusitata, & noua, adeòque illustris, & ab humanis sensibus aliena maneret in obscurō, effuditq; oleum desuper petram, quasi ipsam inungens; sed quæres ad quid nam Iacob Petram super quā requieuerat, erexerit? & ad quid ipsam inunxerit? dicam vtrumque Erexit *in titulum*, siue *in signum* visionis præhabitæ, diuini nempè Verbi incarnandi; hoc namq; mysterium in illa inter dormiendum visione Iacob fuisse reuelatum, tenent Patres grauissimi, inter quos præcipui sunt Abulensis, Vatablus, Hugo Cardinalis, & Carthusianus ad hunc locum; Quod eleganti emble-

Pars 2.

mate indicauit Iacob: nam optimè per petrā Verbum incarnandū designauit, iuxta illud Irenæi 3. contra Hæres cap. 28. vbi explicans verba Da-

Danielis 2.  
Irenæi 3.  
contra hæres.

niclis 2. *Al scis est lapis sine manibus:* *Hic (inquit) lapis è terra, & ex virtute, & arte constat Dei, quibus verbis significauit Christum ad instar lapidis cōponendū fore, ex nostra scilicet fragilitate, & ex robore diuinitatis; nā petra præter fluxam terræ conditionem habet à sole soliditatem, & firmitatem; optimè igitur per petram, quā Iacob erexit in signum, Christum incarnandum significauit, suæ (hoc monumēto) visionis mysterium indicans, ac declarans: dū tandem petrā inuigit, Verbi incarnandi nomen innuit; nā Christus idem sonat, atq; inunctus; vnde illud Augustini, breuiter, ac subtiliter dictum ad caput Ioan. 6. *Petra Christus, in signo; verus Christus, in carne, & Verbo.**

Verbū incat nandum per Petrā à Iacob erectam oleoq; inunctam desig natum.

Accedamus iam ad cōuenientiam, quā habet hoc Iacob factum cū Ioanne, postquā super petrā Christum accubans euigilauit facto, vt altissimum

C nempè incarnationis mysteriū, quod latuit oīnem Angelorum Principatū, illi fuisse inter dormiendum manifestū indicaret Iacob, erexit lapidem in titulum, siue in signum; idipsum fecit Ioannes non in incarnandi, sed in incarnati Verbi signum dicens: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbū, & statim adiungit. Verbum caro factum est.* Nonnē vides, ex diuinitatis soliditate, & ex nostra fragilitate compositum lapidē, & erectum à Ioāne, in suæ visionis titulu? Iacob mysteriū protulit in signo; Ioannes in veritate, id namq; significat Augustini verba superius allata: *Petra Christus in signo; verus Christus, in carne, & Verbo.*

D Neq; hoc tantū mysteriū à Christi Dīmīnam sa pectore inter dormiendum vidit Ioānes, sed ipsam diuinitatis essentiam, Ioānes: quæ cum personarum distinctione, emanatione diuine, ac processione edoctus est ab essentia, cū

T 3

ipsa

distinctione  
personarum  
informauit.

ipsa Aeterni Patris sapientia, quā Magistrum tune habuit, & doctrinē; mira res: quod parua quædam spongia, va-

stissimū diuinitatis Oceanum suscep-

rit, & ebiberit! nouit hoc Chrysostomus,

& non absq; magna admiratione

protulit, tract. de incomprehensibili Dei

natura, qui tom. 5 suorum operum con-

tinetur, his verbis: Ille (inquit) tanitrus

filius, carissimus ille Christo Ioannes, qui

sibili Dei na-

tura. ad pectus recubuit Domini, vas illud im-

maculatum, & sanctum, ab illo diuinofonte

omnia sua flumina hausit: O noua, &

admiranda res'na flumina fontes ebi-

bere consueuerunt; at hic exiguum vas,

ebibit fontem simul, & flumina; vnde

vnu è duobus non possum non suspi-

cari, vel quod se exinanierit fons, &

quod se coagulauerint flumina, idest,

tres diuinæ Trinitatis personæ, & ad

captum per exigui cuiusdam vasis se se

redegerint, vel quod ita ampliauerint

vas, vt ad suam quasi immensitatem

dilatatum sit: primū nefas est excogiti-

ari, vnde secundum cū Origine existi-

mandū est qui ita habet ad c. i. Aqui-

lini Euangeli: Ioannes ille Deuidus

omne visibilem, & inuisibilem creaturā

superat [Ha si dico Inan et vaso mas ancho,

dū diuinam y mas capaz, de quantos formò Dios, saca-

da la Virgen, 1 Deificatus in Deum intra

se Deificantē; non enim aliter poterat ascen-

dere in Deū, nisi prius fieret Deus; O in-

immensum ampliatum vas, Deū ca-

piens incomprehensibilem! ò diuinus

homo factus, quasi ad mensuram Dei:

extendisse aliquando Deū cœlos sicut

pellem (ait David) vt fortassis caperet

beatorum infinita, & innumerabilia

milliaria; sed quid mirum, cū adeò ex-

tendat Ioannem, vt capiat ipsum Deū,

quem capere nō possunt cœlorū cœli.

Tegunt Seraphim alis oculorū ob-

tutum, quia diuinæ faciei micantem

splendorem sustinere non valent: At

plusquā Seraphim Ioannes, & plusquā

Cherubim irreuerberata mentis acie

æterni Solis claritatem intuetur, vt in

prologo Euangeli eiusdem Ioannis

A Abbas Rupertus obseruauit; neq; mi-

rum cuiquam videri debet, plus Ma-

gistrū comprehendisse, quām discipu-

los, multis namq; ostendit Chrysostomus.

Chrysost. ubi supra.

Angelos à Ioanne diuina mysteria;

& explicas verba illa Ioannis eiusdem

cap. 1. Deum nemo vidit vñquam, sed vni-

genitus, qui est in sinu Patris, ipse enar-

rauit, seu exposuit, vt legit idē Chrysostomus, inquirit prefatus Pater, quid

reuelauerit, atq; exposuerit vñgeni-

tus, & cui Angelis ne, an hominibus?

B circa homines quæstio non est: nam

Dominus ipse dixerat, non videbit me

homo, & viuet; Ergo Angelis suam es-

sentiam reuelauit, & exposuit: mini-

mè quidem (ait Chrysostomus:) nam cum

Ioannes ait Deum neminem vñquam vi-

disce; etiam ait, cœlestes virtutes, & Prin-

cipatus, minimè comprehendere posse Dei

cognitionem expressam, implam, & inte-

gram; neq; ausos esse defixis oculis intue-

ri synceram illam perfectissimam substâ-

tiam: Cui ergo vñgenitus, qui est in

C sinu Patris hoc exposuit? Ioanni (respo-

det Chrysost.) qui fuit, qui in sinu eius

in cœna recubuit: Quod si tandem re-

quiris ab eodem Patre, ad quid tā di-

uina mysteria reuelauerit Ioanni vñ-

genitus? Respondet illis verbis Pauli

ad Ephes. cap. 6. Ut manifestetur Princi-

pibus, & potestatibus per Ecclesiam multi-

formis sapientia Dei: Et statim annexit

idem Chrysostomus, & ait: Vide quan-

tum honoris in Ioannem Deus immorta-

D lis contulerit, vt per ipsum virtutes su-

perne Regis summi secreta cognoverint:

Ecce iā habes ex Chrysostomo fuisse

Ioannem Angelorum Magistrū, plusq;

assecutum, inter dormiendum fuisse,

quam Angeli, qui cōtinuò inuigilant,

funt assecuti: Habis etiam bonū fuisse

in somno operarium, & lōgē proficuū,

quam Iacob; iste enim sibi tantum in-

ter dormiendum operatus est; at Ioan-

nes mundo vniuerso: Audi Damianū

fer. 1. de laudibus eiusdem: Quidam (in-

quit) in pectore Salvatoris sunt omnes

Iohannes me-  
lior in som-  
no opera-  
tius, quā Ia-  
cob, & cur

Damian. fer. 1.  
de laudibus,

Ioan. & ex Aug. hom. 2.  
de laudibus ei-  
dem Ioan.

thesau-

Ioninis intellectus eleuatus ampliatus ad capescen- dū diuinam cū distinctione personarum ex Orig. ad cap. i. ipsius Ioannis Euangeli.

Ezai. cap. 6. Ioānes plus quam Seraphim, ex Ruperto in prologo ipsius Euange- lii.

*thesauri sapientie, & scientie Dei absconditi, ex illo caelesti gazophilatio summam A traxit Ioannes, ex illo (inquam) nobis arario diuitiarum copias attulit, & in communem totius mundi salutem, benè Prodigus erogauit: Cui consonat Augustinus hom. 2. de laudibus eiusdem, vbi sic habet. De fonte Dominici pectoris solas bibit; sed ipse Dominus, ipsius Euangeliū, profusa cniuslibet capacitate, omnibus suis bibēdum, toto terrarum orbē difudit.*

*Bern. ser. 3. in cena Domini.*  
Quia tandem necesse est, vt ab hoc suauissimo fonte, à quo Ioannes diuina mysteria exhausit aliquādo descendamus, vt ad reliqua transeamus, suauissima, deuotissimaq; Bernardi verba; quæ habet serm. 3. in cena Domini; quibus felicem Ioannis sortem commendat, & sui accubitus supra pectus suauitatem exagerat, ad huius annotationis calcem afferre non grauabit. *O felix (inquit) discipulus ille, cui sic erat familiaris Author vita, quæ nunc est, & futura! nimis honorandus est, discipulus ille, qui sui capitīs habuit reclinatoriū tā Venerabile pectus, scilicet Iesu Christi Creatoris cunctorum: Iesu autem valde eum diligebat, quem tanto honore sublimabat: o Beate Apostole Dei, discipule Iesu Christi, Ioannes Beate! o quam benè quiescebas, qui supra pectus Christi quiescebas! utinam mererer illius dulcissimos pedes osculando lachrymis rigare, in cuius pectore tā dulciter dormire meruisti: Hæc omnia Bernardus: transeamus ad reliqua sacri cōtextus verba moralisanda.*

## AD ILLA SACRI contextus verba.

*Hic autem quid?*

## ANNOTATIO IX.

*Intima inter Petrum, & Ioannem amoris necessitudo vnde orta: & cur*

*Aug. bo 2. de laud. eiusdem.*

*Ioannes ad multam etatem quamquam venerit, semper tamen iuuenis effigietur.*

**I**n timam familiaritatem, & amoris necessitudinem inter Petrum fuisse, & Ioannem clare colligitur ex multis sacri contextus locis, qui illos adiunctos sociatos nobis proponunt, ad ordinandum solitos ire in Templum simul, patet ex cap. 3. Apostolorum Actuum, *Aet. Apostol. vbi sic: Petrus, & Ioannes ascendebat in cap. 3.*

*Templum ad horam orationis nonam: In simul de Domini, & Magistri sui morte sollicitos ad sepulchrum cucurrisse sacra pagina asseuerat Ioannis 20. Exit *Ivan. 20.**

*ergo Petrus, & ille altius discipulus (scilicet Ioannes) & venerunt ad monumentum, &c. In præsenti etiam Euangelio ambo simul Magistrum sequentes proponuntur: est equidem mutui amoris, & necessitudinis proprium, mutuò associati: iam verò Petri erga Ioannem animi propensionem, & amoremaxime commédat locus iste, quæ discutimus: *Hic autem quid?* tradiderat *Ivan. 12.**

*Christus claves Petro, ipsumque pro Deo in terris constituerat; at succedentibus prosperis, non est oblitus Ioannis dilecti, & familiaris sui, & suorum curam gerens dixit ad Iesum: *Hic autem quid?* Quod intimi amoris euidentissimum signum fuit, vt ad hunc locū Ioannes Chrysostomus obseruavit. *Ibidem.* Maximum amoris signū Petri cīga Ioannem.*

Maxima itaque inter Petrum, & Ioannem fuit amoris, & familiaritatis necessitudo, sed adhuc non appetet vnde orta; immò maioris familiaritatis ratio erat inter Petrum, & Andréā, fratres cum essent, & minoris cū Ioanne; senex Petrus cum fuerit, & Ioannes adolescentis; non enim solent senes cū adolescentibus conuersari, inter quos cum nulla similitudo sit, (quæ amore consiliare confuevit) nullum etiam familiaritatis fundamentum reperitur.

Expendamus quendam sacræ Scripturæ locum, discutiamusq; & statim familiaritatis inter Petrum, & Ioannem

*Inquiritur  
Vnde orta sit  
tāta inter Pe-  
trū, & Ioannem  
amoris  
necessitudo.*

nem causam, & fundamentū inueniemus: locum ( inquam ) illū Genes. 25. vbi agens Scriptura sacra de duobus pueris, quos peperit Rebecca, Esau scilicet, & Iacob; de hoc ait: *Iacob vir simplex habitabat in tabernaculis*: vbi sic legunt multi Latini Patres: *Iacob vir sine dolo*, de quo, postea quam benedictionem præripuit Esau, sic ait Pater, cap. 27. *Venu frater tuus, siue germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam?* Pungunt loca, sibique ipsis contrariari videntur; quomodo nāque fraudulēter benedictionem surripuit, qui sine dolo, & simplex erat: hanc priam difficultatem tollit Martyr Bertarius dubio 27. in vetus testamētum, dicens: *Fraudulenter venit, sed mysteriosè surripuit, non fraudulenter; fraus in modo, sed non in adēptione;* quod explicans D. Thomas 2.2.q.100. art. 4. sic habet: *Acquisiuit eo modo, quo potuit, redimendo suam vexationem ab inico occupatore iuris sui.* Intricatio noua exurgit ex Patrum dictis: nonne Esau competit primogenitura iure ætatis? ita equidem videtur; quomodo ergo iniucus occupator erat alieni iuris? aut quomodo non surripuit Iacob eādem primogenituram fraudulenter? dispūgit locum, litemque dirimit omnino Ambrosius lib. 2. de Iacob, & vita beata cap. 2. dicens: *Junior frater, seniorem existit, quia senili prestabat sapientia; senior hic revera frater, Esau verbū junior, quare is illi cedat, ut ius veritatis, & Dei voluntas pronuntiet:* optimè quidem annotatū est ab Ambrosio; canos enim non faciunt anni, sed mores, sapientia, & prudentia, ac vitæ transfigēdæ optima methodus; vt increata Sapiētia attestatur cap. 4. *Senectus, inquit, venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata; cani sunt sensus hominis, & aetas senectutis vita immaculata.*

Ioannes in adolescentia  
senex, ex  
Guarrico, ser. 2.  
de laudio, ip-  
sus.

Ecce iam fundamentum habes, & causam, ob quam Petrus senex cum fuerit, Ioannem tamen ætate inuenē

A sibi semper adhibebat in socium, cum illo communicabat, ipsumque amabat præ ceteris, quamquam Ioannes adolescens fuerit, & omnibus Apostolis ætate iunior: accipe a Guarrico, accipies postea a Bernardo: *Ioannis obsequio* ( inquit ser. de Assumptione ) *nihil gratius, eius conuersatione, & affectu nihil castius, moribus nihil suauius, nihil sensius fide, sermone nihil sanctius.* senex equidem Ioannes moribus, præ ceteris, ideo a Petro dilectus, ac carus præ ceteris: nunc audi Bernardū tract. suo de ordine vitæ: *Plerumque, inquit, & virtutibus pares, disparates atatibus, sui delectantur copula, sicut delectabantur Petrus, & Ioannes; nam adolescentem legimus Ioannem; quamvis nulli seniorum in virtute fuerit secundus; erat enim in eo senectus venerabilis morum, & cona prudentia virtutum omnium.* Ecce habes, amice lector, unde probes priorē assumpti partem: lege quod sequitur, & habebis comprobationem secundā.

B Non sine aliquo, vt puto, grandi mysterio depingitur ab omnibus Ioānes adolescens, moribus tam senex cum fuerit, & cū ad tantam usq; peruenierit ætatem, ( vt affirmet Hieronymus in commentariis epist. Pauli ad Galatas lib. 3. cap. 6. ) quod discipulorum brachiis ad Ecclesiam Ephesi asportaretur, quia præ nimia senectute moueri vix poterat, dicā quod sentio: Non veterascit amor, charitas non senescit, cuius typus expressissimus in Ecclesia Ioannes fuit, & capropter semper iuuenis effigiatur, neq; obstat illud, quod oratione 2. in Cantica, ait Nissenus: *Amor, inquit, nec tangit infantes, neq; senes; ab illis enim cognosci non potest, & hos non tangit, quia quibus aetas iam deficit, non potest amor adesse:* non obstat hoc, inquam, quia ex multis sacræ Scripturæ locis patet amore ætate non veterasci, quod in nostro Ioanne probat Eusebius Cæsariensis lib. 7. historiæ cap. 14. aitq; ideo omnes

Bern. tract. de  
ordine, bene  
vivendi.

Ioannis lon-  
gæua senec-  
tus, ex Hiero-  
nimo, in com. is  
epist. ad Ga-  
latas.

Pingitur Joā-  
nes semper  
adolescens,  
quia dilectio  
& charitas  
non vetera-  
scunt, neq; se-  
nescunt.  
Nissen. in Cæ-  
sariensi.

Euseb. lib. 7.  
cap. 14.

Genes. 25.

Genes. 27.

Dispungun-  
tur loca.

Martyr Ber-  
ta. dub. 27. in  
vetus testamētum.

D.Tho. 2.2.  
q.100.art. 4.

Noua dubi-  
tandi ratio.

Ditimit lite  
Ambros. lib.  
2. de Iacob, &  
vita beata,  
o. 2.

Senes nō fa-  
ciunt anni,  
sed mores.

Sapien. 4.

nes imagines illius, quæ suo tempore proponebantur adolescentē illum re- ferre, non senem.

Amplifica-  
tur eadē amo-  
ris, seu dilec-  
tionis pro-  
prietas, ex  
Hier. ad c. 5.  
Cantic.

Probat hanc amoris proprietatem Hieronymus multis in locis, & præser- tim ponderans illa sponsæ verba, ca- rissimū sibi sponsum describentis Cā- tic. in cap. 4. *Dilectus*, inquit, *meus cā- didus, & rubicundus*: quæ verba con- tradiictionem inuoluere videtur, nam rubicundus candor multum distat ab albo, cum medius vnuſ sit, alter extre- mus; at nouit Hieronymus in sponsæ verbis, hanc, quam probare intendi- mus amoris proprietatem, nunquam scilicet veterasci. *Reserabat*, inquit, *sponsa ad longuam etatem candore, cā- didi namq; senes sunt ruborem autem ad adolescentiam, illum enim agnoscet, ca- num etate, amore iuuenem*. Hæc Hiero- nymus.

Addo insuper ex Bernardo, ex eo vel maximè amorem reddi amabilio- rem, quia non veterascit, neq; deper- ditur annorum decursu, sicut & res vniuersæ; ita namque ait præfatus Pa- ter lib. 5. de consideratione ad Euge- nium; *Amabiliorēm facit amorem iuncta aeternitas; accrescit itaq; amor, tempo- re, sed tempore nō veterascit, si amor est: id attestatur Paulus ad Corin. c. 13. cum ait: Charitas numquā excidit, quod sic commentatur Theodoreetus; Non mouetur, aut labitur, sed semper immobi- lis perseverat: [El verdadero amor no es sujeto à mudança.]*

Impensè considerauit Bernardus, cur semper Christus, & Ecclesia dicā- tur despontati, at vxorati numquam, cum tot iam filios habeant, quot sunt, & fuerunt in orbe fideles, & elegan- ter respondet hom. 1. in Cantica. *Vt utriusq; amoris proprietas demonſtretur, qui tempore non veterascit: id ipsum in Ioanne comprobare Ecclesiam voluiſ- ſe, ait Eusebius, dū illum semper pro- ponit iuuenem, quamquam ad nona- gesimum tertium (vt fert opinio pro- babilior) annum peruerterit.*

*ad Corin. 13.*

Theodor. ibi.

Bern. hom. in  
Cant.

Euseb. ubiq.

## A CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

Hic autem quid?

## ANNOTATIO X.

Commendatur dilectio, quam vnuſ quis- que habet in aliquem, ex eo quod amet, quem ipſe amat.

Vnde, vt Petrus suam in Christum di- lectionem commendaret, de rebus Ioan- nis Christi dilecti ſe apud eum ſollicitum prebet.

C Ausatur ex hac interrogatione Petrus, & eius fiducia incusatur; non equidem ſine fundamento: in pri- mis, quia à Christo Domino æterni Pa- tri sapientia, ob eam increpatus fuit, dicens: *Quid ad te?* Secundo, quia ve- lle ſcire ſecreta amantium, ſtultitia eſt, vel ad minus audacia: nonne optimè nouerat Petrus, eſſe Ioannem diſciplu- lum illum, quem diligebat Iesuſ? quis dubitat? Cur ergo ausus eſt interrogare, quid diligens circa dilectum de- creuerat? vterq; equidem id ſcire cer- tum erat, neq; ad Petrum ſcire ſpecta- bat, neq; vulgaret Christus ſuum, ſuiq; dilecti ſecretum alicui alteri, niſi ipſi dilecto: nam dilectionis arcana, neque amicis reuelantur: *Dilectus meus mihi,*

& ego illi (inquit Sponsa, Cantic. c. 2.) *Cantic. c. 2.* ac ſi dicat (vt Beda venerabilis com- mentatur,) *Dilectus meus mihi, ſua re- uelat ſecreta, & ego illi meam maniſto dilectionem, & non alteri.* Arcana equi- dem ſe ſe ſumme diligentium, nemini patet, nemini reuelantur, præterquā ſibi ipſis. Alluſit ad hoc Angelus Ga- briel Lucæ 1. cum de ſecreto Incar- nationis Verbi in Virginis vtero, à Vir- gine interrogatus, respondit: *spiritus sanctus ſuperueniet in te, & virtus al- tissimi obvibrabit tibi.* Ac ſi diceret, hu-

Duo a quo  
incusat po-  
tentia Pe-  
tri interro-  
gatio.

Secreta am-  
tiū nulli al-  
teri reuelan-  
da.

*Beda ibi.*

*Luc. cap. 1.*

ius mysterii arcana, quod totum dilectionis est scire meum nō est; Spiritus sanctus, qui tanti huius operis Author est, & sponsus tuus est, atq; te caram habet, ipse secreta, quæ inquiris, faciet tibi palam; nam dilectionis arcana sci-re, ad dilectos tantum expectat. Iure ergo reprehenditur Petrus; iure eius audacia incusatur, dum quid Christus de suo dilecto Ioanne facere decreuerat, interrogat, & perscrutatur.

Releuator  
Petrus ab  
audaciæ cri-  
mine in sua  
interroga-  
tione à Chry-  
sostomo, &  
à Theophili-  
lato.

Mitius tamen de Petro Christi Vicario, eius vices in Ecclesia gerente, sentire fas est. Si namq; in interrogatione aliquid culpæ fuit, id amori potius, quam audaciæ tribuendum est; amabat Ioannem valde, optimamque illi sorte exoptabat, impulsu igitur amoris, & non audaci conatu, de sibi dilecti cōdiscipuli sorte interrogauit, sic namque sentiunt Chrysostomus, & Theophylactus ad hunc locum. *Suam in hoc factò protulit Petrus in Ioannem dilectionem*, ait Chrysostomus.

*Quæ fuerit*  
Perci mens,  
& intentio,  
quando se  
de Ioanne  
ita sollicitū  
exhibuit a-  
pad Christū  
Non refuto tanti Patris sententiā; sed potius dicēdum puto, voluisse hac interrogatione Petru suam erga Magistrum dilectionem commendare, de qua antea ter interrogatus fuerat ab ipso: quomodo verò suam erga Magistrum dilectionem cōmendauerit Petrus de Ioanne interrogando, si scire cupis, aduerte legem esse inter amantes maximè obseruabilem, amare omnia, quæ sunt dilecti, illaque habere tanquam propria; ut igitur Petrus suā erga Christum dilectionem commendaret, maximè se solicitum ostendit de Ioanne, quē diligebat Iesus, illiusq; sortem, suam esse demonstrat, vt placet Christo intimè Ioannem diligenti: ex duabus eiusdem Ioannis conclusionibus, quas habet sua 1. Canonica, hæc lex amoris comprobatur primū; ita habet. *Si quis diligit mundum, non est charitas Dei in eo.* [ *Amays al mundo, q; tiene odio à Dios, no amays à Dios.* ] Secunda verò sic. *Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suum oce-*

Comproba-  
tur assertum  
principale,  
ex duobus  
Ioānis locis  
in sua prima  
Canonica.

rit, mendax est. [ *No amays al proximo, y dezis q; amays à Dios, que le amo,* ] mentiris, nam qui vere amat, amat, & odit, quidquid amat, vel odit ille, quem amat; vt igitur Petrus ostenderet, verè Christum diligere, se de rebus Ioannis magnopere solicitem præbet ostēdens omnia, quæ ad illum attinebant carissima habere, & tanquam propria; *Quia à Christo dilectus erat, & hoc ostendit, dum de illius successu inqui- rit dicens. Hic autem quid.*

*Iohann. 21.*

Loquitur sponsus de sponsa Cant. B 2. aitque. *Surge propera amica mea, iam enim hyems transiit, &c. flores apparuerunt in terra nostra, vox tururis auditæ est in terra nostra.* Pūgit locus (ait Bernardus) nam miror, quod sponsus, de cœlo cum sit, se de terra iterum, iterumque esse protestetur. *Minimè iam dissimilare queo* (inquit) *quod esse se- cundo, is qui de cœlo est, de terra lequa- tur?* Terra (inquit) nostra, terra nostra; At statim causam subindicans ait, esse hæc amantis verba, voluisseque sponsum placere sponsæ, suamque erga ipsam dilectionem cōmendare ostendendo, terram habere pro sua, quia sponsa de terra erat, nam qui vere amant, amare tenentur, & habere tanquam propria omnia illa, quæ sunt cara illis, quos amant; & maximè in hoc suum erga illos commendat amorem; audi Bernardum: *Non (inquit) plane sponsi sonat vox, sed consortium, sed familiaritas, & amor tanquam spon- sus diligens hoc dicit non tanquam Do- minus:* Commendauit itaque his verbis sponsus, suam in sponsam dilectionem, ostendens habere pro proprio, id quod spōsæ carum erat; terra nēpē, ex qua erat, idèò ait: *terra nostra, terra nos- tra;* item vt Petrus suam erga Christum dilectionem commendaret, de Ioanne Christi dilecto interrogat ostēdens, sortem illius habere pro propria, siquidem adeò proprius Ioannes est Christi, quem Petrus in-

*Bern. ubi su-  
pra.*

timè diligebat.

CIR-

A  
CIRCA EADEM SACRI  
contextus verba.

*Hic autem quid?*

ANNOTATIO XI.

*Ioannes plusquam Angelus non natura,  
sed meritis.*

Additur aliqua de Ioannis excellentiis ultra illa, que dicta sunt ab Auctore in suo Completorio, cap. 21.

*Ioan. 21.*

*Ibidem.*

*Ibidem.*

*Estuant Angeli amore,  
& estuant Ioannes amore  
instar Angeli*

*Baron. cap. 9.  
Annal.*

**M**EMINI me de hoc argumendo multa dixisse in meo vita Christi completorio cap. 21. vbi Ioannem nouum dixi in carne Angelum ex Gavrico Abate serm. de Virginis Assumptione: addo nunc quae sequuntur, dicoque optimè ad Petri interrogatum, responderi posse; *Hic autem Angelus: immo, hic autem plusquam Angelus:* ne autem me somniasse putas, cum hanc, ad Petri interrogationem, responsionem inueni; audi quae dico, disquire, & considera, & fortasse iudicabis, responsionem meam literali sensu valde vicinam, de morte loquebatur Christus, qua volebat a Petro sequi, & imitari, cum dixit: *sequere me,* & de Ioannis mortis genere ex consequenti interrogavit Petrus Magistrum suum, cum dixit: *Hic autem quid?* Aliter enim inepta esset interrogatio, & a proposito sermone disconueniens: si ergo de Ioannis morte Petrus interrogavit, dicens: *Hic autem quid?* id est, quo mortis genere discessurus est Ioannes ab hac vita? congruenter illi respondere possumus: *Hic autem Angelus, id est, iste ad instar Angeli permanebit semper amore estuans, immo, hic plusquam Angelus, estuant namq; Angelus amore, sed non patitur, sed non moritur, at Ioannes amore estuans vitam finiuit: postquam per 65. annorum spatium (ut ro. 2. Annal. fuorum cap. 9. obseruauit Baronius) ab eodem amore, & a sui charissimi Magistri absentia continuo cruciatus animam exalauit.*

*C*

*D*

Nullus equidem vñquam adeo sanguis, adeo diligens tormentorum excogitator Diocletianus fuit, qui cum amore, & absentia potuerit comparari: breue durat ad tempus tyrannorum tormenta, at istorum, quos posui tamdiu durnat, quādū dilectus abest: & quidem si de amore loquamur, in æternū cruciat, quia æternus est; vis scire quā atrociter fuerit Ioannes ab amore, & a sui dilectissimi Magistri, cruciatus absentia? Perpende Ambrosii circa hanc rem Philosophiam sermone undecimo in Psal. 118. *Quicquid, inquit, est quod vehementer experitur, nisi eius maturum habeamus effectum; id nobis vietetur longa quādam intentione laxari, & quicquid est desiderabile, quandiu non contingit desideranti, tamdiu deficit in illud, & quasi ipsam deponit animam, qui desiderat.* [ *Siempre està con agonias de muerte quien ama ausente.* ] Ecce Ioannes plusquam Angelus; estuant namq; & flagrat amore Angelus, sed absentia tyrannide non experitur, semper enim videt faciem patris: ac Ioannes, & estuant & flagrat amore, & continua absentia tyrannide per multorum annorum curriculum cruciatur.

*Quid nouum, & insolens iudicabis audire; si dicam: è duobus martyribus quos amor, & absentia excruciarunt, Beatam scilicet Virginem, & Eangelistam Ioannem, esse istum, illi in aliquo præferendum, nempè Ioannem virginem, ne queso, quid insolens audire iudices; audi quid dicam: duos hos martyres excrucierunt isti duo tyranni amor, & absentia; at si Virginem intentius, Ioannem diutiū: qualecūq; habuit Beata Virgo in suo cruciato solatum, Ioannem nempè quem Dominus suo loco reliquit, dicens Iann. 19. *Mulier ecce filius tuus: Ad desolata solatum, amore filij in discipulo relinquebat:* ( ait ad hunc locum Hilarius ) at nullum Ioannes postquam Beata Virgo è vita migravit in cœlum, solatiū habuit; immo duplice tunc pugione trans-*

Amor, & absentia tortores acerrimi.

Amor in æternum cruciat.

Ioannes ab amore, & ab absentia Christi magnopere cruciatus.

*Amb. ser. 10.  
in Psal. 118.*

Angeli flagrati amore, sed absentia minime cruciantur.

Ioannes ab absentia diutius cruciatus, quā Virginem Beata.

*Ioan. 19.*

*Hilarius ad hunc locum.*

Beata Virgo plus Joanne pertulit intensiè , at plus Ioannes Beata Virgine extensiè .

Ioannes plus quam Angelus. 22.

Apoc. in c. 19

Disquiritur locus à Patribus.

Homines a-  
li qui Ange-  
lis superio-  
res , ex loco  
Esaiae ca. 56.  
& ex Patri-  
bus inta ci-  
tatis .

Magn. Greg.  
3. par. Cura  
Pastoralis.

transfossus continuò cruciatus est, ab absentia scilicet sui Magistri, & Matris suæ dixi ne quid insolens aut quid nouum? non probabis; nam, et si intensiè plus pertulit Beata Virgo: Ioannes extensiè plus cruciatus est.

At ad præsens intentum iterum reuertamur, & plusquam Angelum fuisse Ioannem ostendamus: flagrat, & æstuat amore Seraphim, sed non patitur, sed non moritur: flagrat, & æstuat Ioannes amore, sed patitur, sed cruciatur, sed moritur, si quæreris igitur cum Petro; *Hic autem quid?* Petro dico, & tibi, *Hie plusquam Seraphim:* Est insuper, & fundamentum aliud, à quo Ioannem dicamus, *plusquam Angelum* sumptum ex cap. 19. Apocalypsis, vbi refertur, quod cum vellet Ioannes ad Angeli pedes se prosternere; id neutiquam passus est Angelus, sed protestatus est dicens: *Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum:* Multi sunt Patres in inquirendis rationibus, & causis ob quas Angelus refugit Ioannis obsequium; (Reliquis dimissis) vnam tantum assūmam; cognouisse nempè Ioannem non tantum sibi parem, sed ob virginitatem superiorem; quæ maxima est virginitatis prærogatiua; Homines nempè Angelis facere superiores, quod ex illo Esaiae loco cap. 56. ostendunt Patres: *Hac dixit Dominus Eunuchi;* qui custodierunt Sabbathamea, ut elegerent, quæ ego volui, & tenuerint fædus meum; labo eis in domo mea, & in muris meis, locum, & nomen melius à filiis, & filiabus, nomen sempiternum dabo ei; quod non peribit: *Quem locum de Virginibus intellexerunt Augustinus libro de sancta Virginitate cap. 23. & 24. Diuus Ambrosius in exhortatione ad Virgines, & libro de institutione Virginum cap. 16. Diuus Hieronymus lib. 1. aduersus Iouinianum: Diuus Basilius de vera Virginitate, diuus Gregorius Magnus 3. parte Curæ Pastoralis, vbi ex hac autoritate clare demonstrat, Virgines Angelis à Deo*

A anteferri: *Eunuchi* ( inquit ) sunt, qui compressts motibus carnis, afflictum in se praui operis absindunt; Quo autem loco apud Patrem habcantur, ostenditur, cum dicitur; *Quia in domo Patris, videlicet in eterna mansione, etiam filii preferantur,* & ne dubium aliquod inesset rei statim annexit, per filios Angelos intelligi; Quod optimè confirmauit Cyprianus lib. de disciplina, & habitu Virginum, vbi eleganti metaphora Virgines *illustriorem portionem totius Christi gregis appellauit.*

B Quod si Virginitas hominem reddit Angelo superiorem, quanto superior Ioannes Angelis erit, qui omnes Virgines (vna excepta) superauit? Audi Damiani Petrum sermone 1. de laudibus Euangelistæ. *Refugit* ( inquit ) Superat Angelus obsequium à Ioanne suscipere, quem nouerat apud communem iudicem locum gratiæ familiariter obtinere: tunc addit; *Quamuis enim in omnibus sanctis semper sit Angelica munditiæ con-* ser. 1. de laudib. eiusdem Ioannis.

C tubernalis, & cognata Virginitas; Beatus tamen Ioannes tanto reliquos Virgines superat, quanto Virginitati Beatae Mariae, per sedulitatis, ac perpetuae custodie meritum appropinquat; à qua sola videlicet præeeditur; quia virginalis fæcunditas, quæ est in Maria nullis est omnino meritis comparanda: sed sicut veneranda Matris Domini virginitas, Beati Ioannis virginitatem excedit, siccipse pro gloriose eius contubernio cateros, à mundi primordio virgines antecellit. Ecce unde fundamentum dessumo, ut ad Petri interrogatum; *Hic autem quid?* Respondeam: *Hie plusquam Angelus.* Hic ( inquam ) plusquam Angelus dilectione æstuans; *Hic plusquam Angelus* virginitate prestantis.

D Antecellit Ioannes virgines omnes vna Beata Virginis excepta.

Enimvero Chrysostomus ex discrimine, quod ingerit inter virginitatem in hominibus, & in Angelis, clarissime infert, illustrissimā in illis, quam in istis esse eandem virginitatem; illustriorem proinde hominem reddere,

*Causa cur  
virginitas  
j'ulterior sit  
in homini-  
bus, quām in  
Angelis, ex  
Chrysost. lib.  
de virginita-*

re', quām Angelum; quod probat in Helia, & Elisæo, & in Euangelista Ioā-  
ne: *Ez* (inquit lib. de Virginitate, qui  
tomo 5. suorum operum continetur)  
*En* (inquit) *dīscrimen*, quo virginitas  
mortalem repente attollit, modo si ea vera  
sit; etenim quare Ioannes ab Angelis dif-  
ferebat nulla in re, nisi quia mortali na-  
ture erat obstrictus: *At si quis accura-  
tē inquirat, nihil idē Angelis dete-  
riorem esse intelligat; immō in hoc ipso,*  
*quod inferior videbatur, valde illi supra*  
*Angelum ad laudem facit: Nam in ter-  
ra degens, & sub mortalis naturae neces-  
itatem subiectum ad eam virtutem enade-  
re potuissit, vide quantæ fortitudinis sit:*  
Hunc igitur, qui in carne positus An-  
gelicam castitatem seruauit meritò  
dixerim plusquam Angelum.

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Hic autem quid? quid ad te?*

## ANNOTATIO XII.

*Postulationes incongruae nunquam re-  
sponsiones meruerunt conformes:  
Aliter verò in iis, quæ ad rem at-  
tingent.*

*N*on absque maxima pensatio-  
ne præterire sum ausus ad Petri  
quesitum, non solum non respondisse  
Magistrum, sed & discipulum incre-  
passe, dicens ei; *Quid ad te?* Cum præ-  
sertim videam, inferioris conditionis  
personis interrogantibus respondisse  
Christum, idque minutatim, & conse-  
quenter. Interrogat Nicodemus Chri-  
stum Dominum Ioannis 3. dicens:  
*Quomodo posse homo renasci, cum sit se-  
nix? numquid potest in ventrem Matris  
sua iteratò introire?* Cui statim Domi-  
nus consequenter respōdens ait. *Amē*

Pars 2.

*Ioann. 21.*

*Ioann. 3.*

*dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua,  
& spiritu sancto, non potest introire in  
Regnum Dei: Cui iterum interrogan-  
ti; *Quomodo possunt haec fieri?* Iterum ibidem.  
etiam patienter satis, & satis conse-  
quenter respondit Dominus. Miror  
equidem tanta patientia, & tam di-  
stinctè semel, ac iterum respondisse  
Iesum Nicodemo, cum præsertim a-  
pud Augustinum legam, non interro-  
gasse ad intentum: *Spiritus* (inquit) *Io-* Aug. ibi.  
*quatur, & ille carnem sapit: Addo insu-  
per reliquis Pharisæis interroganti-  
bus: quomodo posset carnem suam  
dare ad manducandum Ioannis 6. ad *Ioann. 6.**  
interrogatum, (quod satis congruum  
videbatur) consequenter non respon-  
disse, sed aliò orationem diuertisse.*

Interrogat apud eundem Ioannem  
cap. 4 mulier illa Samaritana Christū  
dicens; *Quomodo tu Iudeus cum sis, bi-  
bere à me petis, quæ sum mulier Samari-  
tana?* Atque ex interrogatione non  
offensus consequenter respondet, di-  
cens: *Si scires donum Dei, & quis est,*

*C*ui dixit tibi: *Da mihi bibere, &c.* Mu-  
lier itaque, cum qua sermonem inire  
prohibitum erat ex lege, consequen-  
ter respondet Christus Dominus; Pe-  
tro verò Apostolo suo, & Vicario in-  
terroganti, non solum non respondet,  
sed insuper eum arguit, dicens: *Quid  
ad te?* Mira quidem res! & pensatio-  
ne digna! adinuenit tamen Albinus  
fundamentum, & causam, protulitque  
dicens responsione 39. ad dubia in

*D* Ioannis Euangeliū: *Phariseus Magi-  
ster, & peccatrix mulier, quod ad rem per-  
tinebat, interrogant; Petrus verò, et si  
Ioannis necessitudine ductus, quadam ta-  
men animi appetentia scire exoptabat,  
quod ad eum non attinebat; Unde non  
solum responsum suæ menti conforme non  
acepit, sed insuper à Christo increpatur,  
dicens ei: Quid ad te?*

Multoties docuit Christus Domi-  
nus reprimendam illorum esse audi-  
tatem, qui scire exoptant, & humana

V curio-

Cut Christ⁹  
Petro inter-  
roganti de  
Ioanne non  
respōdit: sed  
arguit, ex  
Albin. respō  
sione 39.

curiositate ducti interrogant, quod ad eos non pertinet, sed id præcipue ostendit, in hac ad Petrum responsione, ab eius quæsito longè diuersa, & in obiurgatione ad reliquos Apostulos, qui eadem curiositate ducti Magistrum de mundi consummatione interrogarunt, dicentes Matthæi 24.

*Magister quando hæc erunt? ad quos Christus Dominus: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, Actorum 1.*

Multus est Ioannes Chrysostomus in condemnanda ex hoc loco eorum auiditate, qui curiosè interrogant, quod

ad illos non attinet homilia 9. in primam epistolam ad Thessalonenses, vbi puerilem vocat auiditatem, & appetitum: *Pueri (inquit) simpliciores nō cessant obtundere aures educantium, cœbritate questionum, in quibus nihil aliud est, quam auiditas sciendi, quod ad illos non attinet; unde Dominus ad Apostolos dixit. Non est vestrum nosse tempora, & momenta, &c.* Et ad Petri interrogationem alludens ait; *Audivit hoc Petrus, qui erat Apostolorum Princeps, ut qui desiderauit scire, quod ad illum non attingebat.*

Interrogatio de re,  
qua non attingit puerile  
sapit auiditatem, ex Chrysostomo.

Matth. 24.

Act. cap. 1.

IN

I N  
EVANGELIVM FESTI-  
VITATIS SANCTORVM  
INNOCENTIV M.

Ex Matth. capite 2.

*Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: surge, & accipe puerum, & Matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi, usque dum dicam tibi: Futurum est enim, ut Herodes querat puerum ad perendum eum. Qui consurgens accepit puerum, & Matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum, & erat ibi usque ad obitum Herodis, ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam, dicentem: ex Aegypto vocavi filium meum: Tunc Herodes videns, quod illusus esset a Magis, iratus est valde; & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius ab imatu, & infra, secundum tempus, quod exquisierat a Magis. Tunc impletum est, quod dictum est per Hieremiam Prophetam dicentem. Vox in Rama audit a est, ploratus, & vulnus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.*

L I T E R A L I S   E X P L A N A T I O .

Quo tempore, &  
anno  
apparuit An-  
gelus Ioseph  
admonens,  
ut cum pue-  
ro, & Ma-  
tre eius in  
Aegyptum  
fugere.



E quo tempore, & loco Angelus Domini Iosepho appa-  
ruerit in somnis, ip-  
sique praeceperit, ut cum benedicto in-  
fante, & cum eius  
sacratissima Matre in Aegyptum fu-  
geret, dubia valde quæstio est, quæ ex B  
quibusdam vtriusq; Euangelistæ ver-  
bis (Matthæi scilicet, & Lucæ) exurgit;

Pars. 2.

nam Lucas, statim ut enarravit illam  
summæ humilitatis actionem, quam  
Beatissima Virgo peregit, dum se legi  
Purificationis, & infantem Iesum re-  
demptionis, item legi subiiciens ad  
Templum Hierosolymitanum ascen-  
dit, seq; & illum Domino præsentauit:  
statim annexit dicens: *Et ut perfe-  
runt omnia, secundum legem Domini, re-  
uerfi sunt in Galileam in ciuitatem suam  
Nazareth:* Ex quo colligi clarè vide-  
Lucas cap. 2.  
tur,

V 2

Disquiritur tempus, & annus, in quo Innocentes infantes pro Christo occisi sunt.

tur, nō illo primo, in quo Christus natus est, anno, eius in Aegyptum fugam accidisse, neque ex consequenti innocentium mortem; siquidem post Beataissimae Virginis quadraginta dierum Purificationem, (vt ex eius humilitatis sumpto fundamento ita loquamur) cum Benedicto puerō, & cum Ioseph sponso suo in domum suam regressa est in pace, & absq; vlo Herodis metu; postquam verò ibi per aliquid tempus permāsit, diuulgatisq; iis, quæ Simeon, & Anna in Templo de puerō protestati sunt; in memoriam reducens Herodes Magorum illusionem, (quos usque tunc ex verecundia sui erroris, ad ipsum non fuisse regressos existimabat) in iram fuisse cōcitatum, & se se ad puerum perdendum accingens, præcepisse occidi omnes pueros à bimatu, & infra, qui in Bethleem, & in confinibus eius reperirentur: ante cuius deliberationem apparuit Angelus Domini in somnis Ioseph dicens.

*Matth. cap. 2. Accipe puerum, & Matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi, usque dum dicam tibi; futurum est enim, ut Herodes querat puerum ad perdendam eum.*

*Matthai 2.* At hoc stare non posse videtur cū verbis Matthæi, qui ait, statim vt Magi recessere apparuisset Angelus Ioseph, ipsumque monuisse, vt cum puerō, & Matre eius in Aegyptum fugeret, vt Herodes tyrannidem declinaret: Nam postquam dixit Magos per aliam viam regressos fuisse in Regionem suā, statim annexit: *Qui cum recessissent, ecce Angelus Domini apparuit Ioseph dicens: surge, & accipe puerum, & Matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi, usque dum dicam tibi; futurum est enim, ut Herodes querat puerum ad perdendam eum:* statim prosequitur dicens. *Qui consurgens accepit puerum, & Matrē eius nocte, & secessit in Aegyptū;*

*Si ergo ubi primum Magi decesserunt, Angelus Domini Ioseph apparuit, & Ioseph illicet consurgens in*

A *Ægyptum secessit, in Bethleem apparuit Angelus Ioseph, & non in Nazaret; neque Beata Virgo ex Bethlemitica spelunca in Galilæam reuersa est, vt Lucas ait, sed statim secessit in Ægyptum, (& ipsa cum benedicto infante discendente) innocentium vastitas, & mors subsequuta est, vnde adiuticem contrariai videntur Euangelistæ.*

*Luca 2.*

B *Adeò pupugit Epiphanium hæc dubitatio, vt sibi persuaserit, Magos duos annos post Christi Nativitatem ipsum adoraturos venisse, ipsumque reperiisse in Bethleem cum Matre, & Ioseph, qui quotannis ascendebant in Hierusalem ad adorandum Dominum de more Iudæorum: quibus discendentibus, tunc apparuisse putauit Angelum Ioseph, monuisseque, vt puerum in Ægyptum asportarer, ne Herodes eum perderet, & de hac discessione à Bethleem in Ægyptum intelligendum esse Matthæū, cum dixit: *Qui cum recessissent, ecce**

*Matth. 2.*

C *Angelus Domini, &c. At verò Lucam loquutum fuisse de tempore Nativitatis Christi, quando Beata Virgo, & Ioseph (peractis omnibus, quæ leges præcipiebant) circumcitione scilicet, & in Templo Purificatione, in Galilæam reuersi sunt in ciuitatem suam Nazareth: ita sentit Epiphanius Hæresi 51. cuius opinio admittenda non est, quia exp̄ressè pugnat cum eo, quod cōmuniter tenet Ecclesia, Magos nempè Christum Dominum die ab eius Nativitate 13. adorasse.*

*Rejicitur opinio Epiphanii.*

D *Aliter litem dirimit Augustinus libro secundo de consensu Euangelistarum capite quinto, ait enim sic: vt Matthæus narrat contigisse, quod nempè eodem anno, & mense, quo Christus natus est adoratum fuisse à Magis, & quod ipsis recedētibus, apparuerit Angelus Ioseph, & præcepit de fuga in Ægyptum, sicque ex eadem*

*Opinio Augustini de hac re.*

**A** eadem spelūca, in qua Christus à Magis adoratus est, in Ægyptum profectum fuisse Ioseph cum puerō, & Matre eius: At Euangelistam Lucam loquutum fuisse de regressu ex Ægypto in Nazareth, de quo & Matthæus etiam meminit in fine capitū 2. Nam (vt Augustinus sentit) Lucas prætermittens enarrationem secessus in Ægyptum, statim adiunxit, iis quæ per acta fuerant in Bethleem, regressum pueri Iesu cum Matre, & Ioseph in Galilæam: Augustinum in hoc consiliandi modo sequuntur Beda, Cayetanus, & Iansenius; vtrum autem Lucæ verba hanc admittant sententiam, an non (Lector humanissimè) tu diuidas; ego enim propter tanti Patris autoritatem, quod sentio, proferre non audeo.

**D**iui Anselmi, & Chrysostomi a liorumq; Pa-  
tri sententia.

Placet tamen diui Anselmi ad hūc locum sententia, ac diui Chrysostomi homilia 9. in Matthæum, Euthymii, & Abulensis, sic Euangelistas consiliantium; Quod adorato Christo à Magis die 13. post eius Natiuitatem, & peractis omnibus, quæ præcipiebantur in lege profecta, siue reuersa fuerit Beata Virgo cum puerō in Nazareth: vt Lucas expressè testatur, cumque iam ibi essent, apparuisse Angelum Ioseph, & de fuga in Ægyptum præcepisse; propter Herodis tyrannidem, qui expectato aliquot diebus Magorum regressu, vidensque se ab illis delusum, & audiens omnia illa, quæ Simeon senex, & Anna vidua de puerō in Templo publicè protulerunt in iram, & rabiem concitatus omnes pueros à duobus annis natos, & infra usque ad tempus, quod à Magis exquisierat occidi præcepit, vt inter eos Christum occideret.

**C**ontra An-  
selmi sen-  
tia dux ob-  
jectiones.

**M**atthæi 2.  
Duo obiicies; primum verba Matthæi; *Qui cum recessissent: Ecce Angelus Domini apparuit Ioseph, &c.* Quibus Euangelista indicare videtur, il-

Pars 2.

licò post Magorum discessum, Angelum apparuisse Ioseph; illicoq; ipsum cum puerō in Ægyptum fuisse profectum, ac proinde in Nazareth cum Virgine non fuisse regressum, vt Lucas ait: ac proinde eandem remanere quæstionem, quæ omnino tollitur, si Augustini sententia admittatur.

**B** Secundo obiicies Herodem infantes à duobus annis natos iussisse interfici; quod non faceret, si tempus, quod exquisierat à Magis nō fuisset plusquam dierum tredecim, ad quid enim infantes iuberet occidi, inter quos Christus occidendum non erat?

Secundum  
quod obiici-  
tur.

Vtrique dubio satisfaciam, & in primis ad primum, colligi nempè ex verbis Matthæi, illico post Magorum discessum Angelū apparuisse Ioseph; ipsumque illico cum puerō, & Matre eius in Ægyptum fuisse profectum. Respondeo verba Euangelistæ ibi nō importare continuationem temporis, sed facti, siue successus; quia nempè post Magorum discessum, nihil puerō successit memoria dignum, nisi Angeli admonitio, & in Ægyptum secessus, ideo Matthæus (enarrato Magorum discessu,) statim adiunxit Angeli admonitionem, & in Ægyptum fugam; & hoc non tollit, quod inter utrumque aliqui mediarent dies, in quibus Virgo Beata cum puerō benedicto in Templo est præsentata, & in domum suam regressa, vt Lucas ait: Lucas itaque Virginis regressus meminit in domum suam, quem Matthæus tacuit; at Matthæus meminit Angeli monitionem, & profectum in Ægyptum, quod Lucas tacuit: vnde nulla inter eos contradic̄tio reperiatur.

Respōdetur  
objectionib;  
& in primis  
ad primam.

Ad secundum quod opponi potest, nempè ad quid Herodes iussisse interfici infantes duorum annorum, si tempus, quod à Magis exquisierat, paucorum esse dierum; primo

Respōdetur  
objectioni  
secunda,

V 3 respon;

respondeo, Herodem fidem non adhibuisse Magis circa tempus Nativitatis Christi, sicut illis non credidit referentibus puerum recenter natum esse Iudeorum verum Regem: ac proinde, ut infantem illum, quisquis ille esset occideret, omnes infantes discriminatim interfici percepisse: ultra quā quod, sicut impietas eū compulit infantes innocentes sine pietate occidere, ita & Christo maiores, & minores aetate, absque discriminē interficere: de quo peculiarem fortasse annotationem faciam, cum de moribus egero.

*Opinio Cayetani circa celeritatem, qua Ioseph Angelii admonitione & executioni dedit.*

*Iansen. ad cap. Matth. 2.*

Non displicet Cayetani opinio circa celeritatem, qua Ioseph Angelii admonitionē executioni dedit, eadem nempē nocte, in qua ei Angelus apparuit; quidquid de suppellectili custodienda Abulensis quæstione 59. in caput 2. Matthæi consideret: nam adeò pauperem suppellectilem habebat Virgo Beata, & adeò eam, & Iosephū sollicitos reddidit Angeli de imminēti puerō periculo admonitio, vt statim, & eadem nocte, relicta domo, & quidquid in ea erat in fugam se dederint: Quod optimè obseruauit Iansenius dicens ad hunc locum: *Non enim ante fugam (inquit) sarcinae diu colligendæ erant; aut debitores abeundi; aut facultates disponendæ; sed omnibus, si quæ erant, posthabitibus, id vnum tantum agebant, ut diuino mandato obdiren̄t, nihil de prouidentia Dei dubitan̄tes.*

*Disquiritur dubiū principale: de tempore nēpē, quo Innocentes occisi sunt.*

Posito quod Beata Virgo, è Bethleem, in domum suam fuerit regressa post Magorum adorationem, & post suam, & pueri Iesu in Templo presentationem, & quod à Nazareth in Aegyptum discessisset; adhuc restat inquirendum, an eodem anno, & occasione Herodes occiderit infantes; non desunt namque grauissimi Authores, qui opinentur, id post duos annos accidisse; quibus Hero-

A des Romæ, quam petierat, detentus fuit: alii verò anno integro elapsō, & diebus aliquibus accidisse affirmant in Ecclesiæ ritu fundati, quæ eorum transitum die 28. Decembris celebrat; cum autem hoc eodem anno, in quo Christus natus est fieri non potuerit, siquidem Christus Dominus die 25. eiusdem mensis natus cum sit, tres tantum dies interiecent: & innocentum mors, post Magi adoracionem acciderit, quæ die 13. post Christi Nativitatem per acta est; vnde ex

*Qui dicunt occisos fuisse innocentibus uno elapsō anno post Christi Nativitatem in Ecclesiæ ritu fundantur.*

B hoc Ecclesiæ ritu inferunt post annum vnum, vel duos à Christi natalicio Innocentes fuisse occisos: ita opinatur Aymon ad hunc locum, Hugo Cardinalis, & sequitur in glosa eorum opinio, vbi sic: *Verisimile est post annum, & quatuor dies à Nativitate Christi Herodem in pueros defuisse: Nō displicet opinio Bedæ, nam sic habet ad locum: utrum post annum Nativitatis Domini, an duos hanc necem Herodes confecerit, non appetet; nisi forte dicamus, quod post annum euolutum, & quatuor dies sequentis anni infantes iussiterit occidi, vbi dies Passionis eorum à Catholica veneratur Ecclesia: non est opinio improbabilis, quamquam suas patiatur instantias.*

*Glos. ad cap. Matth. 2.*

C At quod probabilius existimo, & Euangelico contextui vicinus, & conformius est Herodem paulo post Purificationem, & Virginis in domum suam regressum se à Magis illusum cognouisse, moxque infantium cædem perpetrasse; non enim vrget ratio in contrarium adducta ex ritu Ecclesiæ, nam solet multoties propter alias conuenientias, aliis diebus à sanctorum obitu, eorum natalitia celebrare.

*Bedæ de hac re opinio improbabilis non est.*

D Probabilior de hac re opinio.

Scire fortasse exoptabis, an omnes pueri duorum annorum, & infra Herodis iussu occisi sint, nam stante qualcumque ex duobus propositis opinioni-

*Fuerint ne occisi ab Herode omnes infantes duorum annorum, & infra.*

nionibus, nunquam necessarium fuit omnes occidi, si namque duo post A Christi Nativitatem anni decurrerat, quando infantium cedes patrata est, ad quid infantes vnius tantum anni occidendi erant, inter quos Christus occidendum non erat? & si unus tatum annus, ad quid à bimatu occiderentur? si denique (quod verius existimo) eodem anno quo Christus natus est, accidit infantium vastatio, ad quid illi, qui à bimatu erant occisi sunt? omnes tamen à bimatu, & infra occisos fuisse testatur Euangelista Sacer, & B tenet firmiter Beda, dicens ad hunc locum. *A filio vnius noctis, usque ad filium duorum annorum, Herodes occidit,* istius rei causam peculiari quadam annotatione habebis: sustine usq; tunc sciendi auditatem, dum ego Hieremij locum 31. quem suo contextui Euangelista inseruit enodare labore.

*Hierem. 31.  
Matth. 2.*

Vox (inquit) in Rama audita est, ploratus, & ululatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt, locus iste Hieremij, quem Euangelista adducit, ad innuendum clamorem, & lachrymas Matrum infantium pro Christo, ab impio Herode immanniter occisorum; secundū literalē sensum de decem Tribuum captiuitate intelligendus est, de qua, capite illo 31 ad literam vaticinatur Propheta, qui ita habet.

*Vox in excelso audita est, lamentationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios suos, &c.* Circa quæ verba duo annoto: in primis figuratè loquutum fuisse hic Prophetam, nam multum ante tempus mortua est Rachel, quam decem tribus in captiuitate ductæ fuerint; at dum sic Propheta

Sensus literalis loci  
Hieremij.

Fuit in loco  
Prophetæ si-  
guratè lo-  
quutus.

Annotantur  
duo circa  
Prophetæ  
vaticinium.

figuratè loquitur, significare intendit dolorem, & afflictionem, quam passa esset Rachel, si tunc viueret videns decem Tribus in captiuitatem redigi: Deinde aduerto, ideò ob captiuitatem harum Tribuum, potius Rachellam, quam Lyam, à qua etiam multæ Tribus prodiere, deplorasse ait Hieremij.

mias, quia Tribus istæ quæ in captiuitatem ductæ sunt ad Ephraim pertinebant, cuius Rachel auia erat, nam Ephraim filius fuit Joseph, Joseph auem Rachelis filius.

Idem hoc Hieremij vaticinum, ait Matthæus, in hoc euentu fuisse ad impletum; quod intelligendum est, secundum sensum mysticum; nam secundum literalē, iam fuerat (vt dictū est) ad impletum: sed præsens mysterium in figura indicabat.

• • • • • • • • • • • • • • • • • • • • • •

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Accipe puerum, & Matrem eius, & fu-  
ge in Agyptum; & esto ibi, usq;  
dum dicam tibi.*

## ANNOTATIO I. MORALIS.

*Tenera virtus non est periculis exponen-  
da, periclitatur namq; eius infantia.*

C

Diligenter scrutatur Diuus Ioan-

*CarDñs He-  
rodē fugit,  
cū possit ab  
eius manib;  
liberari, ex  
Chrysost. bo-  
s in Matth.  
& ex Petro  
Chrysol. ser.  
150.*

nes Chrysostomus hom. in Matth. 8. rationem & causam ob quā Christus Dominus Herodem fugerit, cuius insidias posset, si vellet facili- mè declinare, immò quamquam in eius manus incideret, gloriosius libe- rari: *Multū conuenientius videtur* (ait præfatus Pater) *in manus eum Herodis incidere, nec tamen cum incidisset, interfici; sed claro potius diuinitatis auxilio vindicari;* Et respondens dubio, ait idē Pater, id factum esse, vt diuini pueri, & eius fuga moneamus exéplo: quod autem exemplum nobis ab hac Christi fuga sumendum sit, optimè notauit Chrysologus serm. 150. dicens: *Non fugit Christus sibi, sed nobis: fugit, ut cedat tempori, non Herodi:* Ex quibus tanti Patris verbis edocemur tempori inseruire ad Christi exemplum; qui quamquam immēsæ virtutis esset; possetq; Herodis impietatem strenue

supe-

superare, quia tamen nobis operabatur, non sibi fugam in tenera etate arripit, qui in prouecta ultra morti se offerat, dicens Matthaei 27. *Quem queritis? Ego sum;* quo Christi facto edocemur non esse recenter natam, tenebamq; virtutem periculis immiscendam, sed usq; dum adolescat, & vires acquirat maximè obseruandam.

Optimus in hanc sententiā est locus ille Genes. 21. vbi afferit scriptura fecisse Abrahamum grande conuiuum

A in die ablactationis Isaac: *Fecit* (inquit contextus sacer) *grande conuiuum in die ablactationis Isaac:* expendo locum, & quæro, cur Abraham hoc grande conuiuum non fecerit, quando natus est Isaac? præsens namque pueri adeo spectata Natiuitas, hoc potius grande conuiuum postulabat, quam ablactationis tēpus, & dies, in quo iam a multis diebus Abraham, & Sara filii præsentia lætabantur; at natu Isaac nō legimus fecisse conuiuum, & cum adolescere, cepit fecisse legimus, quid hoc habet mysterii? non multum distat Oleastri responsio à mystica ratione, quam indagamus: *Docemur*, inquit, *gaudere, cum nostri ab his, quæ puerorum sunt, ad maiora proficiunt, ut nō sint semper parvuli fluctuantes:* fluctuant equidem parvuli infantes, secundum vitā, & secundum mores, multis casibus semper expositi, ideoq; potius sollicitantur circa illos parentes, quam lætantur.

B Optima vtitur Rupertus in Ioan- nem metaphorā, qua ostendat periculum, quod subit tenera virtus, dicens: *Neq; parua cymba in magnos fluctus, neq; parua virtus in magna discrimina, & labores immitenda est ne submergatur.* Hæc Rupertus; neq; minus idoneam iudicabis alteram metaphorā, qua Pater Ambrosius idem periculū exponit, cui subiicitur tenera virtus occasionibus exposita, selegi ex eius lib.

C 4. in Luc. cap. 2. vbi sic habet: *Eadem est natura virtutis, quæ nemorum, ut si adhuc exigua de terrenis, ad superna se subrigant, dum teneris ætas adolescit frödibus, seu veneno dentis obnoxia, facile, aut succidi possit, aut vri; si vero alta se radice fundauerit, & ramorum sublimitate sustulerit, frustra iam & ferarum morsibus, vel lacertis agrestium, vel diuersorum flatum procellis arbor tentetur.* Quæ quidem Ambrosii metaphora, quasi coincidit, cum illa florū me-

D taphora, quam apposuimus ex Bernardo; est enim tenera virtus, teneris floribus, seu arboribus recenter satis, per quam similis, quæ a quocumq; flatu, vel leuissimo impelluntur, & eradicantur, vnde necesse est, ut periculis, seu tētationibus minimè exponatur, exemplo illius campi floris, qui ne ab Herodis flatu marcesserit in Ægyptum secessit.

Inquirit Pater Gregorius lib. 24. Moralium cap. 13. fundamentum, & causam, cur nō statim Dominus filios Israel de Ægypto egressos introduxe-

Rup. in Ioan.  
nem.

Ambro. li. 4.  
in Luc. c. 2.

Matth. 2.

Cur Deus fi-  
lios Israel ab  
Ægypto e-  
ducēs, nō eos  
statim breui  
itineri in  
promissa ter-  
rit

Math. 27.

Genes. 21.

Expenditur  
locus.

Oleaster ad  
huc Genes. lo-  
cum.

Per teneros  
flores tene-  
ras virtutes  
accipit. Bei-  
nardus.

Bern. ser. 63.  
in Cant.

ia introdu-  
xit, ex Gre-  
go. lib. Mora.  
24. c. 13.

Exod. cap. 30.

Greg. vbi. su.

Amplifica-  
tur, & illu-  
stratur prae-  
fens afferit,  
ex loco Iu-  
dic. cap. 8.

Ibidem.

Angelom. ad  
hunc locum.

rit in terram Promissionis, sed per longum iter illos deducens, & postquam per quadraginta annorum spatium illos laboribus exercuerit, ac calamitatibus indurauerit: tunc eos bellis Philistinorum exposuit, qui promissam terram possidebant, literalē rationem assignat contextus sacer. Exodi in c. 13. dicens: *Cum emisisset Pharaon populum, non eos dixit Dominus per viam terrae Philistim, que vicina est, reputans ne forte peniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuenteretur in Aegyptum: ex quo loco probat Gregorius, receter à peccato liberatos, in quibus modica adhuc fortitudo, & virtus est, difficilibus temptationibus non esse obiciendos: audiamus Patrem: Ex Aegypto, inquit, exenibus, è vicino bello substrabantur, quia dereliquentibus seculum, quedam prius trāquillitas ostenditur, ne in ipsa sua teneritudine, atq; inchoatione turbati, ad hoc territi redeant, quod euaserunt: prius securitatem suauitatis sentiunt, prius pacis quiete nutriuntur: post cognitam verò dulcedinem, tanto iam tollerabilius temptationum certamina sustinent, quanto in Deo altius cognovere, quod ament.*

Illustrari potest tam locus superius adductus, quam Doctrina Gregorii, spiritu loci illius Iudicum 8. vbi ait sacra pagina, quod tradiderit Gedeon primogenito filio suo Iether duos Reges vinclitos, quos superauerat, Zebec neppe, & Salmana, iusseritque, ut gladium euaginas illos occiderit, ut à belli sanguine non timeret, & statim addit sacra pagina, dicens: *Qui non eduxit gladium, timebat enim quia adhuc puer erat; obseruat locum, & dispungit Angelomus, aitq; Imbecillis virtus gladium contra vitia euaginare non valet, necesse est indurescat, ut in illa preualeat.*

A D I L L A S A C R I  
contextus verba.  
*Tunc Herodes videns, quod illusus es-*

**A** set à Magis iratus est valde, & mitens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem.

## ANNOTATIO II.

*Ex nefario mentis conceptu, non nisi iniquus fætus producitur, unde Herodes, concepta inuidia, de Magorum adoratione, peperit iniquitatem occidendo Innocentes.*

**H** Vius asserti confirmationem, breuiissimo quodam proverbio, protulerunt Graeci dicentes: *Mali cerui, malum ouum: [H]yo de malo, no puede ser proverbiu[m] bueno]* <sup>Græcorum</sup> communiter dicunt Hispani, quod in puella inuercunda, & saltatrice ex impii Herodis, & impiæ Herodiadis adultero nata, optimè obseruauit Chrysolog. serm. 74. Respondit, inquit, *suo turpis generi, dum patri compleat turpiori, de adulterio namq; turpi, non nisi turpis debuit procreari;* circa quam materiam optimè philosophatur Chrysostomus in expositione Psalmi 7. quem statim afferam, & enodabo, atq; Psalmi verba in hunc sensum, non cogendo, sed secundum Patrum mentes exponendo adducam: *Fætus* <sup>Chrysost. ad</sup> *(inquit Chrysostomus) similes semini- psal. 7.* *büs nascuntur;* *vnde qui à timore Dei concipiunt, attestante Propheta, parturiunt spiritum salutis;* *qui verò oua aspi- dum rumpunt, fætus eorum erumpunt in regulum.* In hanc eandem sententiam venit ille locus Job in cap. 15. in quo de iniquis impii cuiusdam conatibus, & actionibus agens, sic ait: *Concepit dolor, & peperit iniquitatem, & eterus eius preparat dolos,* <sup>Esa. 26. &</sup> *vbi (vt Diuus Thomas diligenter annotauit) conceptio, pro intellectione accipiēda est, & eterus pro mente, ita ut tales sint impii cuiusq; actiones, quales in mente cōcepit iniquitates.*

*Locum Esaiae superiorius adductum, quem Chrysostomus assumit in confirmā-*

<sup>D. Thom. ad</sup>  
*būc locū Job,*

firmationem suæ sententiæ de Iudeorum inuidia contra Christum intellexerunt Cyrillus, & Procopius, qui talia facinora perpetrarunt, qualis inuidia fuit, quam contra illum conceperunt, quæ quidem locum simul cum Chrysost. doctrina ad Herodē optimè accommodare poteris, quin & locū Iob, qui Herodes; quia dolorē maximum concepit, & inuidia cruciatus est, quādo audiebat à Magis venisse ad alium adorandū Iudeorū Regē Innocentes occidit; à tali namque conceptu, quid aliud in lucem prodire poterat, nisi conatus occidendi Christum, & infanticium innocentium atrocissima vastatio?

Sed est locus alter, quo propositam veritatem in Herode confirmes, Psalmi nempè 7. verba illa. *Ecce parturit iniustiam, concepit dolorem, & peperit iniunditatem;* in Caimo namq; & in Herode hæc eadem Psalmi verba verificari posse, ait Dydimus; nam Herodes (inuidia concepta) parando dolos cum Christum occidere non potuerit, peperit iniunditatem, Innocentes occidendo instar Caim, qui, concepta inuidia, & parando dolum, Innocentem Abel interfecit: Expendam Psalmi verba cum Patribus, & accommodabo Herodi cum Dydimo.

*Disquisitio  
Psalimi loc⁹.*

Inuidia semel cōcepit, & bis partit, & prius partit, quā concipiatur. Iniquorum mētes, ex se ipsis ad iniunditates, & iniunditias proprie, ex Bert. dub. 78 in vetus testamentum,

A vno vnico coitu multas parturiant iniunditates, & iniunditias: *Steriles (inquit) iniquorum mētes, ad gignendas virtutes sunt; at ad iniunditias so boles proferendas, ita facundæ, ut ex uno coitu multū producant iniunditatum, ide, & ex una mala diaboli persuasione; multas iniunditias actiones:* Quod idem Pat er comprobat in Davide, qui ex uno carnis desiderio, adulterium perpetratus est, & homicidium, Regum 2. capite 11. facunda igitur in iniunditibus ferendis, seu producendis, ex uno coitu, idest, ex una inuidia contra Christum concepta; multas peperit iniunditates, nam prima iniunditas dolus fuit, quo Magis dixit: *Ite, & interrogate diligenter de puerō, & cum inueneritis, renuntiate mihi, vt ego veniens adorem eum:* Ad quem locum optimè Chrysostomus. *Deuotionem promittit, & gladium acuit:* Optimè etiam ostendit, nefatiū hunc primum Herodis fœtum Tex. Chald. Caldaycus, qui loco iniunditiae, habet mendacium; ubi primum igitur cōcepit inuidiam contra Christum, statim parturiuit mendacium, dicens se velle ire ad adorandum puerum, quæ quærebat ad occidendum: congruit factum cum Græcorum Prouerbio: *Mals corui malum ouum;* Primum inuidia fœtus mendacium fuit; nam (vt loco superius adduēto obseruat Chrysostomus:) *Fœtus similes seminibus nascentur:* Secundus fœtus prauæ istius conceptionis, iniunditia fuit, & impietas; nam (vt alibi dixi) omnis iniunditus, impius est; vndē ab hac iniunditia, quam Herodes, in priuando vita infantes, commisit, impii nomen fortius est; *Hos̄is (inquit Ecclesia) Herodes impius, &c.*

D Secundum, quod in loco anno-taui, fuit, quod posuerit Dauid ante conceptionem partum dicens: *Parturiuit iniunditiam, concepit iniunditatem;* nā secundum naturæ ordinem prius est concipere, quā parere, ad quem dubium respondet Cassiodorus, id im-

*2 Reg. cap. 11*

*Matth. c. 2.*

*Chrysost. ibi.*

*Tex. Chald.*

*Graec. Prolog.  
Chrysost. ad  
Psal. 7.*

*Vndē Herodes impii fortius est nomen.*

*Psal. 7.*

*pio-*

piorum mentibus accidere in producendis fœtibus impietatis; quod aliquibus fundis, qui tantam ad alias nocivas herbas producendum professionem habent, ut ipsas producant ex se absq; semine: *Præcedit*, inquit, *bis parturitio conceptionem*, ut intelligamus malitiam impiorum, non ex alieno mali esse conceptam, sed esse propriam, absque causa profecto Herodis inuidia fuit, quam in Christum concepit, vnde ex ipsiusmet impietate orta est.

*Dydim. ad eundem Psal. locum.*

Ad præsens successum, de quo agimus, accommodatior est dubii solutio, quam habet idem Dydimus, quem retulimus; ait enim in hoc perturbato, & anteposito naturæ ordine, voluisse significare Psalmistam, perturbationem, quam causat peccatum, vbi primum concipitur: peruerit enim animum, cōfundit intellectum, & omnia anteuerit, quod per optimè concordat in Herode, de quo ait Evangelista cap. 2. quod statim turbatus fuerit, vbi primū audiuerit à Magis, quod Rex alter eo lōgē superior natus fuerit: *Audiens*, inquit, *Herodes turbatus est*; à quo (inquam) turbatus est, nisi ab inuidia, quam statim concepit, vt audiuit à Magis, se adoraturos venisse Iudeorum Régem, quem ipse, se, & non aliud esse putabat? *Inuidia obcaecatus* (ait Arelatenfis Hilarius) putabat, se regali folio detrudendum, & ideo conturbatur, & ea inuidia dolos parat, putans humanis adinuentionib⁹ posse vitare, quod diuinis decretis ab eterno fuerat institutū.

### CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

Tunc Herodes videns quod illusus esset à Magis, iratus est valde, &c.

### ANNOTATIO III.

Herodes in hoc facto, non iracundum tantum se exhibuit, & impium, sed amentem insuper, & stultum.

*Matth. 2.*

*Hilar. Are-laten. ad cap. Matth. 2.*

**N**Vllum equidem sanctæ matris Ecclesiae, sine grandi mysterio verbum, etiamsi perexiguum sit; requirit in nomine, *Turbo*, quod ipsa indidit furibundo Herodi, & inuenies mei asserti veritatem.

*Saluete*, inquit, *flores Martyrum.*  
*quos lucis ipso in limine*  
*Christi insecuri suscitavit,*  
*seu Turbo nascentes rosas.*

Ecclesia in  
Hym. Inno-  
centium.

*Turbo He-  
rodes cur ap-  
peleatur.*

Quære, inquam, mysterium, quære proprietatem, qua sancta mater Ecclesia Herodē *turbanem* appellauit, idest, *toruellino*, & inuenies adeo propriè fuisse locutam, vt ex hac, vel maximè nominis impositione pateat, quod Spiritu sancto suggestente loquatur, est equidem *turbo* ventus validissimus, & vorticosus, obvia quæque deturbans, non parcens floribus, neq; fructibus, in eodēq; ihuolutus perturbās omnia, sine modo aliquo flās, & ex nulla certaparte proueniens; vnde optima trālatione, pacis perturbatores appellari consueuerunt. *Turbantes pacis*, [ *torue-llinos de la paz.* ] Vnde Cicero oratione pro domo sua, ad quemdam pacis perturbatorem, sic ait: *Tu procella patriæ, turbo, ac tempestas pacis.* Quis, peto, primus fuit, qui post tranquilitatē, & pacem, qua totus erat orbis compositus, cum Christus natus est, ensem euaginavit? nonne Herodes? quis vehementer illam procellam excitauit in Bethleem, & in confinibus eius, quæ tantarum matrum præcordia commouit, & in lachrymarū imbris erumpere compulit? nonne Herodes? quis vētus vrens ille fuit, qui in tenerimos flores inuestitus spem fructuum omnino sustulere intentauit? nonne Herodes? primus ergo Herodes Ecclesiæ turbo fuit, qui flores enascentes deturbauit, ne fructum illum postea haberemus, de quo Ecclesia ipsa lēta diceret: *Fructus eius dulcis gutturi meo*, Cantic. 2. sed laborauit in vanum.

*Quid sit tur-*  
*bones cur ap-*  
*pellentur.*  
*Cicero in orat.*  
*pro domo sua.*

D

Primus Ec-  
clesiae turbo  
Herodes fuit  
Cantic. 2.

nonne Herodes? primus ergo Herodes Ecclesiæ turbo fuit, qui flores enascentes deturbauit, ne fructum illum postea haberemus, de quo Ecclesia ipsa lēta diceret: *Fructus eius dulcis gutturi meo*, Cantic. 2. sed laborauit in vanum.

Quis vehementer turbonem vi-  
dens

Herodes vel  
fanus, & a-  
mens.

Pet. Chrys.  
serm. 152.

Herodes Pha-  
raonis im-  
pietatem imi-  
tatus est.  
Exodi cap.  
Matth. 2.

Exodi 2.  
Exodi 14.

Chrysost. ho.  
9. in Matth.

Amens He-  
rodes, & stul-  
tus.

dens omnia cōmiscentem, qui furiosi,  
& amentis cuiusdam hominis vessa-  
niam non statim consideret? & quis  
Herodem in innocentibus infantes sā-  
uientem considerans, non amentem  
dicat, & vessanum? vide turbonem  
istum descriptum à Chrysologo ser.  
152. dum ibi verba Euangelista ex-  
pendit. *Videns quod illusus esset à Ma-  
gis. Dolor (inquit) impietas se illusum;*  
*furit crudelitas, framit dolositas, stridet*  
*dentibus Herodes; Magister mali; Mi-  
nister dolis; ira artifex; inuentor sceleris;*  
*impietatis Auctor; pietatis prādo; inimi-  
cūs innocentiae; hostis naturae.*

Imitantur impii impiorum exem-  
*interfecti mei, &c. quia ros lucis, ros tuus;* multis punctionibus pugit locus; promittit ibi Dominus per Prophetam iustorum, seu martyrum corporum resurrectionem secundum literæ sensum; nam vbi contextus habet: *Viuēt mortui,* habet Interlinealis glosa: *Resurgent martyres tui.* At mysteriis insuper plenus est locus: *Viuēnt, inquit, moriū, & interfecti;* si mortui, & interfecti sunt, quomodo viuent? deinde ait: *Mortui tui interfecti mei:* quibus, interrogando, mortui? & cui interfecti, vna, eademq; est dubii utriusq; solutione, quam Esaias innuit ad Deū statim suam orationem conuertens, dicensque: *Quia ros lucis, ros tuus;* is itaq; est loci spiritualis sensus, a literali parum discedens: illi qui ob amorem meum sunt interfecti, quamquam tibi mortui videantur, mihi tamen viuūt, tunc Deum alloquens Propheta ait: scio Domine unde proueniat hoc, quia nempè, *ros lucis, ros tuus,* idest, ideo nobis mortui tibi viuunt, quia illos rore sanguinis tui irrigas, viuificas, ac virescere facis, ad instar florū, qui aqua sparsi, vel cœli rore madefacti conseruantur, & viuunt quodammodo, seu, ut herbæ salutiferæ, aut arborū virgulta, quæ a loco, quo nata sunt, abscisa, in meliori gleba transplanta, quamquam per aliquot tempus dubites, an viuant, tamen rore cœli madefacta, irrigata, & sustentata viuunt postea, & florent: prosequitur Procopius eleganter metaphoram locum illucidans: *Resurrectionis, & viuificationis,* inquit, illis causa erit ros ille tuus, idest, à te effusum Verbum illud tuum unigenitum, quod viuificat mortuos stillans super eos guttas sanguinis sui, non aliter quam ros ille oculis subiectus facere solet, quem paulatim cœlo demissum commissa terra semina nutritre videmus.

*Glos. Interlin. ad Esai locū.*

*Dispungitur Esai locū.*

*Esai. ibid.*

*Idem Esaias ibidem.*

C *contextus verba.*

*CIRCA EADEM SACRI*  
*contextus verba.*

*Herodes iratus mittens occidit omnes*  
*pueros, qui erant in Bethleem.*

**ANNOTATIO IX.**

*Pueri Innocentes non mortui, sed Herodis manu à Christo Domino in cœlesti viridario transplantati.*

D *O* Buiari videtur presens assertum sacro contextui, dum ait, Innocentes infantes non fuissent mortuos ab Herode, sed in cœlesti viridario transplantatos, cum ibi dicatur, quod *mittens occiderit*, at benè de asserto sentiet quisquis locum illum Esaiæ 26: attente pensauerit: *Viuēnt moriū tui,*

*Procop. ad sua postum Esaias locum.*

*Amplificatur, & illustratur amplius apposita metaphora.*

*ras,*

ras, & odoriferas herbas à loco, in quo natae sunt, in aliud tuiorem, & pinguiorem transferre, tām vt melius nutriantur, quām vt tūtius conseruentur, & à nocuiis non lēdantur; ita cōtigit iustis & sanctis, & p̄cipue martyribus, qui in tenera ætate occiduntur; auelluntur equidem, & absindūtur à loco, in quo nati sunt, at statim transplantantur, in loco meliori, tūtiorique vbi nullum amplius detrimentum patiantur, vbi florent, & in æternū viuant diuinæ gratiæ rore continuò irrigati.

Sapientia 4.

Illustro metaphoram vno, alioque sacræ Scripturæ loco, sit primus ille Sapientia in cap. 4. *Placens Deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores translatus est, raptus est ne malitia mutaret intellectū eius, aut ne fictio deciperet animam illius.* Placent virgulta colono, rapit, trasmutat, in loco tutiori collocat, ne à nocentibus lēdantur; idipsum testatur locus, quod faciat Deus de iustis, in quibus sibi maximè complacet, & p̄cipue comprobatur in innocentibus martyribus; placitifacti sunt pueri, in oculis Iesu pueri, plauerūt infantes infanti, rapuit ab vberibus Matrum per manus Herodis, quo tanquam sui viridarii colono v̄sus est, & transstulit, seu transplantauit in illo suo viridario, ne à nocentibus lāderētur, si diutiū in terra permanferint. Huc spectat illud Diui Fulgentii sermone de Epiphania; *Christus (inquit) hoc ordinauit, hoc egit, vt per Herodis inuidiam furiosam, pueri vitam reciperent gloriosam:* Non igitur per Herodis manum occisi sunt pueri, sed in tellurem meliorem transplantati, in qua nulli iam discrimini subiecti, seu expositi viuant, in æternū & florent; iam enim ibi, vbi transplantati sunt, *nullus erit dolor, neque luctus, neque clamor, quoniam prima abierant,*

*Apoc. cap. 21.* Eandem metaphoram deiustorum transplantatione prosequitur Regius

*Herodes in  
innocentum  
occisione  
Dei virida-  
rii colonus  
fuit.*

*S. Fulg. ser.  
de Epipha-*

*Apoc. cap. 21.* *Non igitur per Herodis manum occisi sunt pueri, sed in tellurem meliorem transplantati, in qua nulli iam discrimini subiecti, seu expositi viuant, in æternū & florent; iam enim ibi, vbi transplantati sunt, nullus erit dolor, neque luctus, neque clamor, quoniam prima abierant,*

*A Vates Psalm. 91. dicens: Plantati in domo Domini in atris Domus Dei nostri florebunt. Fungunt Dauidis verba; si in Domo sunt plantati, quomodo florēbunt in atris? certè arbores vbi plātatae sunt, ibi florent; respondeo ex Genebrando, & ex Cassiodoro; ibi per Dei*

*Psalm. 91.  
Dispungiter  
locus.*

*Per Dei a-  
trium trium  
phans Eccle-  
sia, & pere-  
ius domum  
militans in-  
terpretata,  
ex Genebr.  
& ex Casio.*

*B mei mansiones multæ sunt. Plantantur igitur martyres in Domo Domini, idest in Ecclesia militanti, vbi occiduntur, & sepeliuntur; at ibi plantati non florēnt, sed in atris Domus Domini transplantati, tāquam in loco pingui, vberimo, & ad flores producendos, & cōseruandos aptissimo: ad hoc igitur vi-  
ridarium per Herodis manum trāslati primitiui innocentes florent in perpe-  
tuū in atris domus Dei nostri; quos alloqui videtur Ecclesiasticus cap. 39.  
dum ait: Florete flores, quasi liliū, &  
date odorem, & frondete in gratiam, &  
benedicite Domino in operibus suis.*

*Eccles. 39. in  
cap.*

## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Herodes iratus occidit omnes pueros,  
qui erant in Bethlehem.*

## ANNOTATIO X.

*Præcipua duæ fœlicitates, quibus in cœlo gaudent infantes, & vnde ortæ.*

*J*n ter innumeræ fœlicitates, quibus infantes pro Christo interficti gaudent in cœlo: duæ, (vt præcipua, assignantur Apocalypsis in capite 14. vbi sic habet sacra pagina: ) *Vidi supra mōtem sion agnum stantem, & cum eo cen-  
tum quadraginta quatuor millia habentes  
nomen*

*Apoc. in c. 4.*

Disquiritur  
locus.

*nomen eius scriptum in frontibus suis:*  
Circa quem locum duo præcipue sunt aduertenda: primum, est ibi numerum determinatum, pro indeterminato accipiendum esse, neque illos, quos cum agno simul stantes Ioannes vidit, esse centum quadraginta quatuor millia numero præfinito; sed illo voluisse significare Ioannem maximam multitudinem agnorum stantium cum agno.

Secundum ad quod circa locum attendendum est; accipi, nempè, ab Ecclesia locum istum ad innuendam infantū pro Christo occisorum multitudinem, illoque idèò vti in officio eorum festivitatis: neque desunt Autores, qui existiment hos præcipue infantes in illa visione Ioanni fuisse demonstratos, inter quos præcipui sunt Ansbertus ad eundem locum, & Pelbartus sermone 34. de tempore.

Quibus suppositis duas anno fœlicitates, quibus (vt præfatus locus attestatur) in cœlo fruuntur isti pueri Innocentes: prima est; *Agno associari,* & cum illo pergere quocumque ierit, que fœlicitas quanta sit, iam alibi dixi: vide annotationem 6. in Euangeliū in festivitate Diui Thomæ Apostoli. Anno tunc tamen pergere istos innocentes infantes, quocumq; perget agnus, neque ab illo vñquam separari. sequūtur (inquit Ioannes) *Agnū quocumque ierit;* Et ipsos solos posse coram agno cantare; peto, cur non sequuntur reliqui cœli aulici? cur non cantat omnes Canticum illud nouum coram agno? Deindè amplius quæro, cur stat Agn<sup>o</sup> cum infantibus stantibus, & nō sedet? nonnè sedētem illum vidit Esaias c. 6.

Vt dicit (inquit) *Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum:* Nonnè postquam Agnus factus est, & occisus resurrexit, ad dexteram Dei sedere, ait Marcus cap. vltimo sui Euangelii? quomodo ergo stat cum infantibus? ad has omnes dubitationes responderet

Pars 2.

Per agnos,  
qui sequebā-  
tur agnū in-  
nocentes de-  
signari sen-  
tiunt Arnobius, & Pel-  
bartus.

Apocal. 4.

Esiae cap. 6.

Marcii vlti.

Pars 2.

*primitie Agno, qui sine macula sunt ante Thronum Dei.*

Obiectum  
contra dictū  
ex loco Pan-  
li. i. Corin. 6

Respondeatur  
obiectioni,  
ex mēte Pā-  
nonii ad c. 4.  
Apocalyp.

Aliter iterū  
respondeatur  
ad eandem  
obiectionē.

Pannon. ubi  
supra.

Innocentes  
infantes Deo  
Angelis ca-  
riores.

Secundū for-  
licitas, qua  
pueri inno-  
centes frui-  
tur in cœlis.

Innocētium  
in cœlo in-  
scriptio.

Obiectum  
contra dictū  
inscriptiōne  
Respondeatur  
obiectioni.

At obiectis, dicens, quomodo isti pueri Christi sanguine specialiter dicantur empti, cum i.ad Corinth. cap. 6. dicat Paulus, omnes nos eodem sanguine fuisse emptos : *Empti enim estis pretio magno?* Respondeo ex mente Pannonii ad cap. 4. Apocalypsis; omnes, istius agni sanguine, fuisse emptos, sed reliquos emptos fuisse Patri, Innocentes verò infantes empissimē sibi ; ideo ait Sacer contextus. *Hi empti sunt primitie Deo, & Agno.* Vel adhuc melius respondebis, si dicas; idem valere sacri contextus verba, ac si dicāt, hos fuisse primitiuos, quos agnus emit proprio sanguine : nam effusus in circumcisione sanguis, istorum innocentium pretium fuit specialis: audiamus Patrem : *O donum admirabile!* (inquit) *ita segregatos, & emptos esse de terra sa-  
guine Christi, ut in cœlo illi assisteret, &  
Angelis adquarentur: quorum millia,  
& decies centena millium assistunt, &  
ministrant eis;* Adnota tamen Angelos

*ministrare, & innocentes infantes cum  
agni stare, cum illo conuersari, & cū  
illo insimul deliciari.*

Secunda felicitas, qua fruuntur infantes in cœlo est, *habere nomen Patris agni, & agni ipsius scriptum in frontibus suis;* Nota ex Pelbarto sermone superius allegato, nomē Patris esse *Heleym*, & nomen agni esse *Iesum*. Cum ergo *Heleym* sonet *Dens meus*, (vt Matthæus interpretatur cap. 27.) & *Iesus*, *Saluator*, habebunt pro inscriptione martyres innocentēs, *Deus meus Saluator*, vel *Dens Saluator meus*: At obiectis iterum hanc inscriptionem omnibus competere; nam *Deus uniuersorū Deus est*; & *uniuersorum saluandorum Salua-  
tor est*: Respondeo peculiaris amoris causa voluisse Christum, vt isti infantes pro illo occisi ipsum vocarent Saluatorem, & ab illo specialiter saluatos se esse dicerent, vt ex hac inscri-

ptione appareret, animus ipsius Christi celeritas, & cura, quam in ipsis salvandis adhibuit ; deinde quia ipse absque aliquo eorum merito, ipsos salvauit, & totum vestigal quo empti sunt, ipse expendit, ideo *suos salvatos*, vult appellari suos, per anthonomasiā vocavit Christus Apostolos, quia quāquam omnes homines, qui erant in mundo, sui essent, & omnes summè diligenter; tamen, quia singulari dilectione illos diligebat, suos dilectos voluit appellari; id enim sonant ( secundum Chrysostomi mentem) verba illa Ioannis 13. *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos: quia secun-  
dum rationem mutua amicitia, & familiari-  
tatis loquutus est;* dixit suos ( ait Chrysostomus ) *id est sanctos Aposto-  
los.* Sic quia istos sanctos Innocentes sibi elegit in socios, & illos omnium primos suo sanguine redemit, *saluos* suos voluit, vt anthonomasticè appellantur, & hanc illis inscriptionem imposuit in frontibus : *Dens Saluator meus.*

Cur Christ  
Dūs Ioan. in  
cap. 13. Apo-  
stolos per  
anthonoma-  
siā vocavit  
suos, ex  
Chrysost. ad  
Ioan. locum.

## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Herodes iratus occidit omnes pueros,  
qui erant in Bethleem.*

## ANNOTATIO XI.

D Innocentes infantes prima frumenti grana ex horreo Bethleemitico Aeterno Patri à filio presentata, & ideo illi fuere gratissima.

S Olent, qui in aliquam regionem longinquam proficiscuntur, vbi primum deueniunt, & se se occasio offert, illis, quos in patria sua caros habent, ex iis, quæ terra illa fert, dona mittere; ex quibus intelligent, cognoscere.

cognoscantque regionis illius fertilitatem & præstantiam, quæ illis, qui accipiunt, carissima esse solent, & propter illum, qui misit, & quia prima sunt eius donaria; accedit etiam, quod & ex nouitate maximè placeant: à sinu Patris transmigrans Verbum Æternū capacissimo Virginis vtero pro nauigio vtens ad terram usque deueniens, Bethleem appulit, quæ Domus panis interpretatur, ubi columbae pullus selectiora grana elegit, Patrique trāsmisit, vt illius regionis præstantiam, & uertatem contemplaretur, quæ illi, & ob nouitatem, & ob intimum, indubitate amorem, quo diligit filium, qui misit, gratissima pretiolissima que fuerunt. Non erubescam sine Authore loqui audi Chrysostomum homilia 2. de infantium istorum exlicissimo natalitio: *Transmittu* ( inquit ) *infantes infans Christus ad cœlos, offert noua genia Patri; primitias frugum exhibet genitor, ostendit futuram fœcundissimam messem, dum in semine tantam exhibet uertatem: o paruuli beati, modo nati, nū quam tentati, non dum ablactati, iam coronati!*

Tribus rationibus extitere carissimi Æterno Patri isti infantes prima, quia primitua fuerunt carissimi filii sui dona, quæ solent gratissima esse iis, qui accipiunt; fatetur sponsa, Cantic. 1. dum ait, *Fasciculus mirrae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur: Quem locum in hunc sensum explicat paraphrasis quedam apud Gislerium dicens: ut amoris specimen preferat, & declare, quanti sponsi sui donum faciat, dixit, inter ubera mea commorabitur; inter ubera enim sedes est cordis; Sic ut Æternus Pater cœlicolis ostenderit quanti faciat prima hæc à filio dilectissimo missa genia, ante se, & in Throno suo ponit. Sine macula enim sunt ante Thronum Dei.*

Neque ex primitiis his Bethleem horre granis eorum solum excellētia commendatur, sed & Christi san-

Pars 2.

guinis in circumcisione effusi innuitur, vis, virtusque monstratur, quo Bethleem statim, vt irrigata, & imbuta fuit, fœcūdissimam in segetem pullulauit, vt eadem homilia iam dicta obseruauit diligenter Chrysostomus; *Vno* ( inquit ) *tempore, quæ acceperat redditus, & accepit qui reddiderat: Hæc est*

*Christi sanguinis vis, & uertas, quæ non solum in producendi fœcunditate, sed & in celeritate commendatur: At certant de celeritate, idem Christi sanguis, & retributio Æterni Patri, quæ adeò celerissima fuit in granis benedicendis, & coronandis; Christi sanguis vis, & uertas.*

*O paruuli Beati ( inquit ibidem Chrysostomus ) modo nati, nunquam tentati, non dum ablactati, iam coronati.*

Secunda ratio, ob quā Æterno Patri fuerunt gratissimi martyres innocentes, fuit, quia milites primæ cohortis filii sui exercitus exitere: [ Fueron los soldados de la Vanguardia de Christo, ] pēnitentia regalium, ex Chrysost. ho. eadem.

C sitauit item Chrysostomus loco citato, & ait: *Probat nonos exercitus Christus; rudes milites designat legiones latentes; sunt pro Christo viatores, qui etate fuerant coæquales: & existunt Victoriae compotes, qui fuerant etate imbellies: Ex quo iam tertia desumitur ratio, ob quam hi infantes sint Deo carissimi; quia scilicet primi fuerunt filii sui dilectissimi in terra commilitones: ex eo namque iuuenis ille, seu Angelus in iuuenis figura, gratissimus fuit seniori Tobiae c. 12. quia filio suo Tob. cap. 12. iuueni comitem fidelissimum se exhibuit, illiusque honori vigilantissime consuluit: maiori cum ratione infantes istos primos pueri Iesus filii sui commilitones Æternus Pater debet habere caros; qui prius nouerunt illius honori, & vitæ consulere, quam loqui, de quibus eleganter Chrysostomus Chrysost. ho. homila toties assignata: Loquuntur <sup>eadem.</sup> sanguine, quod lingua non possunt, passione canunt, quod lingua non norunt, occi-*

Chrysost. ho.  
2. de natali  
infantium.

Apponuntur  
tres rationes  
ob quas in-  
fantes isti  
Æterno Pa-  
tri fueru-  
erat cari-  
ssimi.  
Cantic. 1.

Apoc. cap. 4.

cisi prædicat Christi laudes, quod viui non poserant: miscent cum puero Iesu colloquia, quibus negata sunt verba: Quartam potissimum rationem adde ex nostro Parisiensi Pelbarto, sermone 32. ideò nempè hos innocentes fuisse Aeterno Patri gratissimos, quia vniuersi cuiusq; illorum personam filii sui, in morte gessit, & in persona eius vnuſquisque occisus, & mortuus est; in quocumque enim illorum putabat Herodes, se occidere Christum; *Isti* (inquit præfatus Author) non tantum occisi sunt pro nomine Christi, ut alii martyres, sed etiam pro persona Christi, nam secundam Herodis intentionem, in quolibet eorum occisus est Christus: Gratissimus olim extitit in oculis Aeterni Patris Isaac, dum super struem lignorum occidens collocatur, quia occidendi, & cruci affigendi filii sui figuram gessit; vnde locus ille, *Dominus videri* appellatus est, quasi locus in quo Dominus libenter aspiciebat: gratosiores ergo martyres innocentes Aeterni Patris oculis extitere, qui eiusdem Christi non figuram gesserunt in martyrio, sed personam.

Genes. cap. 22

alludens Paulus ad Hebreos 4. *Dixit:* Iesu sanguinem melius loquentem, quam Abel; ad quem locum, sic ait Bruno Cartusiensis: habet & sanguinis vocem suam, qua clamat ad cælum; sed nulla suauior Christi sanguinis voce, clamat siquidem reliqua vindictam, Christi vero clementiam, & veniam instantissime deprecatur.

Paul. ad Hebreos 4.  
Bruno ad hunc locum.

B Probat item intentum præsens, locus ille in cap 6. Apocalypsis, in quo Ioannes ait, se vidisse animas pro Christo interfectorum super altare collatas, & exinde clamare ad Dominum, & dicere: *Vsquequo Dominus sanctus, & verus non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum, de his, qui habitant in terra,* quæ verba dum in vita Moyannis Philon disquirit, sic ait. *Monemur sonoram esse pro Christo occisorum sanguinis vocem, & usque ad diuinæ aures magnitudine sua peruenire edocemur:* Vtrumque locum cōprehendit Chrysostomus hom. 3. in cap. Matth. 2. vbi sic ait: *Nec nouum quid dicitur, quod sanguis martyrum innocentium suas Deo indicet passiones, cum Abel sanguis clamet ad cælum, & occisorum anima ab altari vociferentur ad Deum, dicentes: vindica sanguinem nostrum Deus noster.*

Chrysost. hom. 3. in cap. 2. Matth.

C Sed ex dictis non leuis dubitatio statim exurgit circa martyrum sanguinis vocem, quæ à Deo (vt diximus) vindictam expostulat, alienum namq; ab illorum sanctitate videtur vindictam expostulare; at evertit statim Chrysostomus dubitandi fundamen-

Obiicitur contra dictum.

tum hom. in illud Psalmi noni; *Patiens pauperum non peribit in finem;* vbi sic ait: *sanctorum martyrum vox illa est Apocalypsis, quousque sanctus, & iustus non vindicas sanguinem nostrum?* Tunc addit dubii solutionem, dicens. *Volebant ergo Martyres, ut in presenti miracula faceret Deus, & confunderet fortitudinem aduersariorum Christi:* Itaque existimat Chrysostomus, vindictam hanc nihil aliud esse, quā confusionē tyrannorū, qui Ecclesiam persequuntur, & recte mar-

## CIRCAILLA SACRI contextus verba.

*Vox in Ramā audita est, ploratus, & v lulatus multus, &c.*

## ANNOTATIO XII.

*Vox innocentium sanguinis penetrat diuinæ aures, sed humanam respuit consolationem, cœlestem exoptat.*

Genes. 5.

**P**rimam huius asserti partem probat optimè locus ille Genes in cap. 5. vbi loquens Dominus ad Caim, ait illi; *Vox sanguinis Abel fratris tui clamat ad me de terra;* ad quem locum

Respondeatur obiectioni, ex Chrysost. ad Psalm. 9.

Plus sentiebant martyres blasphemias contra Christum, quæ tamēta, quæ lastebant.

*Psalm. 68.*

martyres hāc Christi aduersiorū cōfusionem appellant sanguinis sui vindictam; quia non tam tormenta, quæ passi sunt, quæ blasphemias, quæ in Christum iactabantur, sentiebant, ita ut vnaquisque illorum optimo iure sibi applicare posset illud *Psalmi 68. opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me*: hæc igitur opprobria vindicari expostulat, pro quibus abolendis sanguinem suum libentissimè effuderunt.

Dilecidatur p̄ix habita responsio.

Clarius adhuc fiet solutio dubii propositi, si cum eodem Ioanne Chrysostomo eadem homilia dubium aliud diluamus: *Vox* (inquit contextus Sacer) in Ramā audit: a est; ploratus, & vultus multus, Rachel plorans filios suos; & noluit consolari, quia non sunt: circa quæ Euangelistæ verba aduertendum in primis est. Vocem Ramā, idem sonare, quod excelsum, ex quo patet usq; ad excelsum Dei thronum effusi innocentium sanguinis vocem peruenisse: deinde est aduertendum, ibi nomine Rachelis Ecclesiam Matrem designari, quæ ob innocentium sanguinis effusionem, & stragē hos edit vultus, & planctus: ita sentiunt Authores glosarum, ita Lyra noster, ita Chrysostomus loco superius allegato, qui statim circa eadem verba, sic vertit in

*Math. cap. 2*  
Vocis Ramā significatio.

Ecclesia Ra- chelis nomi ne designa- tæ, ex Patri bus intra ci- tatis.

A dubium, circa illa præcipue: *Noluit consolari, quia non sunt*. Duo in illa diversa conspicio (ait Chrysostomus) fletus, & consolationis contemptus; si fleuit, cur consolati contemptus? aut si cōsolari cōtempsus, cur fleuit? At postquam multis verbis dubitationem istā adauxit, tandem diluit, dicens, in matribus infantium, seu in Ecclesia, fuisse naturam, & non fidem, renuisse consolari fidem, quæ certo scit, suorū innocentum sortem multum in melius commutatam: at fletibus voluisse cōsolari naturam; quæ suorum fœtuū occisione non potuit non afflīctari: *Conditio* (inquit Chrysostomus) à Mātre defletur, sed spe gloriae consolatio humana cōtemnitur; pietatis affectus in fletibus declaratur, sed occisorum gloria, repudium consolationis indicitur: pugnant enim in Mātre affectus, & fides; humanitas cum devotione concertat, plāgit affectus, sed fides exultat, deflet humanitas, sed devotio consolatur: Si igitur, à simili, ut hominum, & affectu (vt ita loquar) humano vindictam exposcit martyrum sanguis; affectu tamen charitatis, ut tyrannibus ignoscatur, expostulat, & vt ad meliorem frugem recipiantur, affectuōissimè deprecatur.

Dubium ex Chrysosto- mo.  
Respōdetur dubio, ex eodem Chrysostomo vbi supra.

C pars. 2. IN Y 5

IN  
EVANGELIVM FESTI  
CIRCVMCISIONIS  
DOMINI.

Ex capite 2. Lucæ.

*Et postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo prius quam in utero conciperetur.*

EVANGELICI CONTEXTVS LITERALIS

EXPLANATIO.

Duo præcipua, quæ disquisiſtūr circa Euangeliū contextū.

**D**icitur: *Vobis tantum circa tenorem literæ pertractāda sunt, de circumcisionis nempè lege, & eius Ministro: & de nomine Iesu, quod in circumcisione Christo fuit impositum. Quod attinet ad circūcisionem, & ad eius legem, sciendum est illam deditisse Deum Abraham, Genesis 17. in signum, & in figuram: in signum, quo distinguenterunt filii Dei, à filiis Belial, idest, populus eius, ab idolorum cultoribus; in figuram verò baptismi, sine quo nemo Dei filius dici potest, neque ingredi in Ecclesiam eius, extra quam nemo saluatur: sub hac autem verborum forma tradidit, iniunxitque Deus circumcisionē Abraham: Hoc est pactum meum, quod obseruabis inter me, & vos, & semen tuum post te: cir-*

*cumcidetur ex vobis omne masculum, & circumcidetis carnem præputii vestri, ut sit in signum fæderis, inter me, & vos; infans octo dierum circumcidetur ex vobis, omne masculinum in generationibus vestris, tam vernaculus, quam enptitus circumcidetur; eritque pactum meum in carne vestra in fædus eternum: Masculus cuius præputii caro circumcisæ non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit: Eandem hanc circumcisionis legem in iunxit Moyses populo Dei, Leuitici cap. 12.*

*Leges autem circumcisionis habuerant; octauo nempè à nativitatis die circumcidi omne masculum, idque fieri in virili pueri parte, an autem à Templi aliquo Sacerdote, an à quo quis homine, seu muliere circumcisionem posse administrari incertum est. Fuisse tantum Sacerdotibus licitum circum-*

Circumcisio data à Deo Abraham, Genesis 17. in figura, & in figuram.

Circumcisio figura Baptismi.

Genes. cap. 17

Porteritne qualiscumq; esse circumcisionis Minister, au hoc monus ad solos pertinet Sacerdotes incertum est.

cumcidere infantes, putarunt aliqui; ex eo quod cum circumcisio fuerit veteris legis Sacramentum, pertinere debuerit ad Sacerdotes, vel saltem ad Leuitas, quemadmodum nunc Sacramentorum exercitium pertinet ad Sacerdotes.

*Abul. de hac  
quaest. sente-  
tia ad cap. s.  
lib. 10. 10.*

Contrarium tamen tenet Abulensis in commentariis 5. capituli libri Iosue, cuius sententiam libenter amplectet, & ob tanti Patris autoritatem, & ob aliquas urgentes rationes, quas eruo ex sacris literis: quarum primam sumo ab excellentia, & praestantia; nam si circumcisionis ministerium solis Sacerdotibus, aut Leuitis exercitri concessum esset, melius ( ut ita dicam) actum esset cum circumcisione, quam cum Baptismo, & vt quid baptismo excellentius, & praestantius tractaretur, cuius Minister, non Sacerdos tantum, sed & homines coniugati, & non coniugati, Catholici, & non Catholici, simul & mulier unaquaque ministeri esse possunt.

Ultra quam quod patet ex sacro contextu, Exodi 4. mulierem absque aliquo scelere, circumcisionis fuisse ministram, nempe Sephoram Moysis vxorem: *Tulit Sephora acutissimam pe- tram* ( ait contextus Sacer ) & circumcidit preputium filii sui, &c. Quę actio tantum abest, vt fuerit cum scelere perpetrata, vt potius fuerit Deo grata: nam propter illam pepercit Deus mulieris marito, quem volebat interficere; deinde patet ex 1. Machabaeorum cap. 1. mulieres filios suos circumcidisse; nam quia circumcidebant illos secundum legem Dei trucidatae sunt Antiochi iussu: *Multa mulieres, que circumcidebat filios suos, trucidabantur secundum iussum Regis Antiochi*, ait contextus Sacer loco citato.

2. Tertiò ostenditur, non pertinere ad Sacerdotes, ex munere, pueros circumcidere, quia si hoc esset, in Templum ducerentur infantes, vt ibi à Sacerdotibus circumcidarentur; nam intra-

A Tempi ambitum exercetebatur Sacerdotalia; at pueri ante diem quadragesimum à Nativitate, non ducebantur in Templum, vt patet ex cap. 13. Exodi, & ex cap. 12. Leuitici circumcision autem fiebat die octauo secundum legis præscriptum, non ergo fiebat à Sacerdotibus, neque in Templo, sed vel à quodā chirurgo, vel à Matre vniuersi cuiusque infantis.

B At nunc postulat locus, exigitq; occasio, vt inquiratur, à quonam fuerit puer Iesus circumcisus, à chirurgo nē?

C an à Beata Virgine: quod ab illa cit circūsis infans benedictus non sit, inferri potest ex eo, quod rationi congruum non videtur fuisse Virginem Beatam, Matremq; amantissimam primam sui dilectissimi filii tortorem; erat namq; valde ingens dolor, quem patiebantur infantes in circumcisione.

D Contrarium tamen sentire videtur Patres grauissimi, inter quos sunt Diuinus Hieronymus libro de vera circūcisione, ( si Hieronymi opus illud est)

C & Bernardus libro de planctu Virginis, vbi sic ait. *Virgo Christum genuit, lactauit, octava die circumcidit*: Neque putandum est defuisse Beatæ Virgini animum, ad hoc opus peragendum, et si sibi, & filio tenerimo, ac charissimo valde pœnosum fuerit, immo, vt cum pueru mitius ageret, ipsam manibus propriis circumcidisse existimo.

E Sed ad rationes, & causas iam accedamus, ob quas voluerit Christus circumcidiri, qui neq; legi erat astictus, neq; ad eius mysterium in se significandum

D illi fuit aliquo modo necessariū: quod non fuerit legi obnoxius patet ex eo, quod Princeps non comprehendatur in lege ab eo lata: deinde patet ex illo Matthæi cap. 12. *Dñs est filius hominis etiam Sabbathi*: Quod verò attinet ad mysterium legis, siue circumcisionis in se innuendum, nullo pacto illi fuit necessarium circumcidiri; data namq; circumcisionis Abraham fuit, in signu reconciliationis, & federis, pacis innitæ intet Deum,

*Exodi cap. 12.  
Leuitici cap. 12.*

*Puerum Is-  
lam à Beata  
Virgine fuic-  
se circumci-  
sam, qui sen-  
serint.*

*Bern. lib. de  
planctu Virg.*

*Cur volue-  
rit Christus  
circumcidiri.*

*Matth. 12.*

*Deū, & homines, quia propter origi-*  
*nale peccatū maximū erat inter Deū,*  
*& ipſos dissidium, vt patet ex ipsius*  
*Dei verbis ad Abraham: Erūq; pactū*  
Genes. c. 17. *meum in carne vestrā in fædus ēternū.*

*Genes. 17. Christus autem, et si filius*  
*Adæ fuit secundum humānām gene-*  
*rationēm; Adæ tamen maculam non*  
*contraxit, neq; vñquam à Patris ēter-*  
*ni voluntate discessit; ex quibus om-*  
*nibus clarissimè appetet circumcisio-*  
*ne non indiguisse.*

*Rationescur voluerit Chri-*  
*stus circumci-*  
*di, ex Epiph.*  
bareſi. 30. *At propter multas conuenientissi-*  
*mās rationes voluit Christus circum-*  
*cidi, quarum aliquas apponit Epipha-*  
*nīus hærefi. 30. inter quas primum lo-*  
*cum obtainere puto hanc, ne scilicet*  
*Iudæi aliquam haberent excusationē,*  
*si illum pro vero Messia non accipe-*  
*rent; nam cum omnibus notissimum*  
*effet Messiam venturum ex Abraha-*  
*mo esse ducturum originem, omnes*  
*autem Abrahæ posteri circumcisōne*  
*haberent pro signo; si Christus circū-*  
*cisus non effet, dicerent ab Abraha-*  
*mo originem non duxisse, ac proinde*  
*verum Messiam non esse; hanc ratio-*  
*nen etiā ponit D. Tho. 3. p. q. 37. art. 1.*

*Secunda verò ratio quam ponit idē*  
*Epiphanius, ob quam Christus voluit*  
*circūcidi, fuit, vt ostenderet, se veram*  
*carnem, & non apparentem sumpsisse*  
*ex Virgine, vt postea Manichæus, eius*  
*que sequaces inuerecūdē affirmarūt:*  
*omitto fuisse Christum legis magnō-*  
*perē obseruatorem, & neq; in minimis*  
D. Thom. 3. p. *voluisse legem non obseruare, vt ipse*  
*dixit Matth. 5. Nolite putare, quoniam*  
*veni soluere legem, aut Prophetas, non ve-*  
*ni soluere, sed adimplere. Alias rationes;*  
*quia ad mores maximē diriguntur, in*  
*annotationibus ad mores discutiam,*  
*nunc ad nomen Iesūs, ad eiusq; pergo*  
*impositionis conuenientiam.*

*In die circumcisionis nomen Iesūs*  
*impositum fuit puero circūciso, quia*  
*familiare erat Hebræis in circumcisione*  
*pueris nomen imponere, sicut*  
*hodie in Ecclesia mos est pueris no-*

*Familiare*  
*erat Hebræis*  
*in circumci-*  
*sione pueris*  
*nō impon-*  
*ere, & vnde*  
*ortū habuit*  
*iste mos.*

A men imponere in die Baptismi, qui  
*mos in eo habuit fundamētum, quod*  
*quando Deus dedit Abram de circū-*  
*cisione præceptum, illi nouum nomen*  
*imposuerit, dicens ei: Nec ultra voca-*  
*bitur nomen tuum Abram, sed appella-*  
*teris Abraham, quoniam patrem multo-*  
*rum gentium constitui te.*

B Ne autem strepitum de nouo con-

citem, quod olim fuit ab Actoribus  
 cōcitatus circa hoc nōmē sanctissimū,  
 & circa eius significatum, dico nōmē  
 Iesūs esse nomen Hebraicum, deductū  
 à verbo Hebræo *tash*, quod signifi-

cat *seruare*, & in Hebræo *Ieshah* pro-

nuntiatur, quod idem sonat, atq; *Sal-*  
*uator*; sic sentiūt Galatinus lib. 3. c. 20.  
 & Iansenius cōcordiæ in cap. 7. quod  
 probant, & ex Euangelio Syriaco, vbi  
 Christus non *Iehoshah*, sed *Ieshah* ap-

pellatur, (quæ autem differentia sit  
 inter *Iehoshah*, & *Ieshah* dicam postea:) C probant 2. ex titulo Crucis, qui est Ro-

mae, vbi positum est nomen *Ieshah*, &  
 non *Iehoshah*.

Quod attinet ad veram, ac propriā  
 nominis *Ieshah*, sive *Iesūs* significatio-

nem, id optimè probant iidem Patres,  
 ex verbis Angeli ad Beatam Virginē,  
 vel potius ad Ioseph, Matth. in cap. 1.

Vocabis nomen eius *Iesum*: ipse saluum  
 faciet populum suum à peccatis eorum:  
 quod idem est, ac si diceret, vocabis il-  
 li nomen, in quo innuatur id, ad quod  
 carnem assumpsit, & ad quod natus  
 erit, ad saluandum nempē populum  
 suum, non ab hostibus tantum inuisi-  
 bilibus, vt fecerunt Iosue, & alii qui  
*Iehoshah* dicti sunt; sed ab hostibus  
 etiam animæ, idest, à peccatis eorum:  
 vocabis itaque eum *Saluatorem*, idem  
 namq; sonat nomen *Ieshah*, quod illi  
 imponendum prædicto; circa quod nō  
 possum non admirari Osiandri teme-  
 ritatem, qui Angelum carpere ausus  
 est, quod non benè interpretatus sit  
 nomen puero imponendum, quod vt  
 ipse vult, erat nomen *Iehoshah*, quod  
 nomen Dei est, & non Saluatoris.

Nōmē Iesūs  
 Hebræū est,  
 & vnde de-  
 riūtum, ex  
 Galatin lib. 3.  
 cap. 20. & ex  
 Iansen. lib. cō-  
 cordiæ, c. 7.

Matth. c. 1.

*Ieshah idem*  
*quod Salua-*  
*tor.*

*Incasavit*  
*Osiandri re-*  
*meritas, in*  
*obiurgando*  
*Angelū Ga-*  
*briēlem.*

Gra-

Fuerit ne hoc nomen Iesuah homini aliquo impositum, antequam Christo imponeretur; nam Iosue, & summus Sacerdos Ioseph filius eodem nomine appellatos fuisse videtur: respondeo tamen ex Galatino lib. 3. cap. 10. nulli antequam Christo hoc nomen fuisse impositum; nam Iosue, & Sacerdos ille summus, non fuerunt appellati Iesuah, sed Iehosuah, vt patet ex cap. Numerorum 13. & ex cap. Agghei 1. & ex cap. Zachariae 3. nomen autem Iehosuah aliud est à nomine Iesuah, aliudq; significat; significat namq; Deus salubris: nomen autem Iesuah idem sonat, atq; saluator, sive salutis, sive salutio.

Nominis Iesuah interpretatione. Esaï c. 62.  
Probo tandem Galatini sententiam, ac confirmo ex loco Esaiae cap. 62. vbi sic de nomine Iesus puerō imponendo vaticinatus Propheta est: *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominavit: ad quæ Esaiae verba sic habet Cyril. de Tri- nitate. Nomen nouum Verbo Diuino impositum est Iesus con- currens cum carnis nativitate; non equi- dem patiuntur Esaiae verba, quod no- men Iesus alicui altero fuerit imposi- tum, antequam Christo imponeretur; nam si impositum fuit, nomen nouum (vt Esaias ait) proculdubio non fuit: hæc de nomine Iesus significatione, & impositione dixisse sufficiat, pergam ad mysterium, & ad documenta, qui- bus instruantur mores.*

## A D I L L A S A C R I D contextus verba.

Postquam consummati sunt dies octo, &c.

### ANNOTATIO I. MORALIS.

Adeo impensè egit Deus de nostra sa- luti remedio, ut parum, vel nullum temporis intermisserit, absq; eo quod de illo ageret.

Amos. c. 7. Inter admirabiles visiones, quas Propheta Amos ait sibi à Deo fuisse monstratas, præcipua vna illa est, quæ refert suę prophetię in cap. 7. Ecce, inquit, *Dominus st̄as super murum litum, & in manu eius trulla cémentarij.* Mi- ra res! quis ne Deum cémentarium fecit? quis cum ab empyreō cœlo abstraxit? & super murū collocauit adeo intentum operi, vt trullam à manu, neq; ad breue tempus deponat? ad- miratur Cyrillus, & ait: *Noſare certè de- bēmus curam Dei, ita sollicitè, ac indeſi- nenter incumbentis operi: notemus igi- tur, & inquiramus, quid Dominus Pro- phetæ suo in illa visione voluerit indi- care; nihil aliud existimo cum Augu- stino, quām solitudinem, & curam, qua omni tempore, & sine intermis- sione agit de his, quæ ad hominum commodum, & salutem spectant.*

Cyril. ad c. 7. Amos. Pro mysterii adiumentione ad mo- rem cémentariorum aduertendum est, qui postquam parietem, quem in- ceperant, volunt perficere, ascendunt super eum, & trulla radentes ea, quæ operis perfectioni apta non sunt, inde nouum parietem cōponere incipiunt: vnde vetus desierat, nihili interim in- ter vtrumq; mediante; à prima mundi creationis die, & orbium fundatione, vsq; ad sextum laborauit cémentarij noster in antiquo pariete, idest in opere creationis, septimo die quieuit aliquantulum; ecce iam octauo manū iterum applicat operi redemptionis, ita vt omne ferè tempus insumat in iis, quæ ad nostram utilitatem, & com- modum spectant. Audi Augustinum lib. 4. de Genesi ad literam, & lib. contra Adimantum Manichæi discipulū: *Vt, inquit, Deus opera operibus intexeret, & inde nouum inciperet, vnde vetus desierat, sexta die compleuit creationis opus, septimam in hominis efformatione sibi complacendo insumpsit, octaua opus redēptionis incepit.* O immensa charitas! O solicitude inaudita! Vnum tantum sibi diem assumit Diuina di- lectio,

Disquiritur visionis my- sterium.

Mos cœmē- tariorum in edificiis cō- struendis. Genes. c. 2.

Aug. lib. 4. de Genes. ad litterā, & lib. contra. Adi- mantum.

lectio, reliquos omnes in hominum commodum, & salutem solitus expendit: usque ad sextum laborat, septimo tantum quiescit, & octauo circumciditur, atque operi Redemptoris manum applicat: intexit itaque opus operi, quod ad caput Ezechielis 40. obseruavit Hieronymus dicens: *Post septem dies, octauus ponitur, vi de Synagoga ad Ecclesiam, de veteri instrumento ad nouum, & de terrenis ad cœlestia transiremus.*

Immò addiderim ex eodem, quem superius adduxi, Cyrillo, neque minimū quid temporis intermittere Deū, in hominum commodis procurandis; nam exponens illud Christi Seruatoris Ioannis cap. 5. *Vsq; modo Pater meus operatur, & ego operor;* ita habet. *Nunquam Deus manū leuat ab opere, producens fænum iumentis, & herbam seruituti hominum:* Omne igitur tempus consumit Deus in hominum commodis, & in eorum prouentibus, & salute, statim equideū, ut Christus natus est, sanguinem in nostræ redēptionis pretium fudit: tanta illi de nobis soliditudo, & cura fuit.

Proficiscitur Christus Dominus primo mane à Iudea in Galilæā Ioannis 4. & hora quasi sexta, in qua maximè vigebat Christus, ex itinere fatigatus ad fontem deuenit. *Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic supra fonte.* Et sic fatigatus, sic lassus, sic famelicus, sic siti cruciatus, vbi primum peccatricem Samaritanā confexit, absq; eo, quod parum temporis in refocilando insumpserit, statim de muliere salvanda agit; admiratur Signinienfis Bruno homilia de Samaritanæ conuersione, & ait; *Quid est hoc, quod neq; parum temporis Dominus ad refocilandū sumpserit, sed sic fatigatus statim egerit de peccatricis salute?* & statim respondens ait; *Qui se totum nobis dederat, tempus omne in nostra salute operanda insumpsi.*

Bruno Signi.  
ho. de Samari-  
tanæ conuer-  
sione.

Luca cap. 6.

Disquirit Ambrosius illud Lucæ 6.

quod de assidua Christi oratione ait A sui Euangeli in capite 6. *Erat pernoctas in oratione Dei, & ait, quid te oportet facere pro salute tua; quando pro te Christus in oratione pernoctat, & omne tempus impendit?* Optimè autem Beda, dum locum istum, cum illo Ioannis 8. componit: *Iesus autem perrexit in montem Oliveti, & diluculo venit in Templum,* & ex istis duobus locis infert propositi asserti certitudinē; *Ad quid (inquit) perrexit in Templum, nisi vt pro nobis Patrem oraret in oratione integrum noctem insumens?* & ad quid primo mane in Templum venit, nisi vt doceat? tunc concludit dicens: *Noctes, & dies integros in nostra salute impendit, in nostris commodis tosus fuit, sibi tempus nullum reseruauit.*

Amb. ad huc  
locum.

Ioan. cap. 8.

Beda ad cap.  
Ioan. 8.

## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

C *Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcidetur puer, vocatum est nomen eius Iesus.*

## ANNOTATIO II.

*Duplicatis signis ostendit hodie puer Iesus, quam sit hominum amore sauciatus.*

D *P*rimum & euidens, alicuius in ali quem amoris eximii signum est, pro illo, quem amat, vulnera libenter pati, ab hoc equidem signo notam, ac testatam esse voluit Paulus suam erga Deum dilectionem, cum dixit ad Romanos 8. *Quis me separabit à charitate Christi? tribulatio? persecutio? in gladius?* Et nè (vt adnotauit Anselmus) quis existimaret se vulnera, vel aduersa aliqua sui animi repugnantia sustinere, dixit 2. ad Corint. cap. 12. *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inha- bitet*

Euidens al-  
cuius in ali-  
quæ amoris  
signum.

Paul ad Ro-  
man. cap. 8.

Idem 2. ad  
Corint. c. 12.

Ansel. ibi.

*bitet in me virtus Christi : ac si dicat: non tantum patienter, sed libenter, & latenter pro Christo aduersa sustineo, & pro eius amore glady iectus exopto: ita Anselmus ad locum.*

Cantic. 2. ver.  
fio. 70.Brun. Signi-  
nien. ad hunc  
Cant. locum.

Cantic. 4.

Ex libenti animo , quo sponsus , & sponsa vulnera adinuicem inficta sustinebant , mutuae , eximiaeque dilectionis signa praebabant ; nam illa amoris illius iecu sauciata dicebat sodalibus , Cantic. 2. *Si inueneritis dilectum, nunciate ei, quia amore languescit;* 70. transfluerunt: *quia charitate vulnerata ego sum:* optimè Emissimus ( seu potius Significans Bruno , cuius sunt illa in Cantica commentaria) se ab sponsi dilectione vulneratum ait , & tamen dilectum vocat , *ut offendit, quanti faciat vulnerum amoris:* neq; minus testatam reddit sponsus suam erga eandem sponsam dilectionem , ex amoris vulnera sibi inflito , cum ait Cantic. 4. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa:* aduerte quæso , curiose Lector ; intimum cor ab illa sauciatum habet , & tamen amanter sponsam vocat , & sororem , vt ostendat , quanti faciat vulnerum amoris; nam euidens est amoris signum libenter accipere vulnerum amoris.

Zachar. 13.

Lyranus ad  
hunc locum.

Ad quid Christus Dominus in corpore glorioso retinuit vulnera.

Amplificatur assertum, ex loco Genes. cap. 30.

Huc spectat illud Zachariæ 13. in Christi persona dictum æterni Patri: *His plagiatus sum in domo eorum, qui diligebant me;* adeo namque sibi complacuit Christus in hominibus , vt vulnera sibi ab ipsis inficta accipiat pro actionibus dilectionis: optimè Lyranus noster Christi mentem interpretans: *Ista non sunt mihi facta ex odio, sed ex amore:* & tanti fecit amoris vulnera , vt illa in gloriose corpore reseruaerit , tāquam suæ in nos dilectionis signa manifesta ; est namque euidens , ac manifestum amoris signum pro dilectis libenter vulnera accipere.

Adæquatè probabis intentum , si illum Genes. locum 34. diligenter perpenderas , in quo refert sacra pagina , Sichimitarum Principē illeculū amore Dinae , se libenter circumcidisse , vt

A illi, ciusque patri euidenter ostenderet , quantum ipsam diligeret; nam ubi prium illi à Iacob dictum fuit , se minimè illi daturum filiam suam in coniugem , absque eo quod prius circumcisionis vulnus , & ritum acciperet : ait statim contextus facer: *Nec distat adolescentis, quia statim, quod postulabatur inpleret, amabat enim puellam validè.*

Fuisse in hoc eventu Sichimitarum Principem Christi figuram docet Lyranus noster , ex eo quod iste amoris

vbi supra.

Fuit Christus in Sichimitarum Principi adumbratus , ex Lyra ad c. 34. Genes.

B Dine illectus libenter vulnus circumcisionis accepit , & postea ab illius fratribus occisus est; & Christus ut quantum Synagogam diligebat , ostentaret , eius circumcisionis ritum , & vulnus accepit , & postea ab eiusdem Synagogæ filii mortutus est: commendauit itaque Sichem suum in Dina amorem , dum circumcisionis vulnus libenter accepit , signo item manifestissimo ostendit hodie puer Iesus , quām ardenti dilectione diligeret homines , propter quos circumcisionis vulnus libenter accepit ; ac sustinuit animosè. Neq; sat habuit puer Iesus hoc euidenti signo suam erga homines dilectionem ostendere , sed addidit signum signo , vt ostenderet manifestè inualuisse in dies in eius pectora suum in nos amorem , ac benevolentiam singularem.

C Secundū signum amoris alicuius in aliquem.

D Dilexit antiquitus Deus Abraham , dilexit Isaac , & Iacob , sua quibus reuelauit secreta , quod intimi amoris signum fuit ; nam in secretorum reuelatione posuit aliquando Dalida , Iudicum 16. euidens signum amoris , dicens Sāsoni marito suo : *Quomodo dicis, quod amas me, cum animus tuus non sit tecum? Per tres vices mentitus es mihi , & noluisti indicare , in quo sit maxima fortitudo tua :* cum sanctis ergo Patriarchis fuit Dei animus , quibus incarnationis secretum à saeculis absconditum reuelauit ; attamen illis nomen suum non patet fecit , vt ipse Moysi nomen eius expostulanti , respondit: *Ego* Exod. 6. 3. *Do-*

*Dominus, qui apparui Abraham, Isaiae, & Iacob, & nomen meum non indicaui eis: Non sic nobiscum factum est, quibus reuelauit mysterium, & patefecit nomen.*

*Amantium  
mos in amo  
re celando  
suppresso,  
nep̄e nomi  
ne literas ad  
inuicē mit  
tere.*

*Cant.s.  
Ibidem.*

*Cantic. 8.*

*Ambros. ad  
Psalm. 118.*

*Luke 2. in c.  
Testatū esse  
vult Christ⁹  
amorē suū,  
dū se nobis  
manifestat  
ex nomine,  
ex Bern. fr.  
de impositio  
ne nominis  
Iesu.*

*Obseruabat antiquitū Deus amātium morem, qui etsi literis significēt suam in personas, quas diligunt dilectionem, literas tamen suppresso nomine mittunt; cautē namque adhuc in amore procedunt, & nolūt, vt apud omnes suus innotescat amor; at cum inualescit dilectio, non verentur publicē nominari; inuenies hoc in sponso, & in sponsa, quæ cū quis esset spōsus eius, à sodalibus interrogaretur Cāticorum in capite 5. eius perfectio-nes descripsit, & subtilius nomē, quasi quæ adhuc cautē amabat, & quæ no-lebat, vt spōsus cognosceretur ex no-mine: *Qualis est dilectus tuus*, petunt sodales; at illa respōdet: *Dilectus mens candidus, & rubicundus*: at ille quasi aporiatus postea ait: *Pone me, vt signaculum, super cor tuum, vt signaculum su-per bra-hium tuū*; quia fortis est, vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio, Cāticorum 8. Quasi si dicat sponsus: *[P]icado estoy de zelos, entrado estoy en desco-fiancas*: 1 Ex eo, quod nomen meum quodammodo erubescas, & semper subticeas; videris enim adhuc me cautē amare, idēo præcipio tibi, vt nō solum in corde geras meum nomen, sed & foris prodas: ita enim ferè ex-plicat Ambrosius sponsi verba in ex-positione Psalmi 118.*

Valde itaque amauit Christus Pa-triarchas sanctos, quibus secreta sua reuelauit, cautē tamen amauit illos, quibus nomen suum abscondit; at ho-die absque aliqua cautela se diligere ostendit homines, quibus nomen suū declarat, ac manifestat: *vocatum est* (in-quit Euāgelista) *nomen eius Iesu*; Vnde exultans ait Bernardus sermone de nominis Iesu impositione: *Nomen à seculis absconditum, nomen inquam Saluatoris, hodie fratres nobis reuelatur*; &

summo iure exultat Bernardus ex nomine Iesu publica impositione; nam antiquitū longē à peccatoribus salus; (vt annotauit Psaltes Psalm. 118.) quia longē à peccatoribus Saluator, longē Iesu; at hodie prop̄e est salus nostra, quia Iesu in medio nostri natus est Emmanuel, idest, nobis̄um Deus; pu-blicēq; nomen Iesu sibi indidit, quod Saluator sonat, vt ostendat ex nominis impositione, quā ardenter diligit eos, pro quibus se publicē Saluatorem profitetur ex nomine.

B Duplicatis itaque signis suum ho-die Christus in nos ostentat amorem, commendatque dilectionem, dū nem-pē circumcisionis vulnus libēter perfert, & dum nomen à seculis absconditum manifestat, & se ex illo ad no-stram salutem operandam astringit.

### CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

C Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcidetur puer.

### ANNOTATIO III.

Examinat hodie Christus corpus suum, & in eo experimentum facit, sit ne aptum ad nostram salutem operan-dam: & pro aptitudine, quam in larga sanguinis effusione experitur, lacrymis rependit Aeterno Patri gratias.

O Peratusus David salutem popu-li sui fecit priūs examen, an pos-fit in ingentem Philistæum inualere. Accinctus David gladio Saul (inquit cō-textus Sacer 1. Reg. cap. 17.) super ve-stem suam, caput tentare, si armatus possit incedere, non enim habebat consuetudinē, &c. Atque cum Regia arma accom-modata non senserit ad prælianum cum

*1. Reg. cap. 7.*

cum hoste, iis depositis, solis suæ pueritiæ instrumentis pugnam aggrediens, ingentem hostem strenuè superauit, gesisse puerum David Christi figuram in hoc euëtu, sicut egit in multis aliis, & fuisse duellum hoc quid præfigurans duellum futurum inter Christum, & diabolum, tenet Author glosæ ordinariæ ad hunc locum in expositione morali: quo supposito, dico Dauidem nolentem procedere ad singulare certamen cum diabolo, regiis armis accinctum, sed suis pastoralibus, puerilibusque instrumentis, puerum Iesum præsignasse, qui non suæ omnipotentia viribus, sed suæ pueritiæ fragilitate, ac (vt ita dicam) imbecillitate truculentum hodie inimicum adoratus est, seu adoriri incepit; quod optimè expendit sanctus Leo Papa serm. 1. de Natuitate, vbi sic ait: *In hoc certe pro nobis inito, magno, & admirabile aequitatis iure certatum est, dum omnipotens Dominus cum sauvissimo hoste, non in sua maiestate, sed in nostra con- greditur humilitate.*

Huc spectat ratio illa secunda, ex illis quas apposui ex Epiphanio; voluisse nempè Christum circumcidi, vt verū esse hominem clarissimè demonstraret, & vt diabolus falleretur, dum cum homine peccatore, qui circumcisio indigebat, se rem agere existimaret: humanitatem igitur hanc, fragilem, tenerumq; corpusculum hodie probat dux noster, & vtrum aptum sit ad ictus sustinendos experitur: unde optimè idem Epiphanius loco citato: *Lydo (inquit) lapide probatur auctor, aurea vero Christi humanitas probatur cultro.*

Adeò aptum, adeò in sanguinis effusione ad hoc prælium iniendum accommodatū tenerimum corpusculum suum in circumcisione expertus est Christus, vt statim Æterno Patri gratias agens dixerit: *Sacrificium, & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi: ac si dicat ( ut exponunt Titel-*

*Author glos.  
ordi. ad c. 17.  
primi Reg.*

*David inermis aggrediens Goliat Christum figurauit, qui inermis diabolū adhoruit. ex S. Leone serm. 1. de Natuitate. Dñi. bili aequitatis iure certatum est, dum Omnipotens Dominus cum sauvissimo hoste, non in sua maiestate, sed in nostra con- greditur humilitate.*

*Circumcisio-  
nis culiculus  
lydo fuit, ad  
quæ probata  
est Christi  
humanitas.*

*Psalms. 39.*

*Pars 2.*

manus, & Genebrardus) maximas tibi A babeo gratias æterne Pater, quia adeò aptum ad prælium cum sauvissimo hoste iniendum, & ad eius ictus sustinendos in Virginis utero adaptasti mihi: & præ antiquis sacrificiis accommodatius ad generis humani redēptionem, per sanguinis effusionem; Quod verbis expressis protulit Paulus ad Hebræos, vbi afferens eadem Psalmista verba, quæ dixerat in persona Christi, sic habet: *Impossibile est sanguine taurorum, & hircorum auferre peccata, idèo Dominus Iesus ingrediens mundum dixit; Hostiā, & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi.*

B Vbi obiter aduertēdum est ex Ruperto lib. de diuinis officiis, adeò aptū ad generis humani redēptionem operandam, quæ sine sanguinis effusione operanda non erat, vt attestatur Paulus ad Hebræos 9. dicens; *Sine sanguinis effusione non fit remissio: Adeò (inquam) aptum ad hanc remissionē fuisse Christi corpus, & adeò ad sanguinē Christi cor- pus ad san- guinē effusō dū proclue ex Ruperto.*

C C effudendum proclue, siue prop̄sum, vt non in circumcisione solum, neque in passione tantū, sed etiam post ipsius remissionis complementum, adhuc sanguinem fuderit. *Ad Iesum autem cum venisset (ait Ioannes cap. 19.) vt Ioh. 19. viderunt eum iam mortuum, non fregerūt eius crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua: admiratur præfatus Pater, & ait: Mira res! non sat habuit Christus Dominus à corpore suo sanctissimo in circumcisione, & in passione largiter pro nostra redēptione sanguinem fundere; non sat habuit in horto sanguinem defudare, nō sanguinis riuiulis plateas Hierusalem, Pilatiique Tribunal, ac Caluariæ locum irrigare; at insuper postquam omnia consummata fuerant, que ad generis humani redēptionem spectabant, sanguinem fudit abundanter: copiosa redēptio! o diuinī amoris copiosa largitio! o Dei nostri viscerum benigna dignatio! Hæc omnia Rupertus vbi supra, ex quibus, & ex iis,*

D Z quæ

*Titel. & Ge-  
neb. ad hunc  
Psalmi locū.*

*Paul. ad He-  
breos cap. 10.*

*Paul. ad He-  
breos cap. 9.*

que superius dicta sunt, satis patet, qua animi alacritate Christus Dominus, puer noster Iesus, Aeterno Patri gratias egerit in hoc circumcisionis euentu, in quo de corpore suo experimentum faciens, adeo aptum adinuenit, ad operandum generis humani salutem, per sanguinis effusionem, dices:

*Psalm. 93.*

*Paul. ad Hebreos cap. 10.*

*Psalm. 44.*

*Corpus adaptasti mihi: quem Psalmi locum de hoc etiam experimento, quod in circumcisione fecit in corpore suo, intelligendum esse docet Paulus ad Hebreos 10. dicens: Ingrediens in mundum dixit, sacrificium, & oblationem noctis; corpus autem adaptasti mihi. Adnoto obiter, sed tu non obiter studeas pessitare, quantum nos Christus in hac gratiarum actione, pro sui corporis ad redimendum aptitudine, deuinixerit: multas namq; cum acceperit a Patre perfectiones, easq; mirabiles, speciem nempe, ac decorem mirificum; nam spectiosus fuit pre filii hominum, & pre omnibus illis gratiosus; Ut attestatus est Regius Psaltes Psalm. 44. tamen, neq;*

*C pro his, neque promille aliis naturae dotibus, Patri aeterno rependit gratias, sed pro sola aptitudine corporis sui ad effudendum pro nobis sanguinem: Bona enim, que ad nostrum remedium non conducebant, (ait Augustinus libro 5. de apto; & pulchro cap. 13.) parui fecit; nam absque pulchritudine in nostra redempzione operari poterat id, quod sine aptitudine non poterat: agamus ergo gratias Redemptori, qui ex iis tantum modo aeterno Patri rependit gratias, que ad nostram salutem conducunt, dicens, corpus adaptasti mihi.*

*Parui fecit Christus omnia, que ad nostram salutem non conducebat, ex Aug. li. 5. de apto, & pulchro cap. 13.*

*finio voluit Christus latro reputari, ut furtum Adae diuinae iniustiae exactius satisfaceret.*

**I**n ter multa, quæ circumcisionis signum innuebat, & quæ referuntur a Patribus, & præsertim a Chrysostomo homil. 40. in Genesim, ab Irenæo libro 4. contra Hæres, cap. 30. à Damasceno libro 4. de fide, ab Epiphanio Hæref. 8. à D. Ambrosio libro 1. de Abraham cap. 17. ab Hugone Victorino lib. de Sacramentis, par. 12. cap. 1. & à D. Augustino hom quinquagesima, & libr o 16. de Ciuitate Dei cap. 17. inter multa (inquam) quorum signum (secundū præcitos Patres) circumcision erat; quid particulare innuisse, ait Bernardus sermone 3. de circumcisione, significasse nempe, & innuisse in homine circumcisione crimen commissi latrocini; quem admodum hodie aurium scissio latronem indicat; *Cauierum*, itaque latronis, & furti signum appellat Bernardus circumcisionem.

*Quid circumcisionis signum innuebat ex Patribus intra citans.*

*Significabat etia latrociniū ciuitatis, ex Bernardo sermone circumcisione.*

**E**x qua Bernardi sententia noua exurgit admirandi ratio, ex pueri Iesu circumcisione; si præsentim ad verba Pauli attendamus ad Philippienses cap. 2. vbi loquens de codem Seruatore Christo Iesu, sic ait: *Non rapinam arbitriatus est esse se aequalē Dei: sed semipsum exinanivit formam servi accipiens.* Ex quibus Pauli verbis apparet, Christum Dominum, nec Deitatem rapuisse, neque humanitatem usurpasse; cum namque Deus simul, & homo sit, neque Dei, neq; hominis formam habuit ex rapina: ob quod igitur furtum, seu ob quam rapinam latronis signo infigitur, statim ut nascitur?

*Paul. ad Phil. cap. 2.*

**A**dauget dubitandi fundamētum, quod etiam in mortis confinio latronis supplicio multatus est Christus; nam Iudei tormento crucis nunquam vñi sunt ad puniendum reos, quos aut lapidibus obruebant, aut igne cremabant; at Romani latrones crucis patibulo punire consuecrunt, vnde

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcidetur puer.*

## ANNOTATIO IV.

*In sua vita initio, & in suam mortis con-*

*Iudeorum mos in latronibus puniēdis, à Romanorū mo re diversus.*

Ynde duo illi latrones , inter quos Christus Dominus crucifixus fuit, quia latrones erant, à Pilato Romanorum Procuratore crucis patibulo vita mulctati sunt; & quādō Iudæi instanter petierunt à Pilato , vt crucifigetur Christus, Matth 27. illi latrociniū, & Deitatis , & Regis dignitatis imposuerunt; quia nempè filii Dei , & Regis nomen usurpauerat: *Hunc ( inquietum) inuenimus dicentem, se Christū Regem esse*, Luc 23. Itaque tanquam latro circumciditur Christus , secundum Bernardi sententiam, in suæ humanæ vitæ primordiis, & vt latro moritur in cruce aëtus , & inter duos latrones positus; testantur Euangelistæ, Matthæus nēpè cap. 27. Marcus cap. 15. Lucas 23. Ioannes cap. 19. cuius verba digna sunt disquisitione: Crucifixerunt eum , & cum eo alios duos, hinc , & hinc, medium autem Iesum: pensita verba Ioannis : *Cum eo alios duos*; ubi necesse est intelligamus loquutum fuisse Euangelistam , secundum eorum intentionem, nempè Pharisæorum Principum , qui Christum Dominum, qui peccatum non fecit, neq; dolus inuentus est in ore eius ; Latronis patibulo vita priuari expostularunt; aliter enim si intelligantur verba Ioannis ; sic Christum Dominum latronem vocant, atque alios duos; absit tamen , non enim Ioannis talis mēs fuit: at reuera Christus Dominus , *cum sceleratis reputatus est*, vt capite 53. Esaias loquitur: vt latro circumciditur, secundum Bernardi mentem; & velut alter latro in cruce patitur inter alios duos hinc , & hinc, vt loquitur Ioannes , & vt cæteri Euangelistæ testantur.

*Quid igitur fieri potuit , vt infans octo dierum latrociniī signo notetur? quid fieri potuit, vt innocens, & Magister bonus , tanquam latro funibus alligetur de quo ipsem̄ conqueritur Matthei 26. dicens; Tanquam ad latronem existis cum gladiis, & fastibus comprehendere me? Quid deniq; fieri po-*

Pars 2.

Matth 27.  
Ibidem.

Luca 23.

Matth 27.  
Marci 15.  
Luc 23.  
Ioan 19.

Esai 53.  
Ioannes 19.

Matth 26.

tuit, vt illum tanquam latronem crucifi expositulent Iudæi, de quo testatur homo gentis suæ, quod absque rapina aliqua, sibi diuinitatē, & humanitatem adscriperit ? mira res ! mira amoris dignatio ! mira, & adæquata Adami furti, persolutio ! proportionata pro delicto satisfactio. Surripuit Adams vetitum sibi pomum , quod custodire potius debuerat , ex Dei præcepto, qui ipsum in paradyso collocauerat, vt operaretur, & custodiret illū, Genes. 2. ad debitum Adæ diuinæ iustitiae persoluēdum nascitur Christus; qui vt exactè, & abundè diuinæ iustitiae satisfaciat, subdi vult pœnis latronis ; siquidem pro latrone debitū soluit. Audi Bernardum loco superiùs allegato : *Cauterium ( inquit) latronis,* & peccati signū circumcisione fuit , quia indicabat id, pro quo imponebatur, quod nēpè Adami furtum omnes contrahimus: unde iam Christus in circumcisione minoratus est mulcè minus ab Angelis, qui non solum formam habet hominis, sed formam peccatoris, & insingitur, velut quodam cauterio latronis.

## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Postquam impleti sunt dies octo, vt circumcidetur puer.*

## ANNOTATIO V.

D Mollificauit Christus sanguine suo in circumcisione effuso, & in dulcedinē cōuerit legis antiquæ asperitatē, & rigorē.

I Llud Esaiæ vaticinium de Christi Natiuitatis tempore, quod alibi iam discussi, se nunc iterum discutiendū offert. Erunt prava in directa, & aspera in vias planas, quē Esaiæ locum exponit Tertulianus , vt cæteri Patres, de effectib⁹ Natiuitatis Christi, vel ipsius Christi in suæ vitæ decursu, & ita Propheta

Z 2

Esai ca. 40.

Paul. ubi su-  
pra.

Genes. cap. 2.

Bern. ubi su-  
pra.

Tert. ad huc  
Esia locum.

phetæ verba interpretatur: Erunt præna  
indirecta, & aspera in vias planas, id est,  
legis difficultates in Euangeli faciliatates  
conuerteret: Quod si in multis verificari  
hoc potest, in circumcisione potissimum  
verificatur, in qua summum rigorem,  
& asperitatem in ipso suæ vitæ, quasi  
vestibulo experiebantur infantes, quæ  
ita intensum dolorē, & vulneris acer-  
bitatem conuertit Christus in lustra-  
les, ac limpidissimas aquas Baptismi,  
quibus refrigeratur corpus infantis, &  
à culpæ originalis labo mundatur ani-  
ma.

Circumcisio  
signū cruentum cū inge-  
ti dolore in-  
flat.

Lex vetus  
rigoris lex  
fuit.

Tert. ubi sup.

Chrysostom.  
4. in Genes.  
causa legen-  
dum.

Erat equidem circumcision signum  
truentum cum sanguinis effusione, &  
vehementissimo dolore coniunctum;  
vnde adeò aspera, adeò severa erat  
lex vetus, vt in ipsa statim ianua acutissimum  
haberet cultrum suæ seueritatis signum, & instrumentum; vt  
indicaret nullum ad eam profitendum  
ingressurum, nisi proprium prius san-  
guinem funderet: accessit Christus,  
qui petra erat, & in se ipso circumci-  
sionis cultri aciem hebetem reddidit,  
cultrumque ipsum omnino tulit: &  
loco illius fontem vberimum, ac sa-  
lubrē valde fecit scaturire; vnde optimè Tertulianus: Legis difficultates in  
Euangelio facilitates conuerteret.

In hoc arguento audiendus est  
Chrysostomus homilia 4. in Genesim,  
vbi sic ait: Circumcisio dolorem habuit,  
& laborem, & nulla alia in circumcisione  
fuit virilitas, (lege cautè, nam aliter  
sentit Scotus noster cum multis) quæ  
hec sola, quod ex hoc signo essent cognoscibilis,  
& ab aliis gentibus sequestrarentur  
Iudei; Nostra autem circumcision, Baptisma-  
tis, inquam, gratia medicinam habet citra  
dolorem, & innumera bona nobis afferit;  
& Spiritus sancti gratia nos implet; in  
nostra circumcisione non sustinetur labor;  
sed criminum deponuntur onera, & re-  
missio inuenitur omnium peccatorum.

Bern. ser. 4.  
de Epiphan.

Consentit Bernardus cum Chry-  
sostomo in nostro intentu principali,  
quamquam ab illo dissentiat, in esse-

etu circumcisionis; audiamus Patrem;  
& postea in quo à Chrysostomo dis-  
cedat ostendam tibi: Populo (inquit ser-  
mone 4. de Epiphania) dare seruicis,  
cultellus erat necessarius; at noster Iesus  
tanquam agnus mansuetus omnem austre-  
ritatem abstulit, duritatem mutauit in  
mansuetudinem, vt rubiginem originalis  
peccati, quam vix cultellus erradere po-  
teret, ex hoc iam cum ynctione gratia fa-  
cile lauet aqua.

Dissentit itaque Bernardus à Chry-  
sostomo in hoc, quod ait, circumcisione  
nem aliquo modo deleuisse maculam  
originalis peccati, quod Chrysostomus  
negat expressè, dum ait: Nullam aliam  
in circumcisione fuisse virilitatem, prater-  
quam quod illius signo ab aliis populis  
distinguenterentur Iudei: Non tamē Ber-  
nardum dissentire puto, immò ab aliis  
Patribus dissentire Chrysostomum;  
nam omnes præter ipsum, tam positi-  
ui, quèm speculatiui Doctores tenent  
per circumcisionem tunc auferri ma-  
culam culpæ originalis.

C Hæc obiter dixi, reuertor nunc ad  
intentum: mollificauit Christus Do-  
minus, vbi primum natus est, legis du-  
ritiem sanguine suo, quem in circum-  
cisione effudit; quod vt ostendam, dis-  
quiram prius duo sacræ Scripturæ lo-  
ca: primum ex 2. Regum cap. 23. se-  
cundum ex Psalmo vigesimo primo  
versu 7. in quibus Dauid vermis ap-  
pellatur, seu vermiculus: Quasi tener-  
imus ligni verniculus, (ait contextus  
Sacer) & ipse Dauid Psalmo citato de  
se ait. Ego sum vermis, & non homo. At

D loca vtraque de Christo Domino in-  
terpretati sunt Patres, & presertim  
Origenes homilia 14. in Lucam; Am-  
brosius ad huc Psalmi locum, vbi ait.  
Sic Christum de Maria pro creatum fuis-  
se sine virili semine, atq; ex manna ver-  
mis: Augustinus epist. 40. & ser. 181.  
de tempore, S. Maximus sermone in  
Dominica Palmarum, Bernardus ser-  
mone de Passione, Brixensis ad hunc  
Psalmi locum, & cap. ultimo commen-  
tatio-

2. Rg. cap. 23  
Psal. 21.

Interpreta-  
tur duo hæc  
loca de Chri-  
sto Dño ab  
Origine, &  
ab Ambrosio  
ad Psalm. 21  
Item ab Au-  
gustino, & à  
S. Maximo  
Episcopo, &  
à reliquis Pa-  
tribus intia-  
citatis.

tariorum in Ionam: Hugo tandem Cardinalis ad hunc Psalmi locum, vbi referens proprietates vermiculi, octo enumerat, inter quas una est, quæ etiam adducitur, à Camalib. 6. cap. ultimo de natura animalium; cum nempè rigidum, durumque experitur lignum, in quo generatur, & quod corrodere vult, & conterere, sudore proprio mā defacit, vt facilius possit corrodere sapientissimus equidem, & tenerimus ligni vermiculus Christus intra Synagogam genitus, cum vellet eam corrodere, & comminuere, rigidamque, ferream, ac lapideam experiretur, suo proprio sudore, seu sanguine in circūcisione effuso madefecit, ac reddidit mitiorem; nonnè Christus Dominus octauo die à Natiuitate tenerimus fuit vermiculus, qui sudore suo rigidū Synagogæ cultrum, quo infantes vulnerabat, suo sanguine hebetem reddit? & in limpidissimam lympham conuertit? verè equidem puer Iesus hodiè legis difficultates in Euangelii facilitates cœpit conuertere, verè legis rigorem conuertit in mansuetudinem, & eius amaritudinem, in dulcedinem.

### CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Postquam impleti sunt dies octo, ut circumcidetur puer.*

### ANNOTATIO VI.

*Benedixit puer Iesus in die circumcisōnis sue Christianorum sacula; festīalia reddidit eorum tēpora, & anni initium consecrauit sanguine suo.*

**T**otum huius annotationis discursus in spiritu vidēs Regius Psalmes literis exarauit Psalmo 64. expref-  
Psal. 64.  
Ibidem.

Pars 2.

A *sissimisque verbis protulit, dicens: Visasti terram, & inebriasti eam, &c. & post pauca: Benedices corona anni benignitatis tue, & campi tui replebuntur vberitate: Nam (vt ait Cassiodorus, & obseruat Titelmanus) in die Natiuitatis suæ visitauit Christus terram, secundum illud Zachariæ Sacerdotis Lucæ 1. *Vistauit nos oriens ex alto: & in die circumcisionis inebriauit illam sanguine suo, fertilemque reddidit, ac tunc anni initiis benedixit, eaque consecrauit; cum enim corona capiti imponatur, & principium anni caput sit ipsius anni, fertilitatis coronæ, quam suo sanguine causauit, benedixit, ac sanctificauit: & quod de hoc felicissimo anno, in quo Christus natus, & circumcisus est, loquatur Psaltes, ipse clarissimè manifestat, dum appellat Annūm benignitatis Christi: Nam (vt loquitur Paulus ad Titum cap. 3.) tunc apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei: audi Patrem: Letabitur (inquit) Ecclesia germinans in guttulis sanguinis tui defluentibus super eam; quemadmodum letatur terra, & gaudet distillantibus super eam guttulis pluiae temporaneæ: in hunc sensum adducit Theophilactus illud Osee in cap. 6. *Quasi diluculò preparatus est egressus eius, & veniet quasi imber noctis temporaneus, & serotinus terræ: Matutinae (inquit) pluiae indiget terra, ut proferens commissum sibi semen, pinguedinem habeat, quæ illud nutrit: serotine vero, ne adulta sata exarescant, ita & nobis Christus ros matutinus venit, quando per sanguinem suum nos in circumcisione incepit saluare: serotinus vero, quando in passione eiusdem sanguinis pretio abunde redemit.***

D *Imprecatus Isaac Jacob filio suo roris benedictionem Genesim 27. dicit: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terra abundantiam: Admiratur Hieronymus loquendi modum, & quid sit roris benedictio inquirens,*

Z 3 ait,

In die Natiuitatis suæ visitauit Christus terrā, & in circūcisione sua inebriauit eā sanguine suo, ex Casiodor. & ex Titelmano.

Psalm. 64.  
Paul. ad Titum cap. 3.

Cassiodor. ad Psal. 64. itē & Titelm.

Osee cap. 6.  
Theophil. ad hunc Propheta locum.

Genes. ca. 27.

ait hanc benedictionē sanguinis Christi, quo hodie ipse benedixit, & fertilem reddidit tēpora legis gratiæ exceptasse tunc sanctum senem, & à Deo instanter expostulasse; explicans nāq;

*Aggai cap. 1.  
Hieron. ibi.* præfatus Pater illud Aggæi in cap. 1. *Super vos prohibiti sunt cœli, ne darent rorem; sic habet: Ego illum rorem esse existimō, de quo dixerat Isaac benedicens Iacob: det tibi Deus de rore cœli benedictionem, idest, de Christi sanguine, sine quo virtutum non pullulant flores:*

Christi sanguis in circumcisione effusus ros matutinus, quo Ecclesiæ fertilis redita est. O felix annus! ò tempus felix! ò Ecclesia nascentis exordia felicissima! quæ hoc ex cūdissimo rore meruerunt cōfessari flores ferre, iisque coronari, & benedici à puero nuper nato, & pro nostra commoditate circumcisio, qui sui sanguinis benedictione nostra sœcula benedixit, coronauit, ac fertilissima reddidit; benedixit itaque hodie coronæ anni benignitatis suæ, vt à Regio Psalte olim fuerat Prophetatum.

*psalm. 146.* Libet in hanc sententiam adducere illud Psalmi 146. *Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam: Agit Proles de continuis beneficiis, quæ Deus confert in homines; at innuit locus præsens mysterium, de quo agimus: nam videmus hodie cœlū operatum nubibus, vt paret terræ pluuiam;*

In die circumcisionis fuit cœlum operatum nubibus, & paravit terræ pluuiam. *videmus Diuinum Verbum opertum nube humanitatis; videmus innocentiam eius opertam nube originalis peccati, absque eo quod contraxerit; videmus Christiferam carnem inustam, & opertam signaculo peccatoris: sed si quæras à Regio Psalte ad quid nubibus his opertum est cœlum? respondebit utique; Ut paret terræ pluuiam, idest, vt sui sanguinis rore terram mafaciatur, humectetur, & reddat fertilem: non igitur nobis timendum est, à turbine, dum cœlum hoc nubibus opertum conspicimus; sed lætandum, quia paratur nobis pluuiia temporanea, ac matutinus ros, quibus nostri*

A cordis sterilitas pellatur, & quibus vniuersalis Ecclesia irrigetur, vt fructus in dies ferat uberrimos; vnde optimè Cyprianus libro de operibus Cardinalibus: *Non istum umbrem (inquit) procellosa tempestas emittit; Ros matutinus est iste sanguis de cœlestibus stillans, & quasi Vnctio mentem deliciens: Quod etiam argumentum prosequitur Ioānes Chrysostomus homilia 45. in Ioannem: vbi sic habet: Hic Christi sanguis orbis terrarum decus est, hic est, quo Christus ornauit Ecclesiam; sanguis hic pulchritudinem eiusdem Ecclesie, quam semper irrigat, & fecundat, langescere non sinit.*

Cyprian. lib.  
de operibus  
Cardin.

Ioan. Chry.  
soft. hom. 45.  
in Ioan.

Amplifica-  
tur amplius  
præsens al-  
leluia, ex  
PatreSebast.  
Barradas to.  
1. sua concor-  
dia lib 9. c. 5.

B Amplificabis & illustrabis amplius huius annotationis argumentum, si quandam valde accommodabile moralitatem prosequaris, quam affert mihi multis titulis venerandus Pater Sebastianus Barradas è Societate Iesu in sua cōcordia Euangelica, tomo 1. libro 9. cap. 5. vbi adducit in sensum, quem prosequimur, illud tertii libri Regum cap. 18. de nubecula parua, quæ à se dimisit ingentem pluuiam: *Ecce (inquit contextus Sacer) nubecula parua asciendebat de mari, & postea facta est pluuiia grandis: vbi sic habet præfatus Pater: parua sanguinis nubecula, è pelago diuina misericordia supra ascendit in circumcisione; facta verò est pluuiia magna in p. signe: Maximam habere locum cum loco conuenientiam, negari non potest: Nubecula illa exiuit è mari; nubecula nostra exiuit è Maria, illa aridam terram mafecit aqua, ista corda nostra sanguine humectauit; nubecula illa Eliæ orationibus ascendit de mari, vt irrigaret terram; nubecula ista antiquorum Patrum deprecationibus, & genitibus exiuit ab immenso Æterni Patris sinu, vt pretiosissimo sui sanguinis rore Ecclesiam fecundaret; non erubescam sine Authore loqui; audi Glosæ ordinariæ ad hunc locum*

Barrad. vbi  
supra.

D *Reg. 3. caps.* *facta verò est pluuiia magna in p. signe: Maximam habere locum cum loco conuenientiam, negari non potest: Nubecula illa exiuit è mari; nubecula nostra exiuit è Maria, illa aridam terram mafecit aqua, ista corda nostra sanguine humectauit; nubecula illa Eliæ orationibus ascendit de mari, vt irrigaret terram; nubecula ista antiquorum Patrum deprecationibus, & genitibus exiuit ab immenso Æterni Patris sinu, vt pretiosissimo sui sanguinis rore Ecclesiam fecundaret; non erubescam sine Authore loqui; audi Glosæ ordinariæ ad hunc locum*

Autho-

*Cloſordi ad cap. 5. libri tertii Regū.* Authorem: *In hoc (inquit) quod Elias suis precibus pluiam impetravit, significatur, quod sancti Patres per deprecationes suas impetrarunt gratiam salvatoris.*

*Psalm. 64.* Fertilizauit itaq; Christus sui sanguinis rore matutino Ecclesiam, benedixitque tunc nostrae ætatis initia, ac consecravit, benedixit corona anni beatitudinis sua: At vt eius benedictionis consequamur effectum addiscamus ab Augustino; qui alloquens vnumquemque nostrum sic ait, & adhortatur:

*Vide terra quomodo aquas buiūs nubeculae accipias, idest, vide homo quomodo accipias hunc pretiosissimum Christi sanguinem; quia qui eum benè accipit, accipit benedictionem; qui vero eum male accipit, iudicium sibi acquirit.*

## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcidetur puer.*

## ANNOTATIO VII.

*In sui sanguinis festina effusione, incitauit Christus nostram in pænitendo teplitudinem.*

*Esaia cap. 8. Genes. 38.* **S**TATIM ut Christus natus est, de abluendis nostris sceleribus proprii sanguinis effusione egit festinus, vnde nomen *Accelera*, iure optimo sortitus est: antequam Zaram publica fruatur luce, gerit in manu filum coccineum, euidens (ut annotauit Bernardus sermone 4. in Vigilia Natiuitatis) Dominicæ Passionis signum; & in quo facto agnouit Hieronymus epistola 11. cap. 4. festinam, & acceleratam actionem, qua Christus Dominus, ubi primum in lucem editus est, per sui sanguinis effusionem

*Bern. ser. 4. Vigilia Natiuitatis. Hiero. epist. u. cap. 4.*

conscientias nostras cœpit abluere. *Ligata (inquit) manus coccino, iam tunc conscientias nostras Christi passione respergit: adeò itaque in nostra redemptione festinus fuit puer Iesus, ut prius sanguine in illa operanda fuderit, quam secreta perfecit lac sugere: Ait Signiensis Bruno homilia de circumcisione.*

Ex hac Christi in nostra redemptione operanda anticipata celeritate condemnat idem Pater nostram in nostra salute, (quod ad nos attinet) operanda tepestitatem; apponens namq;

**B** Christi Seruatoris nostri anticipatam solitudinem nostræ inertiae, sic ait, *Vbi primum Christus exiit ab Viero, statim de nostra salute egit; nos vero qui ab viero errare nouimus, in eadem peragenda tardissimi sumus: Ita equidem, nam semper tempus venturum expectamus, ut confugiamus ad asylum penitentiae, semper de nostra salute agere differimus in crastinum; ac si ineptum sit ad bonum operandum tempus praesens, venturum aptius: audi gentilem Poëtam de hoc argumento proficue satis philosopharem:*

*Properu (inquit) nec te venturas Ouidius.*

*differ in horas,*

*Qui non est hodie cras minus*

*aptus erit*

Tacitæ cuidam obiectioni, quam poterat, quis obiicere responderet Petrus Chrysologus sermone 72. assertque aliqua sacræ paginæ exempla, quibus diluit obiectionem dicet fortassis iuuenis, se non posse in tenera ætate, & imbecilli contra acerrimos nostræ salutis hostes dimicare, & ideo necesse esse prius adolescere, & roborari, quam pugnare: ad hanc refutandam,

*Obiicitur contra apposita doctrinā, ex Chrysologo ser. 72.*

D & diluendam obiectionem, adducit praefatus Pater Jacob, & Zaram, qui pro obtinenda diuinæ gratiæ benedictione, prius pugnare didiscerunt, quam nasci: *Hinc est (ait Chrysologus loco Pet. Chrysol. citato,) quod Jacob in Viero Matris, Genes. cap. 25 cum fratre Iacob, præcepit & triuphos: Genes. 38. hinc est, quod in Viero Thamar gemini de pri-*

de primatus honore prælantur, retardant partum, neq; ante lucem cupiunt videre, quām vincere : Ecce pueruli, siue infantes nostram in nostra salute operāda incusant, arguunt, excitantq; tepiditatem: illam tamen longè vehementiū excitat puer Iesū, qui non pro se, sed pro nobis cultrū experiri, vulnus accipere, & sanguinem fundere, vbi primum natus est, non veretur.

Vt olim elephantes ad præliādum incitarentur, ostendebant eis milites sanguinem vuæ, seu mori, vt sacra docet historia 1. Machab. cap. 6. Comparauerunt se exercitus in prælium, & tubis cecinerunt, & elephantibus ostenderunt sanguinem vuæ, & mori ad acuendos eos in prælium : vide de hac, & de multis aliis elephantum proprietatis bus, viso nempè sanguine ad prælium incitari, apud Ambrosium lib. 6. Hexameron cap. 5. & apud Plinium lib. 8. naturalis historiæ cap. 1. 3. & 5. at nūc perpende mysterium: peccator bellua est iuxta illud Dauidicum Psalm. 84.

*Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est in umentis insipientibus, & similis factus est illis: Christus Iesū botrus est vuæ, vt fatetur sponsa, Cantic. 1. Botrus, inquit, cypri dilectus meus mibi in vineis Engaddi: vbi primum igitur dux noster natus est ad bellum communi hosti inferendum, statim tepidos peccatores, & formidolosos milites sanguine botri, idest, sui corporis, ad arma capescenda incitauit: Nobis (inquit Apostolus Petrus primæ suæ epist. cap. 2.) relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.*

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Vocatum est nomen eius Iesū.*

### ANNOTATIO VIII.

*Adeo se in circūcisione exinanuit Christus, vt nomine, quo cognosceretur, indiquerit.*

*1. Machab. 6.*

*Psal. 84.*

*Cantic. 1.*

*1. Pet. 4.2.*

**A** Notus olim in Iudea Deus, & in Israël magnum nomen eius (ait Regius Psaltes Psal. 75.) sed quid mirū? si ibi confregit potentiam, arcum, scutum, gladium, & bellum: si ibi Deus vltionum, si ibi Dominus liberè agens, vt idem attestatus est Vates Psal. 93. at in circumcisione serui signo inustus, lachrymis plenus, vagitus emittens, & singultus: quomodo aut à quibus cognoscetur? Si quia postea vestem tantū sanguine aspersam portat, ab ipsis Angelis non agnoscitur, & videntes admirati interrogant: *Quis est iste, qui venit de Edō tintatis vestibus?* &c. Esai. 63. Quomodo hic sanguine madefactus, debilis infans, puer parvulus, mūdi Saluator agnoscetur? O absconsa Deitas! O abbreviata immenitas! O nimis valdè ignota Diuinitas, & sub cuiusdam vagientis pueruli fragili natura occultata! Dices hoc factū iam fuisse, quando Verbum caro factū est; vnde non est cur miremur ex eo, quod ille, qui pro nobis homo factus est, sit pro nobis circumcisus. Responde tamen non tantum admirationis in animos inducere formam hominis, accepisse, quām evidentem accipere, peccatoris notam, & publicum sibi peccatoris signum imponere; nam dū homo factus minorauit se paulò minus ab Angelis; at circumcisus exinanuit se; quia ultra formam hominis, quam assumpsit admisit, in se formā, id est, notam peccatoris: & in forma hominis minoratus ab Angelis, inseruitus est, & adoratus: *Cum introduxit primogenitum in orbem terræ, dixit: adoraret eum omnes Angeli eius,* ait Paulus ad Hebr. cap. 1. in circumcisione, non audio Angelos adorasse, & video circumcisionis cultrum peccatorem indicasse; vnde illic minoratum dico, hic autem exinanitum; illic oleum effusum cum sponsa voco, cuius odor suauissimus currere ad se fecit, è vicino pastores, & Reges à lōginquo; at in circumcisione, non tantum voco Deū

*Psal. 75.*

*Ibidem.*

*Psal. 93.*

*Esaie 63.*

*Plus se minorauit Christus in circumcisione, quādum in vito Virginis cat nē assumpsit.*

D *Paul ad Hebreos. 1.* id est, notam peccatoris: & in forma hominis minoratus ab Angelis, inseruitus est, & adoratus: *Cum introduxit primogenitum in orbem terræ, dixit: adoraret eum omnes Angeli eius,* ait Paulus ad Hebr. cap. 1. in circumcisione, non audio Angelos adorasse, & video circumcisionis cultrum peccatorem indicasse; vnde illic minoratum dico, hic autem exinanitum; illic oleum effusum cum sponsa voco, cuius odor suauissimus currere ad se fecit, è vicino pastores, & Reges à lōginquo; at in circumcisione, non tantum voco Deū effu-

*Luc. cap. 2.*

*Matth. 2.*

**Bern. ser. de Circuncisione.** effusum, sed addo exinanitum: illuc namq; diuinitatis à se emisit odorem, hic peccatoris: vnde Bernardus ad caput Canticorum primum, non tam miratur, quod è Virginis vtero egrediens vocetur *effusus*, quām quod in circumcisione se p̄̄beat exinanitum: *Non quidem mirum si dum nascitur eius effusum est nomen, cum ipse se in circumcisione exinanuerit*; neque incongruē;

**Christus in incarnatione effusus in homines, at in circumcisione enumerauit se inter peccatores.** nam in natuitate effudit se Deus in homines, in circumcisione annumerauit se inter peccatores, non latuit hoc Catharinum Ambrosium, qui dū verba Pauli ad Philippenses 2. disquirit,

**Paul. ad Philip. 2.** ait: *Exinanuit semetipsum, dum carnem assumpit, Verbum, & homo in terris apparuit, factus est infirmus, & insipiens, & imbecillus*; at cum se legi circumcisionis subdidit, in honoratus factus est, & in glorius, factus itaq; est peccator similis nobis: quod de signo tantum peccatoris intelligo; nam peccatorem fieri non admitto illum, qui peccatum non fecit, neq; dolus inuentus est in ore eius, vt loquitur Petrus Apostolus epist. 1. cap. 2.

**Petr. Apostol. epist. 1. cap. 2.** Addiderim, Pauli verba, *Exinanuit semetipsum formam serui accipiens, de nulla alia Christi exinanitione congruentius posse intelligi, quām de circumcisione: exinanuit se (fateor) Christus in praesepio nascens inter bruta, exinanitus est fascia colligatus, exinanitus est vagiens, & temporis inclemenciam expositus, & ab Angelis homo factus minoratus; at ibi habuit Angelos suæ diuinitatis præcones, qui ipsum mundi Saluatorem proclamarunt; exinanuit se, fateor, in passione, vbi absq; specie, & decore visus est, vbi cū ini quis reputatus est; sed ibi habuit suæ Deitatis proclamatores, Solem dū obscuratur; Lunam, dum lucē terris denegauit; petras, dum scissæ sunt; elemēta, dū nutant; Centurionē, dū protestatur, dicēs: *Verè filius Dei homo erat iste: latro deniq; dum Dominum appellat, & Regem, quem tanquam latronem aspicit crucifigi: Domine, inquit, me-**

**A** mento mei, dum veneris in Regnum tuū: Exinanitus itaq; & in natuitate, & in passione Christus fuit; at nullibi adeò exinanitus atq; in circumcisione fuit, vbi Angeli nō protestātur, vbi signa, & miracula nō videntur, vbi elemēta nō nutant, vbi materialis Sol nō eclipsatur, vbi Luna materialis nō mēret, vbi deniq; nihil est, quod in puerō diuinū quid protestetur, præter nomen, cui non per visa, sed cōtra visa assentendum est; & ideo, vt assentiremur, notāter dixit de nomine Euangelista: *quod vocatum est ab Angelo*; vt imponentis authoritas, videntium, quę siebant, aduerteret suspiciones; quis enim non suspicaretur peccatorē, quem videbat publica peccatoris nota inuri: quis suspicantur Redemptorem puerum imbecillem serui forma signatum? quis Dei filium, à quo longè est omne peccatum, qui se à peccato originali per circumcisionem liberandum submittebat? vt lex circumcisionis indicabat: nomine ideo *Iesu* in circumcisione indiguit, quod omnes has longè pelleret suspiciones, ipsumq; ab Angelo ante prædictum, vt tanti nominis virtus, & authoritas tanti nuntii, tantam inanitionem implerent.

**Assentitur in Christi nominis impositione cōtra visa.**

**Luca cap. 2.**

**B** C D *vocatum est ab Angelo*; vt imponentis authoritas, videntium, quę siebant, aduerteret suspiciones; quis enim non suspicaretur peccatorē, quem videbat publica peccatoris nota inuri: quis suspicantur Redemptorem puerum imbecillem serui forma signatum? quis Dei filium, à quo longè est omne peccatum, qui se à peccato originali per circumcisionem liberandum submittebat? vt lex circumcisionis indicabat: nomine ideo *Iesu* in circumcisione indiguit, quod omnes has longè pelleret suspiciones, ipsumq; ab Angelo ante prædictum, vt tanti nominis virtus, & authoritas tanti nuntii, tantam inanitionem implerent.

**Exod. c. 5.**

Vocat Deus Moysēm de rubo ardentī, & ignis vſtione non patienti, & mittit illum ad populum, & ad Pharaonem, vt demittat eundem populum; petit Moyses nomen mittentis, Exod. 3. & ait: *Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos; si dixerint mihi, quod est nomen eius? quid dicam eis?* Respondit Deus Moysi: *Ego sum, qui sum*: Admiratus Bertarius, & ait, quam ne conuenientiam habent Moysis interrogatio, & Dei responſio, quę nagationem continere videtur? optimè videt Moyses, loquentem esse, qui loquitur: sed qui sit vult edoceri ex nomine; nam vniuerscuisq; nomen, indicat nominatum: & statim carpit Bertarius Moysēm, & ait: *Ponit Moyses*

**Ibidem.**  
**Disquisitio  
Dei ad Moy-  
sem respōſio**

**Bert. in du-  
biis veteris te-  
stam̄tū, dubi-  
bus agit.**

**Matth. c. 27.**

**Marei c. 15.**

**Luca c. 23.**

*ex euidenti miraculo, quod cernebat, quis esset, qui illum mitiebat agnoscere; nam supplebat vicem nominis miraculi clara patratio, unde non inepta fuit responsio, sed petitio: Dei itaque respositionem ita interpretatur præfatus Author, ac si responderit Dominus Moysi: adhuc nomine non indigeo, quo cognoscar; adhuc enim sum, qui sum, idest, adhuc omnipotens sum, ut testatur, quod vides, veniet aliquando tempus, in quo adeò meam potentiam tegam, adeòq; imbecillis apparebo, & infirmus, ut nomine indigeam, quo cognoscar, nunc me ex omnipotentia agnosce, tunc agnoscar ex nomine, quando ita exinanitus apparuero in carne, ut videar extra me positus, & non appaream esse quod sum, sed in forma serui, & peccatoris alius videar ab eo, quod sum, quod cū in circūcisione euenerit puer nomē imponitur, ut cognoscatur ex nomine, quod occultabatur exsigno.*

### CIRCA EADEM SACRICA contextus verba.

*Postam impleti sunt dies octo, ut circumcidetur puer vocatum est nomen eius Iesus.*

### ANNOTATIO IX.

*Confirmat hodie sponsus signa sponsæ, quibus à querentibus inueniatur.*

**V**ehementer dum optant sponsæ sodales, suæ caræ dilectæ sponsum agnoscere, cui ipsa se adeò deditam fatebatur, illius signa ab ipsa, quibus cognoscant, exquirunt: *Quales (inquiunt) est dilectus tuus, o pulcherrima mulierum, quia sic adiurasti nos? Quæ sodalium sponsæ verba sic interpretantur Nissenus, Theodoretus, tres item Patres apud eundem: Hoc ex te querimus, idest, tui sponsi à te signa postulamus, quia sic nos iure iurando amoris flâ-*

*mas suscitasti, & exoptare fecisti, ut ipsum querere, & inuenire possimus.*

*Quibus statim respondens ait spon-  
sa; Dilectus meus candidus, & rubicun-  
dus, electus ex millibus; Ac si dicat, fa-  
cillimè cognoscetis dilectū inter mul-  
ta millia filiorum hominum ex præ-  
cellenti coloris eius suavitate; habet  
namque candorem eximium, cum  
igneo rubore permixtū, ex quo adeò  
suavis illi resultat color, adeòque exi-  
mia pulchritudo, ut statim se esse in-  
dicet ipsem: non est cur tempus in-  
sumam in disquirendo, de quo di-  
lecto sit locus interpretandus, cum &  
omnes illius Expositores, & signa, quæ  
antea iam fuerant à Davide allata  
Psalmo 44. conueniant in Christum,  
de quo Psaltes dixerat, *Speciosus for-  
ma p̄ filius hominum, diffusa est gratia  
iū tabis tuis:* Sed vtrum coloris istius  
suavitas, ab vtraque eius natura pro-  
ueniat, cum dubitent Patres, & diu-  
nissimodè sentiant, in dubii huius deci-  
sione aliquid conuenit adnotare, atq;  
disquirere.*

Ambrosius in fragmine de fide re-  
surrectionis sic ait, *Rubicundus Chri-  
stus Dominus ex incarnatione, candidus  
autem ex diuinitate, & assignas suæ in-  
terpretationis fundamentum, ex eo  
ait pertinere ad Christi diuinitatem  
candorem; quia ipse candor est lucis  
æternæ: Ambrosium sequuntur Theo-  
doretus, & tres Patres apud ipsum,  
Vrgelitanus, & Apponius apud Gil-  
lerium ad hunc Canticorum locum.*

Nissenus op-  
tino hom. 13.  
in Cant.

*Veneror Ambrosii interpretationē;  
at sequor Nissenum, qui homilia 13.  
in Cantica, & candorem, & ruborem  
in Christi humanitate cognovit; can-  
dorem, inquam, in carnis puritate: ru-  
borem in sanguine; ex quorum mix-  
tione adeò pulcher redditus est iste  
oculorum meorum puer, ut quid pul-  
chrius non dicam apparere, sed neque  
contéplari, ac excogitari valeat; Spe-  
ciosus, itaque p̄ filius hominum, & elec-  
tus inter eorum millaria: Si namque spe-*

Cant. 5.

Nissen. Theo-  
dor. & tres  
Patres. ad  
hunc locum.

Cantic. 5.

Psalms. 44.

Vtrum can-  
dor, & rubor  
Christi vul-  
tus ab vtra-  
que eius na-  
tura proge-  
nit late  
discutitur.

Nisseni op-  
tino hom. 13.  
in Cant.

Psalms. 44.  
Cant. 5.

speciosum quid, ac pulcherimum vis contemplare, appone ad candorē aurum, & per gratum habebis obiectum; aurum appellavit Cyprianus in lib. de virtutibus, seu operibus cardinalibus Christi sanguinem: contemplare igitur pueri benedicti candidissimam humanitatem, pūctis aureis, idest, guttis sanguinis rubricatam, & adeò suauem, adeò pulchrum, adeò delectabile experieris obiectum, vt facile tibi persuadeas illum esse, de quo dixerat sponsa: *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex milibus, &c.*

*Cantic. 5.*

*Exod. 1.12.*

*Apocal. 1.*

*Niss. vbi sup.*

Candidus, & absq; macula erat agnus ille, quem Dominus occidi mandabat, Exod. in cap. 12. quo anni principium consecrabatur: *Mensis iste vobis principium mensum, primus erit in mensibus agni, &c. tollat unusquisq; agnum per familias, &c.* Erit autem agnus absq; macula, &c. Candidus, inquam, erat, at rubicundus non erat, & peccata obluere non valebat; quia quamquam veri agni figura erat, eius tamē sanguis virtutem ad laudanda peccata non habebat; at verus agnus, *Qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo,* in anni principio sanguine rubricatur, vt consecret anni principium, & vt ex sanguinis effusione cognoscatur, illum esse agnum, qui tollit peccata mundi: *Candidus, itaq; & rubicundus* appetet, vt à figuratio agno qui cādīdus tantū erat, distinguatur, neq; iam amplius Synagoga ad legale magnum recurrat, sed hunc verum agnum cognoscat, ex signis sponsæ, que illū candidum ait esse, & rubicundum: *ecce namq; agnus ex puritate, candidus, & ex sanguine rubicundus,* vt loco superius allegato, ait Nissenus Gregorius.

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Vocatum est nomen eius Iesus.*

Christi sanguis aurum,  
ex Cyprian.  
de operibus cardinalibus.

*Cantic. 5.*

*Exod. 1.12.*

*Apocal. 1.*

*Niss. vbi sup.*

## ANNOTATIO X.

*Adeò olim Deus in se diuulgando austerus, vt nec diuulgari velit ex nomine: at nunc adeò communicabilis, vt appelletur effusus.*

*P*robant primam asserti partem illa ipsius Dei verba, Exod. in cap. 6. ad Moysen eius nomen inquirentem: *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Jacob, & nomen meum Adonai non indicavi eis:* adeo parcus in se ipso communicando erat, adeoq; austerus, atq; vt ita loquar, auarus sui, vt neque ab illis, cum quibus frequenter loquebatur, velit cognosci ex nomine; largus equidem in promissionibus, sed in sui cognitione, vt ita dicam. tenacissimus, ac auarus.

*C*ad hanc asserti partem illa ipsius Dei verba, Exod. in cap. 6. ad Moysen eius nomen inquirentem: *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Jacob, & nomen meum Adonai non indicavi eis:* adeo parcus in se ipso communicando erat, adeoq; austerus, atq; vt ita loquar, auarus sui, vt neque ab illis, cum quibus frequenter loquebatur, velit cognosci ex nomine; largus equidem in promissionibus, sed in sui cognitione, vt ita dicam. tenacissimus, ac auarus.

Adde quod Dydimus Alexandrinus obseruauit lib. 1. de Spiritu sancto nomen Dei *Tetragrammaton*, semel tantum in anno, & intra sanctuarium à solo summo Sacerdote in populi benedictione nominari, neq; ideo, *Ineffabile*, dici, quia ore pronuntiari non posset, sed quia nefas erat proferri: *non utaq; volebat Deus diuulgari ex nomine, adhuc tantum intra se manens, ideo ineffabile erat nomen eius:* at postquam tempus incepit aduentare, in quo se effundere destinauerat, voluit cognosci ex nomine, & tale sibi nomen imponi decrevit, *vt ex illa facillimè cognosceretur, quicquid ineffabili illo nomine occultabat.*

*P*ercurrit autem præfatus Pater per omnia, quæ sub nomine *Tetragrammaton* occultabantur; Dei nempè bonitas, salus, omnipotētia, & virtus, & ait omnia hæc fuisse propalata, vbi primū nomen *Iesus* vagienti puerō fuit impositum; quod *Saluator*, siue *Salutare* interpretatur; nam ex hoc Iesu nomine Dei bonitas patet: si enim essentialiter bonus non esset, neq; suis esset creaturis communicabilis; at cum hodie in carne *Iesus* nomen accipit, iam se creaturis suis non tantum communica-

*Deus olim  
quasi auarus  
sui.  
Exod. 6.6.*

*Nomen Dei  
semel tantum  
in anno anti  
quitus pro-  
latū, ex Dydi-  
m. Alex. liv. 1. de  
Spiritus adto.*

*Omnē Dei  
bonitatē, po-  
tentiatē, & vir-  
tutēm propa-  
lat *Iesus* no-  
men.*

nicatum, sed etiam ostendit vnitum: si ad saluandum non haberet virtutē A Iesu nomen non acciperet, quod *salutare* interpretatur; & si ad communes inimicos debellandos, & superandos potens nō esset, Iesu minimē vocaretur, quod etiā interpretatur *Saluater*: Dū igitur Iesu voluit appellari, quid sub nomine *Tetragammation*, quod semel tantum in anno, & à solo summo Sacerdote sinebat exprimi, occultabat, hoc nomine Iesu, à quo hodie voluit nominari patefecit, & voluit, vt innotesceret, vnde optimē spōsa, *oleū* (inquit) *effusum nomen tuum*, Cantorum 1. nam quidquid sub ineffabile nomen quasi inclusum, & sibi soli reseruatū olim habuit, totū hodie pādit, totum patefacit, totum effundit, dum sibi Iesu nomen decreuit imponi.

*Esiae. 45.*

*Procop. ibi.*

*Amb. lib. de  
fide cap. 2.*

*Christus in  
circumcisione  
omnino effu-  
sus, ex Guar.  
Abba. ser. de  
Natiuitate.*

Verē tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator, ait Euāgelicus Propheta c. 45. ad quem locum valde consonāter Procopius: *Sub ineffabili nomine olim Deus Saluator absconditus, hodie cū nomine Iesu in carne manifestus*: Quod item libro de fide cap. 2. obseruauit Ambrosius: *Absconditus olim* (inquit) *Deus, & in Sinai Monte, populo iudaico aliqualiter manifestus, absconditus item filius in Patre; at hodie sub nomine Saluatoris, tam Iudeis, quam gentibus patefactus*: Hæc Ambrosius. Deus itaque, qui intra se ipsum olim adeò abscondebatur, vt neq; manifestaretur ex nomine, à se ipso quodammodo effusus est in uterum Virginis: adhuc cum ex utero Virginis egreditur, effunditur manifestus, sed postquam circumciditur, & Saluator publicè vult appellari, adeò manifestus redditus est, & effusus, vt nihil ex se ipso reseruerit, quod in hominem non effuderit, illiq; manifestauerit, vt ser. 2. de Natiuitate, deuotissimis, ac elegantissimis verbis prosequitur Guarricus Abbas, dicens.

*Tu Dñe omnem tuā plenitudinē diuinitatis in hominē transfundisti; sed nō cōfun-  
disti; trāsfusum autē Deū in hominē non*

dixerim, si ad mensurā datū illū audire, si de omni suaplēnitudine, penes ipsum ali- quid resideret, quod in hominē, cui vñitus est, nō effuderit; merito igitur oleū effusum nomen Dei, vel vnguentum exinanitum, cum ita Deus in hominem effusus sit, vt eum semetipsum exinanisse confiteatur fi- des Apostoli.

Congruunt ea, quæ ad cap. 1. Cant. habet Bernardus, adducens ibi illud Psal. 49. *Sicut aqua effusus sum: ex hoc* *enim loco ostendit totum se Deū ho- minibus manifestasse ex nomine Salu- tatoris, quod in circūcisione sibi im- ponendum decreuerat; ipsi impositū est: Non quidem mirum est* (ait) *si spōsi effusum est nomen, cum ipse quoq; effusus sit, dum formā serui accepit, deniq; ipse ait. Sicut aqua effusus sum: Tunc excla-* Bern. ser. 45.  
in Cantic. mans ait Bernardus ser. 15. in Cantic: *O nomen benedictum! o oleū vñquequalis;* *diffusum! de cælo in Iudeam, & indē in* *omnem terram excurrit!* At amplius potuit Bernardi admiratio dilatari, sicut nomen Iesu dilatatum amplius est, & effusum; non enim apud homines tan- tum dilatatum est, sed apud Angelos, & apud dæmones, audi Apostolum ad Philip. 2. *In nomine Iesu omne genu fle-  
ctatur, cælestium, terrestriū, & infernorū:* Qui ergo adeò Zelotypus, & sui no- minis auarus olim fuit, vt bis semel, tā- tū, & intratēpli parietes à solo Sacer- dote nominari vellet; postquā nostrā carnem assumpit, in omni loco, & ab omni creatura perquā maximē gaudet nominari: Audi Ambros lib. de Spiritu sancto cap. 7. *Christi (inquit) nō ē ante* Ambr. lib. de  
Spiritū S. c. 7 *eius aduentū, quasi vase cladebatur; No-  
tus enim tantum in Iudea Deus; postea  
verò per omnem creaturam diuinū suum  
nomen extendit.*

Hanc Iesu nominis propalationem Tituli crucis indicavit forsitan titulus affixus cru- ci tribus præcipuis linguis inscriptus: *Iesus Nazarenus Rex Iudeorum*, quo indicatū est esse nomen Iesu; apud omnes mundi nationes propalandum apud Iudeos nemp̄, Græcos, & Barbaros.

Ecce

*Esaia 6.  
Lyranus ibi.*

Ecce Deus noster, qui adeò antiquitus occultabatur, ut neq; ex nomine pateretur agnosciri, hodie sibi nomē imponit, ut cognoscatur ex nomine: Ecce completum hodie vehemens illud Esaiae desiderium cap. 26. *Non en tuum, & memoriale tuum in desiderio anima mea,* quod de nomine Iesu, quod hodie benedicto puero fuit impositū, intelligēdum esse docet Lyranus noster in expositione eiusdem Esaiae loci: nam & memoriale iā habet Esaias, & nomen; quod adeò ardēter exoptauit memoriale in sanguine, & nomen in Saluatore. Annoto circa Pauli verba superius allata: *In nomine Iesu omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium, & inferorum.* Cur audito qualicumq; alio Dei nomine, non sic omnis creatura genuflectat, neq; caput discooperiat, sicut cum Iesu nomē audit, facere cōfuescit? idēq; dico sic tantam reuerētiā huic nomini exhiberi, quia omnibus nobis ante oculos mentis ponit, nostram salutem, & à dura dæmonum seruitute libertatem. Apud Romanos mos fuit, (Authore Plutarcho, in libro problematum) seruis, quibus libertatē donabāt, donare simul & pileum, quo caput tegerent, (nā quādiu serui erāt, caput operire illis licitum non erat) quem vbi primum audiebant sui liberatoris nomen, leuabant à capite, in reuerentiam illius, qui libertatem donauerat, quod (audito qualicumque alio nomine, Imperatoris etiam,) facere nō tenebantur.

*D. Pater Bernhardi Senti-  
fi. to. 4. ser.  
48.*

Cū inter Dei nomina omnia, solus Iesu sit, qui in memoriā reuocet, quod ipse pro nostra redēptione sit operatus, idē illi præcipue reuerentiā exhibere tenemur ex debito: Audi diuini huius nominis signiferum, Senensem Bernardinum, Seraphicæ nostræ Religions sydus, vbique collustrans to. 4. suorū sermonū, ser. 48. *Nomen* (inquit) Iesu est signum representans tibi omnia quecumq; Deus vndiq; fecit, propter sa- liē humanā naturā, quod neq; nomē Te-

A *tragammation, neq; aliquod aliud Dei no-  
men representat, & idē super omnia eius  
nomina debes venerari, & colere.*

Sed respondet: benè quo ad Angelos; benè etiā quo ad homines, qui bus Iesu adeò fuit proficius sed quid ad dæmones, quibus nō profuit immō obfuit? (si dici licet) vt auditio eodē Iesu nomine genuflectant? dicam libenter; non flebunt reuerendo, sed tremēdo; quia maiorem, contra se, vim, & fortitudinem in hoc nomine, quā in nullo alio experti sunt: maiorem namq; virtutē dicit in Deo Iesu nomine, id est, *Resemproris, ac Saluatoris*, quā nomine *Creatoris Omnipotentis*: Dei Omnipotētia dæmones condidit: at Dei salutare nomen dæmones spoliauit: audi sanctum Patrem Leonē Papam, vt de dictis non dubites; *Mirabilior* (inquit) *sursum eundem hominis generatio, quā prima conditio;* quia plus fuit in nouissimis saeculis, reparare Deum quod perierat, quam à principio fecisse, quod non erat: Quia igitur dæmones in nomine Redēptoris maiorem experti sunt virtutē, maioremq; potentiam, idque maximo suo damno, quā in aliquo alio Dei nomine, idē (eo audito) contremiscentes genua flebunt: flebunt (inquam) illi tamquā debellatori; flebunt Angeli, flebuntq; homines tamquā liberatori, ac Saluatori: vnde audito Iesu nomine flectitur omne genu, vt ait Paulus, loco, quēm discussimus.

D Addiderim ipsummet Christum Dñm maximā huic venerabili Iesu nomini exhibuisse reuerentiā, vbi pri- mū nāq; in cruce illud perfigi cognovit, caput statim inclinavit, vt honorē exhiberet nomini illo; per quod meruit mūdum redimere, & exaltationē sui corporis ab Āeterno Patre obtinere.

Est insuper in re subtilius quid, quod consideres, si præsertim attētē disqui- rās locū illū Apocal. in c. 19 in quo re- fert Ioannes se vidisse eundē Christū Dñm vestitum podere habentem in formore, & in ueste illi respondentē

*Cur demo-  
nes nomini  
Iesu reuerē-  
tiā exhibeāt.*

*Leo Pap. ser.  
de circumcis.*

*Diuersa ra-  
tionē reue-  
rentiā exhibe-  
nt Angelī,  
& homines  
nomini Iesu  
quā dæmo-  
nes.*

*Etiā Christ  
Dñs nomini  
Iesu reuerē-  
tiā exhibuit.*


*Apoc. cap. 19.*

scriptum, *Rex Regū; Dñs Dominantiū;*  
Non poteris equidem magnopere nō admirari, cum audias tātē omnipotētiā, tantēq; Maiestatis nomina portasse Christū, in extrema vestimenti parte; & *Iesu* nomen super caput suū habuisse collocatū; Regiū nomen, & Dominantis titulum, quasi despexisse, & *Iesu* nomen super omne nomen sublimasse: minus fecisse Christū suā omniptentię cognomenta, quae illi competunt ab æterno, quām nomen illud, quod illi impositū est homini factō nō poteris equidem nō admirari (fateor) at adhuc, & semper pleno ore dicam cum Paulo. *Dedit illi Deus nōmen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu fleatatur, cælestium, terrestrium, & inferorum.*

Ne tamen mireris, audi fundatum, quod excogito: & sub quodā appositissimo exēplo tibi propono: subiugat armis, ac sub suā potestate redigit strenuus quisq; dux barbarā nationē, mirabilia, ac stupenda facinora in bello perpetrans; iubet postea sibi stemmata exarari; [Manda abrir escudo de armas;] iubet ad latus apponi suorū maiorum, suāq; progeniei insignia, & monumenta; at in eminentiori scuti parte egregiū illud factū, quod per se ipsum patratus est, imperat, ut præfigatur: plus enim illud facit, ceteris omnibus suā nobilitatis monumētis, & quidē meritō, nā vt Poëta cecinit.  
*Nā auos, & proanos, & quā nō fecim⁹ ipsi,*  
*Vix ea nostra voco.*

Nunc ad intentū: Esse Regem Regū, & esse Dominantiū Dñm hæreditauit, & habuit Christus à Patre, cuius filius consubstancialis cū esset, fuit & hæres: antiquissima sunt illi suā nobilitatis monumenta; at strenuum redēptionis opus, in quo sub suā potestate redigit infernū, spoliauit dæmones, & redemit humanū genus, per se ipsum operatus est, & illi peculiare est: ex his, quā à Patre habuit; equidē gloriatur, in scuto ponit, sed ad latus tamen; in

fœmore scilicet, & in veste; & habebat scriptum in fœmore, & veste. *Rex Regū;* *Dñs Dominantiū;* at nō *Iesum* super caput principale corporis partem imponi decernit, tanquā suā strenuitatis stemma speciale; vndē conuenienter valde, salutiferum hoc nomen super omne nomen appellatit Paulus, cui summo iure fleatitur omne genu.



## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Vocatum est nomen eius Iesus.*

## ANNOTATIO XI.

*Ornat, & ditat, Ecclesiam nōmen Iesus: & eius sanguis in circumcisione effusus.*

**M**īsus Eleazer ad querendā spōsam Isaac filio Abrahami Domini sui, Genes. 24. primū quod illi obtulit ornamentum fuerunt inaures aureæ appendentes scelos duos; quem locum si conferas cū illo Cant. i. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argente;* Ex vtroq; probare poteris, pri- mū quod Christus Ecclesiæ sponsæ suā donarium obtulit, fuisse aureum ornamentum, idq; illi in sua obtulisse circumcisione; nam *murenulas aureas,* quæ secundum Bernardum, & Anselmum auriū ornamenta sunt, per quas fides ingreditur, iuxta dictū Apostoli:

*Fides ex auditu: ex auro simul, & argento fabricatas, ab sposo tradi spōfæ non aliud fuit, quā ipsam incarnationis mysterium edocere, in qua diuinitatis aurum, cum humanitatis argento coniunctum fuit: quas murenulas in circumcisione donatas fuisse dicimus; quia tunc Ecclesia ab sposo suo primum accepit veræ incarnationis documentum, quod ipse tribuit, dum sanguinem fudit, & nomen acce-*

*Genes. locis  
cap. 24. & fer  
tur cum alio  
loco Cant. i.*

*Primū orna  
mentū, quod  
Christus ob  
tulit Eccle  
siæ.*

*Ad Rom. c. 10  
Fides de in  
carnationis  
mysterio in  
mutenulis  
ex auro, &  
argento effor  
matis.*

acepit: vis videre in loco Genesis adducto inclusum mysterium: obserua inaures ab Eleazer Rebeccæ traditas duos esse appedentes siclos; in quo clarè inuenies incarnationis mysteriū adūbratum, in quo duorum sacerdotum pōdus, diuinitatis scilicet, ac humanitatis reperitur.

At ad sponsæ murenulas disquirēdas reuertamur, quas ex auro efformari promittit sponsus, & notis argenti distingui, seu pūctis argenteis rubricari, vt habet 70. versio: mira res! quis vñquam vedit auro argentum superimponi: quis aurum argento rubricari? neminem alibi vidisse fateor, quia sola sapientia Patris, sic operari nouit, sic potuit rubricare; quia sola illa nouit, & potuit ad diuinitatis aurum cōiugere argentum humanitatis, vt nouum Ecclesiæ ornameūtum cōderet, ipsamq; ornaret: murenulas itaque fecit sponsus sponsæ in circumcisione, quas pūctis argenteis vermiculavit, idest guttis sui sanguinis, & sui pretiosi nominis vnguento reddidit delibutas.

Fortasse obiicies Christi sanguinē, eiusq; Iesus nōmē, auro potius exprimi, quā argento; vndē non stat nostra loci Canticorū interpretatio, quæ in auro diuinitatē considerat, & in argēto sanguinem humanitatis significari interpretatur; de sanguine fateor nam apud Petrum Apostolū video per aurum incorruptibile, Christi sanguinē designari: *Non corruptilibus auro, vel argento* (inquit 1. suæ episto. in cap. 1.) *redempti estis, sed pretioso sanguine, qua si Agni immaculati:* Vbi Apostolus, corruptibili auro, & argento, opponit aurū, & argentū incorruptibile, idest, Christi sanguinem: vndē optimè Ambrosius ad Psal. 35. *Bonum aurū sanguis Christi, dives ad pietiū, proflusus ad lauantum omne peccatum:* Video itaq; Christi sanguinem auro in sacra pagina indicari, sed etiā video in eodē loco argento eundē sanguinē designari; *Non*

Pars 2.

Cant. 1.  
Versio 70.  
Disquisitetur  
locus.

Obiicitur  
contra dictū

Ambros. ad  
Psalm 35.

*corruptilibus auro, & argento* (inquit Apostolus) *redempti estis, &c.* ergotam auro, quā argento Christi sanguinē designauit Apostolus, quo Christi diuinitas in circumcisione rubricata est. *t. Pet. cap. 1.*

A

Veniamus nunc ad Christi nomen *Iesum*, quod illi in eadē circumcisione fuit impositū, & quo Ecclesia plusquā argento, & auro ditata est, & petamus ab eodem Apostolo, qui tlesaurorum Ecclesiæ clauicularius est, quas opes, quasq; diuinitias à sanctissimo hoc Iesu nomine accepérunt nōnē ipse, cū in Tēplum, vt oraret, ascendens, ac rogatus à mendico claudo, vt elemosynā daret, nō sine mysterio respondit, *Act. 3. Actuum c. 3.* *Argentū, & aurū non est mihi, quod autē habeo, hoc tibi dō; in nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula:* Intellexit enim aurū istud, ac argentū corruptibile, pro illo, quod in nomine *Iesu* includitur, & quo Ecclesia rutilat, ac ditescit, nihil faciendū esse; audi Chrysostomum, qui dum locum exponit, pulchrè inducit Petrū loquentē ac sic

*Chrysost. ad  
suprapositiū  
locum.*

C

dicentem: *Mihi Christus in suo nomine aurum suum reliquit, & argentum; mihi fructuosum est, mihi tributa pendit: non igitur tantum Christi sanguis, sed & eius nomen argentum, & aurum est, quo ornatur, & ditescit Ecclesia.*

Huc spectat illud vaticiniū Esaiæ *Esaie cap. 2.* 2. in mystico saltem sensu, *impleta est terra argento, & auro, & non est finis thesaurorū eius.* Quamquam enim secundum literalem intellectum de Iudeorum avaritia intrepidandus sit locus iste; tamen secundum spiritualem intelligentiam de Ecclesiæ diuinitis spiritualibus, quibus (adueniente Christo) abundauit, acipiendum esse, & interpretandum docet glosa, quæ loco illorum verborū: *Impleta est terra;* sic habet: *Impleta est Ecclesia argento, & auro, & non est finis thesaurorum eius;* nā iudiciorū diuinitatē finire, at Ecclesiæ thesauri finem non noscant; diuina namq; sunt Sacraenta, à quibus gratiarum diuinitas

*Glos. ad huc  
Esaie locū.*

D

*abstiu-*

*Impleta est Ecclesia argento, & auro, & non est finis thesaurorum eius;* nā iudiciorū diuinitatē finire, at Ecclesiæ thesauri finem non noscant; diuina namq; sunt Sacraenta, à quibus gratiarum diuinitas

Aa 2

*abstulerunt, auferētq; Christiani ad seculi  
vsque consummationem; Prouenire autē A  
has Sacramentorum diuitias à Christi  
sanguine nemo est, qui nesciat.*

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Vocatum est nomen eius Iesu, quod ro-  
catum est ab Angelo, priusquam  
in viro conciperetur.*

## ANNOTATIO XII.

*Diuina sapientia maximè proprium,  
multò antea fundamenta iacere,  
quād adificet.*

*Greg. Nazianzen. orat. 18.*

**D**Esumptum est hoc præsens ar-  
gumentum ex Nazianzeno Gre-  
gorio oratione 18. *Diuina (inquit) sa-  
pientia magnarum rerum fundamen-  
ta multò ante iacit, quād adificet;* Potest  
insuper idem argumentum aliquibus  
sacræ Scripturæ locis comprobari, &  
ex illis omnibus inferri fundamētum,  
& causam, ob quam pueronascituro,  
antequam conciperetur nomen *Iesu*  
fuerit impositum.

*Dubitatur à  
quo fuerit  
compositus  
Psal. 136. ex  
Aug. lib. 17.  
de Ciuit. Dei  
cap. 14.*

*Psal. 136.*

*Psal. inscrip.  
ta.*

Ad præsens argumentum confir-  
mandum iuuabit discutere dubitatio-  
nem quandam, quam excitat sanctus  
Pater Augustinus libro 17. de Ciuitate  
Dei cap. 14. fuerit ne Psalmus 136.  
cōpositus à Davide, an ab aliquo alio  
Authore? Continet namque Psalmus  
præfatus lamentationes, & lachrymas D  
filiorum Hierusalem in Babylonica  
captiuitate; vt patet ex ipsorū verbis:  
*Super flumina Babylonis, illic sedimus, &  
fleuimus, &c.* Hæc autem captiuitas  
quatercentesimo anno post Davi-  
dis mortem obtigit Israelitis; vnde  
videtur non fuisse Psalmum hunc à  
Davide cōpositum; quod tamen cō-  
tradicit Psalmi inscriptioni, quæ ita

habet. *psalmus David Hieremia: Virget  
equidem dubitatio.*

At idem Pater Augustinus loco  
citato, & Diuus Pater Hieronymus  
epistola 139. firmiter tenent fuisse

*Augustini  
resolutio, &  
D. Hierony.  
epist. 139.*

prædictum Psalmum à Davide com-  
positum: ad dubium verò respondent,  
quod sit Spiritus sancti mos magna-  
rum rerum euentuum multum ante  
tempus fundamenta iacere, quā eu-  
niant; vt tanto ante præmonitis faci-  
lius assentiantur; quod probat Hiero-  
nymus ex Psalmo 98. quia (vt ipse in-

B dubitanter tenet) æditus fuit à Moysē,  
in quo Samuelis nomen expressè po-  
nitur; *Moyses, & Aaron in Sacerdoti-  
bus eius, & Samuel inter eos, qui inno-*

*Cur Sa-  
muel multū  
tēpus ante-  
quam natus  
fuerit, sī à  
Moysē no-  
minatus.*

*bus eius;* Et tamen Samuel  
multa annorum milliaria post Moy-  
sis obitum natus est: at quia ex matre

sterili nasciturus erat, & eximius Dei  
seruus, ac Propheta, idè putat præ-

fatus Pater tanto antea eius nomen  
à Moysē fuisse propheticè indicatum:

Idèque priùs fuisse etiam nomen

*Iesum* puerο concipiendo impositum  
existimant prefati Patres, vt iam ex

tunc fides haberet locum assentien-  
di rei adeò dubiæ, Virginem nempè

paritoram, & puerum vagientem, ac

impositum, legi originalis peccati submissum fu-

turum esse mundi Saluatorem.

Trecentis annis antequam Rex

*Nomē Iesie  
trecentis an-  
nis antequā  
nascetur  
illī fuit im-  
positum, 3.*

Iosias nasceretur, prædictum fuit no-

men eius à quodam Propheta 3. Re-

gum cap. 13. dicens: *Ecce filius naſce-  
tur domui David, Iosias nomine, &c.*

*Reg. cap. 13.*

Si queras ab Hugone causam, tam  
anticipatæ nominis Iosiae impositio-

nis, respondebit, idè sic factum es-  
se, vt crederent filii Israel, suscitan-

dum à Deo iri inter tot Reges ido-  
latras, Regem vnum sanctum, qui

futurus esset quidam illius populi,  
quasi Saluator, idolorum destru-

ctor, & verus Dei cultor, atque ama-

tor: de quo postea Eccles. cap. 49. Me-

*Eccles. ca. 49  
opus*

*moria Iosiae in compositione odoris facta*

*opus pigmentarii, in omnium ore quasi  
mel inducabitur.*

In Iosie no-  
mine nomé  
Iesu præ-  
gatatur, ex  
glos. ord. ad  
cap. Eccl.  
49.  
Psalm. 11.

Non equidem incongruè existimat  
uit glosæ ordinariæ Author fuisse Chti-  
stum Dominum in Iosia adumbratū,  
& in nominis præuentione, & in illius  
significatione; interpretatur namq; Iosias  
fortitudo Domini, & de Christo di-  
citur Psalmus 11. *Dominus fortis, & pe-  
tens, Dominus potes in prælio;* Si igitur,  
quia Iosias adeò strenuus Rex futurus  
erat, & adeò potens in liberandis ab  
idolorum seruitute subditis suis, con-  
ueniens fuit, ut eius nomen in Israelis  
consolationem tanto ante prædicere-  
tur, lögè certè cōuenientiùs fuit, ut pue-  
ro concipiendo Iesu nomen ab Ange-  
lo imponeretur, quod *Salus seu Salua-  
tor* interpretatur, ut mundus crederet  
sub fragilitate infantis latere Dei for-  
titudinem ad saluandum, quod erat  
impossibile credere, si illi hoc nomen  
non esset priùs impositum, quām ipse  
in forma serui appareret; nam ut iam  
ex Nazianzeno annotauimus, solet di-  
uina sapientia magnarum rerum funda-  
menta multo ante iacere, quām incipiat.

Nazianzen.  
ubi sapra.

Eccles. s. 49.

Vt autem cognoscas, quām exactè  
respondeat figura figurato, perpende  
sacri contextus verba de optimi Regis  
Iosia dulci memoriali: *Memoria (in-  
quit) Iosia in compositione odoris facta  
opus pigmentarii in omni ore, quasi mel  
inducabitur, &c.* O dulcissimi pueri  
memoriale, nomen Iesu! ò nomen in

A compositione odoris factum! ò no-  
men Iesu vnguētum, seu oleum effu-  
sum suauissimum, ad cuius odorem  
currunt Magi, currunt pastores, currunt  
& omnes iustorum animæ! ò dulcissi-  
mum nomen! de quo Bernardus, nomē Bern. ses. 11.  
Iesu mel in ore, melos in aure, iubilas in Cantica.  
in corde; dulcis itaque Iesu, præ Iosia  
memoria dans vera cordis gaudia. Ex-  
periebatur tātam in nomine Iesu dul-  
cedinem incarnatus Seraphim, & di-  
uinus homo sanctissimus Pater noster  
Franciscus, ut ad Iesu nominis audi-  
tionem, mox labia lingue con-  
sueverit, & se interrogantibus respon-  
debat, tantam esse dulcedinem, quam  
audito hoc Iesu nomine experieba-  
tur, ut illā vix capere possit: At super-  
fedeo tanti nominis encomiis, &  
taceo, quia non est speciosa laus in ore  
peccatoris: & pergo ad acceleratum  
Magorum gradum in huius suauissi-  
mi nominis odore currentium, & pue-  
ro Iesu munera adducētiū: si amplio-  
rem laudum segetem ex Christi san-  
guine, & ex eius dulcissimo nomine  
metere adhuc exoptas, lege doctissi-  
mum pariter, ac deuotissimum Patrē  
Sebastianum Barradas, è Iesu Societa-  
te tom. 1. lib. 9. cap. 7. cuius mirabiles  
circa Iesu nomen considerationes, nō  
ideò taceo, quia dedigner à tanto tāq;  
graui Authore aliqua mutuare, sed  
ne dicat de me Zilus. *Vini-  
tur ex rapto.*

Beatisimi  
Patris nostri  
Francisci dis-  
tum.

Math. 8. 1

Barrad. to. 1.  
lib. 9. cap. 7.



I N  
EVANGELIVM EPI-  
PHANIÆ DOMINI.

Ex capite 2. Euangelistæ Matth.

*Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudeæ, in diebus Herodis Regis; Ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: ubi est, qui natus est Rex Iudaorum? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo: & congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleem Iudeæ: Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iuda: sex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes (clam vocatis Magis) diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethleem dixit: ite, & interrogate diligenter de puerō, & cum inuenieritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens adorē eum: Qui cū audissent Regem, abierunt, & ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer: videntes autem stellam gauiſi sunt gudio magno valde, & intrantes domum, inuenient puerum cum Maria Matre eius; & procidētes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham; & responſo accepto in ſomni, ne redirent ad Herodem; per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.*

SACRI CONTEXTVS LITERALIS  
EXPLANATIO.

**D**ONGA nimis exigit expositione contextus hic sacer; multa namq; ex illo discussi tienda occurront: at ego ea, qua potero breuitate perstringā, & in primis diſcutiam, quid tenendum sit circa

**A**Magorum personas, idest, quodnam munus professi sint; quibus artibus dediti; utrum Reges fuerint; quo tempore, & ex qua parte ad Christū adorandum venerint; quot fuerint numero; quæ donaria Christo obtulerint, & quibus fuerint nominibus insigniti; & utrum præter signum stellæ aliquæ habuc-

habuerint impulsū ad puerū Iesum  
recenter natum adēd̄ diligēter inqui-  
rendum; deinde aliqua circa stellam  
annorabo, & tandem de mysticis do-  
nariis, quæ obtulerunt, apponam pau-  
ca.

*Vtrum Magi Reges fuerint, an non di-  
uersimodè sentiūt Patres, eorum nāq;  
nonnulli Reges fuissē inficiātur, quod ex duobus colligunt fundamētis. Pri-  
mum, quia si Reges essent, Regio no-  
mine ab Euangelista nuncuparentur;  
non enim ad puerum Iesum parum  
cōducebat à Regibus adorari. Secun-  
dum verò fundamentum est, quia si Reges essent, ab Herode, & à Hiero-  
solymitano populo, vt Reges fuissent  
excepti; at hoc tantum abest, quod fe-  
cerint; quin potius appareat, ex sacro  
contextu Herodem illis verbis impe-  
riosē fuissē loquutū, dicens; *Ite, & in-  
terrogate diligenter de puerō, & cum in-  
ueneritis, revantiae mīhi: Quibus ita  
imperiosē nō fuisset loquutus, si æquē,  
atq; ipse, Reges essent; duo hæc fun-  
damenta collegit Mātuanus ex dictis  
istius opinionis factorum, & carmini-  
bus suis inseruit dicens:**

*Nec Reges (vt opinor) erant, nec enim  
tacuissent,  
Historiæ sacræ Authores genus istud  
honoris,  
Inter mortales, quo non sublimius  
vllum.  
Adde quod Herodes, vt magnifi-  
centia Regum  
Postulat, hospitibus tantis regale de-  
dīset  
Hospitium, secumque lares duxisset in  
amplos.*

At Reges fuisse Magos cōmuniōr, &  
certior fert opinio, quā tenet Cypri-  
nus de Baptismo Christi; Augustinus  
ad fratres in Eremo; Theophilatus ad  
hunc locum, vbi sic habet: *operebat  
gaudere Iudeos; quod Rex suus à Regibus  
adoraretur, eādem sequuntur opinio-  
nem Innocentius 3. fer. de Epiphania;*

*Vtrum Magi Reges fuerint, an non di-  
uersimodè sentiūt Patres, eorum nāq;  
nonnulli Reges fuissē inficiātur, quod ex duobus colligunt fundamētis. Pri-  
mum, quia si Reges essent, Regio no-  
mine ab Euangelista nuncuparentur;  
non enim ad puerum Iesum parum  
cōducebat à Regibus adorari. Secun-  
dum verò fundamentum est, quia si Reges essent, ab Herode, & à Hiero-  
solymitano populo, vt Reges fuissent  
excepti; at hoc tantum abest, quod fe-  
cerint; quin potius appareat, ex sacro  
contextu Herodem illis verbis impe-  
riosē fuissē loquutū, dicens; *Ite, & in-  
terrogate diligenter de puerō, & cum in-  
ueneritis, revantiae mīhi: Quibus ita  
imperiosē nō fuisset loquutus, si æquē,  
atq; ipse, Reges essent; duo hæc fun-  
damenta collegit Mātuanus ex dictis  
istius opinionis factorum, & carmini-  
bus suis inseruit dicens:**

*Nec Reges (vt opinor) erant, nec enim  
tacuissent,  
Historiæ sacræ Authores genus istud  
honoris,  
Inter mortales, quo non sublimius  
vllum.  
Adde quod Herodes, vt magnifi-  
centia Regum  
Postulat, hospitibus tantis regale de-  
dīset  
Hospitium, secumque lares duxisset in  
amplos.*

At Reges fuisse Magos cōmuniōr, &  
certior fert opinio, quā tenet Cypri-  
nus de Baptismo Christi; Augustinus  
ad fratres in Eremo; Theophilatus ad  
hunc locum, vbi sic habet: *operebat  
gaudere Iudeos; quod Rex suus à Regibus  
adoraretur, eādem sequuntur opinio-  
nem Innocentius 3. fer. de Epiphania;*

Aymon, & Anselmus ad cap. Matth. 2.  
Rupertus de diuinis officiis lib. 3. cap.  
24. & alii quamplurimi, quos breui-  
tatis causa omitto, & in primis ad an-  
tiquissimam Ecclesiæ consuetudinem  
est attendendū, quæ sanctos hos Ma-  
gos semper tanquam Reges depinge-  
re consuevit.

Ad primum alterius opinionis fun-  
damentum, non Reges nempè, sed  
Magos ab Euangelista appellari, dices  
conformasse se Matthæum cum mo-  
re Chaldæorū, qui Principes suos Ma-  
gos, idest, sapientes semper appellare  
consueverunt sic putat Eugubinus li-  
bro 1. de perenni Philosophia: sic Au-  
thor operis Imperfeci in Matthæum,  
& quamplurimi: Dices deindè in ali-  
quibus sacræ Scripturæ locis sic fieri,  
nempè tacere nomen Regium, & po-  
nere alicuius virtutis, quod patet in  
libro Iob; nam amici Iob Reges erant,  
vt patet in libro Tobiae cap. 2. & ex  
contextu 70. Interpretum eiusdem li-  
bri Iob cap. 2. & tamen nominantur,  
*Amici Iob, & non Reges: vnde simili-  
ter & Matthæus à scientia hos viros  
nominavit, prætermisso nomine Re-  
gio.*

Ad secundum fundamentū respon-  
detur, Euangelistam tantum curasse  
referre ea, quæ circa puerum Iesum  
inter Magos, & Herodē peracta sunt:  
quia ad illum non attinebat enarrare  
particulares cœremonias quibus Re-  
ges à Rege fuerunt excepti: ad Man-  
tuani verò carmina, carminibus respō-  
detur, apponendo ea, quæ ait Claudiu-  
nus:

*Dent tibi Chaldei primitia munera  
Reges,*

*Myrris homo, Rex aurum, suscipe  
thuræ Deus.*

Secundum quod circa Magorum per-  
sonas disquirendum occurrit, est, fue-  
rint ne malefici, an Astrologi, ex stel-  
larum motu, & planetarū complica-  
tione philosophates: fuisse maleficos,  
& maleficiis Christi nativitatem ag-  
nouis-

*phil. ad ca. 2.  
Matth. & à  
religis Pa-  
triis intra-  
citat.*

Respōderet  
fundamentis  
opinionis  
negatūs Ma-  
gos fuissē  
Reges.

*Tobia 2.  
70. Ver. 6. c. 2  
libri Iob.*

Ad secundū  
fundamentū  
responso.

*Claudianus  
Poeta.*

Fuerint ne  
Magi male-  
fici, an Astro-  
logi.

Patres, qui  
putarunt Ma-  
gos fuisse  
maleficos.

Hiero. in cō-  
men. in Esai.  
ad c.19.

Opinio Hie-  
ronymi in  
admiratio-  
ne inducit, &c.

Matth. c.4.

Magos fuis-  
se Astrolo-  
gos scienti-  
ficos, qui te-  
neant.

Matth. c.2.

Cypri. de Ma-  
gi, & stella.

nouisse, tenent Patres grauissimi, Au-  
gustinus nempè serm. 2. de Epiphania,  
D. Thom. 3. p. q. 36. art. 3. in responsio-  
ne ad 2. Haymon in Matth. & expres-  
sè D. Hiero. in commentariis in Esaiā  
ad cap. 19. vbi sic habet: *Magi de Oriē-  
te docti à dæmonibus, vel iuxta prophe-  
tiam Balaam, intelligentes natum fi-  
lium Dei, qui omnem eorum artis de-  
strueret potestatem, venerunt in Beth-  
leem.*

Magnopere miror in hanc venisse  
Hieronymū opinionem, sumpto præ-  
sertim tali fundamento; fuisse nempè  
Magos edoctoris à dæmonibus de Na-  
tiuitate filii Dei, cum vt omnes tenēt  
Doctores, & clarè colligitur ex aliqui-  
bus S. Scripturæ locis; dæmones igno-  
rauerint, an puer ille, qui natus erat,  
esset filius Dei: nonne dubius interro-  
gauit à Christo diabolus, Matthæi 4.  
vtrum esset filius Dei? si filius Dei es,  
inquit, dic vt lapides isti panes fiant:  
quomodo ergo Magos edoceret, quod  
ignorabat? immo & si certò scit, ac  
occultaret, vt adorationem impedi-  
ret.

Æquorem ideo, & certiorem iudi-  
co contrariam sententiam, Magos nē-  
pè fuisse Astrologos, qui ex Planeta-  
rum complicatione, & stellarum con-  
stellatione naturales euentus præno-  
cebāt, & ideo ex noua, & inusitata, ac  
perfulgenti stella, quam viderunt, in-  
tulisse summi Regis natuitatem, vt  
ipſi afferunt; *Vidimus, inquiunt, stel-  
lam eius in Oriente, &c.* Stellam, in-  
quiunt, eius, id est, eius Natuitatem  
præsignantem: Hæc grauissimorum  
Patrum sententia est, audi Cyprianum  
de Magis, & stella: Erant, inquit, viri  
syderum inspectione assueti, qui arte Ma-  
thematica vim, discursumq; nouerat Pla-  
netarum, qui ex elementorum natura, ra-  
tionem temporum metientes, astrorum mi-  
nisteria, certis experimentis, proprijs di-  
scerant effectibus assignata. Hanc etiā  
tenent sententiam Magister historiæ  
Euangelicæ cap. 7. Lyranus noster,

Cartusianus, Hugo Cardinalis, & est  
A hoc tempore communiter recepta; cir-  
ca tēpus, quo Magi venerunt ad pue-  
rum Iesum adorandum admitti, non  
potest sententia Epiphanii, & operis  
Imperfecti Auctoris, qui dicunt; post  
duos annos ab ortu Christi venisse,  
additq; præfatus Auctor, per bienniū  
itinerantibus semper antecessisse stel-  
lam, & nunquam escam diminutam  
fuisse in peris eorum; admitti, inquā,  
non potest hæc istorum Patrum sen-  
tentia, quia biennium post Christi na-  
tiuitatem Beata Virgo, & puer Iesus  
non erant in Bethleem, sed in Egy-  
pto: Magi verò in Bethleem Christum  
natum adorauerunt.

B Tenendum igitur est cum commu-  
ni Ecclesiæ traditione, & cum Ammo-  
nio Alexandrino in Harmonia, Ma-  
gos Christum adorasse die decimater-  
tia post eius natuitatem, quæ dies sex-  
ta fuit Ianuarii mensis, vt lib. 7. cap. 2.  
C tenet lucidus Mathematicus, fuitque  
feria sexta, vt idem ait: fuit namq; Do-  
minus die Dominica natus die quoq;  
Dominica circumcisus, feria sexta à  
Magis adoratus, quæ fuit dies decima  
tertia post eius natuitatem, in qua Ec-  
clesia celebrat Epiphaniæ festum.

D Neq; facit pro opinione Epiphanii,  
quod iussit Herodes occidere pue-  
ros etiam duorum annorum; nam id  
ob maiorem cautionem fecit, vt puer  
nempè Iesus nullo modo euaderet,  
neq; obstat ex regione lōginqua fui-  
sse profectos; non enim adeò remota  
est à Hierusalem, vt in illo dierum spa-  
tio ad Christum peruenire non pos-  
sint, dromedariis insedentes, qui ve-  
locissimi sunt in ambulando, & ho-  
die intra quinque mensium spatium  
ex India Orientali ad Hispaniam per-  
ueniunt aliqui, at Hierusalē, & Beth-  
leem in medio istius itineris sita  
sunt, neque abs re erit dicere veloci-  
cissimo cursu illos ad se adorandum  
adduxisse, quos stella duce euoca-  
uit.

D. Epiph. b. 4. 1.

Auctor operis  
imperfecti ad  
c. 2. Matth.

Rejicitur op-  
pinio Epiphani-  
i circa tem-  
pus, quo Magi  
venerunt ad ado-  
randū Christum.

Apponitur  
tēpus certū,  
in quo Magi  
ad Christum  
adorandū ve-  
nere, ex Ec-  
clesia tradi-  
tione, & ex  
Ammo. Ale-  
xan. in har-  
monia.

Respondeatur  
fundamētis,  
quibus nici-  
tur opinio  
Epiphanii.

*Ex qua prouincia, & natione si scire cupis lege Episcopum Sil- A uensem de rebus, insignis Portugalliae Regis Emmanuelis, & doctissimum Nauarrum in commentariis de oratione cap. 21. nu. 27. addiderim, quod in Annalibus Regis Calecutii in India Orientali scriptum reperitur præcipuum ex ipsis tribus Regibus Calecutium Regem fuisse, qui postquam reuersus fuit, in Regno suo in honorem Beatissimæ Virginis insigne templum ædificari mandauit; quod nunc extat, & à nostris Lusitanis frequenter inuisitur.*

*Quot fuerint numero, si queras, respondeo standū esse cum Ecclesiæ traditione, quæ tres tantum depingit, & tres tantum fuisse docet: fides etiam in hac re adhibenda est omnibus Auctòribus, qui tres fuisse sentiunt. Auctori nempe ordinariae Glosæ ad cap. 2. Matthæi, sancto Leoni Papæ in sermonibus de Epiphania, Augustino ad fratres in eremo serm. 43. Anselmo, ac Innocentio serm. de Epiphania, Bernardo serm. 6. de vigilia Nativitatis, qui omnes tenent tres fuisse Reges, & omnes in hoc ternario numero mysterium agnoscunt. Vide apud ipsos.*

*Quibus tandem sint appellati nonnibus, quavè ætate, scriptum reliquit venerabilis Beda in collectaneis his verbis: Dicitur fuisse Melchior senex, & canus, barba prolixæ, & capillis, hic aurum obtulit Regi Domino: secundus nomine Gaspar iuuenis imberbis, & rubicundus, thure, quasi Deo oblatione digna, Deum honorauit: tertius fuscus integrè barbatus Balthasar nomine, per myrrham filium hominis moritum professus est. Hæc omnia Beda.*

*Vltra Balaam prophetiam, & ultra stellam, quam Magi inspecti sunt aliquem alium habuisse Magos impulsu ad querendum Christum, tenent Patres grauissimi; at S. Leonis Papæ tantum apponam verba, ne tempus subtraham iis, quæ ad mores spectant:*

*sic igitur habet præfatus Pater serm. 1. de Epiphania: Dedit aspiciensibus intellectum, qui præstit signum, & quod fecit intelligi, fecit inquiri: lege Augustinum sermone etiam de Epiphania tom. 7. D. Chrysostomum serm. 157. D. Hieronymū ad cap. Esaiæ 19. Rogabis etiam de Magorum donariis, quæ benedicto puero obtulerūt, quid actum sit? & cur non sine muneribus ad adorandum veniunt? ad pri- mū respondebo, cum de paupercula oblatione egero, qua Beata Virgo se, filiumque suum sanctissimum in templo præsentauit, vt purificationis legem, cui non tenebatur, impleret.*

*Ad secundum respondeo, veterem Vetus cõsuetudo obseruata in adoratione Regum. ex Haymo. ad c. Matthæi 2. & 3. Reg. c. 10. & ex c. Genes. 43. fuisse consuetudinem (vt ad cap. Matthæi 2. annotauit Haymon.) nullum Regem absq; muneribus inuisere, vt patet ex 3. Reg. cap. 10. vbi de Regina Sabba legitur, quod Regi Salomonis, ad quem inuisendum venerat, maxima dona obtulerit: patet & ex cap. Genes. 43. vbi ait sacer contextus, quod mittens Isaac filios suos ad Pharaonem, vt alimenta emerent, dixerit eis: Sumite de optimis terra frugibus, & deferte viro munera: & ita vigebat cõsuetudo hæc, vt esset Regi cuiq; despectui, sine muneribus inuisi, patet ex 1. Reg. cap. 10. Filij Belial despicerunt eum, idest Saulem Regem, & non attulerunt illi munera: & quamquā mos iste apud omnes ferè nationes vigeret, maximè tamen apud Orientales, vt epist. 17. testatur Seneca: Reges, inquit, Persas, & Indos non potest quisquam salutare sine muneribus.*

*Immo puto Magos non tantum in donorum mysteriosa qualitate, & specie, sed etiam in oblatione infantem, quem apud Herodem Iudeorum Regem protestati fuerant, Deū esse fuisse confessos, qui Exodi in cap. 23. præcepit filiis Israel, dicens: Non apparebis in conspectu meo vacuus: quamquam enim Gentiles isti tres Reges essent,*

*Leo Pap. ser. 1. de Epiph.*

*Lego Patres intra citatos.*

*Quid actum sit de donatis, quæ Magi obtulerūt Christo.*

*tudo obseruata in adoratione Regum. ex Haymo. ad c. Matthæi 2. & 3. Reg. c. 10. & ex c. Genes. 43.*

*Seneca epis. 17.*

*Magi puerū Iesum non tantū Iudeorum Regem, sed etiā Dei filium protestati sunt in muneribus, ex loco Exodi 23.*

*Ex qua prouincia, & natione fuerint Magi.*

*Tēplum ab uno ex Magis in Virgini honorem ædificatum hodie extat Calecutii.*

*De Magoru numero stā dum est cum Ecclesiæ traditione, & cū Patribus intra citatis.*

*Magoru nomina, & q̄as, ex Beda in collectaneis: item & munus, quod vnuquisque obtulit.*

*Habuerint ne aliquem aliū impulsu ad veniendum præcepit Balaam prophetiam, & stelle appellationem.*

potuerunt tamē hoc Dei, præceptum, vel legere, vel audire, & apud puerū, A quem Dei filium existimabant, vacui apparere non sunt ausi.

*Quid circa stellā tenendum, sit ex Origine, ex Augustino, & ex Damasceno.*

Adnoto tandem aliquid de stella, qua Magi ad Iesu præsepe dueti sunt; putoque cum Origine libro 1. contra Cœlum, cum D. Aug. libro 2. contra Faustum c. 5. & cum Damasco lib. 2. cap. 7. hanc stellam non fuisse cœlestem ex illis, quæ in cœlo sunt, sed Angeli cuiusdā ministerio, ex aere efformatam; quemadmodum enim Angelus splendidum corpus, quod assummat; ita fulgidam stellam ex aere efformare potest: non inficior potuisse Deum vnam ex cœlestibus fixis stellis, vel errantibus ad indicandum Christi ortum mittere; sed opus non fuit stellarum ordinem, motumq; inuertere, & ad præsepe usque cœleste sydus à cœlo auulsum deiicere: satis noua stella fuit, immò conueniens, vt omnia noua essent, quādo nouum fecit Dominus super terram: Audi Augustinum loco citato: *Non ex illis (inquit) hæc erat stellis, quæ ab ipso mundi oriu condita sunt; sed nouo Virginis partu, nouum sydus apparet.*

*Aug. ubi sup.  
pra.*  
*Apparuerit ne stella in aliquo orbe ex cœlestibus, an in aere.*

Eius splendor, & claritas, ex Diuo Ignatio in epistol. ad Ephes. 14. *Stella (inquit) in aere fulsit super omnes, quæ ante ipsam erant, & lux eius insestabilis, & noua, atque peregrina apparuit videntibus eam: cetera verò sydera simul cum sole, & luna corusca facta sunt illi stelle, illa verò superabat omnes splendore suo, & facta est perturbatione, unde fuisset illa nouitas, quæ apparuerat.*

( . . . )

## CIRCAILLA SACRI contextus verba.

*Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudeæ, ecce Magi ab Oriente veniunt, &c.*

### ANNOTATIO I. MORALIS.

*De glorijsa victoria, quam puer Iesus recens natus de idolatria reportauit, illam propriis eius armis oppugnans Gentilium nempè Regum linguis.*

**G**loriosa equidem, & multis laudibus celebranda victoria illa est, quæ propriis inimicorum armis comparatur; quod vt ostenderet puer David non fundam suam, qua hostem primò percussit; in fronte; sed illius ensem in Templo collocari curauit: tanquam partæ victoriae monumentū præclarissimum: vt ad primum Regū libto obseruat Eucherius; ipseque David attestatus est postea 1. Regum cap. 21. qui dum inermis fugeret à Saul, ipsumque, ac Philistæos timeret, perueniens Nobe, armamque à Sacerdote expostulans, qui nullam aliam apud se habere respondens præter illam, quam ipse tulerat à Philistæo, & quo eius caput abscederat; statim David ad Sacerdotem: *Non est huic alter similis, da mihi illum.*

**D**isquirit locum præfatus Eucherius, & inquirit, cur dixerit David nullum alium accommodatiorem gladiū, ad præsens intentum reperiri posse, quām illum, quo ab hoste victoriam reportauerat; non enim adeò accommodatus erat ad David pedestri incidentem, & huc, illucque fugientem, ponderosus nimis cum esset non adeò equidem ponderosa erant Saulis arma, quibus ipse eundem Davidem ad præliandum cum hoste communiuit, & tamen fatetur illis non potuisse inde-

*Genes. 17.*

*1. Reg. cap. 2.*

*Disquiritur  
locus ab Eu-  
cherio.*

*z. Reg. &c. 17.**Eucher. vbi  
sup.*

*cedere: Non possum, inquit, sic incedere;* 1. Regum cap. 17. quomodo ergo A nūc ait de ponderosiori Goliath gladio: *Non est hunc alter similis; audi Patrem: Illo enim confidebat, & Philisthaos perterritore, & Saulis ingratitudinis iactus declinare:* optimè quidem, nam quis Philisthinorum Daudem cōspiceret sui ducis Goliath gladio cōmunitum, qui ab eo non tineret? & quomodo Saul à persequendo Daud non desisteret, videns in manu eius gladium, quem tulerat à Philisthaeo ipsi exprobāti, & populo eius gloriosior itaque incedebat Daud eodem gladio cōmunitus, quem ab hoste tulerat, & quo ipsum superauerat, quam cum filiam Regis vxorem duxerat; clarior namque illa victoria est, omni alia, quae propriis hostium armis comparatur.

Omnis, quas dux strenuissimus noster Christus victoria ab hostibus reportauit clarissimæ extitere, quia omnes propriis eorum armis reportatae sunt, & ut omittam insignem illam à diabolo in deserto reportatam suis ipsius dictis, Matth. 4. venio ad gloriosissimam illam, quam de eodem, & de morte simul reportauit in Cruce, & quam pleno ore canit Ecclesia, dicēs: *Qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit, & qui in ligno vicebat, in ligno quoq; vincetur.* Expendo prius posteriora Ecclesiæ verba; *qui in ligno vicebat, in ligno quoq; vincetur:* postea expendam priora, & quero quis fuit victus? quis victor? & quibus armis victoriæ reportauit? dæmonē fuisse victimum, & Christum vietorem, nemo est, qui ambigat; huius autem victoriæ arma, & instrumentum lignum Crucis fuisse apertè testatur Ecclesia; discutendum tantum restat, quomodo propriis suis armis victimus à Christo diabolus est, & ad hoc recurrēndum est ad illud Genesis in cap. 3. quod diabolus in serpentis figuræ dixit primæ paren-

ti: *Cur præcepit vobis Deus, ut non comedereis de omni ligno?* Assumpsit nāque ibi dæmon lignum, & eius pomū pro instrumento, & armis, quibus mulierē superauit; igitur vellet istius damni reparator ab exactoris seruitute liberare captiuos, & subleuare prostratos, arripuit è manibus hostis lignum, quo vicerat, & eodem mediante, ab eo victoriæ reportauit; ita ut qui in ligno vicerat, in ligno quoque victimus fuerit; quod apertè testatur Ecclesia, dum canit: *ut qui in ligno vincabat, in ligno quoque vincetur.*

*Ecclesia vbi  
sup.*

Quād insuper gloriosa fuerit victoria, quam Saluator noster à morte reportauit, vt ostendā, duo prius Pauli loca subobscura mihi discutienda sunt: primus est apud Apostolū 1. Corint. cap. 16. vbi ipse ait: *arma, & stimulum, quo mors omnes pugens occidebat fuisse peccatum; stimulus, inquit, mortis peccatum est:* secundus vero Pauli locus est in cap. 8. epistolæ ad Romanos, & sic habet: *Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum:* expendo prius locum secundum, & quero, quodnam peccatum comitebat peccatum, vt damnaretur de peccato? esse fortassis mortis ianuam, per quam ipsa mundum ingrediens homines occidebat, iuxta illud eiusdem Pauli ad Rom. 5. *Per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit?* Non equidem in hoc peccatum aliquod puto commisso peccatum; nā soluebat morti debita stipendia, vt ad Rom. cap. 6. loquitur idem Apostolus; D fuit ne peccatum peccati esse mortis stimulum, quo ipsa pungens, occidebat? neque hoc fuit (vt puto) peccatum, de quo Christus damnauit peccatum: nullum enim peccatum cōmittit ensis, seu cultellus, quo carnifex latronem secat, vel traditorē decapitat; de quo ergo peccato damnauit Christus peccatum? attende quid dicat

*Idem c. 8. e-  
pist. ad Rom.**Expenditur  
Pauli locus.**Idem. Paul.  
ad Rom. c. 5.**Idem ad Ro-  
man. c. 6.**Gloriosa sa-  
tis victoria,  
quaꝝ hostiis  
armis com-  
paratur.**Omnes, quas  
Christus dūs  
victorias de  
suis inimicis  
reportauit,  
eorum armis  
obtulit.**Ecclesia in  
prefatione.**Expenduntur  
verba Ecclesiæ.**Arma quibꝫ  
Christus dia-  
bolum supe-  
rauit, Crux  
fuit.**Genes. c. 3.*

*Idem Paul.  
ad Roma. 8.*

dicat Paulus, *de peccato in carne sua dā-  
mavit peccatum;* Idest, damnauit pecca-  
tum de peccato, quod cōmisit in car-  
ne sua; quamquam enim peccatum nul-  
lum cōmiserit peccatum in occiden-  
do peccatores, graue tamen cōmisit  
scelus in occidendo Christū: qui reus  
mortis nō erat, assumpsit Christus Do-  
minus peccatum, vt damnaret pecca-  
tum; & peccato v̄sus est, vt mortē de-  
strueret, illam suo proprio pungens  
aculeo, & vulnerans stimulo: nonnē  
dixi ex Paulo mortis arma esse pec-  
catum? Ecce ergo, dum Christus Dñs  
de peccato damnauit peccatum, pec-  
catum, & mortem propriis armis de-  
struxit, ab illisque gloriofissimam vi-  
ctoriam reportauit.

*D.Tho. ad c.  
8.epist.ad Ro.*

Ne autem sine Authore loqui eru-  
bescam, appono Diui Thomę verba,  
quæ habet ad locum Pauli. *Pro peccato  
(inquit) commisso in carne Christi, diabo-  
lo instigante, damnauit Christus, & de-  
struxit peccatum; quia cum mors innocen-  
tem, in quo nihil iuris habebat, occidere  
ausa est; iustum fuit, vt potestatem amitt-  
eret, & idè per suam passionem dicitur  
Christus peccatum destruxisse, & mortem:*  
Ecce iam diabolum, & mortem habes  
à Christo Domino propriis ipsorum  
armis superatos.

*Paul. 1.ad  
Corinth.c.15.*

Audi nunc Nazianzenum Grego-  
rium morti exprobrantē, ipsamq; irri-  
dente, quia propriis armis à Christo  
superata est; assumens illud Pauli ad  
Corinth.1. cap. 15. *Vbi est mors victo-  
ria tua? vbi est mors stimulus tuus?* Quod  
*Naziā.orat.  
42.* (inquit Nazianzenus orat. 42.) morti  
congruens epitaphium canemus? *vbi est  
mors stimulus tuus?* crux te prostrauit,  
vita Author tibi necem attulit; exanimis  
es, inermis es.

*Alluum 17.*

Ingrediēs Paulus Athenas, vidēsq;  
altare Deo ignoto dicatū, sumpsit indē  
fundamentum, vt in idolatriā insurge-  
ret, ipsamq; debellaret, ac vinceret, &  
ab ore cuiusdam Poëtę idolatræ ver-  
ba assumens, illis v̄sus est pro armis, vt  
gloriosam ab illa victoriā reportaret;

A in aliis aris Deos argenteos, aureos, &  
lapideos habebant Athenienses, in ara  
verò, quam Paulus se vidisse testatus  
est, nulla alicuius idoli imago erat, sed  
tantū inscriptio hęc: *ignoto Dei,* quod  
vbi conspexit Apostolus, vt eorū ido-  
latriam conuinceret, ostēderetq; Chri-  
stū viuū esse N̄eum, & verum argu-  
mentatus est cōtra eos ex verbis Poe-  
tę sui idolatræ, sicut ipsi, & ait: *Quidā vbi supra.  
vestrorum Poetarum dixerunt; Nonnē &  
ip̄sius Dei genus sumu? genus autē cū si-  
mus Dei, non debemus estimari auro, &  
argento, ut lapidi sculpture artis dñinū  
esse similem:* ac si dixerit Paulus, Poëtę  
vestri dixerunt vos omnes esse eiusdē  
generis cum Deo, vos autem nō estis,  
aurei, neq; argentei, neq; lapidei sed  
ex carne, & humana natura; ergo non  
estis ex genere istorū Deorū, quos co-  
litis, qui aurei sunt, & lapidei; sed ali-  
cuius alterius, qui Deus cum sit, simul  
& homo esse debet, vt aliquam cū eo  
habeatis cognationē: nā vos homines  
estis, ergo aut vestri Poetę métiuntur,  
aut datur Deus, qui simul sit homo; his  
autē ille est, quem vos ignotum appell-  
atis, & quem ego notum facio, *tesum  
Nazarenū:* *Quis (quero) sibi persua-  
deret, quod ex verbis cuiusdā gētilis,  
idolatræq; Poetę Paulus adeò claram  
de idolatria victoriā reportaret? ne  
tamen miremini (ait August. lib. 8 de  
Ciuitate Dei cap. 9. & lib. 2. cōtra Gau-  
dentiū cap. 10.) tales enim esse solent  
victoriae, quę ab inimicis propriis eorū  
armis reportantur: *Videte (ait präfa-  
tus Pater) quomodo ex Poetarum dictis,  
tanquā armis v̄sus sit Apostolus, vt Athe-  
niensium idolatriam vinceret, fidemq; fir-  
mare? gloriosum equidem victoriae genus  
est, propriis inimicorum armis inimicos  
profugare.**

Basil. cap. 2.  
Basil. bo. de  
Christi gene-  
ratione.

D Nunc ad intentū: peruenustè qui-  
dem Basilius homilia de Christi gene-  
ratione perpendens verba Magorū:  
*Vbi est, qui natus est Rex Iudeorum?* Ad  
maiorem (inquit) Dei gloriam pertinebat:  
*Et virsus eius, etiam inimicorum testimo-  
nio*

*nio panderetur, & ipsi quoque Gentilitatis Magistri consonam ferrent de pueri nati potestate sententiam dicentes: ubi est, qui natus est Rex Iudeorun? Gloriosissima equidem, & nullis vñquā encomiis dignē celebranda victoria fuit, quam puer Iesus recens natus de idolatria gentium reportauit, Magorum linguis vtens pro armis.*

Magorum linguis vñus est Christus pro armis.

## CIRCA EADĒM SACRĪ contextus verba.

*Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudea, ecce Magi ab Oriente venerunt, &c.*

## ANNOTATIO II.

*Puero Iesu aeternae laudes persoluendæ ob nimiam celeritatem, qua statim, ac natus est, de perficiendo curauit Aeterni Patris mandatum, in idolatria debellanda, & in fundanda Ecclesia.*

Christus Dominus, tā ad Iudeos, quā ad Gentiles saluādos missus à Patre, ex Paul. ad Galat. cap. 5. Leo Pap. ser. 2. de Natiuitate.

**T**Am ad Iudeos, quā ad Gentiles saluādos misus fuit Christus à Patre; quod euidentissimè probant multa sacræ Scripturæ loca, & præser-tim locus ille Pauli, ad Galatas in cap. 5. *In Christo Iesus, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, quem locum optimè explicant elegantia illa sancti Leonis Papæ verba serm. 1. de Christi Natiuitate: Dominus Iesus peccati, mortisque destrutor, sicut neminem à culpa liberum reperit, ita pro liberandis omnibus venit.*

*In quam indubitabilem veritatem optimus etiam est locus ille Esaiae capite 49. in quo alloquens Pater Aeternus, filium, quem mittebat, sic ait per os Prophetæ, Parum est, vt sis mihi dux ad suscitandum Tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas, dedi te in lucem Gen-*

Pars 2.

**A**tibūs, vt sis salus mea vñque ad extremū terræ; Ac si dicat, nemo sit, qui putet te ad solos Iudeos saluādos à me missum in mundum; ad plura enim aptus es, & ad plura te mitto, ad Gentiles nempē illuminādos, & ab eorum cordibus tenebras expellendas, & (vt vno verbo dicā) ad toti⁹ orbis salutē te mitto, & vt salus mea sis in vniuersa terra.

Explicatio  
Prophetæ  
locus.

Multis aculeis pungit locus, à duobus tamen præcipue pungor; quæram, & dispugnam si potuero: quæro primo loco, quomodo possint stare, verba illa:

Multis putig  
aculeis  
Esaiae locus,  
dispungitur  
tamen.

*Vt sis salus mea*, erat nè Aeternus Pater, aliquo periculo expositus, aliquæ seruitute oppressus, vt diceret, fore filium, eius salutem operaturū in terra? solent fateor oppressi Patres filios mittere, vt negotium suum peragant, & vt saluent à periculo mortis, quo fortassis sunt expositi, at Aeternus Pater, qui in perpeti sui fruitione est, & ad quæ malum accedere non potest, neq; ad eius tabernaculum flagellum appropinquare; quomodo ait filium mittere, vt sit salus sua?

*Dedi te in luce vñ supra.*

*Gentibus, vt sis salus mea*: Mira equidē verba, quæ ex aliis sacri cōtextus verbis redduntur adhuc mirabiliora! lo-

quens David cum eodem Dño, illiq; gratias rependens, prò beneficiis, quæ Patres eius ab ipso acceperant, sic ait

*2. Reg. c. 7. Redemisti Dñe populu tuum*

Acicur pū  
ctio, vt faci  
lius dispu  
gatur.

*ex Aegypto, & Deū, & gentē eius; quem (quæro) Deū: quā (quæro) Gentē? Gen*

*2. Reg. cap. 7.*

*tem proculdubio Israeliticam, & Deū*

*eius, qui non alias, quā ipse, qui redem*

*mit Deus erat; mira etiā hæc dico ver*

*ba! erat nè De⁹ in captiuitatē redact⁹,*

*vt redimi indigeret? minimè equidē;*

*quomodo ergo intelligenda sunt Da*

*uidica verba. Redemisti populum tuū, ex vñ supra.*

*Aegypto, & Deum, & Gentem eius?*

*Variè à variis hæc soluitur dubita*

*tio; nam Rabbi David, ait esse locū in-*

*telligendū de Christo Dño, quatenus*

*homo est: Deum (inquit) populi Israel,*

*hominē Dominicū intelligimus, quem de*

*Aegyptio, id est, mundo per uterū Virginis*

Rabbi Da  
uid loci ex  
positio nost  
probatur.

Bb assūm-

*assumpſit. At non probo expositionē, nam Christus Dominus Redemptor stetit, non redemptus.*

Eiusdē loci  
Glosē ordinariae expoſitio aliquas patitur instantias.

Aliter, & literæ fortasse accommodatiū, in Glosa: Deū, idest, Moysem, ad quem Dns dixerat: *conſtitui te Deū Pharaonis.* Aliquas tāmē patitur instantias ſolutio hæc; nam Moysem Ducē tantū populi constituit Deus, & nō eorum Deū; ſolū enim Pharaonis Deū p̄fecit: ultra quā quod Moyses nunquā fuit in Ægypto ſeruitute oppreſſus, immō ſemper potestatē habuit eundi, quo vellet; ac proindē adhuc nobis ignota manet ratio, cur Dns dixerit filio, quē mittebat. *Vt ſis ſalus mea vſq; ad extreμū terra.* Et cur Dauid dixerit eidem Dño: *Redemisti populu tuum ex Ægypto, & Deum, & gentem eius.*

*Eſaias cap. 4.9  
2. Reg. cap. 7.*

Dispunguntur loca, ex  
Eſaiæ loco  
cap. 45.

Context. He-  
braicus.

*Idem contex-  
tus ibidem.*

*Procop. ad c.  
7. ſecūdi Re-  
gium.*

*Eſaias 8.*

Afflictabatur igitur, (vt ita loquar) Deinostri cor, dū Iudæos contumacia obſtinatos, & Gentiles idolatriæ tenebris videbat præpeditos, & obcæcatos, qui autē in aliqua afflictione eſt, quam celeriter ſubueniri exoptat; idē Accelerata, & festina filio, quem mittit, nomē imponit, vt ex nomine intelligat, qua celeritate desiderat, vt Iudæos emolliat, & Gentiles illuminet: obtemperauit equidem ad vnguē filius Patri; vt ſtatim Eſaias testatur, ostendens celeritatem, qua puer Iesuſ ſtatim, ac natuſt est Āterni Patri voluntatem, & iuſſum exequutioni mandauit: *Quia*

(inquit) inequaſ ſciat puer vocare patrē ſuum, & matrem ſuā, auferetur fortitudo Damasci, &c. Quem locū omnes ferē Patres de celeritate intelligunt, qua Christus expulit idolatriæ tenebras, & ad ſe traxit Magos; audi in primis Irenæū lib. 3. ca. 18. In ipſo (inquit) ſuo ortu, ſtatiū ſpoliabit Gentilitatem, auferet ignominia eius, & ſui cognitionē p̄bebi; Quod verba illa ſignificant: *Festina p̄adare.* Adhuc cōgruentiū ad noſtrū intentū, Aug. ſer. 44. qui eſt de Epiphania: Prius (inquit) quā ſciat puer vocare patrē, & matrē, idest, antiquā per humanaē Aug. ſer. 44. p̄iphan. carnem verba proferret humana; accipiet virtutē Damasci; illam ſcilicet, vnde Da-mascus p̄ſumebat; p̄ſumebat aure, ſurū accepit à Magis, & ſpolia Samariæ, quæ idem ipſi Magi erant; nā ibi Samaria pro idolatria poſta eſt; debellatur igitur Christus gladio ſpirituali uniuersum orbē hac prima ſpolia abſtulit, nondum loquēs per linguam, loquitus eſt per ſtellā: Hęc Augustinus.

At obſeruo cum Signiniēſi Bruno-ne ad hunc locū Eſaiæ; ad quid ad no-mē Accelerata, festina p̄adare, (quod breui quodam chyrographo poterat exarati) iubet Dns Prophetæ, vt præparet librū grandē? cum amplā ciuitatē iubet effigiari, exiguum laterem p̄cipit, vt præparetur: *Et tu fili hominis ſume tibi laterem, & pones eum coram te, & ſcribes in eo ciuitatē Hierusalem, & ordinabis aduersus eam obſidionem, & adi- Ezech. 4. cabis munitiones, &c.* Contra verò, vt breuiffima quedam duo nomina ſcribat Eſaias, præparare iubet librū grādē: *Sume tibi librū grandem, & ſcribe in eo:* Eſaias 8. *Accelerata, festina p̄adare?* Grāde myſteriū! ne tamē amplius crucieris (ait Signiniēſi Bruno) dicā quid ſentio, gran-dē librū præparari Dns iubet; quia eſt in præſenti breuiffima tantum nomina filii ſui, quē ad ſaluandas Gentes in terrā mit-tere decreuerat, iubet, vt in illo exarentur; vult tamen, vt amplū nimis reſtet ſpatiū; in quo quatuor poſtea Euāgeliſta p̄eclaras eius facta cōſcribat, quæ in Gētib⁹ debellā-dis

Eſaias ibide de celeſtia e qua Christus idolatriā diſturbavit, lo- cū Eſaiæ in- telligunt Pa-tres intra ci-tati, & p̄acē pue Iren.lib. 3. cap. 18.

Disquiruntur itē ſi Eſaiæ verba cap. 8.

Dilucidātur loca à Bruno-ne ad ea Eſaias 8.

*dis strenue operabitur. & ideo statim anne-  
tit: quia antequa sciat puer vocare Patrem. A  
& Miserem suam, auferet spolia Damasci,  
&c. Obiter anno facinora ab homi-  
nibus perpetrata, & laudes eorum, ac  
strenua facta ad breuissimum quen-  
dam epilogum posse reduci; at diui-  
nas laudes nullis terminis circuiscibi.*

*At prosequamur nostri pueri Iesu  
celeritatem, qua idolatriæ tenebras  
expulit, eamque sub suam redegit po-  
testatem, Patris, qui eum in lucem de-  
derat, iussionem adimplens: dato ver-  
bo per Esaiam cap. 46. tenebatur Aeternus*

*Esaie 46.*

*Pater summa cum celeritate per  
filium suum mundum redimere, &  
saluare: Propè feci iustitiam meam, (in-  
quit) non elongabitur; & salus mea non  
morabitur: [Estaua el Señor obligado por  
su palabra, a saluar el mundo con summa  
brenedad;] id enim sonant verba: sa-  
lus mea non morabitur; Ad vnguem te-  
nebatur filius ad hoc missus Verbum  
Patris adimplere; vnde ubi prium  
natus est, manu statim mittit ad opus;  
ad vngue enim adimplet Deus, quod C  
promittit homines remissè, quod spō-  
dent, exequuntur.*

*Deo in pro-  
missis adim-  
plēdis celer-  
ritus, homi-  
nes vero tar-  
di.*

*Esaie 53.*

*Voluntas Domini in manu eius dirige-  
tur, ait Esaias de puer nascituro cap.  
53. obscurus equidem, & pungens lo-  
cūs: Voluntas in manu? impropria lo-  
quutio; propriū enim loqui videretur  
Propheta, si dixerit: Voluntas Domini  
in corde, seu in anima eius dirigetur; nā  
voluntas animae poterat est, & ad ani-  
mam spectat Nelle, vel nolle: Adhuc  
difficiliorem reddit locum versio 70.  
qua sic habet. Vult Dominus in manu  
eius. Quomodo possibile est, vt velit  
Pater in manu filii? est ne manus filii  
anima Patris obstrusum mysterium!*

*Dispungamus tamen locum, alio  
sacræ Scripturæ loco, & forrassis attin-  
gemus scopum: Directa est filia in ma-  
nu eius, dicit contextus Sacer de Iuda  
Machabæo Duce Israelis strenuo: &  
exacerbabat Reges multis, & sacrificabat  
Iacob in operibus suis, & in faculum me-  
Pars 2.*

*moria eius in benedictione, quæ verba,  
quamquam secundum literam de eo-  
dē Iuda Machabæo intelligenda sint,  
& accipienda; tamē, vt Theodoreetus,  
& noster Lyranus obseruat, in Chri-  
stum Dominum propriissimè conuen-  
tient, in cuius manu totius mundi sa-  
lus directa est: ad intentum nunc re-  
grediamur; quænam fuit voluntas  
Aeterni Patris, quæ in manu filii sui Ie-  
sus directa est: (vt loquitur Esaias) mu-  
di proculdubio salus, Iudæorum di-  
rectio, & gentium illuminatio: volun-  
tas ergo Patris in manu eius directa est,  
& vele Patris in manu eius fuit, quia  
quæ in manu sunt, in actuali exequi-  
tione sunt: nascitur igitur cum Patris  
volutate in manu, idest, in actuali exequi-  
tione; siquidē statim, vt natus est,  
sanguinem in circumcisione fudit,  
vt Iudeos emolliat, & luce claritatis  
suæ gentiles illuminat, & facit, vt ad  
veræ fidei agnitionem deducantur: nā  
vt Euangelista attestatur: Ecce Magi Matth. 2.  
ab nomine venerari: salutib[us] tu*

*Interpreta-  
tor locus de  
Christo Dño  
à Lyra, & à  
Theodoreto*

*Esaie 53.*

*Nō loquor sine Authore, audi Pro-  
copium ad caput Esaie 33. Id vult di-  
cer prophet, (ait) ac si apertius dicat, psā  
Christi manum futuram esse celeritatem  
instrumentum Patris Aeterni exequenda  
voluntatis, tantaque celeritate id factu-  
rum; vt Patris iussus, eiusque exequatio  
simil videantur concorrere.*

*Dignus ergo puer, qui natus est,  
dignus agnus, qui occisus est accipere  
gloriam, honorem, & benedictionem;  
quia adeo strenue redemit nos, adeoq;  
celeritatem Patris voluntatem exequi-  
tuus est, adeo tempestiuè gentes illu-  
minavit, & ad veram fidei cognitio[n]em  
perduxit: Quomodo vero hæc Chri-  
sto laudes sint pro tatis beneficiis sol-  
uenda, disce à Nazianzeno Gregorio  
orat. 42. vbi latè prosequitur hoc ar-  
gumentum, & intet cetera sic ait: Om-  
nibus horis, animique agitationibus, nos  
meritos illi offeramus, omnia pro illo li-  
benter accipiamus, per sanguinis effusionē,  
eius sanguinis effusionem honoremus.*

*Procop. ad  
Esaie locum*

*Nazian.*

*42.*

CIRCA ILLA SACRA  
contextus verba,

*Ecce Magi ab Oriente venerunt.*

ANNOTATIO III.

*Statim ut Christus natus est, vitia omnia radicitus euellere, eorumq; capita truncare curauit.*

**C**ur Christus Dns ab Orientalibus statim, vt natus est, voluerit adorari, ex Damasceno.

*Esaie 49.*  
Obiicitur  
contra Esaie  
locum.

**M**ultus est Damascenus Ioannes, in inquirenda, tradendaq; causa, ob quam Christus Dominus ab Oriente potius, quam ab aliis mundi partibus ad se adorandum Reges traxerit. qui enim ad totius mundi salutis negotium peragendum venerat, (vt iam latè monstratum est) à totius mundi partibus legatos debuit aduocare, qui negotio assentirent; at nō ita egisse videimus, sed quod ab Oriente tantum stellæ signo aduocauerit, vt Rex Regum inclamaretur, profitereturq; & vt mundi salus crederetur; includit fortassis hanc eandem dubitationem, qua Damascenus distrahit. locus ille Esaie 49. quem superius discussimus: *Dedi te in lucem Gentibus, ut sis salus mea, & que ad extremum terrae: Nam contra te ipsum videtur pugnare locus;* si enim ad salutem totius mundi misit Deus filium suum, tam ad gentes, quam ad illos, qui ex circumcisione erant; cur ait, in lucem tantum gentium illum mitti? cum namque nemo absque hac luce saluari possit, soli illi saluarētur, qui essent illuminati: in luce ergo solis Gentilibus datus Christus, solos gentiles saluaret, & vniuersæ terræ salus non esset.

Solutio ob-  
iectio dua-  
bus solutio-  
nibus, & i.  
inprimis.

*Esaie. ubi sup.*

Duabus solutionibus obiectiom soluam, qua exoritur ex Esaie loco, & statim ad principale reuertar: primam sumo ex loci vero sensu grammatical, & ex eius vera constructione: Dixerat superius Pater ad filium. *Parum est ut sis mihi dux ad suscitandum tribus Israe- cob, & ad facies Israel convertendas, id est*

ad illos, qui ex circumcisione sunt salvandos; tunc annexit; *Dedi te in lucem* ibidem. **A**gentibus, ac si dicat: etiam ad Gentes te mitto, & sic salus eris vniuersæ terræ, neq; nullus erit, qui se abscondat à calore tuo: non potest equidē lux, illuminare remotos, quin illuminet, quos proximè inuenit, ortus in Iudea Sol Iustitiae, prius illuxit Iudeis, quam Gentibus, sed Gentes obediere luci, cui Iudei sitere rebelles.

**B** Soluo secundo cū Bertario dubitatione; quā fundat in illo Medicorum documento: *Cottraria contrariis curātū;* Gentilium cœcitatī (inquit) apposuit suę lucis claritatē, & Iudeorū duritiae, sui sanquinis mollitudinē: Vnde circūcisionis festū propriū Iudeorū est; Epiphaniæ verò Gentiliū. Ad principale regredior, & causam inquirēs, reddensq; cur nō ab omni mundi parte, sed à solo Oriente aduocauerit Christus legatos; siquidem ad totius mundi salutem operādā venerat: dico: idē sic fecisse, quia vitia radicitus euellere curauerit ante omnia; quæ responsio non mea est, sed Damiani, qui sic habet. *Numquid casu dictū est, ab Oriente venisse Magi?* minime certe, sed vt gloriose redderetur victoria, quam Christus statim ac natus est, de idolatria, ac de reliquis zitiis ad ipsos est.

**C** Multus (vt superius dixi, est Damascenus in ostendendo propositæ veritatis assertū; aitq; primo loco, Orientalē Regionē maximis peccatis fuisse fœdatā præ ceteris mundi partibus; nam præter quā quod in illa primū peccatum à nostris primis pachtibus perpetratum sit (nā, vt putat præfatus Pater, & omnes ferè sentiūt, in capitulo Damasceno sicut fuit terrestris paradysus:) vnde cōgruenter Pelb. noster ser. 1. de Epiph. Voluit (inquit) Deus vt ubi fuit principiū nostrarum, inde primò prodiret nostra reparacionis principiū, vt ubi abundauit delictum, superabundaret & gratia.

Propter (inquit) quod hoc primū peccatum in Oriente commissum sit: omnia ferè peccata, in Orientali Regionē suam

Secunda ob-  
iectio solu-  
lilio, ex Ber-  
tar. dub. 94.

Festū circū-  
cisionis Iudeorū pro-  
priū, at Epiphaniæ Ge-  
ntiliū, & cor.

Damiani, Pet.  
ser. de Epiph.

Assignantur  
rationes à  
Damasceno,  
ob quas Chri-  
stus Domi-  
nus prius Ge-  
ntilem illumi-  
nauit, quam  
Iudeos.

Pelb. ser. 1. de  
Epiphian.  
Ad Rom. c. 7

Peccati ori-  
go, & idola-  
trice princi-  
pia in Oriente  
Genes. cap. 4

*Gene. cap. 10.  
Glos. ibid.  
Genes. 19.  
Genes. 4.*

suam habuere radicem: ibi in primis inuidia initium sumpfit, ex qua starim A homicidium pullulauit: vt Genesis 4. sacra testatur historia, ibi superbia, & dominandi libido in Nemrod principium habuit, de quo ait sacra pagina Genes. in cap. 10. *Ipse caput potens esse in terra;* vbi sic habet glosa, *caput esse fortis, & tyrannus.* In Oriente luxuria primum viguit, in Loth, qui cōcubuit cū duabus filiabus suis Genes. 19. ibi bigamia in Lamech, Genes. in cap. 4.

At quod magis accedit ad intentū præsens: in Oriente primum idolatria habuit fundamentum, primamq; radicē iecit, nā vt Author est Magister in historia scolastica:) ciuitatis Ni-niue ædificator, qui Ninus appellatus est patris sui Beli, qui Rex fuerat Babylonie imaginem facere iussit in sui doloris solatium, ipso vita functo, cui tantam reuerētiā exhibebat, vt omnibus reis ad illam confugientibus libenter parceret vnde homines Regni illius diuinos honores Beli imagini impendere cœperunt, & inde ultra profluxit, vt plurimi caris suis mortuis imagines dedicarint, & ab hac parua radice, nempè à Beli statua, per totum ferē Orbem idolatria propagata est: Concludit tandem Damascenus dicēs:

*Damaſc.lib.  
4. cap. 4.*

*Quia itaque in Oriente orta fuit multiplicitas vitiorum, idē veniens in carne Verbum, voluit mundare illam partē noui syderis influentia, vt vbi caperat macula, ibi inciperet sanctificatio, & vbi radicē iece rat idolatria, ibi fides inciperet pullulare.*

*Cur Christus  
Dñs verso  
ad Orientē  
tergo in cruce  
obiit, ex  
eodē Damaſcenō, codē  
loco.*

Neque silentio tradēdum duxi id, quod idem Damascenus eodem loco adiecit; idē nempè Christum Dominum in cruce moriēs verso ad Orientē tergo discessisse, vt ostenderet, omnium iam scelerum in illa Regione perpetrorum obliuisci, neq; amplius ad vlciscendum recordari; quod ipse probat ex illo Esaiae loco cap. 38. *Proiecisti post tergum tuū omnia peccata mea,* & ex illo Psalmi 50. vbi David Deū deprecatur dicens: *Auerte faciem tuā*

Pars 2.

*Eſaias 38.  
Pſalm. 50.*

à peccatis meis: Nam vt præter multos Augustinus ad huius Psalmi locū annotauit, idem est auertere faciem à peccatis, atque illorum obliuisci, seu ad illa non aduertere; ludit namq; ibi præfatus Pater in verbis. *Auertere, & Aduertere, & ait: peccatum à quo se Deus auerterit, non aduerterit; si verò aduertit, amaduerit, id est, punit:* Ex quo adæquatè probatur Damasceni obseruatio, idē nempè Christum verso ab Oriente vultu, seu facie obiisse, vt indicaret, se omnium scelerum, quæ ab Oriente duxere principia, iā obliuisci, ab eisq; faciem auertens, ad ipsa non aduertere, ne amplius animaduertat, idest, puniat: cum igitur nascitur diuinus iustitiae Sol, statim Orientem illuminat, & illustrat, vt videantur scelera, & ad eum, tanquam ad medicum perpetratores veniant, vt curentur; & quia Magi ab Oriente venerunt, & sanati sunt, à sceleribus illic commissis, moriens faciem auertit, vt ostendat se ad illa iam non aduertere.

## CIRCAILLA SACRI contextus verba.

*Vbi est, qui natus est Rex Iudaorum?*

## ANNOTATIO IV.

*Quid sentiendum sit de Regno Christi,  
fuerit ne tantum spirituale, an etiā  
temporale.*

Et hoc locus, vt aliqua dicamus de Regno Christi, quem Magi coram Herode Rege, Regem pleno ore proclaimant, dicentes: *Vbi est, qui natus est Rex Iudaorum?* Sunt enim, qui putant, Christum Dominum, (quatenus homo) iure hereditario fuisse Iudaorum Regem, quod illi competenter Regnum successione per parētes Beatę Virginis eius Matris; de quo cœlebris est controversia. Nam Burgen-sis ad cap. 1. Matthæi, additione 2. cō-

Bb 3 clusio-

**Authores,**  
qui putarūt  
Christo Dño  
iure hæreditario  
ex parte Virginis  
cōpetere esse Regē Iudeorū, vide  
intra.

**Numer. 27.**  
**¶ 39.**

clusione 3. Bacchon, apud Vualdensem lib. 2. cap. 76. Armachanus lib. 4. quæstionum; in hanc deuenere sententiam, vt scilicet existimarent Iudeorum Regnum ad Christum deuenisse, quia ex Nathan per Beatissimam Virginem, & ex Dauid per Salomonem ducebat originem, ac proindè verum fuisse Iudeorum Regem temporalem adduntq; non obstat, quod per fœminam successerit Christus Dominus, quia deficiente viro, fœmina hæreditabat, vt constat ex libro Numerorum cap. 27. & cap. 39. vbi Dominus sancta lege præcepit, dicens: *Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæritas,* ac proindè cum iam defecisset vir de Regia stirpe Dauid, totum ius Israeliæ Regni ad Beatam Virginem deuenire putarunt, & per illam ad Christum Dominum eius verum filium iure hæreditario.

Probant deindè præfati Authores suā sententiā, ex multis sacræ Scripturæ locis, in quibus Christus Dominus Iudeorum Rex, appellatur expressè: Hieremiæ namque in cap. 3. sic habet Sacer contextus, loquens de Christo ad literam. *Regnabit Rex, & Sapientia erit:* & Zachariæ cap. 9. *Dicite filiae Sion, ecce Rex tuus veniet tibi:* Idem

vaticinium inuenitur Micheæ in cap. 5. multisq; aliis in locis, quæ longum esset recensere: In nouo etiam testamento, vbi iam veritas ipsa sine ænigmatum inuolucris propalata est, Christus Dominus Iudeorum Rex appellatur, Lucæ nempè 2. Ioannis 12. & clarissimè, ac apertissimè in hoc Matthæi loco, vbi Magi in media Ciuitate, & coram Rege à Romanis substituto interrogant, *Vbi est, qui natus est Rex Iudeorum?* Accedit tandem, quod Christus in cruce habuit pro titulo, quo ab omnibus cognosceretur: *Rex Iudeorum,* ex quibus omnibus probari visetur Christum Dominum Regiam potestatem temporalem habuisse su-

per Iudeos, quāquam illam nō exercebit: & hoc quatenus homo, & iure hæreditario.

Aliter sentit Albertus Pyghius in libro 5. de Ecclesiastica Hierarchia cap. 3. vbi ait Christum Dominum verè fuisse Regem Iudeorum, non tamen iure hæreditario; sed ex communi eorum consensu, & tacita quadam electione Regnum Israel obtinuisse; cum enim Messiam ab eis vehementer spectatum non dubitarent Regem futurum, vt patet ex locis supra positis; & ex cap. Actorum 1. vbi refertur interrogasse corum multos à Christo Domino dicentes. *Domine, si in tempore hoc restitus Regnum Israel?* in hanc sententiam deuenerunt.

Tantumque apud Rabbinos increbuit Messiam venturum futurum fore temporalem Regem Regni Israel; vt duos Messias introducerent, quorum unus Rex futurus erat, & potens, alter verò pauper, humilis, & mendicus, ad illud Dauidicum non attendentes: *Simul in unum diues, & pauper* Psalm. 48. Horum Rabbinorum erroris meminit Alphonsus Mēdoça in fine suarum quæstionum quodlibet, in relectione de dominio, & Regno Christi.

His tamen minimè obstantibus, tene si placet, illorum Patrum opinionem tutiorem, & certiorem, qui dicunt Christum Dominum, neq; actualle Regnum temporale Iudeorum obtinuisse; neque illius regimen temporale aliquando exercuisse; immò neq; quatenus Beatissimæ Virginis filium ius aliquod hæreditarium habuisse: id enim in primis probatur ex illo Christi Domini facto Ioannis 6. qui *ut cognouit, quia venturi erant, ut raparent eum, & ficerent eum Regem fugit in montem ipse solus.*

Patet etiam secundo Christū Dominum, neque temporalem fuisse Iudeorum Regem, neque ad illud ius aliquod habuisse per Beatam Virginem

*Secunda sententia de Christi Regno, ex Alb. Pyghius lib. 5. de Ecclesiastica Hierarchia c. 3.*

*In epistola Rabbinorum Messiahi dictione.*

*Psalm. 48. Alphon. Mēdoça li quæstionum.*

*Apponitur de Christi Regno secunda sententia.*

*Ioan. cap. 6.*

*Ierem. 3.*  
*Zachar. 9.*  
*Michæ. 5.*

*Luca cap. 2.*  
*Ioan. 12.*  
*Matth. 2.*

*Matth. 27.*

4. Reg. c. 24.

Hierem. 22.

Ambro. lib. 3  
iu c. Luc. 1.Obiicitur  
contra dictū  
ex cap. 49. li  
bri Genes.Solutio ob  
iectio.4. Reg. c. 24.  
Hierem. 22.

nem ex loco Regum 4. cap. 24. vbi ostenditur, Davidis. & Salomonis (qui fuerunt Christi Domini progenitores) Regnum iam fuisse intercisum in Iechonia, & in perpetuum restituendum non esse isti progeniei, vt patet ex cap. 22. Hieremias, vbi sic de Iechonia prophetatū est: *Scribe, virum istum sterilem, virum, qui in diebus suis non prosperabitur; neque erit de semine eius, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat ultra in Iudea: Quæ omnia* (vt libro 3. in Lucam cap. 1. annotauit Ambrosius) in Iechonia ad impleta sunt (illo namque regnante) Iudæam vastauerunt Babylonii, neque postea vñquam de semine eius Regnū quisque obtinuit in Iudæa; proindeq; neq; Christus Dominus, qui de semine erat Iechoniæ.

Obiicies fortassis, & dices hoc obuiari illæ Isaac prophetiæ Genesis 49. qui benedicens Iudam filium suum, dixit: *Non auferetur scepterum de Iuda; neq; dux defensione eius, donec veniat, qui mittendus est, &c.* Quod idem (vt patet) est, ac si dixerit, non defectum Regem in Israel, vsque ad Aduentum Christi Domini; ego autem nunç dico, ex loco Hieremias, stirpem Regum Israel finisse in Iechonia; quod manifestam contradictionem inuolueret videtur: Respondeo, aliud esse defecisse Regnum Israel, aliud defecisse Regiam hæreditatem Dauidis, à qua dicunt alterius opinionis factores ius regnandi obtinuisse Christum. Aliud namque est esse (verbi gratia) Lusitanum: aliud esse de stirpe Regum Lusitanorum: Iudæi equidem fuerunt Reges omnes Israel, vsque ad Herodē, qui regnabat, quando Christus natus est: Sacerdotes nempè, & Machabæi; & sic vera est sancti senis Isaac prophetia; at non erant de stirpe Dauid, quæ quo ad regnandi potestate finiuit in Iechonia, vt ostensum est ex capite 24. libri 4. Regum, & ex Hieremias prophetia cap. 22.

Audi nostrum Lyranum ad caput Genesis 49. ad hæc verba: *Non auferetur scepterum de Iuda, &c.* Quia (inquit) deficient Regno, intersecto Rege Sedechia, in captiuitate Babylonica, ex tunc gubernatus fuit populus Iudeorum per illos, qui erant de Tribu Iuda; quia in reditu dictæ captiuitatis Zorobabel fuit Dux eorum, ut habetur Zacharia 4. & Aggæi 2. & postea Sacerdotes gubernabant populum, vt patet tempore Machabæorum, qui erant de Tribu Iuda; quia Tribus Sacerdotalis, & Tribus Regia erant commixtae: Durauit itaque usque ad Herodē penes Iudeos, Regia dignitas, & regimen actuale; sed non penes stirpem Dauidis: finierat enim in Sedechia, vt dictum est; vnde Regnū Israel non pertinuit ad Christum iure hæreditario per Beatissimam Virginem, vt assumit contraria opinio.

Nostram, ultra quam iam confirmaimus tantis sacræ Scripturæ locis, amplius Patrum dictis roborabimus: audi in primis Hilarium Arelatensem sermone de Epiphania: *Putabat (inquit) infelix Herodes, se regali folio deirudendum, sed non est ita; non ad hoc venerat Christus, vt alienam inuaderet gloriam, sed vt suam donaret; non vt Regnum terrestre præpareret, sed vt cælestè conserret; non venerat ad dignitates rapiendas, sed ad iniurias perferendas; non vt caput ad gemmarum diadema, sed vt ad coronam spineam præpararet; non vt super sceptra constitueretur magnificus, sed vt crucifigeretur illusus.*

Similia sunt, quæ habet Diuus Fulgentius sermone 1. de Epiphania, vbi inter cætera sic ait: *Rex iste non venit Reges pugnando superare; sed moriendo mirabiliter subiugare; neque ideo natus est: o Herodes! vt tibi succedat, sed vt in eum mundus fideliter credat.*

Sed quid ultra desudo? audi infallibilem veritatem de se ipsa dicétem,

Ioan.

Lyra. ad cap.  
Gen. 49.Hilar. Are-  
lat. serm. de  
Epiph. an.S. Fulg. ser. 1.  
de Epiph.

*Ioan. c. 13.  
Ioan. Chrys.  
ad hunc Ioā.  
locum.*

*Ioan. 18. Regnum meum non est de hoc mundo: ad quem locum optimè Chrysostomus, & Augustinus: Post interrogationē, inquit, Pilati, Christus Indeis, & gentibus aperiè respondit; Regnum meum non est de hoc mundo; quasi si dicat: audite Iudei, & gentes, non impedio dominationem vestram in hoc mundo: Regnum enim meum non est de hoc mundo; quid vultis amplius? venite credendo ad Regnum, quod non est de hoc mundo: quid enim est Regnum eius, nisi credentes in eum, quibus dixit, de hoc mundo non esisti? Pondera quæso, quæ amplius annectit Augustinus: Non ait autem, non est in hoc mundo, sed ex hoc mundo, eruit namq; nos Deus de potestatis tenebrarum, & transfluit in Regnum filij charitatis sue. Hæc Augustinus ex quibus, & ex supra dictis luce meridiana clarius conspicitur Christi Domini Regnum non fuisse temporale, sed spirituale, & de spirituali Regno intelligendam esse Magorum interrogationem, & crucis titulum.*

*Aug. ad hunc  
eundem Ioā.  
locum.*

gruentem zeli diffinitionem: *Zeloty-* A *pia, inquit, ægritudo est animi, ex eo Diffinitio ze-  
proueniens, quod timeat, ne adsit alier, lotypice, ex  
quia nihil cum alio vult habere commu-  
ne.* *Chrysip.*

Optimus ad hoc argumentum cōfirmandum est locus ille, 4. Reg. c. 10.

*4. Reg. c. 10.*

vbi refert sacra pagina, quod constitutus Iehu Rex, miserit statim occidere septuaginta filios Achab, in cuius Regnum succederat, vt nullus remaneret hæres, qui ipsum Regno spoliaret, vel saltem aliquam Regni partem sibi obtinere contenderet; O infatibilis Regnandi libido! (exclamat ad hunc locum Eucherius) & zeli tuor!

*Eucher. ad  
hunc locum.*

Tot iste, ut postea Herodes, innocentes occidit, ut nullum in Regno socium haberet! Vide autem quām acutè inferat Rupertus, propter regnandi cupiditatem occidisse Iehu omnes infantes Regis filios; postquam enim perpedit locum illum, 4. Reg. cap. 10. vbi sic ad eundē Iehu ait Dominus postquam occidit Achab, & Iezabelē vxorem eius, & filios; *Quia studiosè egisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia, quæ erant in corde meo fecisti contra dominum Achab, filij tui & sq; ad quartam generationem sedebunt super ibrenum Israël: postquam, inquam, Rupertus hunc locum perpendit consideravitque ea, quæ refert Osee suæ prophetiæ in cap. 1. sibi Dominum dixisse circa eundē Iehu euentum, obstupefecit; nā*

*4. Reg. c. 10.*

D postquam Dominus loco Regum superius adducto dixerat: fecisse Iehu, quod placitū fuerat in oculis eius; nunc ad Prophetam ait: *Ad modicum & visitabo sanguinem Iezrael super dominum Iehu, & quiescere faciam Regnum dominus Israël, & in die illa conteram arcum Israël in valle Iezrael. Mirares!* (ait Rupertus) id quod sibi placitum fuit, & gratum, ita seuerè se nunc Deus puniturum fore minatur? quid est hoc? postquam verò ita miratus est Pater dispungens, consiliansq; loca, sic ait: *Illic laudatur factum, hic condemnatur inten-*

*Rupert. ad c.  
Osee 1.*

*Seneca in Tā-  
talo comed. 3.*

*EX tragico Auctore, quamquam desumptum sit hoc assertum, est tamen multis Sanctorum Patrum dictis confirmatum: nec Regna socium ferre, nec tæda sciunt, inquit Seneca in Tantalo, comedia 3. quod idem est, atq; illud Hispanicum: [Zelos, y Reynos no admiten compañeros:] audi à Chrysipo apud Polianæ Auctorem con-*

## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo.*

## ANNOTATIO V.

*Socium nec tæda, nec Regna sciunt.*

*intentio: quamquam Achab domum totam Dei iussu euerterit, idq; gratū fuerit Deo, displicuit intentio, qua Dei mandata peregit; Regnandi nāq; intentione omnes Achab filios occidit, nullo superstite, vt nullum haberet in Regno socium: Nam, vt ait *Seneca vbi de scientia etate* *Cōmīcūs, neq; Regna socium ferre, nec tēdē sciunt.**

Verificatur assertum in Herode.

*Ioh. Chrys. ad c. 2. Matt.*

Quas Herodes nō fecit strages vbi primum alterum à se Iudæorum Regem nominari audiuit? turbatur vehementer, dolos parat infanti, infantes trucidat, proprio filio suo non parcit, vt in Regno socium non habeat; vnde optimè Chrysostomus in expositione cap. 2. Euangelii Matthæi: *Rex qui quid aduersus susm regiam dignitatem putaverit, totum verum estimat animus eius, semperq; suspicetus est Regni zelo repletus, dum omnia timet, omnia suspicatur, facile credit omnia, quæ fuerit suspicatus, sicut vir si zelet uxorem, aut uxor virum, timens ne adsit alter.*

Nec duos Soles in eodem orbe fulgere, nec duos Reges in eodem Regno sceptum tenere posse putauit Herodes; quia vt alter cecinit: *Non capit una duos, idest, corona, ait noster Parisiensis Pelbartus serm. de Epiphania: Ideo turbatur Herodes metuens à potestate maiori, è Regno pelli: sed optimè Leo Papa serm. 4. de Epiphania: Non capit, inquit, ò Herodes, Christum Regiam tuam, nec mundi Dominus potestatis tuae sceptri est contentus angustijs: quem in Iudea regnare times, ubiq; regnat, & feliciori ipse regnares, si eius imperio subdereris.*

*Pelbar. serm. de Epiph.*


*Leo Pap. ser. eodem.*

Semper humana potestas timuit à maiori.

*Auctor operis Imperfetti hom. 2. in Matthæum: Semper, ait, grandis potestas maiori timori subiecta est, sicut cacumen arborum in excelsis positarum, etiam si lenis aura flauerit, statim moue-*

*tur: sic & sublimes homines in culmine dignitatum existentes, etiam leuis nuntiū fama conturbat, quod completum est in Herode, qui Iudeorum Regis auditio nomine, statim turbatus est.*

Hæc Regum terrestrium de Regno zelotypia, ab angustia terrenorū regnorū procedit, quod eleganti etiam metaphora suæ prophetiæ in cap. 28. ostendit Esaias, dicens: *Coangustatum Esai. c. 28. est stratum, ita ut alter decidat, & pallium breve utrumque operire non potest: Barradas, & Tolet ad c. 2. Matth.* quem locum sic explicant recentiores: quemadmodum angustum stratum, gemmis, auroq; rutilans duos continere, & breve purpure pallium duos tegere nec potest; ita & Regnum Reges duos capere nequit: vnde optimè Lucanus ait lib. 1. *Omnisq; potestas impatiens consortis erit: Timebat ergo Herodes, ne ex angusto dicideret Regni statu, ne purpureo exueretur Regie potestatis pallio, & ideo illum regnandi auditas perturbabat.*



## CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Audiens autem Herodes Rex turbatus est.*

## ANNOTATIO VI.

*Temporalis Regni potestas quid futile, & inane, ideo à leui quadam aura perturbatur, ac timet.*

De Vo fert præsens assertum, primū namq; assumit omnem regalem dignitatem, ac potestatem esse, quid fictum, & inane; secundū verò tamquam quid resultas à primo facillimè perturbari, ac commoueri, ad instar arundinum, quæ quia vanæ sunt, vbi primum à leui aura impetuntur, statim commouentur, & quodammodo perturbantur.

Acutè

Acutè agit, & philosophatur Theodoreetus: circa primum ostendens, quomodo omnis temporalis Regni Maiestas, quid fictile, & somniatum sit, ex statua illa, quam vidit in somnis Nabuchodonosor, quæ eius Monarchiam

*Dan. cap. 2.* repræsentauit, Danielis 2. in c. Primū

*Cur Regnū, & Monar- chia Nabu- chodonosor sub forma hominis re- præsentata, ex Theod ad Prophetā locum.*

*proverb. 14. Lyra ad huc locum.*

*dixit : In multitudine populi dignitas Regis : Quem locum sic interpretatur Lyranus noster : Quia videlicet nemo dicitur Rex per aliquid in se inuentum re ipsi, sed per estimationem, qua illum sibi multisudo præelegit, quod totum referri debet ad beneplacitum populare: no-*

*tate verba : Nemo dicitur Rex per ali-*

*quid in se inuentū re ipsa: Terrena itaq;*

*Maiestas quid solidum, & radicatum*

*non est; sed quid inane, & somniatum,*

*quod leui quadam aura, tenuique fla-*

*tutu impeditur, & commouetur.*

*Illustratur præfatus Danielis locus illo Esaïæ loco cap. 40. vbi agens ad literam de Regibus, & Principibus ter- ræ, sic habet : Qui dat secretorū scruta-*

*tores, quasi non sint, iudices terræ, vel ina-*

*ne facit; & quidem neque plantatus, neq;*

*satus, neq; radicatus in terra trūcus eorū:*

*Primum quod circa locum couuenit*

*annotare, vt ex illo, quæ de terrenorū*

*Regum potestate dicta sunt, amplius*

*confermentur, illud est, quod loco horum*

*verborum, secretorum scrutatores*

*verterunt 70. Terræ Principes: Deinde*

*pondera cum Procopio ultima Esaïæ*

*verba : Neque satus, neque radicatus in*

*terra trūcus eorū: Quia (inquit) digni- Procop. ad  
tatem Regiam non habent radicatum in  
se, sed in alio, videlicet in beneplacito  
multitudinis : Quod idem est, ac si di-  
cat dignitatem illam, quā habent Re-  
ges, non esse quid solidum, ac radica-  
tum, nec quid habere natuum, aut na-  
turalibus radicibus fultum, sed alienis  
tantum inhærens suffragiis: Hæc om-  
nia laconicè significauit Theodoreetus, Theod. vbi  
verbis illis, quæ circa statuam, quæ in  
sommis apparuit, dixit: *I mago figura est,*  
*non ipsa res.**

*Secundū, quod in Theodoreti di-  
cto inest, illud est, cum homo, cuius  
imaginem fert statua, sit ipsa vanitas, Psalmo 38. attestatur Psalmista: ideo  
Regna, & Monarchias sub specie ho-  
minis demonstrari, ut ostendatur, eo  
quoq; ipso res esse vanissimas: cū igi-  
tur adeo vana res sit terrena Regum  
Maiestas, futilis, & inanis, mirum non  
est, quod à quadam vel leui, ac tenui  
aura perturbetur, vndē non mirū per-  
turbari Herodem, ex eo solūm, quod  
audiat dicere, natum esse aliū Iudeo-  
rum Regem, quorum Regiam Mai-  
estatē ipse à Romanis obtinuerat: Ad-  
uertite quæso: *Conterritus est spiritus* Daniel. 2.  
*Nabuchodonosor ex eo, quod lapis par-  
vus de monte sine manibus excisus**

*ingentem statuam solo æquauerit, re-*

*degeritq; in fauillam, & cinereum: &*

*præfigio quodam turbatur Herodes,*

*cum audit, quod natus sit Iudeorum*

*Rex, quod iam sine manibus excisus*

*fit lapis ille, idest Christus ex Virgine*

*qui suum, idolatriæque Regnum cuer-  
tat.*

*Continuò exagitat terrenos Reges  
zelotypia Regni, & amittendi metu  
continuò cruciantur, idq; à leuissimo  
multoties fundamento, quia letis, &  
inanis est eius potestas, vt semel, atq;  
iterum dictum est: de eorū unoq;  
optimè dixit Job cap. 15. *Sonitus ter-  
roris, semper in auribus illius, & cum sit  
pax, ipse semper insidias suspiciatur: Qua-**

*drat locus in Herode; canunt Angeli  
pacem*

*hunc Esaïæ  
locum.*

*Disquiritur  
amplius id  
Danielis lo-  
cus cum eo-  
dem Theod.  
& ex Ps. 38.*

*Regni ze-  
lotypia co-  
tinuò affi-  
ctat, & ex-  
cruciat Ke-  
ges terrenos  
& præfici-  
tyrannos.*

*Illustratur  
asseretur alio  
Esaïæ loco c. 4.*

*Disquiritur  
locus.*

*Versio 70.*

*Iob cap. 15.*

*Luc. cap. 2.*  
Ibidem.  
*Job. 15.*

pacem in Christi nativitates; ipse verò sibi, & Regno suo infidias parati suscipiatur, latentur pastores auditæ Christi nativitate, turbatur Herodes, ac timet, quia sonitus terroris semper in auribus eius; terroris, inquam, à leuissima quadam aura prouenientis.

*Exod. c. 8.*  
*Iudic. c. 7.*  
*Tertul. in Apo-*  
*polog.*  
*Aug. in epist.*  
*119.*

Percutit Aaron virga puluerē terræ, & innumeri ciniphes pullulant, & excitātur in Pharaonem, ipsumq; conturbant, cruciant, & affligunt, & ita ab eorum rumore perturbatur, ac si turbas audiret, quibus Gedeon Madianitas perterritus, & ita ab eorum aculeis stimulatur, ac si hastis transfigeretur; B vnde optimè Tertulianus in Apologetico: *Ciniphis tubam Pharaon timet, & lanceam*: Miratur de successu Augustinus, & inquirit epist. 119. cur per ciniphes exiguos iubet Deus, ut affligatur, & conturbetur Rex potens? & respondens ait: *Ne miremur, ad conturbandum namq; Regem tyrannū unus sufficit ciniphes, cuius rugitus, seu murmur illi tuba est, & aculeus hasta*.

*Amb. in Apo-*  
*log. David c. 3.*

Quid aura leuius? & tamen in mari maximas commouet vndas; vt in Apologia Dauid c. 3. obseruat Ambrosius, & ingentes procellas excitat, nauesq; pergrandes ad scopos allidit: *Magnas, inquit, faciunt tempestates, regnandi cupiditates, quæ veluti in quodam fredo nauigantes, hinc, ac inde perturbant*: Misserum equidem Herodem animi sui malum gubernatorem, in cædem infantium, & Christi, regnandi cupiditas impulit, magnoq; scelere demersit, neq; mirum, nam vt in suo de regimine Principū ait Episcopus Siluenensis: *Magnus animus si aliqua vel leui suspicione percuditur, ita turbatur, ac ruit, vt quocumq; impetum det, horrendas strages efficiat*.

*Episc. Siluen.*  
*in de regimi-*  
*ne Principis.*

Cur Euangelista Herodē Regē appellat, at Magos non item, cū reuera fuerint.

Annoto tandem ad huius annotationis calcem, cur Herodes Rex nōtauter appelletur ab Euangelista, Magi verò non ita, cum fuerint & ipsi Reges (vt iam dictum est) optimè respondet Bertarius: *Quoniam, inquit,*

*sceptra, & corona pro nihilo à sanctis vi-*  
*ris, ac sapientibus ducuntur, ab impiis ve-*  
*rò Deo proponuntur*: Herodes tanti con-  
ronam fecit, vt illius causa necē Christo machinari non fuerit veritus: sancti verò Magi se, coronasq; suas ante illius pedes proiecerunt.

Adde ex Beda ad cap. Lucę 10. idē esse iustum, & sanctum esse, atq; Regem esse; dū namq; ibi Dominica illa verba exponit: *Dico vobis, quod multi Propheta, & Reges voluerunt videre, que vos videtis, &c.* obseruat Matthæū sic habere, *multi Propheta, & iusti: quomodo ergo, ait Beda, unus Evangelista dixit Reges, alter iustos, & statim respondens ait: verè Reges sunt iusti, & Reges magni, quia vitiorum motibus non consentiēdo succumbere, sed regendo p̄aeſſe uoverunt. Herodes itaq; Rex appellatur ex nomine tantum; Magi verò re, nō nomine Reges sunt, siquidem iusti sunt.*

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*C* Turbatus est Herodes Rex, & omnis Hierosolyma cum illo.

## ANNOTATIO VII.

*Maiorum exempla minores ad se tra-*  
*bunt.*

*C* Redidit Abraham Deo (ait con-  
textus sacer Genes. 15.) quem locum ita transtulit Caietanus: *Fecit Abraham credere in Domino*: pungit Caietani translatio: non enim legitur in eodem contextu sacro, quod fuerit Abraham Diuinæ essentiæ promulgator, aut diuinitatis, fideive concionator: quomodo ergo, ex eo quod crediderit ipse, alios credere fecisse ait loci translatio: optimè respōdet idem Caietanus, *Id enim fuit credere Abram, atq; uniuersam eius familiam fidem eandem suscipere.*

*Genes. c. 15.*  
*Caieta. lectio.*  
*Dispungitur*  
*Caieta. trāl-*  
*latio.*

Con-

Ioan. cap. 4.

1. Paral. c. 13

Greg. Moral

27. cap. 27.

Tertul. ad c.  
Ioan. 4.

Iudicum c. 9.

Vbi supra.

Disquiritur  
locus ab A-  
bulensi q. 48Magis mo-  
uent opera,  
quā verba.  
Iudicū cap. 9.

Considerato Christi miraculo credidit Regulus Christum esse verum Messiam Dei filium, & ubi primū ipse fidem hanc amplectatus est, idipsum fecerunt & omnes domestici eius: Credidit ipse, (inquit Ioannes) & dominus eius tota: Maiores adhuc vires tribuit Tertullianus bono Reguli exemplo; nam ita habet ad locū: *Regnum cui imperabat creditisse valde verisimile est, sequuntur namq; membra caput, Regnum Regem:* Adeò itaq; efficax maiorum exemplum ad attrahendum minores, vel ad bonum sectandum, vel ad malum perpetrandum.

Probat etiam præsens assertum locus ille Iudicum 9. si ptaeserrim cum Abulensi ponderetur; in quo refert sacra pagina; quod cum electus eset Abimelech in Regem, statim profectus fuerit, expugnaturus Sichimorum turrim, ascenderitq; in monte Selmon cū omni populo suo, & arrepta securi, præciderit arboris ramū, impositumq; ferens humero, suis militibus dixerit: *Quod me videtis facere, citò facite: Abimelech,* (ait contextus Sacer loco citato) *audiens viros turris Sichimorū pariter conglobatos, ascedit in montem Selmon cum omni populo suo, & arrepta securi, præcidit arboris ramū, impositumq; ferens humero, dixit ad socios, quod me videtis facere, citò facite:* Disquirit locū Abulensis q. 48. & querit cur nō præceperit Abimelech militibus suis, vt præscinderet ramos; cum ducis sit imperare, militum verò, quod sibi imperatū est exercere? Respondet tamen statim idem Pater: *Ideo sic conuenienter fecit; quia magis mouēt in moralibus, opera, quām verba, vt cum Regem omnes vidissent, hoc facere erubesceret, & proprie illud facerent:* ita equidem factum est, vt constat ex eodem loco, vbi statim subiungitur: *Igitur certatim ramos præscindentes, sequebantur ducem:* Efficax equidem est maiorum exemplum ad attrahendum minores.

Facto Tabernaculo, iubet Deus, vt

Aduces singuli offerat per singulos dies munera in dedicationem Altaris, Numerorum 7. *Dixit Dñs ad Moysen;* singuli duces per singulos dies offerat munera in dedicationem Altariss; primo die obtulit oblationem suam Nahasson filius Aminadab de Tribu Iuda: Disquirit locum Oleaster, & inquit, cur Dux de Tribu Iuda fuerit primus, qui obtulerit; cum potius ad Ducem de Tribu Ruben secundum ætatis ius offerre attineret: & respondens ait, Nahasson esse de Tribu Iuda, quæ Regia Tribus erat; vt igitur reliqui Duces, & omnis populus incitarentur ad offerendum, necessarium fuisse, vt Dux de Regia Tribu præcederet, efficax namq; Regum exemplum est ad attrahendum populum siue ad bonum sectandum, siue ad malum inferendum: audi Oleastrum: *Ostēditur* (inquit) *hic, quales debent esse Reges, & Praesides; si Nahasson parcus fuisset, omnes eius parcimoniam sequerentur, vel alia Tribus minores essent in offerendo, at præcante Regiae Tribus Ducis exemplo, nulla ab eius munere defecit, sed omnes munus illi aquale obtulerunt.*

C Quam efficax sit Regum exemplū ad commouendum subditorum animos, vel ad lætitia, vel ad mœrem, vel ad illos sedandos, vel perturbādos; optimè etiam probabis Dauidis exemplo; dum namq; ludit, & saltat coram arca, omnes ad eorum exemplum ludunt, ac saltat: *Dauidis prævio exemplo, ecce omnis populus humilem saltandi rationem putant honorificam:* ait Gregor. moraliū 27. c. 27. Nā statim subditur; *Vniuersus Israel ludebat coram Domino,* 1. Paralip. cap. 13. cum item idem David fleuit super tumulum Abner, (vt 2. Reg. cap. 3. sacra Scriptura testatur.) Fleuit & omnis populus; disquirit locum Abulensis q. 32. in hunc Regum librum, & inquit, cur fleuerit vniuersus populus Abner? Erant ne (inquit) vniuersi illi consanguinei? aut aliquo omnes illius beneficio obstricti, vt illo mor-

Numer. 7.

Disquiritur  
locus ab O-  
leastro.Oleaster ad  
locum.1. Paral. c. 13  
Greg. Moral  
27. cap. 27.Abul. q. 32.  
in hunc librū

*tuo omnes flerent? minimè: ( responderet Abulensis) at Rege flente nemo non fletuit, quia turpe putabant, quod Rege flente, alii à fletibus temperarent: efficax equidem Regis exemplum ad inducendum animos.*

Accommodatur doctrina supra posita Herodi, & populo Hierosolymitano, ex Hiero. ad cap. 2. Matth.

Rex primū mobile respectu infernorum.

Psal. 71.

Iona cap. 3.

Hierony. vbi supra.

Dan. in cap. 5

Veram hanc, & elegantem rationē adiuuenit Hieronymus, ob quam simul cum Herode turbatus fuerit, & populus, qui de auditō nuntio potius lætari debuit, quām perturbari: si quidem suae redēptionis aduentare tempus, ex iis, quae audiebant, facile colligere possint: at turbato Herode, turbatur & populus, quia Rex respectu populi ad instar est prīmi mobilis, qui reliquos orbes cœlestes inferiores, quos suo ambitu complectitur, suo motu rapit: & sic Herodes, quos suo sceptro regit, sua perturbatione perturbat: Tribus saceræ Scripturæ locis cōfirmat Hieronymus assertum, quibus clare demonstrat, tam ad malum, quām ad bonum inclinari populum Regis exemplo: *Adorabunt (inquit Psalmista Psal. 71.) omnes Reges terre, omnes Gentes seruient: Optime ibi præfatus Pater: Si adorant Reges, adorant populi.*

Secundus locus quem adducit, est apud Ionom Prophetam suæ propheetiæ in cap. 3. vbi sic habet contextus Sacer: *Rex surrexit de solio suo, & abiicit vestimentum suum, & indutus est sacerdo: Regis exemplum sequutus est populus, ait idem Hieronymus, ponderosum namque valde est, vel ad bonum, vel ad malum attrahendum subditos.*

Fecit Balthasar grande conuiuum Principib⁹, & optimatibus suis, Daniel 5. & vt suam ostentaret potentiam, & maiestatē nullum, esset pratum, quod eius gula non tereret: *Aiq; lata (inquit contextus Sacer) sunt vasa aurea, que asportauerat de Templo, quod fuerat in Hierusalē, & libebant in eis Rex, & optimates eius: Confirmat tandem idem Hieronymus assertum facto illo Nabuchodonosor, Danielis in cap. 3. qui volens, vt statua, quam fecerat, adora-*

Pars 2.

*retur à populis, priùs fecit, vt populo- rum Principes adorarent, vt eorum exemplo præmoniti populi adorarent: Nabuchodonosor Rex misit ad congregan- dos Satrapas, Magistratus, & Indices, duces, & tyrānos, & præfectos, omnesq; Princ- cipes regionum, vt convenirent ad dedi- cationem statuæ: vbi sic Hieronymus: Principes congregantur ad adorandum cap. 3. Dan. statuam, vt per Principes seducantur & gentes, qui enim diuites sunt, & potentes, dum timent carere diuitiis, & potentia, faciliter supplantantur: seductis autem Magistratibus, subditi populi maiorum exemplo pereunt: cū adorarēt Principes au- ream statuā, quis ex populis non adoraret?*

Adimodum equidem efficax maio- rum exemplum ad inducendum mi- nores, vel ad bonum sectandum, vel ad malum amplectendum; sed quia de malo exemplo majorum ad inducen- dum ad malum multa loca attulimus, vnum placet afferre, ad ostendendum, quam efficax sit idem maiorum ex- exemplum ad persuadendum minores ad virtutem sectandam: ad quod optimus

C C mihi visus est locus ille Psalmi 7. vbi sic Deum alloquens ait David: *Exurge Domine in præcepto, quod mandasti, & Synagoga p̄ pulorum circūdabit te: Quē locum de bono, & efficaci Christi ad imitandum exemplo, explicarunt Au- gustinus, & Genebrardus, quorum po- sterior sic habet ad locū: Exurge (in- quirit) Domine, id est, præsta, quod faciendū præcepisti: nam si Deus præexcurgat, ac præcat exemplo, illico consurgent, ac se- quuntur omnes: Appono & Augustini Aug. iii. verba: Tu prior Domine (inquit) imple, quod præcepisti, vt exemplo tuo vincentes*

D D *superbiam, non possideātur à diabolo: Ad Regum itaq; & maiorū suorū exem- plum inclinantur populi; vndē mirum non est, quod turbato Herode, omnis item Hierosolyma turbaretur; nam (vt iam annotatum est, ad instar est Rex prīmi mobilis, quod inferiores orbes, quos suo centro continet, suo motu impellit: Habes in eodem sacro con-*

Maiorū exē- plum etiam efficacissi- mū ad indu- cendum ad bonum.

Psalm. 7. De bono Christi ad imitandum exēplo in- terpretatur locus à Pa- tribus intra citatis.

Genebrar. ad hunc locum.

Cc textu

Matth. cap. 2

Ponderatur  
Euangelista  
verba.

textu huius verissimi asserti adæquatam probationem: *Audiens* (inquit Euāgelistā Sacer) *Herodes, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo:* Perpende (queso) Euāgelistæ verba; nō enim (inquit) turbari populū, auditio Magorū testimonio; sed turbari ad Regis turbationem. *Et omnis* (inquit) *Hierosolyma cum illo:* idest turbari ad Herodis perturbationem; ita vt si non turbaretur Rex, minimè perturbaretur populus; quia tamen ipse turbatus est, turbatus est populus *cum illo*, idest, ad eius exēplum turbatus est: ad primi ergo mobilis motū, moti sunt orbes inferiores.

### CIRCA EADEM SACRI contextus verba.

*Audiens Herodes, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo.*

### ANNOTATIO VIII.

*Vergunt in populum, tanquam capitū in sua membra damna, vel commoda, Regum, ac superiorum.*

**A**ssertū præsens abstulit Bernardus ex hac Hierosolymitanoru[m] perturbatione, ad Herodis perturbationem, qui eorum Rex erat, & caput, à quo hoc in membra malum profluit; sic enim habet serm. 3. de Epiph. *Misera ciuitas, in qua regnat Herodes, quoniam Herodiana, sine dubio, particeps erit malicie, & ad noue salutis ortū Herodiana mouebitur turbatione:* Nec displaceat tibi Lector humanissimè aliquando Ethnici hominis afferre sententiam, sed audi libenter, quid dicat Ethnicus lib. 3. de legib. *Ut cupiditatibus, & vitiis Principū infici solet tota cōmunitas; sic emēdari, & corrigi cōtinētias*

Bern. ser. 3.  
de Epiphan.Tullius lib. 3.  
de legibus.

*Cum caput ægrotat, cetera membra dolent, (ait cōmune proloquium) ægrotabat Herodes timore, ægrotauit &*

populus: *Turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo:* descendit namq[ue] à capite timor, seu perturbatio in mēbra; vndē timente capite, timuerunt & membra cætera.

Aliquibus sacræ Scripturæ locis pri⁹ ostendam bonum omne à capite prouenire, & postea aliis, ab eodem capite mēbris incommoda dimanare: Multis expendit Philon in vita Moysis cap. 1. cur Deus eligens Moysen in ducem, ac caput totius populi Israel, tot eum virtutibus condecorauerit, & postquā

B multa verba in id inquirendo, seu disquirendo insumpsit, causam assignans ait: *Quia si duces, & Principes honestiorēm sēcātā pertulerint; statim intemperantes mutantur ad continentiam; nam simul, ac virtus sedet in capite, membra omnia participantia facile moderantur.*

Cōsonat illud Dauidicum Psal. 44.

*Memores erunt nominis tui Domine; vbi in singulare numero in primis legit Hieronymus dicens: Recordabor nominis tui Dñe; in singulare etiam numero*

*legūt Remigius, Bruno, I. adulphus, Richelius, Pelbartus Arelatensis apud Lorinū, quāquā in emēdatiis Bibliis Græcis, & Latinis habeatur: Memores erunt nominis tui Domine, agitur namq[ue] de Principiis Israel, vaticinaturq[ue] Dauid, illos semper Dei nominis recordaturos fore; quid igitur fieri potuit, ut grauissimi primi Authores, in singulare loquantur dicantque memorem futurū Dauid Dei nominis; Memor ero nominis tui Domine; reliqui verò nō Dauidem tantum, sed omnes Principes Israel comprehendant, dicentes: Memores erunt nominis tui Domine?*

D Prima solutionis initia ab Hebreo contextu perenda sunt, qui in Latinum translatus, ita sonat: *Memorari factam nominis tui Domine: Adde secūdo verba Chrysostomi, & Eugubini, qui aiunt Dauidis hæc esse verba, prædicēdo suæ prophetiæ causa omnes alios Dei nominis recordaturos: Promittit (inquit Eugubinus) tunc pro se, tum pro posteris,*

Vbi supra.  
Tex. Hebr.  
ibi.

Chrysost. &  
Eugub. loci  
Psal. interpr.  
qui-

Comitare  
proloquium

Matth. 2.

Dimanant  
bona capitis  
in membra  
sua.

Philon in vi-  
ta Moysis c. 1.

Psalm 44.  
Lectio Hie-  
ronymi. Re-  
migii, Lædu-  
phi, atq[ue] Ri-  
cardi.

Lectio cor-  
recta nū Bi-  
bliarum.  
Disquisitio  
Patrū lectio.

*quibus preit carmine isto: Clariū ad-huc, & ad nostrum intentum accom-modatiū Pelbartus, vbi supra, qui ita habet; id enim erat Dei nominis mem-minisse David, atq; subditos suos, ad quos à Regis capite, tanquam ad membra me-moria, & Dei nominis recordatio proflue-bat.*

*Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua*, dixit Christus Dominus ad Petrum Lucē in capite 22. Mirū equidem dictu! pro Petro tantum se roga-turum pollicetur Dominus? quid ergo erit de reliquis Apostolis, quorum etiā fides, sicut & Petri æqualiter pericli-tabatur? nonnè & reliqui scandalum crucis erant laturi? nonnè & ante Re-ges, & Præfides fistendi erant? & ab il-lis eorum fides impetenda? quomodo ergo pro Petro tantum, & pro illius fi-dei perseuerantia se Patrem rogaturū promittit Christus? dubiū tollit S. Leo Papa ser. 3. *Commune (inquit) erat om-nibus periculum, & tamen præ aliis Petri cura suscipitur; in Petro enim fortitudo munitur, & firmitas, vt qua per Christū Petro tribuitur, per Petrum Apostolis con-feratur:* Optimè quidem, erat namque Petrus Apostolorum caput, & vbi pri-mum virtus residet in capite, statim in subiecta membra deriuatur.

*Ampliū illustrabis locum superiū adductum, euidentiūsq; probabis, quo ad istam partem assertum præsens, si disquiras cum Mansio locum illū Iosue in capite 1. vbi loquens Dominus ad eum, ipsumque excitās, tam ad populi protectionem, quam ad legis ob-servantiam, sic ait: Confortare, & esto ro-bustus valde, vt custodias, & facias omnē legem, quam præcepit tibi Moyses: Ad-miratur Mansius, & iure, meo saltem iudicio admiratur, de eo, quod dicat Dominus soli Iosue præceperit Moyses obseruantiam totiū legis, ad quā vniuersi tenebantur; quia vniuersis Israelitis à Deo, per Moysen iniuncta lex fuerat: dispuiggit tamen idem Mā-sius statim locum dicens: sibi præcipue*

Pars 2.

Pelbart. vbi  
supra.

Luca cap. 22.  
Disquiritur  
locus.

Leo Pap. ser.  
3.

Iosue cap. 1.

Disquiritur  
locus à Mā-  
siō.

A *impositas esse leges meminisse Principes debet; quia quæcumq; mutatio in ipsis ex-iuerit, esdem mox sequetur in populo.*

B *Reges terra intelligite, eruditini, qui iudicatis terram, ait Psaltes Psalm. 2. obseruat Cyrillus apud Lotinum, qua-te Reges, ac Principes tantum erudi-tos exoptet Regius Vates, cum omnes populi viros etiam eruditos esse opti-mum sit; at statim responderet idem Pa-ter, & ait: Quia cum sapienti hi, qui re-gunt; illuc sapienti, qui reguntur: Ita e-videm; nam vbi primum virtus sedet*

Psalm. 2.  
Dispongitur  
locus à Cy-  
nillo.

Philon vbi  
supra.

C *in capite, ad membra subiecta, statim deri-*

*natur: (vt loco superiū allegato dixit*

*Philon) deriuantur itaque bona capi-*

*tis in membra, & Regum virtutes in*

*subditos.*

D *Vergunt item in eosdem damna, Vergunt in  
vel vitia: probat secundam hanc asser-  
ti partem locus ille 1. Regum cap. 13.*

*vbi refert sacra pagina, Ionatham in-*

*uasi Philisthæos, percussisseq; eorum*

*aliquos, sive habet ibi contextus Sa-*

*cere: Percussit Ionah 13. solutionem Phili-*

*sthorū; sive exercitum Philisthonorū:*

*Disquiro locum, & quero, quomodo*

*possibile fuerit, quod solus Ionathas,*

*cum armigero suo percusserit omnem*

*Philisthonorū exercitū? accipe à Chal-*

*daico contextu dubii solutionem, qui*

*sic habet: Percussit Ionathas Prefectum*

*Philisthonorū: Quia capitis dāna ver-*

*gunt in membra, & Regum in subdi-*

*tos, ideo percusso Philisthonorū capi-*

*te, omnes percusso Philisthæos dixit*

*contextus Sacer: si hunc locum volue-*

*ris illustrare, perpende puellarū Can-*

*tilenas in Dauidis laudem, cum Gi-*

*gantem occidit 1. Reg. cap. 18. Saul*

*percussit mille, & Dauid decem milli.*

*dubitat Angelomus, & ait: Num tan-*

*tum Philisthæum, cum tunc Dauid occide-*

*rit, quomodo cantant dicentes, vicit Da-*

*uid decem millia? & statim responderet;*

*quia vulnus inflatum capiti membra re-*

*liqua vulnerauit: omnes namque velut*

*percussi discessere, vbi primum ducem*

*sum, & caput percuti conspererunt.*

Cc 2 Appa-

Illustratus  
locus loco  
altero 1. Reg.  
cap. 18.

Angelo. ibi.

*Judith c. 13.* Apparet hoc adhuc clarius ex Iudith verbis, quæ dixit, dum caput Holophernis abscidit: cap. 13. *Abscidum est caput omnium incredulorum.* Omnes ne, quæro, occidit Judith incredulos? omnes ne decapitauit? minimè; sed vnius tantum Holophernis incredulorum ducis caput abscidit; quomodo ergo ait sancta hæc vidua: *Abscidum est caput omnium incredulorum?* Respondeat Martyr Bertarius in dubiis veteris testamenti, dubio 78. & ait: *Quia vulnerato illorum capite, omnes sunt vulnerati; non quia Judith gladius omnium truncauerit capita; sed quia capitum damna membris reliquis sunt communis.*

*Ibid.*

*Bert. dub. 78  
in testamen-  
tum vetus.* Vergunt itaque in membra capitum damna, & à capite, siue à Rege, seu moderatore defunduntur in subditos boni, vel mali mores; audi Ciceronem lib. de legibus 3. *Perniciosi sunt (inquit) reipublicæ vitiosi Principes, quia non solum virtus concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem; neque solum obsunt, quod ipsi corrumpantur, sed etiam quod ciues corrumpantur; plusque exemplo, quam peccatis nocent.*

*Cicero. 3. lib.  
de legib.*

## CIRCA EADEM SACRUM contextus verba.

*Audiens Herodes Rex, turbatus est,  
& omnis Hierosolyma  
cum illo.*

## ANNOTATIO IX.

*Maiores, qui subditis suis exemplo ma-  
lo præeunt, grauiter à Deo puniun-  
tur; verificatur in Herode.*

*Rex quasi populi regula, & norma, tñntur; vnde grauissimum est in eis, distortum aliquid in se habere, à na Principi. Ex populi, velut regula est, ad cuius rectitudinem subditi me-*

*storti; prosequitur hoc argumentum verbis ad modum elegantibus Plutar- chus in libro de doctrina Principum, vbi inter multa alia sic hæc intermit- tit: *Quemadmodum oportet, (inquit) ut regula primum in se ipsa recta sit, nihil habens obliquum; deinde cetera sibi admota, quatenus sibi congruunt, ex aquæ consimili modo. Princeps postea quæva imperium in se ipso parauerit, ac direxerit, vitamque suam composuerit, tunc debet sibi cooptare eos, quibus imperat: neq; enim cadentis est alium erigere; neque ignorantis docere; neque incompositi, componere; neque ordinare inordinati, neque imperare eius, qui non pareat imperio.* Rex igitur probus regula recta est, Rex vero improbus regula falsa, qui autem falsa mensura, seu pondere vendit, & populum fallit, grauissime à reipublicæ moderatore puniri con- fuit; & eo grauius, quo maior est illi de eiusdem reipublicæ directione, cu- ra, & obligatio, vnde grauissime iure optimò punientur Reges, ad quos Regnorum directio spectat, si sint di- storti, & si distortos suo malo exem- ple reddant suos subditos: quod item sentiendum est de Prælatis.*

*Peccat populus Israel cum filiis Moab; & insuper earum idolis, & sacrificat, & de eorum vescitur sa- crificiis: at Dominus solos Principes populi, ob tantum scelus suspendi præcipit: *Fornicatus est populus cum fi- liis Moab, (ait contextus Sacer) quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua; at illi co- mederunt, & adorauerunt Deos earum: initiatusq; est Israel Beelphegor, & iratus Dominus ait ad Moysem: tolle canctos Principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis: Mirum equidem di- cit: peccat vniuersus populus, & solos populi Principes iubet Dominus, vt suspendantur, quia cū reliquis in eodē crimine comprehensi sunt! idq; igno- minia maxima, suspensi scilicet in omniū oculis, & conspectu! dissimulat cū plebeis, quos in eodē crimine cōprehē dit,**

*Rex p̄obus  
regula vera,  
improbisve  
rō falsa, &  
dolosa.*

*Numer. c. 25.  
Disquisitio  
locus.*

dit, & præcipit Moysi, ut solos Principes ita ignominiosè suspendat? At non miseris, voluit enim Dñs punire malum Principum exemplum, & in eos præcipue insurrexit ita seuerè: quia longè grauius peccatum commiserunt, quam populus, qui defecerunt in officio, & suo malo exemplo populum ad idolatriandum incitarunt, & idèò ita acriter, & ignominiosè puniri præcepit: Audi Damiani Petrum lib. epistolarum, epist. 6. Dominus (inquit) cum omnis Israelitica plebs non dispergi criminis teneretur obnoxia, de populo quidem tacuit; aduersus animem solos Principes in furore se dignæ animaduersionis exercet, quia reatus adulterii in personis clarioribus debet durius vindicari.

Illustratur, & amplificatur sopraposita doctrina alio sacrae Scripturae loco, eiusdem Numerorum libri, & capititis, vbi refert sacra pagina, quod cù vidisset Phinees filius Eleazeri nobilem quendam Israelitam ingredi in omnium oculis ad Madianitam quandam Principis filiam, surrexerit de medio multitudinis, & arrepto pugione utrumque perfoderit: vbi obseruandum est, qua specificatione agat contextus Sacer de duobus his, qui peccatum publicè commiserunt, & quos Phinees publicè quoq; ac seuerè intermit: Erat (inquit) nomen viri Israelita, qui occisus est cum Madianite, Zabri, filius Salu Dux de cognatione, & Tribu Simeonis: porro mulier Madianitis, quæ pariter interfacta est, vocabatur Cozbi filia Sur Principis nobilissimi Madianitarū: Si igitur quæras, cur adeò specificè loquatur de vtroq; Scriptura sacra: illosq; nobiles esse asseueret, & Duces: Respondet Damianus, sic loquutum fuisse Authorem sacrum, ut tam seueræ punitionis fundamentum indicaret; nā quia principales personæ erāt, idèò grauius puniri necessarium fuit; audi Patrem in eadem epist. 6. Ut ostenderet Moyses carnales illecebras in eminentioribus personis acrius esse puniendas.

Pars 2.

Petr. Dam.  
ubi supra.

A Causam inquirit Saluianus lib. 4. de prouidentia cur Dominus tantis calamitatibus oppresserit Dauidē, de quo dixerat: Inueni virū secundum cor meū, & causam assignans ait: Multos secum præcipitauerat in mortem malo suo exemplo, cum Rex Israel esset, & ideo necesse fuit, ut pro tantis lueret penas, quantos secum traxit in reatu.

Actuum 13.  
Saluia. lib. 4.  
de prouidentia

B Ideò itaque maiores seueriùs puniuntur, & seueriùs in eos animaduertit Deus, ne (si illorum exempla depravata non puniantur) aliorū mores de prauent: optimus in hanc sententiam est locus ille Iob cap. 21. vbi agens de Principe vitæ perditissimi sic ait: Post se omne hominem trahet, & post se innumerabiles: Ac si dicat, adeò perniciosus est Princeps iniquus, & qui malo exemplo populo præit, ut non tam viuens solum sed etiam & post mortem multos detrudat in barathrū; ita nāq; ad locum Cayetanus: Ad significandum multitudinem ingentem impiorum similibum futuram tanquam tractam exēplo diuitis impunis.

Cayetan. ad  
locum.  
Iob cap. 21.

C Grauissimè itaq; puniuntur Reges, Prælati, & maiores, qui malo exēplo suo suis subditis præeunt: quia punit in illis Deus omnia illortim peccata, quibus suo malo exemplo nocuerunt. Disquiras quæso locum illum Osea 5. vbi sic ait Dominus: Audite hac Sacerdotes, & attendite domus Israel, domus Regis auscultate, quia vobis iudictum est; Quero, cur cum iudicio Regibus tantum, & Sacerdotibus minitetur Deus:

Osea cap. 5.

D nōn ē ait Paulus omnes homines præsentandos ante Tribunal Dei, Ut referrat unusquisque propria, prout gessit? Quomodo ergo per Prophetam solis Principibus, & Sacerdotibus iuditio seuerissimo minitur? audi ad hunc locum Cayetanum: Reges (inquit) præcipue, & Principes hos vocat ad iudicium, quia populum compulerunt ad idolatriam, & Sacerdotes, quia male populum rexerunt. Hæc Cayetanus.

Disquiritur  
locus.

2. Corint. c. 5.

Sed rem omnino absolues, si tandem disqui-

Ce 3

Cayet. ad ch.  
s. Osea.

Leuitici c.4.

Disquiritur  
locus Leui-  
tici.Oleast. ad c.  
Leuitici 4.Herodis  
mors acer-  
bissima , ex  
Ioseph.lib.  
Antiquit.17.

disquiras alterum sacræ Scripturæ locum, Leuitici scilicet in capite 4. qui sic habet ; *Si Sacerdos peccauerit, delinqueret faciens populum, offerat pro peccato suo vitulum, cumque intinxerit digittum in sanguine, asperget eo septies coram Domino contra velam sanctuarii: circa quē locum primo loco obseruandum est, nomen Chohem , quod ibi ponitur pro Sacerdote, Hebraicè Sacerdotem simul significare, & Principem: secundo disquirendum est, cur, cum Princeps, seu Sacerdos pro proprio peccato offert, septies sanguinis effusione Dei vindictæ occurrat, cum semel tantum id faciat , cum pro aliorum crimine explicando offert ? Optimè ad dubiū respondet Oleaster : Considerent, ( inquit ) qui publica munera administrant, se quasi infinita committere peccata, quoties contingit eos peccare; quia septies erat Dominus peccatum vindicaturus , toties iterato victimæ sanguine ei erat diuinæ vindictæ occurrendum.*

Commouit Herodes suo malo exē plo vniuersum populum contra Christum infantem, seuerè nimis animaduertit in eum diuina iustitia; acerbissimo namq; suppicio punitus interiit, deuorās sui corporis membra, vt libro 17. antiquitatum Iosephus scriptum reliquit.

### CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra vbi erat puer.*

### ANNOTATIO X.

*Insensibilia diuinitatem in Deo protestantur, quam ingratus populus non agnoscit.*

QVamquam circa Magorum stel- lam multa se se offerant notatu digna, ne tamen multus sim, vnū tan- tum obseruabo: statim scilicet cursum suum compressisse, vbi primum deuenit ad locum, vbi erat puer, eius in hoc diuinitatem, & potentiam manifestas, dum ei submissionem , & obsequium praefat manifestissimè , & clarissimè; poterat namq; quis de illius cursu du- bitare, & naturalem fuisse existimare; at in cursu sistere naturale esse non potuit, vnde sistē super vbi erat puer, manifestē protestata est , puerū illum, ante quem sistebat gradum , eius esse Authorem, & primum, ac principalem sui motus moderatorem ; in quo euidentiū signum illius diuinitatis præ- buit, quām potuit excogitari insensi- bile astrum cum fuerit: dices etiā ani- malia illa, de qubi? Ezechielis 1. multa dicuntur , cum rapido irent cursu , à cursu statim abstinuisse , vbi primum illis à firmamentī voce imperatū fuit: Ezech. 1.

CVbi primum fieret vox super firmamentū, stabant, & submittebant alas ; Fateor & hæc animalia sedentis supra Thronū diuinitatem sistendo, & Dei omnipot- entiam fuisse protestata; ad quid mi- rum spiritu plena cū fuerint ? & oculis plena , quibus diuinam essentiam actualiter intuebantur ? quibus caruit stella ista, & tamen diuinitatem, & su- pra naturæ vires imperium in puero vagiente protestata est.

Testata sunt  
Ezechielis  
animalia Dei  
diuinitatem.  
Dices insuper adeò euidentis fuisse signum, quod præbuit Sol in Christi à mortuis resurrectione; acceleravit e- nem gressum insensibile, & inanimatū, planeta cum fuerit, vt citius illucescerit mulieribus , quæ ad vngendum Dominicum corpus, emptis aromati- bus, properabant : nam vt ait Petrus Chrysologus, vt manefaceret, manicauit, & mutat ordinem, dū cognoscit Authorē. Marci 16.  
Pet. Chrysol.  
74. & 82.

Ecce & in sole euidentissimum te- stimonium diuinitatis in Christo , ab insensibili planeta exhibitum. Fateor, & id ipsum in probationē asserti pro- positi-

Stellæ Ma-  
goñ de Chri-  
sti diuinita-  
te testimoniū clarissi-  
mum fuit, ac  
omniū ma-  
nifestissimiū.

Testatus ite  
est candens  
diuinitatem  
in Christi  
resurrec-  
tione.

Omnib<sup>o</sup> his  
de Christi  
diuinitatis  
testimoniis,  
evidētiūs, &  
maius fuit  
stellæ testi-  
monium, &  
cur.

positi libenter accipio: addo insuper clariūs, & euidentiūs fuisse signū hoc, A quod de pueri vagiētis diuinitate stella exhibuit: nam tunc Christus ipse simul cum sole claustra inferni rumpēdo, & mortis iura, ac imperium, quasi pedibus conculcando, suæ diuinitatis potentiam manifestabat: At cum stella puerum, quem signabat Deum, & naturæ Authorem profitebatur, puer ipse suam diuinitatem gemitibus, lachrymis, & singultibus occultabat; vndē evidētiūs, & mirabiliūs fuit stellæ signum, quam solis; dum super vagientem infantem sistit; quasi si dixerit (ut ait Laudunēsis Ambrosius:) *Hic est diuinus puer, quem natum testabar:*

Protestantur itaq; præter Gētiles, etiā insensibilia in Christo diuinitatem, & eius ingratus populus neq; agnoscit, neq; protestatur, sed negat.

Vaticinatum fuit hoc, vel potius prædictum à Domino, Esaiae 1. vbi de Iudæorum cæcitate conquerirur dicens: *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepè Domini sui, Israel autem me non cognovit:* Ex quo loco maximè in Iudæos insultat Bernardus sermone 6. in Cantica: *O grossum* (inquit) *intellectum, & certè bonum, qui Deum nō intellexit, neq; in operibus Dei meditatus est!* Tunc eundem populum alloquens annexit idem Pater: *Nimium de me forè queraris Iudaicus populus in tui sagillatione, quia intellectum tuum dico bonum, sed audi in Esaia, & plusquam bonum audies; cognovit* (inquit) *bos possessorem suum, & asinus præsepè Domini sui; Israel autem me nō cognovit:*

Concludit tandem dicens: *Vides me Iudeus mihi tibi Propheta Gētis tua? ego te comparaui iumentis, ille subiicit.*

Mira equidem Iudæorum cæcitas, testantur in Christo insensibiles creaturæ diuinitatem, & ipsi renunt attestari, testatur stella, quæ vsq; vbi puer erat perueniens, stat, & obedit puer vagienti obedientiam exhibens, vt naturæ Author, & Iudæi Prophetarum

dicitis, quibus illuminari debuerat, exæcantur; & cum Herode, nō ad adorandum, sed ad perdendum puerum quærunt, in quo publicè protestantur, se in illo diuinitatem non protestari, cui testimonium prohibet cœlū, præsepe, mare, & elemēta: *Respice* (inquit Hilar. lib. 2. de Trinitate, & Hieronymus super epistolam ad Hebræos) *cunas Christi; vide pariter & cœlum; id est, cali stellam; vagiētem in præsepio intueris infantem, sed Angelos simul auſcultant laudantes: Herodes persequitur, sed adorant Magi; ignorant Pharisæi, sed stella demonstrat: Baptizatur à seruo, sed vox Dei desuper tonantis auditur; aquis immergitur, sed columba, immò spiritus sanctus in columbe specie descendit; vndē ne putaret Iudeus tantum esse hominem purum, in assumpta carnis humilitate diuinitatis signa intercesserunt; vndē Iudeorum populus in Christo puero non tantum humilia, & infima, sed etiam diuinitatis sublimia cognoscere potuerunt: Hæc Hilarius: stella itaque insensibilis sui Authoris diuinitatem protestatur in pueri vagiente, quam Iudei non vident, Scriptura protestante: fuerunt namq; rebelles luci, quæ per os suæ Gentis Prophetæ illos illuminare conata est, dicens: *Surge, illuminare Hierusalem,* Esaia ca. 60. *quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.**

Optima sunt omnia, quæ circa hoc argumētum habet Rupertus, dum explicat illud Ioannis cap. 1. *Lux in tenebris luet: Magnopè* (inquit) *rei sunt Iudei, quia cum tam naturalis indicii ratione, quam sacræ legis testimonio lucem verā possent agnoscere, illa praesente, magis obtenebrati sunt, & non cognoverunt eam; clauerunt quippè oculos suos, ne videarent, & aures suas compresserunt, ne audirent, & omnino intelligere noluerunt, ut benè agerent, solis claritatem pertinacis inuidiæ tenebris effugantes.*

Optimè probat hanc Iudaici populi affectatā cæcitatē locus ille Ioan. 5. *Ioan. cap. 5.* vbi referēs Euāgelistā ingēs illud miracu-

Interlin. ad  
hunc Matth.  
locum.

Esaiae 1.

Bern. ser. 60.  
in Cantica.

Iudeorū in-  
tellectu plu-  
quam bouinius  
ex eodē Ber-  
nardū eodē  
loco.

Hilar. lib. 2.  
de Trinitate,  
& Hiero. su-  
per epist. ab  
Hebraos.

Ioan. cap. 5.  
Rupet. ibi.

Ibidem.

Chrysost. ad hunc locum.

Disquisitur Iudeorum interrogatio à Pelbert. in ser. istius feria.

Pelbert. ubi sup.

Disquisitur amplius Ioannis locus.

Aug. ad hunc Iean. deum.

raculū, quod Christ⁹ publicē patrauit in homine in piscina Siloe, per tot annorum in infirmitate detento, & verba Pharisæorū tale opus incusātes; sic illos dixisse refert: *Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuū, & ambula:* ad quem locum congruenter ait Chrysostomus: *Maligne interrogant, & non dicunt: quis est qui te sanum fecit, sed quis est homo ille, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuū:* accuratē inquirit Pelbartus noster, in quo sit Iudeorum malignitas in verbis, quibus Diuinæ legis obseruantiam zelare videntur, si puniri exoptant hominem legem soluentem, ac destruentem, quæ Sabbathū obseruari stricte nimis præcipiebant? & ait præfatus Pater, non stitisse eius malitia in zelo legis, sed in eo, quod non egerint de miraculo, & de Christo inquæsierint tantū, ut de puro homine; miraculum namq; Dei diuinitatem & omnipotentiam testabatur, à qua oculos omnino auertere consueuerunt: nomen autem hominis humana fragilitatem repræsentabat: *Vt igitur, respondet, diuinitatem Christi regerent, de fragilitate hominis pleno ore, interrogant: Quis est homo ille, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuū, & vi peccaminosa actione tegant Christi diuinitatem, dicunt: Quis est homo ille, &c.* ait prefatus Auctor serm. in feria 6. primæ Dominicæ quadragesimæ; diuinitatem itaq; quam in Christo etiam insensibilis stella profitetur, in eo, vel videre nō vult populus Iudaicus, vel potius tegere conatur, ne videant alii

Est aliquid amplius, quod pensetur in facto, & quod præsenti argumēto satis conueniat: Pharisæi semper fragilem humanitatem obijciunt homini sanato, dicentes: *Quis est homo ille;* at verò qui sanatus fuerat, semper ad potentiam diuinitatis recurrit, dicens: *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuū:* quæ verba sic interpretatur Augustinus: *Quare non acciperem iussionem ab illo, à quo ac-*

*ceperam sanitatem:* quasi qui profitebatur Christum, qui supra infirmitatem habebat imperium, soluendæ etiā legis de Sabbati obseruantia habere protestatē: cum igitur Iudæi hominis cognomento solam hominis fragilitatem protestantur in Christo, homo iste eius omnipotentiā diuinitatis profitetur in ipso.

*Vbi est, qui natus est Rex Iudeorum, venimus enim adorare eum,* dicunt Magi: qui dum de adoratione agunt, in Christo diuinitatem protestantur, vnu namq; tantum Deum adorare præceptum erat ex lege: at Herodes ait: *Ite, interrogate diligenter de puerō; adverte lector, quem Magi Regem, & Deum dicūt,* Herodes puerum vocat; vt pueri fragilitate, & miseria occultet Regis nati diuinitatem, & potentiam, cœca semper, ac pertinax istorum hominum impietas, quæ in Christo diuinitatem neq; agnoscit, neq; ab aliis patitur profiteri; at oculata pietas sub pueri vagientis imbecillem naturam diuinitatis adorat omnipotentiam.

Prosequitur hoc argumētum Bern. ser. 2. de Epiph. &c ait: *Videte quām oculata sit fides, quā lynceos oculos habeat, diligenter considerate; cognoscit Dei filium latente, cognoscit in ligno pēdente cognoscit morientem; siquidem latro in patibulo; Magi in stabulo cognoscunt ille clavis infixum, isti pannis inuolutum;* quod elegantius (meo saltem iudicio) prosequitur Teophilactus ad cap. Matth. 2. *Vide, inquit, anima illustrationem, pauperem videbant, & adorabant: immo ex summa paupertate rerum temporali intulit fides Magorum in pauperculo puerō diuinitatem, vt breuiter, & acutè tetigit Cassianus lib. 1. cap. 14. dicens: Magi crediderunt omnia esse diuina, ubi per omnia defuerant humana.* Terrenum Regem quærebant Iudæi, ideo illis stella non illuxit, quæ cœlestem Regem indicabat; vnde qui fidei stella carent, Regem istum non cognoscunt; docent namq; insensibilita

Accommodatur doctrina Euangelio.

Fides per quā maximè oculata, ex Bern. ser. 2. de Epiph.

Teophil. ad c. Matth. 2.

Cassia. lib. 1. cap. 14.

lia incredulos discursuos in Christo  
diuinitatem protestari.

## CIRCA ILLA SACRI contextus verba.

*Procidentes adorauerunt eum.*

## ANNOTATIO XI.

*Christi pedes ardentes fornaces vbi co-  
flantur Regum corona.*

**C**oram Dei throno submissoe co-  
ronas Reges, ait Ioannes Apo-  
calypsis in cap. 4. Procidebant, inquit,  
vixinti quatuor seniores ante sedentem  
in throno, & adorabant vincentem in se-  
cula saeculorum, & mittebant coronas suas  
ante thronum: disquiro locum, & in-  
quiro Regum istorum factum, coro-  
nas nempe ante thronum, quod idem  
est, atque ad pedes in throno sedentis  
proiecisse, inurbanum namq; videtur  
res adeo pretiosas, vt sunt aureæ co-  
ronæ, projcere ad pedes; quod si in  
submissionis, & gratitudinis signum  
id factum est, potius conueniens vi-  
deretur coronas in throno vbi sede-  
bat Dominus collocare; illa namque  
omnia, quæ Deo offeruntur, semper  
super altare offerri mos fuit, quo ad-  
huc utimur hodie, super altare namq;  
reponimus donum, quod vel Deo, vel  
Beatæ Virgini offerimus, & indecens  
quis iudicaret ante altare demittere  
in terram quicquid Deo præsentare-  
tur: Fateor cum Aretha, & cum An-  
drea Cæsariensi viros iustos istos sub-  
missionis causa, & gratitudinis se sub-  
missoe coram Deo sedente in throno,  
a quo acceperunt, vt Reges essent, vt  
ad hunc locum obseruant præfati Pa-  
tres; at rationem non video, ob quam  
adeo indeceter egerint de coronis, vt  
illas proiecerint ad pedes illius, a quo  
acceperat, cum ad pedes aliquid pro-  
jicere, rei despiciendæ sit signum ma-

Dubitatur de  
loco Apoca-  
lypsis 4. &  
disquiritur.

Quid inde-  
cens videtur  
in terra pro-  
jicere, ea que  
Deo offer-  
tur.

nifestum; vt namq; ostenderent noui  
discipulatus Christi sectatores se pro  
illius amore despexisse vniuersa, pre-  
mium earum rerum, quas vendebant,  
non manibus tradebant Apostolorum,  
sed projiciebant ad eorum pedes: *Quo-  
tum ergo possessores agrorum, aut domo-  
rum erant, vendentes afferebant premium  
eorum, quæ vendebant, & ponebant ante  
pedes Apostolorum: ad quem locum ait  
Lorinus, ad pedes projiciebant, vt se des-  
pexisse indicarent: Si ergo rem ad pe-  
des projcere despicietat signum erat;*  
**B** quomodo mittebant seniores coro-  
nas, quas à sedente acceperant ante  
cius thronum, & ex consequenti ad  
illius pedes: incongruum equidem, in-  
urbanum, & indecens perpetrasse vi-  
dentur.

**C** Ut locum discutiam, alterum pri-  
mo eiusdem Apocalyp. locum in c. 1.  
discutere necesse est, vbi describens  
Ioannes, hominem illum, quem vidit  
in medio candelabrorum aureorū, incipiens a capite peruenit ad pedes, &  
ait: *Et pedes eius similes auricalcho sicut  
in camino ardenti: circa quem locum  
primo, & principaliter obseruandum  
est cū Ruperto, per Christi pedes eius  
acciendiā esse humanitatem, sic  
enim habet: Humanitas Christi aur-  
icalcho similis dicitur, sicut in camino ar-  
denti, quia quemadmodum auricalchum  
multis ignium impendis ad colorem auri  
perducitur, ita Christi humanitas per mul-  
tas tribulationes perducta est ad gloriam  
maiestatis.*

**D** Quo supposito, inquiramus rationē,  
ob quam vigintiquatuor seniores, non  
solum procidentes adorant, sed addūt  
& coronas mittere ante thronum se-  
dentis, id est, ad Christi pedes, & non  
inurbanè quidem, sed admodum cō-  
gruenter, non enim incongrue dixe-  
ris positum qualecumq; opus, seu col-  
locatum ad fores officinæ sui opificis,  
in quo elaboratum est; cum autē for-  
nax accensa, in qua Regum coronæ  
confiantur, & perficiuntur, sint igniti  
pedes

*Ad. cap. 4.  
Ad pedes ali-  
quid proj-  
cere despici-  
etat signum,  
ex Lorin. ad  
hunc locum.*

*Disquistitur  
locus ex alio  
eiusdem Apoc.  
loco c. 1.*

*Per Christi  
pedes eius  
humanitas,  
ex Rupert.*

*Cur seniores  
ante thronū  
demittebant  
coronas ad  
Christi sed-  
tis pedes.*

pedes Christi, idest, eius humanitas multis laboribus, & tribulationibus inflammata, congruenter satis ad tales pedes apponuntur, seu projiciuntur coronæ, tamquam in loco propriæ suæ formationis.

Christi humanitas coronarum officina.

Sed dices adhuc mihi probandum esse Christi humanitatem attritam passionibus Regū coronarū esse officinā, ostendam facillimè, & in Regibus spiritualiter acceptis, & in mundi Regibus, in illis in primis patet, quia omnes fideles in sacramento Baptismi ad beatitudinis regnum ius accipiunt, & ibi tanquam Reges inungūtūr, & coronantur, ut latè ostendit Pelbartus noster serm. i. de Epiphania, estq; sacramentum Baptismi locus proprius coronandi Reges; at quæro nunc à Theologis, vnde ne habeat Baptismi sacramentum virtutem, & valorem ad creandum Reges, & coronandum eos? non poterunt non respondere à Christi meritis validissimis; quæro ab eisdem amplius, meruit ne Christus Dominus per diuinitatem, an per suam humanitatem? idest, pertulit ne Christus in quantum Deus, an in quantum homo? non poterunt non respondere, quod in quantum homo; ergo valor, & efficacia, ac virtus quā habet Baptismi sacramentum ad creandum Reges à sacrosancta Christi humanitate illi profluxit, laboribus trita, & tribulationum ignibus redditæ auricalchosimili in camino ignis ardantis: hæc autem significatur per sedētis in thro no pedes; ergo conuenienter satis ad hos pedes projiciunt coronas suas vintiquatuor seniores, & tamquam in proprio loco, in quo elaboratæ sunt, ponunt; quotiescumq; namq; Christus Dominus quoddā opus penosum sustinebat, multas nobis coronas elaborabat, sunt itaq; Christi pedes, idest, eius humanitas sacrosancta, proprius locus, & officina confandi Regum coronas. Valde subtilem probationem eorum, quæ dicta sunt ad invenies,

cum Diu Hieronymo, & cum Cyri-  
lo disquiras locum illum Zachariæ in  
cap. 6. vbi ait Propheta, non nisi in do-  
mo Iosiae coronas fabricari: *Intrabis*,  
inquit, *in domum Iosiae, & sumes au-*  
*rūm, & facies coronam, &c. Quoniam Ios-*  
*sias*, inquit Hieronymus, *editus erat,*  
[ *Tenuit el erario in su manu,* ] neq; dis-  
sentit Cyrilus, qui ait: *Ideo non nisi in*  
*eius domo coronas fabricari, quia commu-*  
*nnes opes habebat apud se ad cōmunes ex-*  
*pensas templi*: quod optimè conuenit  
in Christum, in cuius manu sunt *omnes*  
*thesauri sapientiae, & scientiae Dei*, & ad  
quem spectauit omnes expensas face-  
re in fundatione Ecclesiæ ideo in sola  
eius domo veræ coronæ conflantur, &  
ibi, & non alibi veri Reges coronan-  
tur.

Quod verò & Reges terræ à Christi pedibus debeant coronari, patet ex eo, quod nullus Christianorum Rex, siue armis, siue successione regnū ob-  
tineat, absq; Vicarii Apostolorū Prin-  
cipis auctoritate coronetur, nullusq; coronaetur Imperator, absq; eius au-  
toritate, & consensu; Apostoli autē  
pedes fuerunt Christi, quibus totum  
orbem peragravit, vt ad cap. 1. Apoca-  
lypsis obseruauit Aretas; vnde co-  
ronas Regum à Christi pedibus ha-  
bere, quod veræ coronæ sint, iam pa-  
tet.

Ad pedes Christi suas misisse Ma-  
gos Reges coronas, testatur Matthæus,  
cum ait: *Et procidentes adorauerunt eū:*  
nam coronam ad pedes demittit, qui  
se apud aliquem procidit; ad quid in-  
terrogabis? vt scilicet inde veri Reges,  
legitimèq; coronati exirent; quāquam  
enim iam Reges essent, non tamen se  
veros Reges, verèque coronatos esse  
indicarunt, dum ad Christi pedes coro-  
nati non erant; nam (vt ad hunc locum  
Magnus Gregorius obseruat, scri-  
uire Deo, eiq; famulatum, & submis-  
sionem exhibere, regnare est.)

Optime confirmabis assertum in  
muliere peccatrice, Luke cap. 7. quæ  
stans

Zachariæ 6.

Hieron. ibid.

Item Cyril.

Apostoli  
Christi  
pedes  
des quibus  
totū orbem  
peragantur,  
ex Aret. ad c.  
i. Apocal.

Proiecerunt  
Magi ad pe-  
des pueri le-  
su coronas  
ex Matth. 2.  
& ad quid.

Deo famu-  
latū exhibe-  
re, regnare  
est, ex Greg.

Luke c. 7.

stans retrò secus pedes Christi, ei famulatum exhibuit, lachrymis lauans, capillis terges, ac oscula figēs: ad quos Christi pedes, cum accesserit serua, ab eis euasit Regina, quod ut confirmes, discute prius Pauli locum ad Romanos in cap. 6.

*Serui estis eius, cui obeditis, siue peccauit ad mortem, siue obeditionis ad hunc Pauli iustitiam. Ad quem locū sic D. Thom. locum.*

*Peccatum equidem vobis non dominabitur, si cōperitis peccato resistere, & vos Deo exhibere: Obediebat Maria peccatis, serua ergo erat, & captiuia peccati accessit ad coronarum officinam, ad Christi nempē pedes, & ibi exhibuit illi seruitutem, exhibuit famulatum, seruitum impedit; ecce ex peccati serua, conuersa est in Reginam; nam seruire Deo regnare est, & illi famulatum præstare, idem est, atq; coronari: Hoc fortassis voluit edocere sancta Mater Ecclesia, dum in antiquo hymno de hac peccatrice canit: Fit ex libertate phiala, in vas translata gloria de vase contumelia.*

*Ecclesia in antiquo Magdalenæ hymno.*

## CIRCAILLA SACRI contextus verba.

*Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.*

## ANNOTATIO XII.

*Qui à peccatorum cætitate liber Deus semel iuuenit, alia via, ab illa per quam antea incedebat, debet incedere.*

*D*uo sunt in hac annotatione breuiter tractanda: primum circa illa verba, *Responso accepto, ne redirent ad Herodem: Secundum circa illa: Per alia viam reuersi sunt in regionē suā: Quod igitur attinet ad primū, miror Magos*

A non dubitasse de responso de non redendo ad Herodem! Cur non inquirierunt istius responsi causam? cur non sunt suspicati puerum quem adorauerant verum Iudaorū Regem non esse, siquidem se ab Herode abscondere illi necesse erat? Cur ex eo non intulerunt, verè Deum non esse, qui homines formidabant? Sed nihil de accepto responso dubitantes, aut inquietentes, iussis obtemperantes, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam?

B Optimè respondet Chrysostomus dicens. *Vera fides non querit causas praecipi: Quæ Chrysostomi respōsio optima est & illustrari potest ex his, quæ de perfidia, quæ fidei opponitur, in Iudæorum pectoribus residente, ipse met Chrysostomus ad cap. 6. Ioannis obseruat, dū illa eorum verba disquisitit: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad māducandum: Nam optimè ibi ait Chrysostomus; Vbi primum menī ē idem Chrysostomus, subi cogitatio incredulitatis statim erūpit vox haec: Quomodo potest? Perfidia igitur, & incredulitatis est non acquiescere, & semper eorum, quæ præcipiuntur, rationes, & causas inquirere; at verò sincera fidei causas præcepti non querere, sed humiliter assentire: vnde iam se se veri fideles Magi monstrarunt, dum de responso accepto nihil hæsitanter, aut inquirentes; per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.*

C Quid autem mysterii cōtineat hæc D Magorum per aliam viam regressio, est mihi discutiendum, vt int̄ēti satisfaciām; ad quod illa Ieremiæ suæ prophetię in cap. 2. in medium afferre iuuabit: *Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas: Expendo locum, & quæro, quid habeat vilitatis, eadē via regredi quotidie in domum, illum qui à domo in Templum, vel in forum iuit: immo conuenientius videtur eadem, qua ve nit via in domum regredi; nā per viam notam facilius ambulatur: At adiutete amice Lector: non adeò materialiter loquutū fuisse Prophetam, vt de ma-*

*Cur Magi non dubitarent de prohibitione redendi ad Herodem.*

*Vera fides non querit causas praecipi.*

*Magi veni fideles exhibiti, dū ius sui obtemperant.*

*Quid habuerit mysterii iussum esse Magis, vt per aliam viam incedant, ex loco Ierem. 2.*

*Expeditur Ieremiæ locus.*

Per vias vniuersitatisq; eius via processus de signatur.

Glos Interli. super Ierem. verba.

A signatur mysterium p̄cepti ad Magos de non regrediendo per viā, qua venierant, ex Bruno. ho. 3. Epiphian.

terialibus viis, siue itineribus sit intellegendus, sed per vias (vitæ) processum vniuersitatisq; designauit. ) & opera, & peccaminosa præcipue, quæ Synagogæ filiis obiiciebat, ante oculosq; ponebat, quæm viles in omnium conspectu, & iudicio facti fuerint, ex eo quod eadem scelera toties iterauerint: fuisse hanc mētem Prophetæ indicat Interlinealis Glosa, quæ super verba illa: Iterans vias tuas, sic intermittit, ueritas peccata tua: Vnde idem est vias iterare, atq; commissa peccata iterum committere, ac multoties: & idem eadem via regredi, atque ad malam viuendi consuetudinem iterum redire, postquam semel diuina gratia illustratus quis fuerit.

Per aliam viam regredi in regionē suam iussi sunt Magi secundum literalem sensum, ne ab Herode de puer interrogentur, quem iam occidere ex cogitabat; at si moralem loci sensum exquiras, adiuuenies idem fuisse illis præcipere, ne per eandem viam reuertetur, atque illos commonere ne in idolatriæ crimen iterum incurrent, cui antea dediti erāt; sed sicut ab stella illuminati exterius puerum Deum, & Iudeorum Regem quæsierunt, ita à Diuina gratia interius illustrati ab eiusdē fidei professione non recedant, neq; iterum ad idolatriæ vomitum reuertantur: ita circa loci moralem sensum sensit Signiniensis Bruno hom. 3. in Epiphianam. Regressio (inquit) per aliam viam indicat morum correctionem.

Illustrari, & exemplificari poterit hæc doctrina, verbis illis Christi Dñi, Matthæi in capite 7. Spatiovia est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam: quā arcta via est, quæ ducit ad vitam: Lata equidem via est, quæ ducit ad Herodem, idest, ad perditionem: vnde transacto Herode, & inuento Christo per eandem iterū latam, & licentiosam viam regredi ad

Herodem nefas est detestandum: per aliam igitur viam nobis est incedendum, per augustam scilicet, vt ad regionem nostram perueniamus, quæ beatitudo est.

Qui ad pristina peccata regreditur, postquam semel gratia illum illustratæ ad Deum accessit, multis conuitiis insequitur Hieronymus Epistola ad Furiam, ybi inter alia sic ista intermitit: Beata animalia, & vagæ aues in eosdē pedicas, resq; non incidunt: homo vero ratione preditus in eosdē Satana laqueos, quos semel effugit, iterum incidit: qui è carcere elabitur in carcerem spōle sua nūquam reddit: cartere peius peccatum est; carcerem dixi? ipso orco peius peccatum est, è carcere ergo peccati satidissimo, atque obscurissimo ereptus, ex ipso orco liberatus, cane diligenter, ne in illum, quamdiu vita suppetet, reuertatur.

Peregrinus ille, qui 2. Regum cap. 12. ad Dauid venit, semel tantum ve nit, & Nathanis admonitione à domo Dauidis expulsus, numquam amplius

C illic exceptus est, quia cum deinceps Dauid per aliam viam incessit, numquam ei obuius factus est; qui igitur rutilante stella, idest, diuina gratia radiante, Herodem transgressus est, idest mundum, eiusq; tyrannidem, per alia viam ad Magorum exemplum semper incedat, vt ad propriam regionem, quæ cœlestis beatitudo est, securè perueniat.

D Fauente gratiæ Authore, cui ex toto corde gratias infinitas rependo; pro primæ huius meæ annotationis partis absolutione: in qua, si aliquid forte dixi, quod bonis moribus obuiet, aut sanctæ Matris Ecclesiæ decretis, fideiq; Christianæ dogmatibus contradicat, pro non dicto habeo, meque & omnia, quæ hic, & aliis meis scriptis protuli, sanctæ Romanæ Ecclesiæ correctioni libenter com mitto.



# INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, TAM VETERIS QVAM NOVI TESTAMENTI, quæ in prima parte huius tomī continentur.

Prior numerus paginam, secundus columnam designat, insuper  
5 litera apponitur.

## EX VETERI TESTAMENTO.

### Ex Genesi.

- Cap. 1.1. **N** principio creauit Deus cælum, & terram. pag. 8. col. 1. litera C.  
26. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. 27.1. D.  
28. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, &c. 24.2. C.  
Cap. 2.1. Perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. 26.2. A.  
2. Requieuit Dominus die septimo ab omni opere quod patrarat. 8.1. C.  
Cap. 3.7. Consuerunt folia fucus, & fecerunt sibi perizomata. 185.2. C. & 187.2. A.  
8. Et cum audirent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiſo ad auram. 8.2. B.  
Abscondit se Adam, & vxor eius à facie Domini. 126.2. C.  
10. Timui, & abscondi me. 184.1. A.  
15. Ipſa cōceret caput tuum, & tu infidaberis calceano eius. 151.1. B.  
17. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vita tua. 11.1. A.  
19. In sudore vulnus tui, &c. 17.1. B. & 185.2. C.  
24. Eiecit Dominus Adam, & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, &c. 11.1. A. & 39.1. D.  
Cap. 4.2. Fuit autem Abel pastor oviū, & Caim agricola. 139.1. C.  
4. Respxit Dominus ad Abel, & ad munera eius. &c. 41.1. B.  
6. Quare iratus es? & cur concidit facies tua? &c. ibidem lit. C.

8. Egrediamur foras. Cumq; essent in agro, consurserit Cain, &c. 227.2. A.  
11. Maledictus eris super terram, quæ apernit os suum, &c. 227.2. A.  
14. Omnis qui inuenerit me, occidet me. 184.1. C.  
15. Posuit ei Dominus signum, ut non interficeret eum omnis, &c. 3.1. D.  
25. Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, &c. 227.2. B.  
Cap. 6.7. Delebo hominem, quem formauī, à facie terra, ab homine usque ad animam, &c. 4.1. D. & 11.2. A.  
9. Ha sunt generationes Noe, &c. 138.2. D.  
12. Finis vniuersa carnis venit coram me, &c. 4.1. D.  
Cap. 7.6. Eratque sexcentorum annorum, quando diluvii aquæ inundauerunt super terram. 8.2. D.  
Cap. 9.11. Nequaquam ultra interficietur omnis caro, &c. 23.2. C.  
13. Arcum meum ponam in nubibus cœli, & erit signum fæderis mei inter me, & terram. 12.1. A.  
23. Pallium imposuerunt, & operuerunt verenda parris sui. 47.2. B.  
Cap. 10.9. Fuit autem Nembroth robustus venator coram Domino. 140.1. D.  
Cap. 11.5. Descendit autem Dominus, ut videret cunctatem, & turrim. 75.2. C.  
Cap. 12.1. Egredere de terratua, & de cognatione, &c. 192.2. B.  
4. Et iuit cum eo Loth, ibid. C.  
Cap. 14.19. Benedic̄tus Abraham à Deo excelsō. 118.2. B.  
Cap. 15.12. Cumq; sol occuleret, sopor irruit super Abram, & horror magnus, ac tenebrosus innaserit eum. Diclumq; est ad eum, &c. 179.1. D.

# Index locorum

- Cap. 18.17.** Num celare potero Abraham, quæ gestus sum? 170.1. D.
- 20.** Ciamor Sodomorū, & Gomorrheorū multipli-  
catus est, descendam, & videbo, &c. 76.2. A.
- 27.** Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, &  
cenis, 118.1. D.
- Cap. 19.26.** Respicens vxor eius post se, versa est in  
statuam salis, 258.2. B.
- Cap. 21.16.** Non videbo mortalem puerum, &c. 155.  
1. A. & 251.1. A.
- 17.** Quid agis Agar? Noli timere, &c. 155.1. B.
- Cap. 23.4.** Aduena ego sum, & peregrinus, date mihi  
ius sepulchri vobiscum, &c. 99.2. C.
- 6.** Princeps Dei es apud nos, ibidem.
- Cap. 24.2.** Pone manum tuam subierit femur meum, ut  
adiurem te, &c. 91.2. D.
- 28.** Cucurrit itaque puella, & nuntiauit in domo  
matris sua omnia, quæ audierat, 162.1. B.
- 34.** Seruus Abraham sum, 92.2. B.
- 65.** Tollens citio pallium suum operuit se, 163.1. C.
- Cap. 25.27.** Jacob vir simplex habitans in taberna-  
culis, 210.1. C.
- 28.** Isaac amabat Esau, eo quod de venationibus  
eius vescebat, & Rebecca diligebat Jacob,  
210.1. A.
- 34.** Jacob dedit Esau panem, & quod ex lentis co-  
xerat, &c. 41.2. D.
- Cap. 27.1.** Caligauerant oculi eius, & videre non pa-  
terat, 85.1. A.
- 15.** Vestibus Esau valde bonis, quas apud se habe-  
bat domi, induit eum, 136.2. A.
- 18.** Quis es tu fili mi? 85.1. A.
- 34.** Irrugit clamore magno, & cōsternatus ait: Be-  
nedic etiam & mihi pater mi, 42.1. A.
- 45.** Cur viro que orbal or filio in uno die? Tadei me  
vile mee, 251.1. A.
- Cap. 28.11.** Cumque venisset ad quendam locum, &  
vellet in eo requiescere post solis occubitum, &c.  
243.2. D.
- 12.** Vidiique in somnis scalam stantem super terrā,  
&c. 177.1. D. & 179.2. D.
- 16.** Uerè Dominus est in loco isto, &c. 244.1. A.
- 17.** Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta celi,  
141.2. B.
- 20.** Si dederit mihi Dominus panem ad vescendum,  
&c. 186.1. A.
- Cap. 30.37.** Tolleus Jacob virginas populeas virides,  
& amigdalinas, & explanatis ex parte, decorti-  
caui eas, &c. 133.2. D.
- Cap. 31.26.** Quare ita egisti, ut clam me abigeres fi-  
liae meas, &c. 39.2. D.
- Cap. 32.29.** Quid queris nomen meum, quod est mi-  
rabile? 202.1. A.
- Cap. 34.1.** Egressa est Diana filia Lie, ut videret mu-  
lieres regionis illius, &c. 85.1. C.
- 9.** Iungamus vice summum connubia, &c. 229.1. C.
- Cap. 38.26.** Iustior me est Thamar, 114.2. D.
- 27.** Instante autem partu apparuerunt gemini in
- vtero, &c. 182.1. A.
- 29.** Quare diuisa est proprier te maceria, 182.2. A.
- Cap. 39.7.** Iniecit domina sua oculos in Ioseph, & ait:  
Dormi tecum, 93.1. A.
- 8.** Nequaquam acquirescens operi nefario dixit ad  
eam: Ecce dominus meus, &c. ibid. A.
- 10.** Huiusmodi verbis per singulos dies mulier mo-  
lestia erat adolescenti, 90.2. A.
- 11.** Accidit autem quadam die, ut intraret Ioseph  
domum, &c. 93.1. D.
- 12.** Relicto in manu eius pallio fugit foras, 47.1. C.
- 19.** Nimium credulus verbis vxoris, iratus valde,  
&c. 67.1. C. & 77.2. D.
- 20.** Tradidit Ioseph in carcere, ubi vincili Regis  
custodiebantur, & erat ibi clausus, 63.1. B.
- Cap. 41.52.** Crescere me fecit Dominus in terra pau-  
pertatis mee, 221.1. A.
- Cap. 48.13.** Et pesuit Ephraim ad sinistram Israel,  
& Manassem ad dexteram Patris; qui exie-  
dens manum fratrem, &c. 123.2. B.
- Cap. 49.8.** Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua  
in cervicibus inimicorum tuorum, &c. 119.2. A.
- 19.** Gad accinclus praliabitur ante eum? 253.1. B.
- Ex Exodo.
- Cap. 3.3.** Transibo, & videbo visionem hanc magnam,  
194.1. C.
- 5.** Solue calceamētū, &c. 133.1. A. & 194.2. A.
- 10.** Veni, & mittam te ad Pharaonem, vi educas  
populum meum, &c. 119.1. B.
- 11.** Quis sum ego, ut vi adam ad Pharaonem? ibid.
- 16.** Wade, & congrega seniores Israel, & dices ad  
eos, &c. 69.2. A.
- Cap. 4.1.** Non credent mihi, neque audient vocem  
meam, 69.2. B.
- 8.** Si non audierint tibi, nec audierint vocem signi  
prioris, &c. ibidem.
- 20.** Tulerit uxorem suam, & filios suos, & imposuit  
eos super asinum, reuersusq; est in Agyptum,  
portans virgam Dei in manu sua, 253.2. A.
- Cap. 6.11.** Loquere ad Pharaonem Regem Agypti  
omnia, quæ ego loquor tibi, 100.1. B.
- 30.** En incircumcisus labii ego sum, quomodo au-  
diat me Pharaoh? ibidem.
- Cap. 7.1.** Ecce constitui te Deum Pharaonis, 100.1. C.
- Cap. 12.11.** Sic autem comedetis illum, 249.2. C.
- Cap. 13.21.** Dominus autem præcedebat eos in colum-  
nam nubis per diem, &c. 25.2. D.
- Cap. 14.11.** Foris nō erat sepulchra in Agypto: ideo  
iulisti nos, ut moreremur in solitudine, 157.1. A.
- 14.** Dñs pugnabit pro vobis, 157.1. B. & 174.2. A.
- 20.** Et erat columna tenebrosa, & illuminans no-  
ctem, 26.1. A.
- 24.** Respicens Dominus super castra Agyptiorū  
per columnam ignis, & nubis, 26.1. B.
- Cap. 16.10.** Cumq; loqueretur Aaron ad omnem ce-  
tum filiorum Israhel, respexerūt ad solitudinem,  
&c. 147.1. C.
- 15.** Manhu, quid est hoc? 201.1. A.
16. Sic

# Sacrae Scripturæ.

16. Sicut tolletis, 250.1. A.  
 Cap. 17.5. Virgam, qua percussisti flumenum, tolle in manu tua, percutiesque peiram, &c. 28.2. D.
- Cap. 19.12. Dices ad eos: caue te ne ascendas in monte negat, tangatis fines illius, 236.1. A.
- Cap. 20.1. Ego sum Dominus Deus tuus visitans iniqüitates patrum in filios, &c. 9.1. A.
17. Non concupisces, 188.2. A.
18. Cūlbus autem populus videbat voces, 73.1. A.
- Cap. 23.17. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo, 231.2. B.
- Cap. 25.20. Respiciebant se mutuo versis vultibus in propitiatorium, 201.2. A.
- Cap. 26.7. Facies, & saga ciliicia undecim ad operiendum teclum tabernaculi, 106.1. B.
- Cap. 32.1. Fac nobis Deos, qui nos præcedat, 240.1. C.
7. Peccauit populus tuus, 240.2. A.
8. Hi sunt Dii tui Israel, &c. 240.1. D.
32. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vite, 97.2. C. & 38.2. D.
- Cap. 36.19. Fecit opertorium tabernaculi de pellibus arietum, 163.2. C.
- Cap. 38.8. Fecit Moyses labrum aeneum de speculis mulierum, qua excubabant ad ostium tabernaculi, 87.2. D.
- Cap. 40.19. Cūq; Moyses intulisset arcā in tabernaculum testimonii, appedit ante eā velū, &c. 164.1. B  
 Ex Numeris.
- Cap. 13.34. Vidimus monstra quadam filiorum Enach, quibus comparati quasi locusta videbamur, 119.2. D.
- Cap. 14.42. Dic eis, nolite ascendere, nec pugnetis: non enim sum vobiscum, ne cadatis coram inimicis vestris, 18.2. A.
- Cap. 19.7. Et tunc demum lotis vestibus, & corpore suo ingredietur in castra, &c. 87.2. B.
- Cap. 21.8. Fac serpente aeneum, & pone eum pro signo, &c. 29.1. A.
15. Scopuli torrentium inclinati sunt, ut requiescerent in Arnon, &c. 157.2. A.
- Cap. 22.12. Noli ire cum eis, neque maledicas populo, 34.2. A.
26. Neque ad dexteram, neque ad sinistram potuerit deuiri, 35.1. B.
31. Vidi Angelum Istanum in via euaginato gladio, 34.2. B.
- Cap. 28.2. Oblationem meam, & panes, & incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua, 238.2. A.
- Cap. 30.3. Si quis virorum votum voverit Domino: non faciat irritum votum suum, sed omne quod promisit, implebit, 195.1. A.
- Cap. 32.1. Filii autem Ruben, & Gad habebant pecora multa, &c. 252.2. D.  
 Ex Deuteronomio.
- Cap. 4.9. Ne oblinescaris verborum, quæ viderunt oculi tui, 73.1. A.
- Cap. 15.4. Omnino egenus, & mēdicus non erit apud vos, 233.2. C.
- Cap. 16.16. Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinū tuum in conspectu Dñi, &c. 231.1. A.
19. Munera excecat oculos, 112.1. C.
- Cap. 28.22. Percutiat te Dominus egestate, 221.1. C.
43. Aduena, qui tecum versatur in terra, ascendet super te, eritque sublimior, &c. 127.2. A.
- Cap. 32.21. Ipsi me prouocauerūt in eo, quod nō erat Deo, & irritauerūt in vanitatib; suis, &c. 240.2. A.  
 Ex libro Iosue.
- Cap. 4.12. Filii quoq; Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasses armati præcedebat filios Israel, 253.1. C.  
 Ex libro Iudicum.
- Cap. 4.17. Erat pax inter Iacob terram Azor, & domum Haber Caini, 34.1. B.
- Sisara autem fugiens peruenit ad tentorium Iahel uxoris Haber Caini, 162.1. B.
18. Intra ad me Domine mihi, 112.2. B.
21. Tulit itaque Iahel uxor Haber clavum tabernaculi, &c. 34.1. B.
- Cap. 5.31. Sic pereant omnes inimici tui Domine, &c. 34.1. D.
- Cap. 6.6. Humiliatus est valde Israel in conspectu Madian, 204.2. B.
37. Ponam hoc yellus lane in area: Si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, &c. 124.1. C.
- Cap. 13.5. Ipse incipiet liberare filios Israel, 183.1. D
8. Objecro Domine, vir quem misisti veniat iterū, &c. 183.1. A.
- Quid faciemus de puer, qui nascitur? est? ibi. 2. C
- Cap. 14.5. Descendit itaque Samson cum patre suo, & matre in Thamnata, 89.1. D.
- Cap. 18.21. Qui cum pergerent, & ante se ire fecissent parvulos, & iumenta, &c. 4.1. D.  
 Ex I. Regum.
- Cap. 1.6. Affligebat quoque eam amula eius, &c. 234.2. D.
- Cap. 3.2. Non poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur, 82.2. A.
9. Ecce ego, quia vocasti me, ibidem, C.
10. Loquere Dñe, quia audit seruus tuus, 222.1. B.
- Cap. 9.3. Tolle tecum unum de pueris, & consurgens vade, & quare asinas, 257.1. A.
21. Numquid non filius Iesu ego sum, de ministratu Israeli? &c. 119.2. A.
- Cap. 15.24. Peccavi; reuertere tecum, ut adorem Dominum, 184.2. A.
- Cap. 16.11. Mutte, & adduc eum: neq; enim discubemus priusquam huc ille veniat, 254.1. B.
18. Ecce vidi filium Iesai Bethleemitidem, sciētem psallere, &c. 119.2. B.
- Cap. 17.34. Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel ursus, &c. 90.1. C.
- Cap. 18.4. Expolauit se Ionathas tunica, qua erat indutus, &c. 97.1. D.
8. Quis ego sum? & quæ est vita mea? aut generaliter patris mei in Israel, ut siam gener Regis? 119.2. C.

# Index locorum

- Cap. 19.2.** Querit pater meus occidere te, quapropter obserua te, 6.2. B.
- Cap. 20.19.** Sedebis contra lapidem, cui nomen est Ezel, & ego sagittas mittam, 6.2. B.
22. Si dixeris puer, sagitta intrate sunt, tolle eas, pax tibi est, & nihil est mali, 208.1. A.
30. Numquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam? 97.2. A.
- Cap. 22.17.** Conuertimini, & interficite Sacerdotes Domini, 229.2. A.  
Ex 2. Regum.
- Cap. 3.1.** Dauid erat proficiens, & semper seipso robustior, &c. 221.1. B.
- Cap. 6.13.** Dauid percutiebat in organis amigatis, & saltabat totis viribus ante Dominum, 52.2. A.
20. Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel discopperiens se, &c. ibid.
21. Ludam ante Dominum. Et vilior fiam plusquam factus sum, &c. 255.1. C.
- Cap. 11.2.** Videl mulierem se lauantem super solum suum, erat autem mulier pulchra valde, &c. 90.1. A.
- Cap. 12.1.** Duo viri erant in ciuitate una, unus dives, & alter pauper, &c. 53.2. C.
- Cap. 13.32.** Ne astime! Dominus meus Rex, quod omnes pueri filii Regis occisi sint, 75.2. B.
- Cap. 14.30.** Dixit Absalon seruis suis: Scitis agrum Iacob, iuxta agrum meum habentem messem ordei? &c. 65.1. C.
- Cap. 15.14.** Fugiamus, neque enim erit nobis effugium a facie Absalon, 184.2. D.
30. Porro Dauid ascendebat clytum olinarum scandens, & flens, &c. 67.2. D.
- Cap. 16.3.** Remansit in Ierusalem dicens; Hodie restituere mihi Dominus Regnum Irael, 79.1. A.
4. Tuas sint omnia, quae fuerunt Miphiboseth, 79.1. B.  
Ex 3. Regum.
- Cap. 6.7.** Cum edificaretur de lapidibus quadratis, doluis, atque perfectis, &c. 43.2. D.
8. Per cochleam ascendebant in medium templi canaculum, 132.2. A.
- Cap. 7.2.** Edificauit quoque domum saltus Lybani centum cubitorum longitudinis, &c. 141.2. A.
- Cap. 8.24.** Ore locutus es, & manibus perfecisti, 73.2. C.
- Cap. 10.18.** Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem, &c. 33.1. D.
- Cap. 11.29.** Factum est in tempore illo, ut Ieroboam egredetur de Ierusalem, & inueniret eum Abias Silonius, &c. 125.1. A.
31. Hac dicit Dominus: Ecce ego scindam Regnum de manu Salomonis, &c. ibidem. C.
- Cap. 19.11.** Spiritus Domini grandis subueriens montes, & conterens petras ante Dominum: non in spiritu Dominus, &c. 244.1. C.
- Cap. 22.12.** Ascende, & tradet Deus Rhamoth Gaal in manu tua, 56.1. C.
13. En verba omnium Prophetarum uno ore bona annuntiant Regi, &c. ibid. D.
14. Vixit Dominus, quia quacumque dixerit mihi Deus, haec loquar, ibid. C.
17. Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, quasi oues non habentes pastorem, &c. 54.1. C.
24. Accessit Sedecias filius Chanaana, & percussit Michaeam in maxilla, 54.1. D.
27. Mittite virum istum in carcerem, &c. ibidem.
28. Si reuersus fueris in pace, non est locutus in me Dominus, ibidem.
- Ex 4. Regum.
- Cap. 1.3.** Numquid non est Deus in Irael, ut eatis ad consulendum Beelzebub Deum Accaron? 104.1. A.  
Ex 2. Paralipomenon.
- Cap. 33.1.** Duodecim annorum erat Manasses, cum regnare capisset, &c. 65.2. B.
3. Fecit malum iuxta abominationes gentium, 239.2. D.
11. Superinduxit Dominus Principes exercitus Regis Assiriorum, &c. 65.2. D. & 240.1. A.  
Ex 3. Esdræ.
Virginitas in hominibus illuſtrior, quam in Angelis, p. 2. fol. 229. col. 1. lit. A.  
*Vir.*  
Viri sancti, & iusti, per animalia Ezechieliſ designati, p. 1. f. 117. col. 2. lit. C. & D.  
Vir iustus nihil debet habere ſinistrum, p. 1. fol.  
167. c. 2. lit. D.  
Vero iusto, omne ſolum patria eſt, p. 1. fol. 226.  
col. 1. lit. C.  
*Virtus.*  
Accreſcit, & augmentatur laboribus, & preſſu-  
ris, p. 1. f. 128. c. 2. lit. C.  
Verè nobilitatis parens, p. 1. fol. 139. c. 1. lit. B.  
Eius via delectabilis, p. 1. f. 156. c. 2. lit. D.  
Per ſe ipſam amabilis, p. 2. f. 210. c. 1. lit. D.  
Non eneruat, ſed adauget vires, exercitium vir-  
tutis, p. 1. f. 214. c. 1. lit. D. & vterius.  
Virtus exercitio roboratur, p. 1. f. 223. c. 2. lit. B.  
& vterius.  
Qui in virtute non proficiunt, ſimiles ſunt tro-  
chis, qui in orbem mouentur, p. 1. f. 259. c. 1.  
lit. C. & D.  
Per ſe ipſam grata, & amabilis eſt, p. 2. f. 6. c. 2.  
lit. A. & B.

Omnis virtutes, cum iustis Christum ſequenti-  
bus, p. 2. fol. 22. col. 2. lit. D.  
*Vis.*  
Admirabiles vires amoris, & præcipue diuini,  
p. 2. f. 82. c. 1. lit. D.  
*Vitium.*  
Cæcorum vitium eſt, aliena diſquiterē, & pro-  
priis non attendere, p. 1. f. 85. c. 1. lit. B.  
Vitium à virtute ſuperatur, p. 1. f. 139. c. 1. lit. D.  
Eorum via laborioſa, p. 1. f. 156. col. 2. lit. D.  
*Vno.*  
Vita rerum, & à qua earum pender conſeruatio,  
p. 1. fol. 144. c. 2. lit. C. D. & vterius, & f. 125.  
c. 2. lit. D.  
*Vox.*  
Humana percipitur auditu, diuina viſu conſpi-  
citur, p. 1. f. 73. c. 1. lit. B.  
Effectus tres quos facit Christi vox, p. 2. f. 128.  
c. 1. lit. B. & C.  
*Vterus.*  
Virginis vterus capacior cœlo empyreo, p. 1. f.  
165. col. 2. lit. C. & vterius.  
Proprius eſt eius vterus, ſanctitatis locus, p. 1. f.  
166. col. 1. lit. B.  
In Virginis vtero diuinitas fuit cum personarū  
diſtinctione, ibid lit. C.  
Beatae Virginis vterus, diuini intellectus emu-  
lator, ibid. c. 2. lit. A. & B.

## **Z**

### *Zelus.*

Zelus, amoris index, p. 1. f. 14. col. 2. lit. A.

## **Laus Deo.**

**ELEN-**

# ELENCHVS COPIOSSI MVS QVADRAGESIMÆ CONTINVAE.

Feria quarta Cinerum.

  
*V*M ieunatis, nolite fieri sicut hypocrita tristes; exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieunantes, Mat.6. Omnis hypocrita mendax est, quia mentitur habere, quod reuera non habet, p.1.fol.107. col.2. lit. C. & D.

Sanctus esse non vult, sed videri, ibid. lit. B. & C. Exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieunantes. Modestia Christianæ propriū est nolle videri quod est; diabolica verò elationis velle videri, quod nō est, p.1.fol.105. col.1.lit.A. & vltterius.

*Vt appareant hominibus ieunantes.* Hypocrita de externis tantum curat apparentijs, non autem de virtutibus internis, ibid. fol.106. col.2. lit.D. & vltterius.

Præpostorè agit hypocrita, dum bonum opus ostentat, simul & intentionē: nam quāquam bonum opus publicè exerceri liceat propter exemplum, intētione tamen, qua sit, necesse est occultari, p.1.fol.105. col.2.lit.B. & vltterius.

*'Recepérunt mercedem suam:* Hypocritarum merces vana hominum laus est, p.1.fol.107. col.1.lit. C. & D.

Eorum gloria inanis, p.1.fol.108. col.1.lit.A. & vltterius.

Quæ sit gloria inanis, quæ est hypocritarum merces, p.1.fol.108.col.1. lit.A.

*Ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum:* Qui thesauro possidet, totus est in illo custodiendo, & augendo, ideo vult Christus Dominus, ut thesaurizemus in cœlo, & ut solliciti simus circa cœlestia, & laboremus, nō solū ut non amittamus illa, sed ut in dies merita augeamus ad illa. Probabis ex auctoritate operis Imperfecti ad hunc locum, vbi sic Christi verba interpretatur: *Quemadmodū qui semel congregare caput in terra, ipsa concupiscentia terrena facit eum magis sollicitum esse, ne solū non minuat inde, sed ut magis augeat: sic qui thesaurizat in cœlo ipsa concupiscentia spiritualis facit eum sollicitum, non solū ut non perdat, quod habet, sed & adhuc augeat supra quod habet.*

Pro mysterio Cinerum.

*Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reverteris.* Propriæ vilitatis cognitio, totius sapientiae fundamentū, p.1.fol.87.col.1. lit.A. & B. Habes insuper quamplurima de propria vilitatis cognitione, & de eius necessitate, & commodis, p.1.fol.87.vsq; ad col.2. fol.38. De se vnuinqmqueq; humiliter sentire sublimis est virtus, p.1.fol.115.col.1.lit.C. & vltterius. Propria cognitio cōtra elationem antidotum, quod optimè probabis, si cū Thoma Anglesi ad cap. Gen.1. disquiras, cur ordinauerit Deus, ut hominibus, & animantibus esset eadem esca. *Ei ee dedi vobis omnem herbam affarentem sernen super terram, &c. vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terra:* circa quod dubitare poteris, cur voluerit Deus, quod homo, cui tantam nobilitaten contulerat, communī cum bestijs sustentaretur alimēto: nam tam nobilis creatura, homo cū sit, nobiliō cibo ali debuit. Respondebis ex præfato Auctore: *Ratio, inquit, quare voluit Deus, vt homo, & animalia cibos haberent communes, fuit, quia voluit illi dare occasionem suę humiliationis, ne nimis superbiret de consideratione sue prælationis, sed vt recordareur ex eodem luto se efformatum atq; fuerunt bruta, & in eundem se, quondam corpus, vt illa reuertendos esse.*

Feria quinta post Cineres.

*Domine non sum dignus, vt intres sub teclum meum,* sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus, Mat.8. De se humiliter sentire subblimis est virtus, de quo argumento multa habes, p.1. fol.118. vlg; ad fol.120.

*Dic verbo, & sanabitur, &c.* Dei dicere est operari, p.1.fol.72.col.2.lit.C. & vltterius.

*Ego veniam, & curabo eum.* Honores tunc meremur, quando nouimus non mereri, p.1. fol.101.col. lit.A. & vltterius.

*Sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.* Operatur Deus ore, suntq; opera eius verba, p.1. fol.72.col.2. lit.C. & vltterius.

*Adæquantur adinuicem Dei verba, & eius opera,* f

## Elenchus locupletissimus.

opera ; p. 1. fol. 73 col. 1. lit. C. & D.

Vale , & si ut credidisti fias ubi . Fiducia in solo  
Deo firmiter colliganda, p. 2. fol. 112. col. 2.  
lit D. & vterius.

Tota Christianorum salus ex firma pendet si-  
de , & spe in Deum tantum collocata , p. 2.  
fol. 120. col. 1. lit D.

Perseuerans fiducia Dei auxilium experitur.

Feria 6. post Cineres.

**Ego autem dico vobis**, auctique inimicos vestros, Mat. 5.  
Pondera illud ego, quasi dicat Christus. Ego,  
qui virtutes omnes quas prædico, & exerce-  
ri iubeo, prius exercui, & operatus sum vobis  
cōsulō, ut inimicos diligatis; nā omnes vir-  
tutes quas Christus verbo docuit, aut præce-  
pit, prius in seipso demonstrauit exemplo,  
p. 2. fol. 73. col. 2. lit. C. & D. & 174. col. 1.  
lit. C. & D.

**Orae prope sequēibus, & calūnāib[us] vos** Oratio  
pro persecutoribus Deo gratissima, & ab eo,  
ab Angelisque maxime venerata, p. 2. fol.  
199. col. 2. lit. C & D.

Affectuosiū vobis orandum est pro inimicis,  
quam pro nobis metiūsis, p. 2. fol. 200. col. 2.  
lit. C & vterius.

**Benefacite his**, qui oderunt vos : Dilatare poteris  
istum discursum, si aduertas ad id , quod ad  
hunc locum noranter obseruauit Glossæ or-  
dinariae autor, quod neinpe immediatè an-  
tequam Christus Dominus hanc de inimi-  
corum dilectione proposuisse, docuisse , nō  
esse resistendum ijs, qui aliquam nobis infel-  
runt iniuriam , sed humiliter , & mansuetè  
tolerandum , & statim addidit dicens : **Ego**  
**autem dico vobis**, diligite inimicos vestros, & bene-  
facite his, qui oderunt vos: Ut doceret esse no-  
bis semper in virtutis cōsummatione profi-  
ciendum , & non solum non reddendum ma-  
lum pro malo sed insuper amore inimicis  
impendendum : probabis ex verbis Glossæ :  
docuit, inquit, Christus Dominus, supra iniuriam  
inferenibus applicandum esse charitatis affectum.

**Ut sitis filii patris vestri**, qui in cælis est : Volut  
Christus, nos inducere ad benefaciendum, &  
ad diligendum inimicos , exemplo Patris  
nostrī cœlestis : **Quis pluit super iustos, & ini-  
ustos**, quia parentum opera efficacissima sunt  
filii ad imitandum exempla, p. 1. fol. 135.  
col. 2. lit. C. & vterius.

**Nesciunt iusta tua**, quid faciat dextera tua : Opus  
bonum bona , & non sinistra intentione fa-  
ciendum, p. 2. fol. 93. col. 1. lit. A. & B.

Sabbatum post Cineres.

**Erat navis in medio maris**, & Iesus solus in terra, &  
vidit Discipulos suos laborantes in remigan-  
do. Marti 6 Multum laboratur, atq; pericli-

tatur absq; Dei consertio, p. 2. fol. 107. col. 2.  
lit. C. & vterius.

**Vnde Discipulos suos laborantes in remigando**: Cur  
videns Discipulos laborantes in remigando  
distulerit pius magister auxiliari viq; ad  
quartam vigiliam noctis , & cur multoties  
differt iustis in afflictionibus auxiliari. Ha-  
bes de hoc argumento multa, p. 2. fol. 216. lit.  
A. & vterius.

**Vnde Discipulos suos laborantes in remigando**: Vi-  
debat quasi cū gaudio, & laetitia, quia iustus  
quisque cum tribulatione cōpositus in-  
cundum præbet Deo , & Angelis spectacu-  
lam, p. 2. fol. 198. col. 1. lit. A. & vterius.

Dominica 1. in Quadragesima, Matth. 4.

**Dicitus est Iesus à Spiritu in agerum**, et iuicaretur  
à diabolo. Ab h[oc] iritu, inquam, sancto , vt post  
multos tenet Gregorius Magnus homilia  
in hoc Evangelium , & Autor Glossæ ad 4.  
Matth. cap. Quæres igitur, cur Spiritus san-  
ctus nos tentari permittat. Respondebisq;  
ideo, ut vniuersiusq; bonitas in tentatione  
declaretur, & augescatur: quod optimè pīca-  
bīs, si inquietas cum Lactantio Firmatio, lib.  
de Opificio Dei, cap. 20. locm illum Ge-  
nesis in cap. 3. Serpens erat callidior cunctis  
animamib[us] terra, qua dixit ad mulierem, cur pre-  
cepit vobis Deus. &c. Cur, inquit præfatus  
Author, hunc callidum tentatorem Deus vincitus  
non alligavit, sed innocentem mulierem tentare  
permisit ? Et statim respondeat dicens: Vir-  
tus esse non poterat, nisi fuerit compar al. quis in  
quo superando vim suam vel exerceat, vel op̄edat  
iustus: nam, vt Victoria certare sine certamine non  
potest, sic nec virtus quidem ipsa sine hoste, ita  
quoniam virtutem dedit homini, statuit ei inimi-  
cum, nō virtus ostio corpore naturam suam perde-  
ret, cuius omnis ratio in eo est, vt concilia, & labo-  
rata firmetur, nec aliter ad summum fæsi gnum  
possit peruenire, nisi prudenti manu, emper agita-  
tase ad salutem suam dimicandi teneat fundare-  
rit; ideo Dominus datus virum, dedit &  
prius hostes.

Quod item probabis si causam disquiras  
cum Laurentio Iustiniano lib. de casto con-  
nubio, cap. 6. ob quam per miserit Deus san-  
ctum Iob adeo grauiter à Dæmonē tentari,  
sic namq; habet præfatus Pater: Non absq;  
spiritus redolens nascitur resa, neque sine tentatione  
perficitur virius, ambo connexa sunt, virius enim  
langueat, nisi exerceatur, lassitia autem crescat.

**Cum ieunasset quadragesima diebus**, & quadraginta  
noctibus, postea esuriit: Mira res! præliaturus cū  
hoste à cibo abstinet, cum potius præliatur  
oporteat vires reficere. Respōde ex Ambro-  
sio maxime refici hominem interiorē contra  
dæmones abstinentia cibis: sic enim habet,  
lib. 6.

## Quadragesimæ continua.

lib.6. Exameron cap.4. *Vides quāta vis ieunii, si, quod si ieunii hominis sputo serpens tangatur statim moritur.* Vbi per serpentem diabolum intellige: adde insuper verba Athanasii lib. de Virginibus. *Viae, inquit, quid faciat ieunium, dēmenes fugat:* Ut igitur Christus dæmones fuget, & vincat, congressum cum illis ieunus expectat.

*Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Semper diabolus sub specie alicuius boni aggreditur tentare, & suas tegere tentationes. Proba ex cap.3. Genes. vt mulierē transgredivi faceret Dei præceptum, Dei bonitatis appetentia cooperuit suam malitiam; & hic vt ieunium frangere cogat, commiserationem simulat, & Dei filii commendat omnipotenciam. Vndē optimè Cayetanus ad cap.3. Gen. *Callidè noluit aperte dicere, comedere, ne videretur mulierem aduersus Deum prouocare, sed Dei appetitus appetentiam bonitatis, & sub specie boni suggestiones suas palliabat, vt non cognosceretur hostis, sed suggerens bonum.*

*Accessus tentator.* Cur Christus Dominus diabolum non aggreditur, sed expectat, vt accedat ipse? Quia occasionses non sunt aggrediendæ, neque tentationes, immò potius cū leone, quācum cum temptatione tibi agenda sit res, p.1.f.89.col.1.& 2.lit.D.& vterius.

*Accessit tentator, & dixit ei: si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.*

*Cur non dixit accessit diabolus, sed accessit tentator?* Responde nominasse dæmonem ex actuali actione: nam persuadere, quod relinquamus ea, quæ conducunt ad cibum animæ, & agamus de his, quæ conducunt ad corpus, maxima tentatio est. Vndē optimè in Glosa ad hunc locum. *Persuasio tua, o diabole, tentatio est, quia agis de cibo corporis, & non de cibo mentis: inferior pars hominis pane sustentatur, alia Verbo Dei reficitur: quia vero agis de inferiori, patet quod tentator sis.*

*Ostendit ei omnia regna mundi.* Vbi ait Lucas, in momento. Sic igitur construe verba sacri contextus: *Ostendit ei in momento omnia regna mundi, omniaque mundus habet, & quæ donare potest, sive honores, sive diuinitatem, sive gaudia sint, adeò exigua sunt, instabilitas, & transitio-*ria; *vt ad momentum tantum durent, & in uno possint numerari instanti:* Probabis ex Ambrosio, qui ita habet lib. de Caym, & Abel. *Bene omnia mundi bona, & omnem eius gloriam in momento ostendit, quia diuina non queant: paludem expecta, & ciō trans-*ficiunt.

*Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Miserrimus diabolus cum sit, & pauperissimus mentitur, dum omnia se daturum promittit: vndē optimè Signiniensis Bruno hom. 5, in

Quadragesimam. Promittit, quod non habet, mētitur de more.

*Hec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.* Autor idolarriæ diabolus semper voluit adorari, si biq; usurpare Dei honorem, idè dixit: *Similis ero Altissimo:* Probabis ex Ambrosio lib. de Paradyso c.13, vbi ad illa verba, eritis sicut Dii, sic ait. *Ex hoc loco aduentendum est, diabolum fuisse idolatriæ Antihorem primum, quia sicut Deum haberet voluit, & sicut Deum reputari: Secundò, quia multos Deos in mundo prius inuexit, dicens: eritis sicut Dii, cum unus tantum Deus, ut Christus illi exprobravit in faciem, dicens: Dominū Deum tuum adorabis, & illi solis servies.*

*Statuit eum super pinnaculū Templi.* Multos dicit in altum, vt periculosis cadant; nam eleuatio casus est. Multa habes de hoc argumento p.1.fol.102.col.2.& vterius.

*Alta petere, diaboli infirmitas, & morbus est,* idè exoptat, vt omnes eleuentur, vt cadant, morbum itaq; suum aliis communicare laborat. p.1.f.104.c.2.lit.A.

*Mitie te aorsum, scriptū est enim Angelis suis: Deus mandauit de te, & in manibus tollent te, &c.* Tāta est veritatis vis, vt etiam diabolus Author mendacii illam denunciet, & protestetur: *Angelis, inquit, suis mandauit de te, &c.* Nam quamquam Dei serui, vt homines aliquando cadant, non tantum Angeli, sed & Deus ipse supponit manum suam, ne lādantur, p.2.fol.104.lit.D.& vterius.

*In se ipso expertus est diabolus, quomodo, & de quibus intelligenda sint Psaltis verbat* *Cum ceciderit, non collidetur, quia Dñs supponit manum suam:* Nam ipse cecidit, & Deus neq; suam, neq; Angelorum manus supponit, sed cecidit, & offendit ad lapidem pedem suū; immò ita confractus est, vt irreparabiliter ceciderit p.2.f.105.c.2.lit.A.

Feria 2. post Dominicam 1. Quadragesimæ.  
*Cum venerū filius hominis in Maiestate sua, &c.* Matth. 25. Primus Christi Aduentus cū benignitate, p.2.f.153.c.1 lit.D.& vterius. Secundus in Maiestate, & ideo peccatores illo viso frument, & tabescunt. Vide multa huic argumento congruentia p.1.à f. 36. vsq; ad f.39.& accommoda.

*Venite benedicti Patri mei, possideite paratum vobis Regnum à constitutione mundi: discedite à me maledicti in ignem eternum, &c.* Prius coronat, & beat iustos, quām reprobos in ignem eternum mitrat, vt acris crucientur, videntes, quod amiserunt, & bonum, & delectabile, quod iusti obtinuerunt: nam inuidi plus cruciantur alienis prouentibus, quām propriis infortuniis. Ad hoc argumētū inuenies quāplurima p.1.f.40.c.2.lit.D.& deinceps.

## Elenchus locupletissimus

Item circa eadem verba: sedulò , & officiosè intendit Deus iustorū præmia præparare, qui in puniendis malorū suppliciis quasi remissè se gerit, vt potè qui illud, & non hoc facit ex corde: totius huius discursus probationē habes p. à f. 42. vsq; ad 44.

Si tandem volueris de finali iudicio cōcionari, habes perquamplurima per totam Dominicā primam Aduentus Domini.

Feria 3. post primam Dominicam Quadragesimæ.

*Cum intrasset Iesus Hierosolymam commota est vniuersa ciuitas*, Matth. 21. Inquire causam, ac rationem, cur ad ingressum Christi in Tempulum commota sit ciuitas vniuersa? Dicesq; ideo totam ciuitatem fuisse commotā, quia Principes Pharisæorum contra Christum iā erant commoti, qui capita erant totius ciuitatis: nam ad Principum, seu maiorum cōmotionem commouentur populi: ad hoc argumentum habes multa, p. 2. Annotatione 7. & 8. in festo Epiphaniæ. *Hic est Iesus Propheta à Nazareh.* Cur Christus à Nazareth dictus, cum fuerit in Bethleem? Habes p. 2. fol. 135. col. 1. lit. C. & vterius.

*Intrauit in Templum Dei, & eiciebat omnes vendentes & ementes in Templo.* Cur potius ementes, & vendentes in Templo, quā reliquos peccatores eiecit ē Templo. Habes p. 2. fol. 90. col. 1. lit. B.

*Domus mea domus orationis est, vos autem fecistis eā speluncam latronum.* Cur Dominus illos, qui conuentione facta in Templo vendebant, & emebant latrones appellauerit. Habes par. 2. à fol. 87. vsq; ad folium 91. per totam col. 1. & 2.

Quæ sit negotiatio, quæ debet fieri in Templo. Habes p. 2. f. 91. c. 1. lit. B.

Feria 4. Post Dominicam primam Quadragesimæ.

*Accesserunt ad Iesum Pharisei dicentes;* Magister volumus à te signum videre, Matth. 12. Generatio adultera. Phariseorum turba, cur hic à Christo appellata, cum potius inuida, & subdola ex præsenti euentu debuerit appellari? Quia nempè Christi signa, quæ misericordiæ potius, & clementiæ sunt, quā rigoris, & vindictæ; vndē, quia signum, quod petebant, erat, ut faceret descendere ignem de cœlo, vel aliud simile, quod potius rigoris, quā clementiæ signum esset, ideo adulteros vocat Christus, quia scilicet eius signa adulterari contendebant, par. 1. f. 15. col. 2. lit. C. & vterius.

Magister volumus à te signum videre. Adulantur, dum Magistrum vocant, vt ad hunc locum Chrysostomus obseruat, dicens. Verba Phariseorum adulatione plena erant, ideo illico Christus Dominus acriter illos redarguit: nam adulatorum tela sunt summa celeritate declinanda; sunt enim lethalia: habes ad hoc argumentum confirmandum, & dilatandum perquā multa, p. 1. à fol. 108. vsque ad fol. 113.

*Quæ est Mater mea, & qui sunt fratres mei?* Propter Deum, & propter officium relinquendi sunt parentes. Ad hoc argumentum habes multa p. 1. à fol. 252. vsque ad fol. 254. & fol. 34. col. 1. per totam.

Quod si idem argumentum volueris amplius dilatare, vide, si fortasse habes meum vitæ Christi Completorium cap. 18. fol. 78. col. 1. vbi quaro, & expendo, cur Christus Dominus, à cruce pendens Beatam Virginem, nō Matrem, sed mulierem appellauerit, Ioan. c. 19. Ad quem locum sic ait Augustinus. Operatus facta diuina, non agnosceri viscera humana.

Feria 5. Post Dominicam primam Quadragesimæ.

*Miserere mei Domine fili David.* Matth. 15. Petit à Christo mulier, ut quod ex natura tenetur, cum ipse exerceat: nam Dei proprium est misereri semper, & parcere. Vnde quasi extra se ponitur, cum punit, p. 1. f. 7. c. 2. lit. C. & vterius.

*At illa magis clamabat.* Perseuerat in deprecando, ideo obtinet, quod deprecatur, ex quo docemur esse nobis in Dei seruitio, & obsecratione perseuerandum, obtinet namque multoties perseuerantia, quod opera non merentur. De hac materia inuenies multa, p. 2. fol. 22. c. 1. lit. A. & vterius.

*Miserere mei fili David.* Cur non dixit, miserere filiæ meæ, sed mei? Cruciantur parentes in filiis, suntque filii parentum cruciatus, quod vt probes, disquire illud Genesis, mortuus est Aram ante Thare patrem suum: disquire igitur, cur prius vita priuauit Deus filium, quā patrem. Responde ex Epiphanio lib. 1. aduersus hæreses: ideo, inquit, fecit Dominus, ut grauius puniret Thare, idolatriam puniuit in filio; grauius enim puniuntur parentes in filiis, quā in se ipsis, quos amant plus quam se ipsos.

*O mulier magna est fides tua,* fiat tibi sicut vis. Totæ nostra salus ex firma pendet fiducia in Deum collocata, p. 2. f. 120. col. 1. lit. D. & vterius.

*O mulier magna est fides tua.* Antea appellauit catellam, nuinc autem fidelem appellat mulierem, quia res in melius comutatae melioribus nominibus sunt honorandæ: ad com-

comprobationem disquirere illud Genesim cap. 1. Vocavit Deus firmamentum cælum; ad quem locum sic Oleaster: in melius res commutatae indigne sunt, quæ prioribus nominibus appellantur, quo docemur, quod si quem ex peccatore commutatum viderimus, nominis prioris ignorans obliuiscamur.

Feria 6. post Dominicam 1. Quadragesima. *Ioannis 3.* quiq. ab eo quod  
Era dies festus Iudeorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. Ad quid ascendere consuererit Christus Dominus in Templo ad omnes Iudeorum festiuitates, dices ex Augustino lib. 4. de consensu Evangeliorum, cap. 10. & ex Chrysostomo ad hunc locum: id est fecisse; ut cum Iudeis festos dies agens: legi non videatur contrarius, que illis dictum in Templum ascendere precipiebat. Ex quo illos increpare poteris, qui cum ex lege Ecclesia teneantur dies festos obseruare, & ad diuina officia audienda in Templum conuenire, tantum abest, ut faciant, quin potius ad domos aleatorias concurrant, & ad peccata perpetranda se se accingant.

Vel die, si placuerit, tanti fecisse Christum Dominum nostram naturam assumpsisse, hominemque factum esse, ut gauderet maximè in publicis hominum concursibus se hominem exhiberi, quod probabis ex gloria interiori, que ad hunc Ioannis locum sic habet. *Celebriatatem celebrat inter homines, ut videatur unus ex illis.*

Erat autem in Hierusalem probatica piscina. Dices piscinam hanc figuram fuisse Baptismi, probabis ex Chrysostomo, qui ad hunc locum sic ait. *Baptismatis imago erat piscina.* Et ex tu hoc inferes, quanto melius Deus egerit cum Ecclesia, quam antiquitus egerat cum Synagoga: nam istius lauacrum unum tantum servatum in anno abluebat, & in corpore tantum; at vero Ecclesia lauacrum uniuersos abluet, si uniuersi baptizentur, idque non tantum in corpore, quantum in anima; probabis ex eodem Chrysostomo, qui ad eundem locum, sic habet: *Vnus tantum illic mundatur, & sanabatur: at vero in baptismō unusquisque accedere potest, & lauari; & si uniuersus orbis terrarum veniat, gratia baptismi non consumatur.*

Erat autem ibi quidam homo, triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Dices hominem huc quendam peccatorem significasse, magnis peccatis oppressum, & diuturna peccandi consuetudine inueteratum: Probabis ex gloria interiori, quæ sic habet ad hunc locum. *Significat homo iste peccatorem, multis, & magnis*

peccatis oppressum. Et quia similes ex peccatis consuetudine, ita tibi videantur in peccatis complacere, ut ab illis liberari nolint: sed id est Christus Dominus interrogat, *vis sanus obfatu? Quasi in dubium vertens, utrum sanari vellet ille, qui per tam longum temporis asperiatum, in infirmitate sua detentus fuerat.* Probabis ex sancto Bertario martyre, qui libro suo questionum novi testarenti questione 4. sic ait. *Ad quid Christus interrogat, ab infirmitate velit ne sanari homo infirmus, cum per quam maxime sanari exponit agroti?* Et statim respondens ait: *voluit indicare adeo peccatores sibi in peccatis consuetudine complacentes, ut inire veritatem in dubium, an velut a peccatis liberari.* *Vis sanari fieri?* Cur non sanat absque eius consensu? Quia et si Deus omnes saluare velit, meminem tamen inquietum saluabit, p. 2. fol. 135. col. 1. lit. B. & vterius.

*Vis sanari fieri?* Ad quid vult Deus, ut in nostra operanda salute nos cum ipso operemur? Habes multa, & elegantia valde ad hoc argumentum, par. 2. fol. 286: col. 1. lit. C. & vterius.

*Hominem non habeo.* Descendebat Angelus, & Christus intuitabat; ille vero in homine spem ponebat, ideo per tam longum tempus dilatata est, durauitque eius infirmitas: nam spes in hominibus collocata pernicioса est: dices igitur in solo Deo collocandam esse spem, qui absque hominum adiutorio potest operari. Probabis acutè, si disquiras locum illum Gen. 1. *Piant luminaria in firmamento cœli,* &c. Circa quod aduertendum est, iam terram fuisse formatam, iamque germinasse herbam virentem, plantas, & fructus, cum Deus fieri luminaria ista præcepit, a quibus terra, & plantæ fouenda erant, ut produceant, & germinarent: quomodo ergo, aut cur prius produxerunt, & germinarunt, quæ a sole, & luna fouerentur? Accipe ab Ambro-  
sio lib. 4. Exameron cap. 2. dubii solutio-  
nenem, & habebis propositæ veritatis com-  
probationem. Ideo, inquit, sic diuina Sapientia ordinavit, ut cognoscerent homines terram sine sole posse esse fecundam sola Dei virtute: nam qui potius sine sole prima rerum semina germinare, posset & nobis absque aliqua creatura bona conser-  
vere. Non habuit iste hominem, Angelus tunc non descendit, & tamen venit Christus, & sanauit eum.

*Tolle grabatum tuum, & ambula.* Vult Deus, ut quos à peccatis sanat, non torpeant, sed in virtute progressus faciant: proba ex Beda, qui sic habet ad locum: *Quid est surge, & am-  
bula, nisi a corpore, & ignorantia, in quibus prius ia-  
cebas origere, & in bonis operibus proficeret stude?*

*Tolle grabatum tuum, & ambula. Ac si dicat, vsq;  
modo lectulus te portabat; tu porta deinceps  
lectulum, id est usque modo corpus gerebat  
animam, at deinceps portet, & regat anima  
corpus, vel usq; tunc peccandi consuetudo  
te ducebat, at deinceps duc tu consuetudinem  
malam, ut non, quod illa velit, facias,  
sed illa, quod tu volueris; proba ex S. Maxi-  
mo ser. 1. de Aduentu, vbi sic haber. Beatus  
ille cuius stratum infirmitatis Dominus in ani-  
ma sanitatem conuertit.*

Sabbato post Dominicam 1. Quadragesima.  
*Duxit illos in monte excelsum seorsum, & transfiguratus  
est ante eos, Math. 17. Qui vere festiuare, &  
vera letitia gaudere desiderat, ut a seipso, &  
a terrenis auulfus ad Deum meditando af-  
cendat. Habes de hoc argumento integrum  
discursum, p. i. fol. 234. col. 2. lit. D. & vlti-  
rius.*

*Apparuit illis Moyses, & Elias loquentes cum Iesu.  
Ad quid Moyses, & Elias apparuerunt cum  
Iesu loquentes? Responde cum Origine hom.  
6. in Leuit. ideo Moysen veteris legis legis-  
latorem, & Eliam Prophetam apparuisse cum  
Iesu Euangelicae legis Authore loquentes, ut  
appareret, quia apte concuerint omnia, quae  
de Christo in figuris veteris legis, & in enig-  
matibus Prophetarum dicta fuerant cum  
Euangelica veritate.*

*Moyses, & Elias simul cum Iesu loquentes appa-  
ruerunt, ait Origenes, vt scias, quia lex, &  
Propheta, & Euangelium in unum semper con-  
ueniunt. Poteris hic agere de nouis moribus,  
legibus, ac consuetudinibus, quibus nunc  
vtuntur homines, quae ideo probanda non  
sunt, quia a nostrorum maiorum veteri-  
bus consuetudinibus, & moribus longe dis-  
cedunt.*

### Dominica 2. in Quadragesima.

*Assumpst Petrum, & Iacobum, & Ioannem  
fratre eius, & duxit illos in montem excelsum seor-  
sum. Math. 17. Per montem excelsum facit  
ascendere, ut ad maiora merita doceat aspi-  
rare, & ut intelligerent, nisi per merita esse  
ascendendum ad honores, & dignitates; qui enim  
ad honores sine meritis ascendit, non ad hono-  
rem, sed ad suam confusionem ascendit;  
dignitas enim non distributa secundum me-  
rita, confusio potius est, quam dignitas: Ad  
confirmationem disquire locum illum, Gen.  
1. Terra erat inanis, & vacua: vbi sic legit Sym-  
macus: Terra erat otiosa, & indigesta, sive confusa.  
Confusa igitur erat terra, quia adhuc orio-  
sa erat, & nullum habebat meritum: nam qui  
otiosus est, nullum meritum habet, ob quod  
honoretur, & quid confusum erit honorem*

illis tribuere, qui non merentur. In quem  
sensum optimè Nazianzenus oratione 3. de  
laudibus D. Basilij. Sanè nequaquam rerum, &  
ordinis apud nos laudo confusione, qua aliquan-  
do pernervè à quibuslibet præsidetur in gradibus.  
Perdende; confusione vocat Nazianzenus  
dignitates collatas, non circumspectis meri-  
tis.

*Assumpst Petrum, Iacobum, & Ioannem, &c. Qui  
seipso despiciunt, & de se, ut sancti Apostoli,  
humiliter sentiunt digni sunt, qui ad alti-  
tudinem honorum, & dignitatum euehan-  
tur. Habes ad hoc argumentum multa, p. i.  
fol. 99. col. 2. lit. B. & vltiarius.*

*Duxit eos in montem excelsum seorsum. Solitudo,  
ac recessus locus, aptissimus ad Dei gloriam  
aspiciendam, & contéplandam, p. i. fol. 145.  
col. 2. lit. B. & vltiarius.*

*Transfiguratus est ante eos. Idest glorificauit cor-  
pus suum ad extra gloria, quam habebat ad  
intramnam ut Psal. 44. Prophetatum fuerat:  
Omnis gloria eius ab intus. Gloriosus itaq; ap-  
paruit Christus, vera gloria, & non inani,  
aut apparenti tantum, ut faciunt homines,  
quorum gloria ab extrinseco solum est; idest  
a diuitijs, a mundi honoribus, a vestibus, &  
paramentis. Transfiguratus itaq; se, quia labo-  
rant videri quod non sunt. Habes de hoc ar-  
gumento multa, p. i. fol. 105. col. 1. lit. A. &  
vltiarius, & præsertim fol. 108. col. 1. lit. A.  
& B.*

*Apparuerunt Moyses, & Elias cum eloquentes.  
Addit Lucas: Loquebantur de excessu, quem co-  
pleretur erat in Ierusalem. Disquire ad quid in  
gloriosa adeò apparitione, & in tanta letitia  
& gaudio loquebatur de Christi passione, &  
morte: nam quemadmodum, ut ait sapiens:  
Musica in lucu importuna narratio, ita viceuer  
sa de passione, & morte inter festiuandum  
importuna loquutio.*

*Responde tamen ex sancto Bertario martyre  
in dubijs noui testamenti dubio, 73. nullam  
maiorem Christo gloriam obuenire posse,  
quam agere de nostra salute: vnde, ut ait  
præfatus Pater, alia lectio habet: loquebantur  
de gloria, (era et platicar de la Passion de Christo  
et picame de sus gustos.)*

*Amplificabis assumptū, si cum Theodoreto dis-  
quiras illud Psalmi: Exuge gloria mea, exurge  
Psalterium, & cithara, &c. Ad quem Psalmi  
locum sic habet præfatus Pater: Crucem, ex-  
altationem suam dicit Christus, & suam gloriam.  
Nemini dixeritis visionem, &c. Cur Christus Do-  
minus miracula occultabat inuenies, par. 2.  
fol. 210. col. 2. lit. D.*

Feria 2. post Dominicam 2. Quadragesima.  
*Ego vado, & quarens me, & in peccato restro mo-  
riemini.*

## Quadragesimæ continua.

*moriemini. Ioannis 8. Ego vado. Pondera, & perpende ebullientem, & propensum Christi ad passionem animum, ad quam iam multo ante tendebat, antequam Pharisæi illum ducerent ad crucifigendum: unde non ait, *vadā, sed, vado*. Probabis ex Euthymio ad caput Ioannis 18. Precessit (inquit) Christus Dominus, & antecessit hostium depravata voluntati. Dilatabis discursum, si disquiras verba illa, Psal. 61. *Premium meum cogitauerunt repellere, curreti in sibi*. Quem Psalmi locū sic legit Augustinus: *Honorem meum cogitauerunt repellere*. Arnobius autem habet: *Pretiositatem meam*. Ac si dicat Christus, secundum Cassiodori expositionem: Oppositionem fecerunt inter se Pharisæorum odium in Christum, & eius in homines amor, quis eorum illum celerius duceret in mortem; sed præcurrit, amor, & tanti valoris præmium præripuit, ex manibus odij Iudaeorum: Nam prius accessit Christus Dominus ad Crucem amore, & desiderio, quā Iudaorū interuerunt, & nego-  
tiatione, ut præfatus Euthymius attestatur, cum dixit: *Precessit Christus Dominus, & amore excessit hostium depravata voluntati*.*

Discurre etiam, si tibi placuerit, varias illas citati Psalmi loci versiones: *Premium meum, pretiositatem meam, honorem meum*: Nam mundum redimere per passionem, suam pretiositatem, & honorem fuisse ostēdit Christus; ideo non distulit exercere, sed alacriter dixit: *Ego vado*.

*In peccato vestro moriemini*. Quid dubium, quod in peccato moriātur, si Deus absit: quid enim infortunij non euenerit illis à quibus Deus absit? vide ad hoc argumentum multa, p. 1. fol. 39. col. 1. & vñterius, per totam Annotationem, & præsertim, fol. 40. col. 1. lit. D. & vñterius.

Quod etiam probare poteris à cōtrario sensu, nempe à præsentia Dei, qua mediante omnia bona contingunt, quod optimè probabis si cum Philone disquiras illud Genes. cap. 12. Dei loquentis ad Abrahamum: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua*: Ponderat enim Philon lib. de Migratione Abrahæ, quæ meliora, & iucundiora poterāt obuenire Abrahæ peregrino, & adueniæ, quā illi erat suorum societas propinquorū, & patriæ in qua natus fuerat; & vt soluat dubitationem, re-  
currit idem Philon ad Dei verba sequentia: *Ego protellor tuus, & merces tua magna nimis*; vbi sic ipse legit: *Ego ero tecum*. Tunc respon-  
det: *Fons, unde bona cuncta promanant, est cum benigno Deo familiaritas*: & societas, ideo quasi obsignans sua beneficia ait: *Ego ero tecum*: Concludit tandem dicens *Quid igitur defuerit, presente Deo ad eius namq; præsen-*

*tiam proueniant cuncta bona*.

Si amplius volueris dilatare istum discursum, disquire cum Oleastro locū illū Gen. 1. 3. Vñ loquens contextus sacer de eodem Abrahamo, sic ait: *Erat dñes valde in possessione auri, & argenti*: sic enim ibi habet præfatus Pater: *Cum videris in istum bonis etiam temporalibus abundare, cognosce eum, Deum habere apud se*.

Omnibus his bonis sese priuarunt Iudæi, qui peccato suo, idest obstinatione sua, Christum Dominum à se toties expulerunt, & hoc maximo infortunio illos minatus est Christus, dicens: *Ego vado, &c. & in peccato vestro moriemini*.

*Si non credideritis, quia ego sum, in peccato vestro moriemini*. Vide, & considera Christi benignitatem, minatur prius, ne postea puniat. Habes ad hoc argumentum per quam multa, p. 1. à fol. 3. vsque ad col. 1. fol. 7.

*Quis misit me verax est, & ego, que audiui ab eo, loquor*. Sancti, & iusti, nihil boni sibi attribuunt, contra verò iactantios, & improbi, quod optimè probabis, si disquiras cum Philone lib. de confusione linguarum locum illum Genes. 4. *Henoch edificauit ciuitatem, vocauitq; eam nomine suo*. Circa quem locum dubitabis, cur Henoch non appellauit ciuitatē, quād edificauerat, aliquo Dei nomine? cur non est imitatus matrem suam, quæ cum illū p̄perit, statim dixit: *Possidi hominem per Deum*: agnoscens Deum tanti beneficij fuisse Autorem: Responde ex præfato Philone: *Henoch interpretatur gratia sua, at impius quisq; op̄ natur, quod cogitat, & intelligit esse intellectus sui gratiam; quod videt, oculorum; quod audit, aurium; quod olfacit, narium; itidem quod cetera officia fert accepta, suis sensibus. Deum autem causam esse negat, aut contendit non esse primariam*.

Feria 3. post Dominicam 2. Quadragesima.

*Loquutus est Iesus ad turbas, & ad Discipulos suos dicens. Super Cathedram Moysi sedderunt Scribæ, & Pharisei: omnia ergo quaecumque dixerint vobis seruate, & facite; secundum opera verò eorum nolite facere. Dicūt enim, & non faciūt. Math. 23. Magistri, & verbi Dei concionatores debent fulcire verba quæ prædicant operibus, quæ faciunt, p. 1. fol. 70. col 2. lit.D.*

Nulant verba, quæ non sunt operum testimonio roborata, p. 1. fol. 69. col. 1. lit. A. & vñterius.

Verborum testimonium absque operibus non est sufficiens ad veritatem attestandam, p. 1. fol. 71. col. 1. lit. C. & D.

*Quis exaltat, humiliabitur, & quis exaltabitur. Mentis tumor, & elatio euidens casus ad infima*, p. 1. f. 102. c. 1. l. D. & vñterius.

Humilitas,

## Elenchus locupletissimus

Humilitas, & sui ipsius desideria certum iter ad alta, par. i. fol. 98. col. 2. lit. B.

Addo deinde, super cathedr. m Moysi sedetur Scriptor, & Pharisai: Prælati, & Doctores non debent procurare dignitates, & cathedras, vt sedent, id est, vt deliciantur, & vacent, sed vt laborent, & inuigilarent. Affero in probationem locum Genesis in cap. 2. Posuit Deus Adam in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum. Circa quem locum sic Magnus Gregorius hom. 14. in Ezechielem: Si is, qui Prælaus est ad speculandum, & laborandum, sedeat, & requiescat, anima sua reus erit, & subditorum, circa quos per ignauiam non vigilavit.

Omnia, quæ dixerint vobis, facite: Verus obediens discutere non debet, quod sibi à maioribus suis fuerit iniunctum: in cuius comprobationem discebat cum Magno Gregorio ad cap. 8. 1. libri Regum locum illum Genes. in c. 2. Egressus est Abrahā sicut præcepit illi Dominus. Vera (inquit Gregorius) obedientia, nec præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit, quia qui vita sua iudicium maiori suo subdidit, in hoc solo gaudet, si quod præcipitur operatur, nescit enim iudicare, quisque perfectè didicit obediere.

Feria 4. post Dominicam 2. Quadragesimæ.

Accessit ad Iesum mater filiorum Zekedai adorans, & petens, Matth. 20. Ambitio quædam est seruitutis species, & omnis qui honores ambit, seruus est. Proba ex Philone Iudeo, qui ita habet libro de vita Ioseph: non tantum unus est illi Dominus, qui in republica administrare gaudet, sed omne vulgus. (De todo el pueblo se haze esclavo el que pretende dignidades publicas.)

Seruorum autem est ante Dominum flexis genibus incedere, & adorare; adorabat mulier hæc, quia petebat. Adorans, & petens: vtitur ambitio genibus loco pedum: optimè probabis intentum, si desquiras locum illum 2. Reg. vbi dicitur, quod cum Myphiboset filius Ionata, & Saulis Regis nepos accesserit ad Dauid, à quo exoptabat certa prædia, & honores obtinere, corruerit ante Dauid, & adorauerit eum. Corruit in faciem suam, & adorauit, (ait contextus sacer.) Disquire ex loco duo. Primum, quomodo flexis genibus se inclinaverit Myphiboset, vt seruus ante Dominum, quomodoque Dauidis seruum protestatur, dicens: Quis ego sum seruus tuus, &c. nepos Regis cum fuerit, & filius principis? Secundum, quomodo accesserit ad adorandum Dauid, si se supra pedes sustinere non valebat? ait enim contextus sacer, debilis erat pedibus. Ad primum responde, quod vbi primum quis ambit, statim seruus fit illius à quo, quod ex-

optat obtinere, prætendit. Proba ex authoritate Philonis supra posita.

Ad secundum, responde ambitiosum genibus vti pro pedibus: vnde quamquam Myphiboset pedes debiles habuerit ad ambulandum, genua tamen satis robusta habuit ad adorandum; quia ambebat. Proba ex Glosa majori ad præfatum Regum locum; vbi sic: Myphiboset illos significat, qui pedes ad recte agendum non habent, & ad pedes eorum, à quibus aliquid consequi sperant, prouoluuntur.

Quod si ambitionis seruitutem amplius voluntatis dilatare, ostendereque, quod genibus vratetur pro pedibus, disquire locum illum Regū lib. 3. cap. 1. vbi ait sacer contextus, quod cu Bersabe filio suo Salomoni regnum ambiret, adorauit flexis genibus maritum suum Danid, & Regina cum esset, ad eius se pedes postrauit: Egressa est Bersabe ad Regem (inquit contextus sacer) & inclinavit se, & adorauit Regem. & dixit: Tu in rasti ancilla tua: filius tuus Salomon regnabit post me. Inquire igitur, cur Bersabe Regina cum fuerit Regi coequalis Regem adoret, & se seruam etc profiteatur, & responde ex Ambroso ad locum: Ambitio (inquit) ut dominetur alijs, prius seruit, curuatur obsequio, vt honore donetur.

Dic ut se deant hi duo filii mei, unus ad dexteram, & alius ad sinistram in regno tuo. Adeo cæcus est affectus matrum in filios, vt multoties illis exoptent, quod non expedit, immo illud à quo deteriorantur: petit vt unus ad dexteram, alter ad sinistram collocetur, cu vtterque fuerit ex illis, qui ad dexteram collocandi sunt, vnde vel unum saltem deteriorari postulabat cæcus matris affectus. Probabis ex Brunone horil. 9. in Quadragesimam, vbi sic habet: cæcus equidem, & inordinatus maris affectus exceptat multoties, quod illis non expedit.

Dic ut se deant, &c. Hanc postulationem irrationalē summo iure appellauit Chrysostomus ad hunc locum: quia iustorum in hac vita pars persequitio, labor, & pressura est, non autem quietes, & sessio, par. 2. fol. 182. col. 1. lit. A. & vltius.

Feria 5. post Dominicam 2. Quadragesimæ.

Homo quidam erat dives, Luce 16. Adeo inuisi sunt Deo auari in pauperes, & inhumani, vt illos ex nomine proferre dedignetur: proba ex cathena Græcorum in hunc locum, vbi sic: Hominem quendam dicit, & nomen facit, videlicet tamquam durum, & in pauperes inhumanum, vt qui per Prophetam nuntiauerat: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Homo quidam. Ignorari à Deo peccatores vindicantur, illique sunt inuisi. Nota ex dicto Basilio

*Quadragesimæ continuæ.*

Basilio homil. 2. in Exameron , & ex eius lectione illorum verborum Genesis 1. Terra erat inanis, & vacua: vbi sic legit præfatus Pater. Terra erat inuisibilis , & incognita, id est nondum luce exornata. Vbi per terram hominem, & per lucem charitatem, & gratiam debes accipere secundum Arnobium super Psalmū 92. Quo supposito sic probationem construe. Homo sine luce gratiæ, & charitatis, id est peccator Deo, & hominibus est inuisibilis, non quod oculis corporis videri nō possit, sed quia omnibus ita fit exosus, vt illū ex homine appellare abhorreant.

*Homo quidam erat diues.* Non vituperatur tantum, quia diues erat, diuitiæ enim ex sua natura non obsunt. Pondera locum illum Genesis in cap. 12. Fuerunt Abraham ones, & boves, & asini. Et quære quomodo viro iusto tantæ diuitiæ à Deo conferantur, cum adeò periculose sint? Responde ex dicto Hieronymo ad Sabinam epistola nona, vbi sic ait: *Vnusquisque non hominum, sed rerum pondere indicandus est, neque diuitiæ obsunt opes, si eis bene vivantur, neque pauperem agestas commendabiliorum facit, si inter sordes, & inopiam peccata non caveat.*

Dilata discursum ex Augustino epistola 99. vbi ponderans, cui dictum sit à Christo in Euāgeliō Matthæi 19. *Quod facilius sit ingredi camellum per foramen acus, quam diuirem intrare in regnum cœlorum si Abrahamo amico suo dedit diuitias stantas; & diuiti huic? nam in hoc à regni cœlorum ingressu ipsos arcere vīsus est.* Responde tamen ex eodem August. loco citato, quod superbus diues, qui induebatur purpura, & epulabatur quotidie splēdidè mortuus apud inferos torquetur; si tamen pauperis vleceris, qui ante eius ianuam contemptus iacebat, misertus fuisset, mereretur & ipse misericordiam; & si pauperi illi meritum esset inopia, & non iustitia, non vtique ab Angelis in Abraham gremium, (qui diues fuerat) tolleretur: sed vt nobis ostenderetur, neque paupertatē per seipsum diuinitus fuisse honoratam, sed in isto pietatem, in illo impietatem suos exitus habuisse: *sic suscepit impium diuarem cruciatus ignis, vt tamen pium pauperem susciperet sinus diuitis, quia sanè cum hic diues viueret, diuitias sic habebat, & eas tam parvupendebat, vt ex Dei præcepto ipsas simul cum filio immolaret.*

*Elevans oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in finu eius. Ad quid illi permisum fuit oculos leuare, vt pauperem, quem despexerat, tanta beatitudine fruentem contemplaretur? Nisi vt tam proprio tormento, & miseria, quam pauperis gaudio, & fœlicitate torqueretur; pro-*

ba ex Chrysostomo ad hunc locum, qui ait: Non ideo Dæmones permisisse diuiti epuloni, & inhumano oculos in cœlum leuare, vt illi aliquod solatium adhiberent, sed vt grauius, puniretur videns pauperem, quem despexerat, tanta fruentem iucunditate: grauissima namque pœna est impio, & inhumano, pium, & iustum videre præmiatum, & bonis omnibus affluentem. Vide ad hoc argumentum multa, 1. par. à fol. 40. vsque ad fol. 42.

*Recordare, quia receperisti bona in vita tua. Lazarus autem similiter mala?* Ut acerbius cruciatur, ad memoriam reuocare præcipitur in medio suarū afflictionum antiquę sue prosperitatis; nam prosperæ fortunæ in aduersis recordatio indicibilem infert cruciatum, par. 1. fol. 248. col. 1. lit. C.

*Recordare, &c.* Iustorum in mundo portio, & pars persequutio pressura, tribulatio, & mors; impiorum autem oblectamenta, & gaudia: at in futuro sœculo immutabitur vtrorumque fors, par. 2. fol. 180. col. 2. lit. C. & D. & vterius.

Feria 6. post Dominicam secundam Quadragesimæ.

*Homo erat Pater familiæ; qui plantauit vineā, Matthæi 21.* Huius parabolæ à Christo Dominus propositæ scopus est indicare beneficiorum Dei multitudinem; deinde malignitatem Sacerdotum, agricolarumque volentium sibi vineam usurpare, & grauissimam eorum punitionem, & acerbissimas pœnas, quas erant daturi, ob ingratios animos, & abusum tantorum beneficiorum: ita sentit post Chrysostomum ad huc locum Salmeron in libro de parabolis à Christo propositis.

Poteris igitur in primis agere de pœnis, quas tam in particuliari iudicio, quam in finali luent illi, qui Dei beneficiis sunt ingrati, eisque abutuntur. De hoc arguento habes multa, par. 1. à fol. 24. vsque ad columnam 1. fol. 31.

Intelligere etiam poteris per vineam regnum, vel populum alicui legi, vel domino subiectum: circa quam acceptiōem disquires verba illa: *Homo Pater familiæ, qui plantauit vineam.* Cur non dixerit Christus Dominus, qui conduxit, hæreditauit, seu qui empsit vineam, sed qui plantauit.

Respondesque sic loquutum fuisse Christum Dominum, vt indicaret, & edoceret, quanta sollicitudine debent agere Reges, & domini circa commoda suorum populorum, quantaque benevolentia illos prosequi: nam

impensis, & accuratiis, & miris agit cum vinea ille, qui illam propria manu, & sudore plantauit, quam qui conduxit, vel qui hereditauit, aut empsit. Vinea plantata describitur, non empta, aut donata, quia tales vineae minus diliguntur, minusque diliguntur, quam que propriis manibus, & industria constat sunt: Si volueris hanc amplificare doctrinam, fac in Davide, & in Roboamo eius nepote. Nam Davud, quia Regnum Israel propriis periculis, quibus multoties se exposuit adeptus est, ideo semper mitissime egit cum subditis. At Roboam, quia idem Regnum lotis (ut aiunt) manibus hereditauit, ideo seuerè se gessit aduersus subditos, illisque importabilia tributa impo-  
suit, ut patet ex 2. Paralip. cap. 18.

Adde inter regnum, & vineam similitudinem, quod quemadmodum vinea indiget, ut putetur, & fodiatu*r* à colono, qui sciat glebae, in qua vinea plantata est, yber-  
tatem, vel maceriam, ut sic palmites con-  
uenienter amputet: ita regnum, & quiuis populus indiget à contubernali Rege, vel domino moderari, qui sciat, quantum am-  
putare possit, & suorum subditorum sub-  
stantia, ne si nimis exigat, populum vaster,  
ac perdat. Habes ad hoc argumentum di-  
latandum, & comprobandum perquam-  
multa, part. 1. fol. 127. usque ad fol.  
130.

Etiam poteris intelligere cum prefato Salmerone, per vineam, vniuersiusque ho-  
minis animam. Autoris verba propono,  
sunt enim optima, & ad animæ nostræ fa-  
ludem valde conducentia. Instruimur ( in-  
quit) in hac vinea parabola, ne vinea animæ no-  
stræ vitibus facultatum fructus producat ma-  
lorum operum eius vinea seps, custodia Dei est,  
& Angelorum; torcular, crux vniuersiusque est,  
sive tribulatio, quam patiunt, cuius fundum est  
humilitas, qua bonorum operum fructus serua-  
tur: pars autem superior, que premit uinas, pa-  
tentia est, que operum succum exprimit, & opus per-  
fectum habet: turris, fides est alta, & fortis, vi-  
dens à longè hostes; profundè in terra desixa, in  
timore scilicet inferni, eleuata per spem usque ad  
cælum, atque ex eo clamat, & hostes fugat: Hu-  
ius turris fenestra, cetera virtutes sunt: hanc igi-  
tur vineam locauit Deus nobis; atque ita, ut re-  
locata vi debemus, & tamquam eam dominos suo  
non detritam, aut laceram reddituri: Hæc om-  
nia Salmeron grauissimus Author loco ci-  
tato.

Expende in probationem locum illum Ge-  
nesis cap. 2. Inspiravit in faciem eius spir-  
aculum vite. Nonne poterat Deus dicere,  
siat homo in animam viuentem? Cur igi-

tur quasi ex intimo suo flatu vitam ei com-  
municavit? cur ex præcordiis suis animam  
hominis eduxit? sine dubio, ut homo eam  
in magno haberet pretio, & eam maxime  
custodiret, ut colonus custodit traditam  
sibi domini sui vineam. Vnde optimè ad  
hunc locum Oleaster. Potuit dicere: siat ho-  
mo in animam viuentem, sed hoc non contentus,  
quasi ex suis præcordiis vitam animæ eduxit:  
unde si anima Dei viuis, quid tibi cum brevis  
est, ut animam adeò preciosam belluinanam reddas  
peccatis?

Sabbatum post Dominicam secundam Qua-  
dragesimæ.

*Homo quidam habuit duos filios, &c. Luc. cap. 15.*

*Dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriose. Est  
luxuria tam animæ, quam corporis dissipatrix,  
eiusque damna, par. 1. fol. 154. col. 1.  
lit. C.*

Est altera Helena, ibidem.

Est frænanda ieuniis, ibid. col. 2. lit. A.

*Quanti mercenarii in domo pauris mei abundant pa-  
nibus, ego autem hic fame pereo, surgam, & ibo ad  
patrem meum. Reuocat ad Deum calamitas,  
quos ab eo prosperitas elongabat. Fames re-  
uocat, quæ saturitas exulauerat, ait Chrysologus  
sermone 2. de filio Prodigio. Habes insuper  
multa ad hoc argumentum, & dilatandum,  
& comprobandum, à lit. B. col. 1. fol. 65. usque  
ad lit. B. fol. 66. col. 2. par. 1.*

*Cum autem adhuc longè esset, vidit illum pater eius,  
& misericordia motus est, & corruens cecidit su-  
per collum eius, & osculatus est eum. Quomodo  
non exhorruit pater osculari iuuenem por-  
corum foctore infectum, & eorum lue coi-  
quinarum? Responde ex Chrysologo ubi su-  
præ: Quia delicta non videt vis amoris. Item ad  
quid corruit super collum eius? certè ut nu-  
ditatem eius, & defectus operiret: nā ver-  
charitatis proprium est, operire delicta: ha-  
bes de hoc argumento multa, par. 1. fol. 169.  
col. 1. lit. A.B. & vterius.*

*Indignatus est frater eius, & solebat intrare. Cur in-  
dignatus est? cur intrare recusabat? Pro-  
culdubio ex inuidia, quia scilicet videbat  
fratris regressum, tanto, tamque hilari ap-  
plausu, celebrari; nam inuidi plus indignan-  
tur, plusque cruciantur alienis prouentibus,  
quam dannis propriis. Habes de hoc argu-  
mento integrum annotationem, par. 1. fol. 4.  
col. 2. lit. C. & vterius.*

Dominica 3. in Quadragesima. Luca 11.

*Erat Iesus eiaciens Daemonium, & illud erat mutum.  
Pri-*

## Quadragesimæ continua.

Primum cōsidera, quomodo diabolus, qui adeo loquax est, mutus erat. Responde: antiquitus ut dec̄ peret primam parentem, multa verba expendisse, quia adhuc non habebat ministros, quibus medianeibus, suas suggestiones periuaderet, & ideo, ut Adamām contra Dei preceptum peccare faceret, aeq; vnum verbum expendit. Quod si queras a Diuo Berto, cur adeo loquax diabolus fuit cū Eva, & cum Adamo adeo mutus? Respondebit tibi, in dubijs testamenti veteris dubio 21. dicitis: *Tacitum est ad amorem tuum, quia idoneam iam habebat mulierem, suæ intentionis ministram, que pro ipsa loquebatur.* Ideo igitur dices, nūc Dæmonium esse mutū, quia iam multos ministros, & ministras habet, quibus mediantibus imperat, & exercetur, quod vult, ipse vero tacet & nec verba expendere vult, in suas suggestiones inducendas.

*Et cum elecisset, locutus est mutus.* Dubia res? non enim facile iudicabis, fuerit né dæmon, an homo a Diemone possessus mutus; nam primo dicitur ab Euangelista: *Ei illud erat mutum,* quasi ostendens diabolum esse mutum; nunc autem dicitur ab eodem Euangelista, hominem mutum fuisse locutum; vnde non facile iudicabis quis hic mutus fuerit, diabolus, an homo? Vt respondeas, disquire locū illum Ioannis 13. *Cum iam diabolus mississet in cor, ut tradiceret eum Iudas:* nam in hac Euangelica enuntiatione, eandem dubitationem inuenies inuolutam; non enim facile discernes, in quodnā cor miserat diabolus Christi traditionem, si in cor suum, si in cor Iudee Tolles dubitationem ex loco illo: *qui adharet Deo, unus spiritus fit cum eo;* ad quem locum sichebat Signiniensis Bruno, & etiam homilia 2. de Cœna Domini: *Qui coniungitur Deo, fit Deus, & eius bonitatem participat;* qui vero adiabolo coniungiur, fit diabolus, & eius malitia particeps; vnde quidquid mali, reperitur in diabolo, reperitur etiam in eo, qui cum ipso coniunctus est.

Dices igitur, ideo dixisse Euangelistam: *Cum iam diabolus mississet in cor,* non distinguendo de corde diaboli, vel Iudee, quia vnum idēque erat cor Iudee, atque diaboli.

Applica igitur ad tuam doctrinam, & hic dic tam diabolū, quam hominem mutum fuisse, quia qui adeo coniunctus erat diabolo, & ab eo adeo possessus, eius malitia non poterat non participare, ex malitia erat mutus diabolus, & ex diabolica malitia mutus erat homo.

*Et cum elecisset, locutus est mutus.* Quid autem locutus sit Euangelista non refert; at Toletanus Cardinalis ad hunc locum ait, locutum fuisse hominem istum Christi laudes, illique

gratias rependisse, pro accepto beneficio, *Quid autem locutus sit Euangelista, non explicat,* (inquit Cardinalis p̄fatus) probabile tamen est fuisse verba laudes, & encomium illius, qui eam a tanto malo liberarerat: Ex quo loco, & doctrina poteris inducere populum ad Dei laudes, post accepta beneficia, & gratias statim persoluendas.

*Et admirata sunt turba.* Alij autē dixerunt, in Belzebub p̄ incipe Dæmoniorū esset Dæmonium: Disquire, cur ex eodem Christi opere, quidam in laudes eius prorrumpunt, ali vero in blasphemias? Dices hoc prouenisse ex odio, & ex amore nam turba simplices, & devote, quæ Christum bono animo sequebantur, & audiebant, iudicarunt opus illud omni laude dignissimum, sicut mulier, quæ eleuans vocem dixit: *Beatus vester, qui te portauit.* At Pharisæi, qui interno odio Christum insequebantur, opus diabolicum prædicarunt. Sed vnde dices iste effectus, nisi quia amor, & odium sunt pictores, pulchras semper, ac incundas, & delectabiles tui amati, tibi amor depingit actiones, & opera; odium, vero illius, quem odisti, feras, abominandas, ac detestabiles, p. 1. fol. 37. col. 1. lit. C.

Probabis etiam ex Beda ad hunc locum, vbi sic habet. *Turbis, quæ minus eruditæ videbantur; Domini semper facta mirantibus, Scribe, & Pharisæi, vel negare, vel sinistra interpretatione peruertero laborabant, quasi non diuinitatis, sed immundi spiritus opera fuisse;* turbæ, quia simpliciter accipiebant, Pharisæi, quia malitiose iudicabant.

*Omne Regnum in se ipsum diuīsum desolabitur.* Unico Imperiorum, Regnorū, ac Prouinciarum vita, stabilitas, & conseruatio: diuīsio vero corundem euersio, & interitus, p. 1. fol. 124. col. 2. lit. C. per totam Annotationem.

Feria 2. post Dominicam 3. Quadragesimæ.

*Vt ergo dicitis mibi hanc similitudinem: medice cura te ipsum.* Luce 4. Alienā disquirere, & proprijs non intendere, vulgaris cœctas est, & insciitia, p. 1. fol. 84. col. 2. lit. D. & per totam Annotationem.

*Quanta audiuimus facta in Capernacum, facta & nunc in patria tua.* Inquitur cur Christus Dominus in patria in qua educatus est, miracula non fecit. Respondebis ex Chrysostomo hom. 49. in Lucam. Ideo Christum Dominum suis co-ciuibus, & conterraneis miracula non fecisse, ne illis ex beneficio collato, & male accepto augeret supplicium. Audi Chrysostomum loco citato, vbi sic habet, *Non fecit ibi Christus Dominus signa multa, ne maius supplicium illis accresceretur; nam maiori damnatione dignus est, qui a Deo abundantiora dona accipit, & ejus abutitur.* Dilata

## Elenchus locupletissimus

Dilata hunc discursum ex loco illo Genesis in cap. 13, in quo describens Moyses optimam regionem, quam Deus dederat Sodomis, sic ait. *Elenatis oculis Lot vidi omnem regionem, quae antequam subuerteret Dominus Sodomam, erat sicut Paradysus Domini.* Inquire igitur, cur Moyses comparet regionem, ad quam declinavit Lot, Domini Paradys? cur fertilitatem illius terra ita celebret, dicesq; ex Beda; ideo fecisse, ut cum deinde Sodomitas propter impietatem punitos viderimus, grauiissimo supplicio dignos iudicemus illos, qui tot à Deo ceptis beneficijs erga eum ingratiti fuerunt. Audi ad locum Bedam. *Fertilitatem terrae laudat Moyses, simulq; incolarū notat impietatem, vt eo maiori damnatione digni esse intelligant, quo maxima Dei munera, non ad fructum pietatis, sed ad incrementum vertere luxuria.*

*Amen dico vobis, quia nemo accepit est in patria sua.* Inquires circa hæc verba, cur nullus acceptus sit in patria sua? Respondebis: quia potissimum inter conciues inuidia regnat, quæ propinquos ignorat. Proba ex facto Caymi, Genesis 4. addeque Basilij authoritatem tractatu de inuidia: *Fugiamus, inquit fratres morbum impie aduersus Deum pugnæ, naturæ confusionem, propinquitatis ignorationem, pondera, vltima Basilij verba: Propinquitatis ignorationem.* Inuidus namque propinquos ignorat, & conciues.

Feria tertia post Dominicam tertiam Quadragesimæ.

*Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum.* Matthæi 18. Proximorum defectus non debemus propalare, sed quo ad potuerimus regere, & occultare, p. 1, fol. 169. col. 1. lit. A. vsq; ad finem Annotationis, vbi multa habes ad hunc discursum amplificandum, & dilatandum.

*Si te audiuerit, lucratus es fratrem tuum.* Iure dubabis, quod nam lucrum vnicuique proueniet ex eo, quod corripiat fratrem suum, imo multiores damnum, nam si forte patienter non ferat, iniuriam inferet. Responde dubitationi, perpendens, quod bis posuerit Christus illud verbum *Tuus*, quod ideo fecit, ut intelligeres, quod si tuus erat, qui peccauerat, tu illum amilisti, quando peccauit, & si tuus es, quando ad meliorem frugem se recégit, tu illum, quem perdideras, recuperasti. Probabis ex altero sacra Scriptura loco, Luce in cap. 15. vbi loquens pater filij Prodigj cum seniore filio, & ponens ei ante oculos rationem, cur in aduentu Prodigj non tristari, sed lætari deberet, sic ait. *Fra-*

*ter tuus hic perierat, & invenitus es, ac si dixerit, ait Signiniensis Bruno homilia de Prodigio: Frater tuus erat: ergo quando periret, tu, quod tuum erat, perdisti, cum autem inveniens es, inuenisti, quod perdideras.*

Circa modum fraternalæ correctionis (quæ correctione esse debet, non increpatio) disquire in primis verba Dominica, *Corripe eum, non dixit* (inquit Chrysostomus homil. 61.) *inerepa, neq; vindictam expete, nec accusa, sed pacifice, & benignè corripe.*

Disquire etiam cum Procopio ad cap. Genesis 5. verba illa Dominica, quibus Dominus reprehendit Adamū de transgressione sui præcepti, dicens: *Quis indicavit tibi quod nudus es? nonne?* (inquit præfatus Pater) *interrogasti Adam: O Deus agnissime! vi eum reprehenderes?* Cum ergo eum sciens nocenter, & reum tui, que præcipisti transgressor, grauioribus verbis non obiurgasti? Tunc responde citatus Pater. *Quia secreta obiurgatio nimum exasperat.* Volut igitur eum saltem corrigere, sed ne ipsum magis exasperaret, seueriora verba omisit.

Feria quarta post Dominicam tertiam Quadragesimæ. Matth. 15.

Tunc accesserunt ad Iesum ab Ierosolymis Scribe, & Pharisei dicentes: *Quare Discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum?*

Tunc accesserunt ab Ierosolymis Scribe, & Pharisei, &c. Perpende illud aduerbium, Tunc, quod de notat tempus, in quo isti maliciosi accesserunt, & exinde inferes, inuidos, & malignos etiam ipsa Dei beneficia, & dona in suam nequitiam conuertere, & ex bonis mala elicere. Eodem tempore in quo Christus Dominus ex solo fimbriae tactu multos infirmos sanauerat, accusant ipsum, & Discipulos suos de transgressione traditionum. Proba ex Chrysostomo Homil. 52. in Mattheum vbi sic ait. *Propter hoc Euangeliſta hic tempus designat, vt ostendat ineffabilem eorum nequitiam, tunc enim venerunt, quando Christus plura signa operatus est, quando infirmos ex tactu fimbriae curauerat.*

Proba etiam ex Berratio martyre in dubijs veteris testamenti dubio 21. Vbi disquirens, cur intentauerint Gigantes ædificare turrim, & Deo bellum infere, post tanta beneficia ab eo accepta, Genesis cap. 11. sic ait. *Tam peruersi animi es! impius quisque et bona Dei in malum conuertat vsum.* & ex beneficijs illius stimuletur ad inuidiam, ex illisque mala elicit.

Quare

## Quadragesimæ continua.

*Quare discipuli tui transgreduntur traditiones seniorum?* Perpende etiam cum eodem diuo Chrysostomo eodem loco, cur non dicunt, quare in transgredentis traditiones seniorum, sed discipulos accusant? & dices sic fecisse, ut in discipulis magistrum accusarent, quia inferiorum, & subditorum peccata superioribus imputantur, & eorum peccata à Prælatorum exemplo ortum ducunt: superiorum enim vita, suorum subditorum est norma, p.2. fol. 303. col. 2. lit. B. multaque ad hoc argumentum inuenies eadem p.2. fol. 304 col. 1. lit. D. & vñterius.

Quod item probabis ex authoritate Egesippi lib. 2. cap. 2. de excidio vrbis Ierosolymitane, vbi sic habet. *Sicut boni Principis vita, propria quadam participatio est, & per vniuersos viuendi forma est, ita & Imperatoris colluvio lex flagitorum est.*

*Quare discipuli tui transgreduntur traditiones.* Impij zelatores, & inuidi deglutiunt camelos, & colant culicem, ipsi non obseruant le-gem Moysis, ad cuius obseruationem tenebantur ex Dei præcepto, & de cæremonijs suorum antiquorum maximè se zelatores ostendunt: non latuit hoc Chrysostomum, nam sic ait loco superius allegato. *Non dicunt (ait) quare transgreduntur legem Moysi, sed traditiones seniorum;* unde manifestum est, quod multa malitia interrogabantur: & luculentius Beda ad eundem locum. *Verba Prophetarum,* (inquit) carnaliter accipientes, quod dictum erat, lauamina mundi estote; de corpore solum lauando seruauant, ideo statuerant non nisi lotis manibus manducandum esse, & de interna animi lotione non curabant.

*Non enim lauant manus, cum panem manducant:* O cæca hominum dementia! solum de externis curant, interna putrida cum habeant: vnde optimè de vnoquoque dici potest illud, quod de Sygno aue dixit poeta: *mirinscens turpis speciosus pelle decora:* sunt huiusmodi homines Deo odibiles, ideo iubebat, vt nullo modo illi offerrent in sacrificium Sygnum auem, qui foris albus, & speciosus est, & intus nigram habet carnem.

*Quare discipuli tui non lauant manus, &c.* Externa manuum lotio non lauat internam malitiam. Proba ex Augustino sermone 43. ex diuersis, qui ponderans verba Matthei c. 27. *Pilatus autem accepta aqua lauit manus suas, dicens: innocens ego sum à sanguine iusti huius:* sic ait: *Manus quidem Pilatus lauit, sed eius conscientia rea permanit, qui Pharisaorum facta probavit.*

*Quare discipuli tui non lauant manus, &c.* Alienæ

disquirere, & proprijs non intendere vulgaris cæcitas, & infætia. Habes de hoc argumento multa, p.1. fol. 84. col. 2. lit. D. & vñterius usque ad fol. 88.

Feria quinta post Dominicam tertiam Quadragesimæ, Lucae 4.

*Surgens Iesus de Synagoga introiit in domum Simonis.* Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Optimè annotauit Ambrosius, quod statim postquam in Synagoga Christus Dominus hominem ab spiritu nequitiae liberavit, isti mulieri sanitatem contulit, quia ut ait idem Pater: *Deus paucis benefacere nescit?*

Amplificabis hanc doctrinam, si cum Fero Episcopo disquiras locum illum Genesis cap. 11. *Crescite, & multiplicamini;* Inquire igitur cum præfato Patre, cur Deus hominum multiplicationem desiderat, quos peccatores futurus esse nouerat. Responde ideo optasse multiplicationem humani generis, ut multis posset beneficia sua largiri: accipe præfati Authoris vreba: *Hoc verbo ostendit sibi non satis esse uni homini benefacere, sed plures habere vult, quibus benefaciat.*

*Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.* Venit Iesus ad mulierem sanandam, non quæsusitus, nec rogatus, quia ex sua mera clemencia, & benignitate ad beneficiendum dicitur. Probabis ex diuo Pascasio cap. 8. in Matthæum, vbi sic ait: *Mira omnipotentis Dei dispensatio, qui etiam non querentes querit, & non valentes ad se venire, ad eos clementer venit:* Deus enim est, qui prior hominem querit. Quod etiam probabis, si cum Bernardo disquiras verba illa Dauidica: *Quare seruum tuum, &c.* Sic enim habet tractatu de querendo Deo. *Anima (inquit) querens Deum, ne magnum bonum in magnum sibi detorqueat malum, nouerit se præuentam in illo, & ante se quæsitam, quam querentem.* Argumento huic multa conuenientia inuenies, p.1. fol. 244. col. 2. lit. B. & vñterius.

*Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.* Per magnas febres, varias animi passiones intellige cum Ambrosio ad hunc locum, & per Simonis socrum naturam humanam; quæ varijs animi passionibus laborabat. Varijs criminum febribus (ait Ambrosius) *natura nostra languebat, & diversarum cupiditatum astuabat illecebribus:*

## Elenchus locupletissimus

Ideo igitur (ait Euangelista) quod tenebatur, ut indicaret passiones nobis dominari. Possunt tamen dominari a nobis, si voluerimus: in cuius probationem disquire cum Bernardo sermone in Ascensione locum illum Genesis cap. 4. *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Conculca bestiales motus, quia domari debent, ne dominari praeualeant; nisi enim concultati fuerint, conculcabit nos; ni pramantur, oppriment nos.*

Feria sexta post Dominicam tertiam Quadragesimæ.

*Venit Iesus in ciuitatem Samariae, &c. Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem, Ioannis 4. Labor quem pro generis humani salute Christus pertulit, indicibilis est, & inexplicabilis, p. 1. fol. 250. col. 1. lit. D. & vltreius.*

*Hora erat quasi sexta. Adeo impensè egit in nostra salute operanda, ut parum, aut nullum temporis intermisserit, in quo de illa non ageret, p. 2. fol. 161. col. 2. lit. D. & vltreius.*

*Discipuli autem eius abierant in Ciuitatem, ut cibos emerent; venit mulier hauiire aquam, & dixit ad eam: mulier da mihi bibere. In discrimen induxit Christus Dominus honorem, & reputationem suam propter salutem nostram, p. 1. fol. 50. col. 2. lit. B. & C.*

*Damibi bibere. Parum postulat a nobis Deus, vt habeat occasionem largiendi multa. Petit aquam, vt donet gratiam. Disquire ad probationem huius conceptus locum illum Genesis in cap. 13. in quo postquam accepit Deus ab Abraham buccellam panis & parum aquæ dixerit ei: *Omnem terram, quam conspic, dabo tibi.* Admiratur Chrysostomus pro tam exigua eleemosyna, tam amplam mercedem, & sic ait ad locum. *Hic erudiamur, ut magna in dandis eleemosynis vitam liberalitate, qua datis paruis adipiscamur magna; quomodo enim paria sunt dare parum argenti, & obtinere remissionem peccatorum: pascere esurientem, & in die illa horribili fiduciam asequi?**

Subtilius idem Chrysostomus oratione de Samaritana: *Fons vita (inquit) iuxta fontem aquæ sedens, bibere petit non volens bibere, sed potum dare.* Non itaque petit Deus, vt indigeat, sed vt occasionem donandi habeat.

*Qui biberit ex hac aqua, sicut uerum; qui autem bibet ex aqua, quam ego dabo ei, sicut in eo fons aquæ salientis in vitam eternam.* Non est otiosa diuina gratia, si adest, sed operatur semper usque dum ad beatitudinem ducat possidentem, p. 1. fol. 258. col. 2. lit. D. & vltreius.

*Fons aquæ salientis in vitam eternam: Id ipsum probare poteris ex Theophilacto ad hunc Ioannis locum, qui sic habet: Porro aquam dicu non stantem, qualis est in puies, & lacibus putris, & corrupta sed viuam, hoc est scaturientem, & que mouetur: nam gratia spiritus semper ad bonum agilem facit animam ascensiones semper disponentem: talem aquam bibit Paulus viueniem, & semper mobilem, cum obliuisceretur eorum, quæ habebat post se, & ad anteriora se extenderet.*

*Reliquit hydriam suam mulier, & abiit in Ciuitatem, &c. Primus diuina gratiae effectus est immutare in melius, quos tangit, p. 2. fol. 106. ubi multa de Samaritana inuenies, & p. 1. fol. 249. & fol. 259. col. 1. lit. A.*

Sabbatum post Dominicam tertiam Quadragesimæ.

*Diluculo venit Iesus in templum, & omnis populus venit ad eum, &c. Adducunt autem Scribe, & Pharisæi mulierem deprehensam in adulterio, &c. Ioannis 8. Nota in primis, tam Christum, quam Pharisæos, mulieremque manicasse: nam hoc factum diluculo contigit, ut ait Euangelista Sacer, sed manicasse Christus ad prædicandum, & ad benefaciendum; Pharisæi autem, & mulier adultera ad peccandum; ex quo inferes Christum Dominum fuisse ad puniendum tardum, at verò ad benefaciendum celerrimum. Habes ad hoc primum comprobandum multa, quæ proferas, par. 1. fol. 9. colum. 2. lit. D. & vltreius.*

Ad secundum verò, utere verbis illis Psalmistæ, Psalm. 13. *Veloci pedes eorum ad effundendum sanguinem:* ad quæ verba sic habet Cassiodorus: *Impij ad benefaciendum proximitate tardi nimis; at ad eius sanguinem effundendum, & ad eius honorem lacerandum citè exurgunt, & velocissime currunt.* Nonne vides in Pharisæis, & in muliere? statim manè surrexit ista ad adulterium, & statim manè surrexerunt Pharisæi ad eius honorem lacerandum.

*Adducunt ei mulierem deprehensam in adulterio.* Age hic de circumstantijs, quæ aggrauant adulterij crimen. Prima, quæ communis est omnibus luxuriosis, est reddere imfamem adulterum, seu publicum luxuriosum, & in habilem ad sacra obtinenda, & pertractanda, Probabis ex Philone libro quem composuit de non recipienda mercede meretricis, ubi sic ait. *Profana sunt dona meretricis.* Idest apta

apta non sunt, quæ recipiantur in sacros usus. Probabis etiam ex Firmiano libro primo de falsa religione cap. 20. vbi ait, quod volentes Romani adscribere in dearum numero mulierem illam, quæ Remulum, & Romulum lactauerat, qui postea Romanum fundarunt; aduententes tamen, quod fuerat luxuriosa meretrix, & ideo incapax, ut inter deas numeraretur, finixerunt fuisse lupam. Apud se statuentes (vt ait prefatus Author) aptiorem fuisse rabidam, & trucem lupam ad diuina, quam luxuriosam mulierem, & metetricem.

Secunda vero circumstantia, quæ directe aggrauat peccatum adulterij, est, quod nullo modo committi possit absque crimen furti, seu latrocinij: nam seu mulier adultera sit, seu vir, semper hoc peccatum committitur simul cum latrocinio, quod fit in damnum, vel uxoris adulteri, vel adulteræ marii. Probabis ex Osee cap. 4. vbi recensens scelera, quæ Deum prouocant ad vindictam, conjungit furtum cum adulterio dicens: *Homicidium, & furum, & adulterium inundauerunt super terram:* Item proba ex cap. 15. Matthei, vbi sic inuenies. *Adulteria, fornicationes, & furia.* Item & ex cap. 20. Deuteronomij vbi sic habes. *Non mehaberis, non furum facies.*

*Christus autem inclinans se, digito scribebat in terra.* Vbi annectit Glossa interior: *Scribebat peccata eorum.* Sed ita scribebat, (ait Augustinus) ut per miraculum unusquisque sua tantum peccata legeret, & non alterius. Dicas ergo, adeo sollicitum semper fuisse Christum, & zelotypum alieni honoris, ut adiumentiones quereret, faceretque miracula, ut tergeret alienos defectus. Habes ad hoc argumentum multa, p. 1. fol. 169. col. 2. lit. B. & vltius.

*Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* Prius se, suoque defectus debet corrigeri, qui alienos intetat arguere, p. 1. fol. 88. col. 1. lit. D. & col. 2. lit. A. deinde proba ex Glossa interlineali ad hunc locum, vbi sic habet. *Primum sitis iusti, ut post ream puniatis; si enim lex iubet punire reos, non tamen assimiliter puniendis.*

Proba etiam ex Diuo Gregorio libro moralium 14. cap. 25. *Qui prius se non iudicat (inquit prefatus Pater) quid in alio rectum iudicer, ignorat.*

Dominica quarta Quadragesima.

*Abiit Iesu trans mare Galilea, quod est Tiberiadis,*

&c. *Ioannis 6.* De hoc Galileæ mari, vbi sit, & quibus nominibus appelletur, habes, p. 2. fol. 2. col. 1. lit. D. & vltius.

*Et sequebatur cum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur.* Non sequebantur, ut vere deuoti, & Christo vere dediti, sed propter beneficia, quæ ab ipso accipiebant. Habes ad hoc argumentum comprobandum, & dilatandum multa part. 1. fol. 95. col. 2. litera D. usque ad fol. 97.

Christum sequi propter spem, aut præmium, non est usquequa perfectorum. Probabis optimè, si disquiras locum illum *Genesis 13. Noli timere Abram, ego merces tua magnanimes.* Ad quem locum sic ait Ambrosius, lib. 2. de Abram, cap. 8. Cur non dixit Deus Abraham verba haec, quando ibat ad debellandum Reges, & ad vindicandum Lot consorbrinum suum, sed postquam animosè aggrediens Reges idolatras superauit? Aitque Ambrosius. Nam tunc illi Deus præmium proposuisse ante oculos, ne minueret eius animum, & valorē, & ne diceretur de illo, quod non propter virtutem, sed propter præmium opus illud aggrediebatur. Accipe Ambrosij verba: *Minus equidem mirabile faceret si secutus promissum Dei, esset hostem adorsus, Victoria securus processerat ad triumphum, magis inuitatus, quam promptus ad gloriam, vel ad ulciscendum pietatis dolorem paratus, propositum pia mentis mercedem non expetit, sed pro mercede habet boni facti conscientiam, & iusti operis afferitum.*

*Vnde ememus panem, ut manducent.* Cur interrogat, quod optimè nouerat? Responde, ut doceret discipulos suos, qui gentium magistri futuri erant, & superiores, ac prælati omnes, in multis ab inferioribus suis, & subditis concilium petere, & accipere, p. 1. fol. 51. col. 1. lit. C.

*Vnde ememus panes, ut manducent?* In dubium vertes, cur non dixerit Christus Dominus: *Ut manducemus omnes, cum etiam per triduum & discipuli eius à cibo simul abstinerint?* Respondes ideo de solis turbis sequentibus egisse, & non de se ipso, quia Reges, superiores, & Prælati, potius solliciti debent esse de necessitatibus, & sustentatione suorum subditorum, quam de se ipsis; optimè prouabis, si disquiras cum Oleastro locum illum *Genesis in cap. 1. Fecit Deus duo luminaria magna, ut luceant, & illuminent terram* (vt habent 70.) Disquire ergo, cur non posuerit Deus haec duo magna luminaria perfectissima, & lucidissima ante thronum suum ad suam maiestatem amplius ostendendam, & commen-

dandam, sed potius dūfferit, vt illuminarent terrā vīlissimā, crassissimā, & abieōtissimā, iplisq; luminaribus longē infaciorem. Respondet p̄fatus Pater: Hoc exemplo docetur Principes nobiles suos limes, & praeponiti, potiuscum opus fuerit inferioribus suis, quā sibi p̄fis ministrare: nam ebrum munus est suo consilio, ope, & alimento, inferiorēs suos dirigere, illuminare, & alere. Addit tandem p̄fatus Pater: Proh dolor! nān fulūm non alant, sed deuorāt subditorum bona, & cogunt viceus, saubditos sibi ministrare, & eorum sudoribus viuant, & deliciantur.

*Accipit Iesu panes, & cum gratias egisset, distribuit discubentibus, sic habet Ioannes: at Marcus sic habet: Dabat Discipulis suis, ut apponerent turbae. Dat Deus diuinis bona, & ab unidantiam rerum, non vt sibi retineant, & feruent, sed vt pauperibus distribuant, & indigentibus: acutē nimis probabis intentum, si disquiras, cur Deus iustus cum sit in omnibus factis suis, & in suis beneficijs distribuet, tanta beneficia, & præstātias tantas contulerit cœlo; terram autem inanem, & vacuam efformauerit? Dices nō ideo Deum cœso tantam præstantiam donasse, tantamque virtutem, ut sibi soli retineret, sed vt terræ inopi, inani, & vacuae communicaret: nam si abundat cœlum luminaribus, ideo est, vt luceant super terram; si abundat cœlū Planētis, ideo est, vt suis influentijs in terram influant, eamq; fertilem reddant; si cœlū abundant aquis, ideo est, vt pluat super terrā, ipsaq; irriget & fecundet: quo supposito, vt tuum probes intentum, intellige. cū Diuo Basilio homil. in dilectiones per cœlum Diuinę per terrā Pauperem: dicesq; ideo Deum diuitibus substantiam, & rerum copiam tribuisse, non vt sibi soli retineret, sed vt pauperibus distribueret: probabis insuper ex Augustino, qui serm. de sanctis 23. sic ait: *Dives proprieper pauperem est fatus, & pauper propriam diuinam; pauperis est oratio, & dinitis erogare.**

*Colligit, que superauerunt fragmenta, ne pereant.* Disquire ad quid Dominus, cum largus, & magnificus fuerit, in multiplicadis panibus, & reficiendis suis sequentibus, nunc adeo minimus sit in recipiendis micis, atq; fragmentis, quæ superabundarunt? Responde ideo fecisse, vt vnumquodque fragmentum tantibeneficij esset perenne memoriale, ne obliuiscerentur, qui acceperant, & ex obliuione redderetur ingrati. Proba ex Bernardo sermone istius Dominicæ. *Diste ad singula dona Dei gratias agere, & non grandia, non minoria, non minima obliuisci, ne pereant: numquid non perit, quod donatur ingratis?*

Feria secunda post Dominicam quartam Qua-  
dragesimæ.

Propè erat Pascha Iudeorum, & ascendit Iesus Iero-  
polim, &c. Ioannis 2. Aduertere in primis bis  
obregisse Christo Domino in templum as-  
cendentī eiicere de templo vendentes, &  
ementes; semel in anno, quo Ioannes mis-  
sus fuit in carcerem, de quo successu nunc  
agitatur, & iterum in anno in quo passus est,  
de quo agit Matthæus cap. 21. & de quo  
iam egimus Feria terria post Dominicam  
primam Quadragesimæ.

Circa hunc igitur primum euentum inquire  
cum Alcuyno, cur Christus Dominus, qui  
ad legalia non te nebatur, tanta prompti-  
tudine venerit, quot annis in templum ad  
celebrandum cum Iudeis festa legalia? Dic  
ex eodem Alcuyno ad caput Matthæi 21.  
ideo fecisse, vt nostram excitaret socordiam,  
& pigritiam, in adestudo in templo ad Dei  
solemnitates celebrandum incusaret. Si  
(inquit p̄fatus Abbas,) *Dei filius eius  
decreta sic seruat, celebrans festiuitates cum ca-  
teris, quanto studio oportet nos solemnitates ce-  
lebrare?*

*Eiecit de templo oves quoque, & boues, & nummu-  
lariorum effudit as, & mensas subuerit. &c.* Ex-  
cessisse videtur Christus in hoc facto. Nam  
sufficere, videretur, vendentes, & emen-  
tes, reprehendere, arguereque, quia in  
templo, quod Dei cultui dicatum erat,  
suas negotiaciones peragerent, sine eo  
quod tuereretur mensas, & spargeret pecu-  
nias.

Vt ad hanc dubitationem respondeas, audi  
prius, quid dicat venerabilis Author circa  
hanc vendendi, & emendi in templo oves,  
& boues, atque columbas consuetudi-  
niem; ita nempē ex Scribarum, & Sacer-  
dotum adiumentione id fieri solere, ad quos  
attinebant prouentus, earum rerum, quæ  
offerebantur, & quia, qui de longē venerant,  
non poterant afferre secum illa anima-  
lia, vt offerrent, & immolarent, ideo ne  
suis prouentibus defraudarentur Sacer-  
dotes, statuisse, vt in eodem templo om-  
nia hæc venderentur, vt omnibus præsto  
esset, quod immolarent, & ne pecunia de-  
fectu contingere, vt quis ad immolati-  
dum non emeret, ideo & nummularij  
ibi erant, qui as ad emendum cum certo  
lucro præstabant: audi Bedam ad hunc Ioan-  
nis locum; *Quia (inquit) ae longinquο venientes,  
que immolarentur secum ferre non poterāt, preia  
deferebant:* itaque Scribæ, Sacerdotes, &  
Pharisai

## Quadragesimæ continua.

Pharisei in Templo vendi animalia statuerunt, & ut inter emptores, & venditores præsto esset pecunia, nummularii sedebant, &c.

Quo supposito, dic ita à sua cōmuni mansuetudine, benignitate, & clemētia excessisse Christū Dām videns hæc fieri, quia grauiissimum apud ipsum est peccatum Sacerdotū, auaricia, vel qualecūq; aliquod crimen, quod eius honori cōtradicit, aut sui Aeterni Patris cultui, & reuerentia: [Todos los pecados siente Dios, mucho mas los de los Sacerdotes, y personas Ecclesiasticas, hazenle hazer excessos;] Optimè probabis assumptum, si cum nostro Lyra disquiras locum illum Osææ in cap. 3. vbi cōquestras Dñs de populo Israel, eo quod Deos coleret alienos, idolatrareturq; sic ait: *Etsi fornicaueris tu Israhel; saltem non delinquat Iuda;* Maxime pungit locus Lyranum nostrū, & punctus ait: Quid hoc est Domine, quod ita stimularis ab idolatria Tribus Iuda: nonn̄ & reliquorum Tribuum idolatria tuo opponitur honori, & cultui, atq; idolatria Tribus Iuda: Maximè quidē. Cur ergo ab istius Tribus idolatria magis stimulari significas, atque ab idolatria cæterorum Tribuum? dicens: *Etsi fornicaueris tu Israhel; saltem non delinquat Iuda;*

Respondit tandem idem Lyranus, & dispungit locum dicens: Ideò acerbius ferre Deū idolatriam Tribus Iuda, quia in eius sorte, & limite strūctum erat Templum, & ex illo eligendi erant Templi Ministri ex legis præscripto: & plus offendebatur Deus, & grauius sentiebat peccata eorum, qui suo cultui, & honori dicati erant, quām cæterorum, & ita grauius, vt in eorum punitione à se quodāmodo exire, & methas suæ mansuetudinis, & benignitatis transgredi visus sit: *Hoc ait Dominus,* (inquit Lyra ad Osææ locum) quoniam grauius erat, & grauius sentiebat peccatum idolatriæ in Iuda, quām in reliquis Israel, quoniam possidebant Templum, & habebant ex lege Leuitas.

Mirum itaq; in modum exasperant Deū Ecclesiastiarum personarum peccata, & præser-tim auaritia; in cuius iterum comprobationem expende cum Magno Gregorio locum illum primi Regum cap. 2 vbi agitur de filiis Leui Sacerdotis, exageraturque maximè eorum peccatum, qui nolebat accipere ab immolantibus partem carnis sacrificii, quæ illis obtingebat coctam, sed crudam. *Era!* (inquit contextus Sacer) peccatum puerorum grāde nimis. Disquirit locū Magnus Gregorius lib. 30. Moralium cap. 13. & inquirit, in quo sit nimia ista grauitas peccati filiorum Heli, ob quam Dominus similem stragem fecit in

Israel, atque hanc quam fecit in Templo: nam testamenti arcam tradidit in manus Philistinorum, fregit Sacerdotis sellam, ipsiusque Sacerdotis caput confregit: ita vt à sua clementi benignitate excessisse visus fuerit: & respondens idem Pater ait: *Culpa filiorum Heli exinde suborta fuit,* quia ex eorum voto Sacerdotis pueri nollent ex ante more accipere de sacrificio carnes coctas, sed crudas, quas vel venderent, vel eis accuratijs exhiberent: Graue itaque peccatum apud Deum, & quod ipsum facit à terminis suę mansuetudinis quodammodo excedere, auaritia est, qua vtruntur Ecclesiastici, qui bonis Ecclesiasticis negotiantur: & qui abutentes prouentibus, quos illis Deus in suam sustentationem, pauperumque alimentum concessit, illos in delicias, & in malos v̄sus conuertunt, & expendunt: Vndè optimè concludit Gregorius Moralium lib. 20. cap. 8. dicens: *Nullum puto mains praividicium, quām quod à Sacerdotibus tollerat Deus, quando eos, quos ad diorum correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis ceruit.*

Perpende quæ dicta sunt, & accommoda Euangelio, quia illi sunt valde congruentia.

Feria 3. post Dominicam 3. Quadragesimæ.

*Ioannis cap. 7.*

Quomodo hic literas scit, cum non didiscerit: Ex eo admirantur, & calumniandi occasionem arripiunt, à quo impellebantur, vt crederent esse Christum filium Dei; nam scire absque Doctore Dei est, & non hominis: Audi Augustinum, & Chrysostomum ad hunc Ioannis locum: *Multi nouerant* (Augustinus inquit) *vbi natus,* & quomodo fuerat educatus, nunquam eum viderant literas addiscentem, audiebant tamen de lege disputantem legis testimonia proferentem, qua nemo posset proferre, nisi legisset, nemo legere, nisi literas didisceret: tunc annectit Chrysostomus. *Ex hoc debebant cognoscere, non esse in eo sciētiam hanc humaniūs, sed diuinitūs:* Dices igitur improbos, & obstinatos peccatores, ab illis mediis, quæ sufficientia sunt ad illos illuminandos, obsecrari: quod etiam probabis ex Phariseorum verbis, Ioannis cap. 11. *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Ex quibus cæcutientes intulerunt: *Expedit ut moriamur,* cum portiūs sic iustum esset inferre: *Multa signa facit,* ergo eum Dei filium, Patrique coequalē confiteamur. Vndè satis conuenienter Origenes ad hunc Ioannis locum; *Quanta* (inquit) *insipientia, quanta cæcitas;* testificant eum multa peregrisse miracula, & inferunt, vt occidatur, cum pō-

## Elenchus locupletissimus

tius inferre debuerint, ut adoretur, & ut tamquam  
Dei filius habeatur.

Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. Si  
sua, quomodo non sua? Quia veri humiles, &  
modesti nihil sibi attribuunt, sed Deo totum  
tribuant, a quo accipiunt ad probationem  
disquire cum Hugone a S. Victore locum  
illum Genesis in capite 9. vbi benedicens  
Noe filium suum Sem; sic suam benedictionem  
construxit: *Benedictus Dominus Deus  
Sem: Mira res! vult benedicere Sem propter  
reuerentiam sibi tamquam Patri exhibitam,  
& non benedixit filio, sed Deo audi Patri No  
Sem, sed Deum eius benedixit, ut intelligamus,  
omne bonum nostrum non nobis, sed  
Deo esse adscriendum.*

*Qui querit gloriam eius, qui misit eum, verax est, &  
in iustitia in eo non est. Fidelis amicus, & verax  
cum de iis agit, quae ad apicum spectant, ad  
proprium honorem non attendit, p. 1. f. 95.  
col. 1. lit. D. & per totam annotationem.*

### Feria 4. post Dominicam quartam Quadragesimæ.

*Prateriens Iesus videt hominem cœcum à Nativitate, &c. Ioannis capite 9. Quis peccauit hic, aut parentes eius, ut cœcus nasceretur? Filii non puniuntur à Deo propter parentum scelera,  
sed propter propria ipsorum crimina. Habet  
de hoc argumento multa part. 1. f. 8. col. 2. lit.  
D. & vñterius.*

*Neque peccauit hic, nec parentes eius. Erronea opinio est, ut ad hunc locum obseruauit Ammonius, non nisi ex peccatis calamitates, & infortunia hominibus obuenire, nam multoties affligitur iustus, vel ut in officio contineatur, vel ut in virtute proficiat, vel intentius illuminetur ad cognitionem Dei, vel ad cognitionem mundi vanitatis. Considera in quantas tribulationes immiserit Deus sanctum Noe, iustus cum fuerit plus quam omnes homines illius ætatis, & cognosces non semper ob scelera Deum nobis supplicia, & afflictiones inferre. Optimè in hunc sensum Apostolicus Pater ille noster Bernardinus Senensis sermone 8. Ideo multoties (inquit) iustis proueniunt infortunia, quia per ea illuminatur eorum mens ad maiorem cognitionem Dei; nam infortunium, & tribulatio est illud amarum fel, quo oculi Tobiae, id est viri iusti, ad Dei cognitionem fuerunt illuminati. Vnde Iudicium 3. scriptum est: haec sunt gentes, quas dereliquit Dominus in terra promissionis, ut per has eruditset Israelem, scilicet ad Dei cognitionem, vnde de habitis tribulationibus regratians Domino Propheta, ait Psalm. 118. Bo-*

*nus mihi, quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas, id est voluntates tuas iustificantes animas.*

Non igitur semper infligit Deus penaltates, & infortunia propter peccata, sed aliquando, ut his mediantibus nos trahat ad suæ benignitatis cognitionem aliquando vero ad cognitionem mundi vanitatum, & infortuniorum. Hoc secundum assumptum probat idem Apostolicus vir Bernardinus Senensis mirabilis quadam comparatione sermone eodem, dicens: *Per aduersa anima iusti illuminatur ad cognitionem mundi. Ex fortis namque nubium concusione coruscatio in aere generatur: unde etiam in noctis tenebris circumstantia pericula subito lumine demonstrantur, sic ex tribulationis quaßatione mundus iste plenus periculis, & laqueis, & malignitatibus potest vernis atq; cognosci.*

*Expuit in torpam, & fecit lumen ex spuma, & linuit super oculos eius. Lutum obcaecare potius sollet, quam visum perficere; quomodo erga visum recepit per id, quod visui nocet? Responde, quod diuerso modo, & diuersis mediis operatur Deus, atque homines, quod probabis, si cum Lypomano attente disquiras locum illum Genesis cap. 12. Fuerunt Abraham oves, & boues, &c. Si intentum Pharaonis erat, ut frueretur Sarai contra Abraham voluntatem, & ipsum interimere cogitabat, quomodo illi tot bona temporalia donabat? Respondet Lypomantis, Cedit dominus prouidentia quantumlibet magna malitia peruersorum, cor Regis in manu Domini, & in faucibus bestiarum succurrit fidibus. Quemadmodum igitur & inclinato ad malum corde Pharaonis virus est Deus ad Abrahami prosperitatem, ita & luto ad obcaecandum proclivi virus est ad conferendam cæco visionem.*

*Vade, & lana in natatoria Siloe. Ad quid iubet, ut vadat, & lauet in natatoria Siloe, si sua sola actione poterat illi visum restituere? dices voluisse docere, ut non totum relinquamus Deo in nostra salute operanda, sed & nos aliquid impendamus laboris, atque sollicitudinis? Disquire cum Ruperto easam, ob quam Deus benedixit homines, & animalia, dicens Genesis 1. Crescere, & multiplicamini. Herbis autem, & plantis non benedixerit? Quia (inquit Rupertus, & Gennadius in Cathena in Genesim) herbae, & plantæ perseverant, & multiplicantur alieno labore satæ; at vero homines, & animalia per suam operationem ultra naturæ, & Dei influxum multiplicantur: quasi si innueret, in hoc Dominus res illas non*

## Quadragesimæ continuæ.

non sibi placere , quæ ex solo alieno labore viuere volunt, sed illas, qui ultra quod Deus, & natura illis impedit , suum etiam applicant laborem. *Est ne in hoc aliquid mysteriū?* ( ait Gennadius ) maximum certè , ex hoc enim illucere valimus , Deum non sibi complacere in illis, qui in ipso tantum , & in sua potenti operatione confidunt, ut saluari possint , sed potius in illis, qui operibus suis , & labore bona opera producere satagunt.

Habes insuper ad hoc argumentum confirmandum multa par. 2. fol. 185. col. 1. lit. A. per totam annotationem.

*Athus ergo, & lauit, & venit videns:* Cur non interrogat, ad quid lauari iubet in natatoria Siloe, in qua iam ipse , & multi alii loti visum non receperunt , sed statim obediens fuit, & lauit; & visum recepit? Responde ex Chrysostomo , veram fidē non querere causas præcepti : *Fides (inquit) cœci demonstrata est, quia non contradixit, neque apud se ita cogitauit: lutum magis excœcat; sepè laui in Siloe, & nihil adiutus sum, si virtutem Christus haberet, presens curasset: sed simpliciter obediuit.*

Dices ex hoc loco non esse diffidendum de mediis , quos Deus assumit , ad quod ab eo expostulas, & exoptas perficiendum , vel ad id, quod promittit adimplendum: sed cum ille media assumit, tuo iudicio contraria rei, quam intentas , & expostulas adipisci: Dic semper illud commune proloquium Hispaniarū. [ *Dexad hæcer a Dios, que es santo viejo.* ] Quid oculis hominum, & eorum iudicio inconueniens, quām præcipere Abraham, vt iugulet vnicum filium , in quo illi suæ progeniei dilatationem promiserat? Poterat ne adolescens occisus generare , vt per eum eius multiplicaretur progenies? attamen verus fidelis, & obediens Abraham , quamquam ab humano iudicio impediatur; tamen inter se dicebat sibi ( *Dexemos hæcer a Dios, que es santo viejo :* ) Optimè Philippus Abbas libro de obedientia Clericorum cap. 34. *Abraham (inquit) cuius fides, & obedientia commendatur, scias quia quemcumque promisit, potens est facere; non recusat ei filium immolare, cui sicut vitam dederat, ita poterat eum à mortuis suscitare.*

Ita similiter & cœcus iste non hæsitauit de mediis , quibus Christus vsus est, vt illius visu reformaret, quamquam videbantur inconuenientia, & incongrua; sed credidit, & obediuit, dicens: *Dexemos hæcer a Dios, que es santo viejo. Et abiit, & lauit, & venit videns: existimat enim, & statuit apud se, vt infallibile quid, posse illum eius oculos reformare per lutum, qui eodem efformauerat ex luto , ait ad locum Signinienfis Bruno.*

Feria 5. Post Dominicam quartam Quadragesimæ.

*Ibat Iesus in civitatem, quæ vocatur Naim, &c. & ecce defunctus efferebatur filius unicus matris sue. Mors nulli parcit, et si iuuenis sit, et si vnicus, et si dilectus vnicè.*

Optimè probabis intentum, si circa illa verba Genesis 4. Consurgens Caym aduersus fratrem suum interfecit eum, disquiras cum Origene, cur permiserit Deus, puerum iustum , & sibi carum sic à morte iuandi: nam sic habet ad locum præfatus Pater: *Ideò permisit, vt non ignoraremus mortem nulli omnino parcere; ideoq; permisit Abelis mortem accelerari, cum adhuc etate iuuenili floreret, quamquam secundum natura ordinem prius Adam, & Eua hoc faculum morte mutare deberent.*

Exagerat idem Origenes , & amplificat eundem conceptum homilia 2. in lib. numero rum considerans mortem Moysis Dei serui ab eaque dilectissimi. *Ptererret me, inquit, quod de Moyse famulo, & amico Dei, cui facie ad faciem locutus est Dominus, per quem fecit signa, & prodigia, dicitur, apponens ad populum iuum, si- cut appositus est Aaron, mors itaque omnibus communis est, nulli parcens, cum nec pepercerait Abeli, neque Moyse Dei famulo.*

*Filius unicus matris sue, & haec vidua erat.* Neque omnis viduitas digna est, vt à Deo protegatur, & quæ ab eo similia beneficia accipiant; id enim solùm merentur viduæ , quæ veræ viduæ sunt. Habes de hoc argumēto quamplurima par. 1. fol. 212. col 2. lit. D. & per totam sequentem annotationem.

*Ecce defunctus efferebatur.* Memoria mortis semper habenda præ oculis. Disquire ad huius conceptus probationem cum Augustino lib. 8. de Genesi ad literam verba illa Genesis 2. *Plantauerat autem Dominus Deus paradysum voluptatis à principio in quo posuit hominem, &c.* Quæ verba sic legit idé Augustinus ibidem: *Plantauit Deus paradysum in Edom ad Oriētem, & posuit ibi hominem, quem finxit: disquire igitur cum præfato Patre, cur perfectum hominem potius in Oriente , quām in meridiali plaga apposuerit manus diuina? Responde ex eodem Augustino, & ex Seueriano in Cathena Lippomani ad hunc locum. Vt nihil oculis exciperet, quod perpetuo motu, & recta via non vergeret in occasum, vt Magistris lutinibus cœli disceret semper ob oculos habere mortem.*

Sic similiter Euangelista ait: *Ecce defunctus. Quasi diceret: immemores mortis vitam transigit, sed coniicite oculos in hunc defunctum.*

Quod si volueris hunc Christi miraculum moralizare, dic cum Beda ad hunc locum. *Hunc homi-*

## Elenchus locupletissimus

hominem defunctum lethali funere criminum for-  
poratum, & anime mortem, quasi per ciuitatis ho-  
stia propalantem, significare publicum pecca-  
torem; viduam autem, matrem Ecclesiam,  
quæ eum continuo deplorat, & pro eo cum  
lachrymis deprecatur, locu in quo asporta-  
tur, malè securam conscientiam; illos vero,  
qui ad sepeliendum illum portant, inmun-  
da desideria, quæ Domino tangente stant, &  
coercentur.

**A**dolescens tibi dico, surge. Prouocat nos Deus,  
qui in peccatis mortui iacemus, ut à pecca-  
tis surgamus: vnde optimè Aymon ad hunc  
locum. *Hoc, inquit, quotidie dicit Dominus,*  
*vnicuique peccatori. Qui hactenus iacuisti in vi-*  
*tii, surge ad vitam gratiae.*

**E**t dedit illum matri sua. Certa post afflictionem  
Dei est consolatio. Optimè probabis, si cum  
D. Chrysostomo disquiras locum illum Ge-  
nesis in cap. 16. vbi loquens Angelus ad Agar  
post erumnas, & post passam propter Iismae-  
lem filium suum afflictionem. *Multiplicans,*  
inquit, *multiplico semen tuum. Vbi sic Chrysostomus.*  
*Maxima Dei benignitas, & pietas post*  
*afflictionem consolatur eam, & animum erigit.*

Feria 6. Post Dominicam quartam Qua-  
dragesimæ.

**E**rat quidam languens Lazarus à Betania, &c.  
Ioan. 11. Dubitabis fortassis de eo, quod  
Dei amicorum domum mors, & calamitas  
inuadat; at dices commune esse sanctis, &  
iustis calamitatibus premi: *afflitus namque il-*  
*los Deus, ut in virtute conseruet,* ait Chrysostomus  
ad hunc locum.

Quod optimè etiam probabis, si disquiras cum  
nostro Senensi Bernardino sermone 8. cur  
permiserit Deus Abrahæ amici sui posteros  
sibi dilectos, tot premi in Ægypto afflictio-  
nibus: *Magna, (inquit Senensis Apostolus) &*  
*omni acceptatione digna est Dei nostri misericor-*  
*dia, quæ contra viros iustos fuscitare permittit tri-*  
*bulationes, ut per aquam afflictionis vinum glorio-*  
*si nominis conseruetur:*

Neque incongruum est, quod Procopius an-  
notauit, circa illa Dei verba ad eundem  
Abraham de calamitatibus, quibus affligen-  
di erant eorum posteri in Ægyptiaca capti-  
uitate; *Subiiciens (inquit Genesis 15.) eos ser-*  
*uituti, & affligenit quadraginta annis. Permisit*  
*Deus eos aduersitatibus premi (inquit Proco-*  
*pius) ut postea efficacius cognoscant Redempto-*  
*rem: Quod optimè quadrat in Martha,*  
quæ postquam à fratribus morte afficta fuit  
clariorum habuit Christi notitiam, & ipsum  
Dei viui filium confessa est.

**D**omine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.

Domus à qua abest Deus, omnibus exposita  
est calamitatibus, & infortuniis p. 2. fol. 190.  
col. 2. lit. D. & vterius.

**L**achrymatus est Iesus, & dixerunt Iudei, ecce quo-  
modo amabat eum. Amor est mensura doloris,  
& tantum quisque dolet, quantum amat, p. 1.  
fol. 208. col. 2. lit. D. & per totam sequentem  
annotationem.

**E**cce quomodo diligebat eum. Lachrymæ intimi  
amoris sunt signa evidentia, p. 1. fol. 209. col.  
1. lit. C. & D.

**D**omine iam fæset, quatriduanus est. Ita fœtidum est  
peccatum, ut etiam animam incorruptibilem,  
quasi corrumpere videatur. Optimè  
probabis, si disquiras cum D. Ambrosio, ver-  
ba illa Genes. 6. *Omnis caro corruperat viam*  
*suam: Nam quamquam ibi intelligat præfa-*  
*tus Pater, per carnem hominem, cum tamen*  
*homo constet corpore, & anima, anima au-*  
*tem sit incorruptibilis, videtur non posse*  
*verificari assertum de anima, quod nempe*  
*corruperat viam suam? Non tamen insuffi-*  
*cens erit responsio, tam abominabile esse*  
*peccatum, ut putredine sua ipsam etiam ani-*  
*mæ viam quasi infecerit, & corruperit. Au-*  
*di Ambrosium ad locum Genesis: Caro,*  
*inquit, causa fuit corrumpenda anima per peccatum,*  
*qua velut origo, & locus est quidam voluptatis, ex*  
*qua velut à fonte prorumpunt concupiscentiarum,*  
*malarumque passionum flumina, latèque exu-*  
*ndant, quibus demergitur anima remigium cum ipsa,*  
*meis velut quibusdam tempestatibus, & procellis,*  
*vieta loco suo cedit.*

**V**oce magna clamauit: *Lazare veni foras.* Dubitabis  
ad quid clamauerit Christus Dominus voce  
magna, ut Lazarus exiret à mortis terminis,  
& à sepulchro, cum non ex clamore vocis,  
sed ex divina virtute ad vitam esset reuo-  
candus? Dices ideo voce magna clamasse  
Christum, ut indicaret quantum peccatum  
impediat, ne Dei voces audiantur: nam La-  
zarus obstinati peccatoris ibi figuram ges-  
tit. Probabis intentum, si cum Lyrano no-  
stro, & cum D. Hieronymo disquiras locum  
illum Genes. cap. 4. *Si male egeris, ita in for-*  
*ribus peccatum tuum aderit: vbi sic legunt præ-*  
*fati Patres: Peccatum tuum erit in foribus tuis*  
*recumbens, aut sedens: in quo alludere vi-*  
*dentur ad canes custodientes fores Do-*  
*minorum suorum, ne quis domum ingre-  
diatur, quod faciunt dentibus, & latratu:*  
*ecdem igitur modo peccatum ad fores animæ*  
*nostræ sedes, & cubans impedit, ne quid bo-  
ni ad nos ingrediatur. In cuius confirmatio-  
nem adducit D. Hieronymus illud Psal. 50.*  
*Peccatum meum cōtra me est semper; quia, inquit,*  
*semper peccatum impedit Dei voces, a quibus om-*  
*nia nostra bona procedunt.*

## Quadragesima continua.

*Lazare veni foras.* Foras exire iubet Dominus Lazarum, ut ostendat necessariū esse, vt in ueteratum peccatorem à se exeat, & probet crimina sua, ut iustificetur à Deo. Proba ex Ambrosio lib.2.de pœnitentia c.7. vbi educens hunc Ioannis locum, sic ait: *Veni foras, hoc est, qui iaces in tenebris conscientia, & delictorum tuorum sordibus exi foras, delictum proprium prode, ut iustificeris.*

*Ligatus pedes, & manus insititis, & facies illius sudario erat ligata.* Ex hoc loco propones mysticā veri obedientis effigiem, qui prælati iussa discutere non debet. Habes de hoc argumēto multa, p.2.fol.20.à col.2. vsque ad finem sequentis annotationis.

Sabbato post Dominicam quartam Quadragesimæ.

*Tu de te ipse testimonium perhibes,* Ioan. 8. Christi testimonium omni semper fuit exceptione maius, quod ipse semper operum fulcimento roborauit, p.1.fol.71.col.2.lit.A. per totam columnam, & vsque ad fol.72. per totam columnam.

*Vos secundū carnem iudicatis.* Abstinendum maximè est à iudiciis temerariis, neq; iudicandū est ex apparentiis: in hoc enim differt iusti conscientia ab impii mente: nam impius, & iniustus temere, & de facili dicit quidquid cogitat: impensè autem cogitat iustus quidquid iudicat, aut prodit. Habes de hoc argumēto integrām annotationem, quæ incipit à col.2.fol.171.par.1.

*Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris.* Habes quā plurima de Christi sequela, & quomodo sequendus sit, par.2.fol.20.col.1. & per totam annotationem.

Dominica 5. in Quadragesima, seu Paschionis.

*Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ioan. 8. Iusti conscientia animosa, nihil timet, quod ei exprobreter in facie. Proba ex Authoritate diui Fulgentii sermone in præfens Euangelium, qui ita habet: *Nemo magis à temeritate liber, & reuera animosus, quam ille qui nullius mali sibi conscius est.*

*Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ac si dicat: ea est natura peccati, & conditio, vt ipsum seipsum prodat: vnde si ego peccatum habem, statim videretis, & in faciem exprobaretis. De hac peccati proprietate poteris latè cōcionari, si disquiras locum illum Ge-

nesis c.27. *Dixit Esau in corde suo: venient dies lutus patris mei, & interficiam Iacob fratrem meum: vbi statim annectit contextus sacer: Nuntiatum est hoc Rebeccae.* In dubium igitur vertes, quomodo statim nuntiatum fuerit Rebeccae illud, quod in corde suo dixerat Esau, vel cogitauerat, ut habeat Sanctes-Pagninus: Responde ex Ambrosio ad locum citatum, hanc esse peccati naturam, & conditionem, vt ipsum seipsum prodat. Audi Patrem: *Latere, inquit, peccatum nescit, ardet videri, ipsa se prodit iniquitas.* Quod argumentum si amplius volueris dilatare, disquire illum locum eiusdem Genesis cap.4. Dei ad Caym. *Nonne si male egeris, statim peccatum tuum praeforibus aderit? Quem locum sic transfert Hieronymus: Illico peccatum tuum ante vestibulum tuum sedebit, & tali ianiore comiteris.*

*Quis ex vobis arguet me de peccato?* Qui verbum Dei disseminat, necesse est, vt morum probitate fulgeat. Probabis ex Theodoreto ad illa verba Psalm. 2. *Apprehendite disciplinam:* vbi sic habet: *Oportet, ut verbi Dei promulgator virtutem quam prædicat, ad actum deducat; nō enim sufficit ad perfectionem sola cognitio diuinæ scientiæ, & veritatis.*

*Quis es vobis arguet me de peccato?* De bono nomine, & fama potius curandum, quam de honoribus, & diuiriis. Probabis intentum, si cum Philone disquiras verba illa Dei ad Abraham Genes. 12. *Benedic tibi, & magnificabo nomen tuum.* In dubium vertes, cur Dominus non promiserit Abrahamo in sua benedictione diuicias, vel dignitates, sed solū dixerit se illius nomen magnificaturum. Responde ex præfato Philone libro de migratione Abraham: *Quia bono nomine nihil est utilius; unde sicut bonum, & honestum est, ita & videri prodest. Est quidem veritas opinione melior, utramque tamen sua bona fortuna sequitur, sed cui Deus utramque concessū, ut bonus, & honestus sit, & videatur, hic verè beatus. & verè vir magni nominis, neque est negligenda bona fama, res in omni vita utilissima.*

*Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* De veritate publicè, & animosè proferenda habes quamplurima ad prædicandum, par. 1. fol. 53.col.1. lit.D. & per totam annotationem.

*Si veritatem dico vobis, &c.* Propria commoda, respectus, ac personarum acceptatores fermè sunt veritatis satellites; non tamen eam alligare valent, si sistat in pectore ab omni omnino lucro alieno, p.1.fol.56. col.1.lit.B. & per totam annotationem.

Veritatem apud Principes impios liberè proferre periculose nimis, sed valde gloriosū,

par.1.

## Elenchus locupletissimus

pár. 1. fol. 53. col. 1. lit. D. & vñterius.

*Qui ex Deo est, verba Dei audi. Dum peccator Dei verbū audit, signum habet salutis. Probabis, si disquiras cum diuo Ambrosio lib. de Paradiso, cap. 14. locum illum Gen. 3. Cum audis- set Adā vocem Domini Dei deambulantis in Pa- radiso ad auram post meridiem: Adhuc , inquit Ambrosius, in his remedium sanitatis est, qui au- diunt verbum Dei. Ad hoc idem argumentum dilatandum habes, par. 1. fol. 256. col. 1. lit. C. & vñterius.*

*Nonne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & Daemonium habes? Vesani erant, & inuidia ob- cœcati, ita Ammonius ad hūc locum: Nimia, inquit, vesania à Daemonio possessum dicunt, qui Daemonibus imperabat.*

*Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non guſta- bit in eternum. Quid inauditum videtur hoc, cum alibi scriptum sit: Statutum est hominibus semel mori. Aduerte tamen iustorum mortem prius vitam dici posse, quām mortem: ha- bies de hoc argumēto, par. 2. fol. 251. col. 1. lit. D. & per totam annotationem.*

Eleganter, & venustè satis hunc discursum dilatabis, si dispunxeris cum Philone locum illum Genef. 4. *Quid fecisti? vox san- guinis fratris tui Abel clamat ad me, &c.* Quod idem valet, ait Philon, ac si diceret Deus Caymo. Putas te aliquid fecisse? putas ne occidisse fratrem? falleris; nam ecce vox eius clamat; vnde paret, iusti mortem fuisse vitam. Viuit siquidem, & clamat occisus. Ac- cipe Philonis verba: *Abel, quamvis credas in- teremptum, o Caym! viuit, exemptus nempe ex insi- pientis mente, viuit in Deo vitam felicissimam, ut attestatur diuinum oraculum, quod vociferari eum ait in clamore, & à clamore prodere, quæ à malo socio passus est; alioquin, si non amplius erat, quo- modo loqui poterat?*

Feria 2. post Dominicam quintam Quadrage- sumæ, sive post Dominicam Passionis.

*Miserunt Principes, & Pharisæi ministros, vt com- prehenderent Iesum, Ioannis cap. 7. Cum in mul- tis, propter suas ambitiones, desideret Prin- cipes, & Pharisæi, ( ait Ferus Episcopus ad hunc locum ) in hoc tamen omnes conue- niunt, vt comprehendatur Christus: Ad ma- lum operandum, mira est impiorum concordia, ait diuus Thomas ad caput Genesis 11. In cuius confirmationem disquirit ipse verba illa Gigantum superborum eiudem libri, & capituli: *Venite, faciamus nobis ciu- tam, & turrim, &c. Si ita sunt elati, & in- ter se discordes, quod diuidi ab inuicem iam sta- tutum habent; diuidamur, inquiunt, in gētes; quomo- do in hoc superbia opere perpetrando omnes con-**

*ueniunt? illud certè commune, & familiare est in- piis, ad male scilicet operandum maxima inter se vñione conuenire.*

*Vado ad eum, qui misit me. Perpende sacri cōtex- tus seriem. Principes Sacerdotū, & Pharisæi, mittunt ministros, vt comprehendat Iesum, ducantque ad occidendum; Iesus verò ait, vado, ac si dicat: longè libentiori animo vado ego ad mortē, quām vos me queritis interficiere: vnde optimè Euthymius ad caput Ioānis 18. *Præcessit Christus Dominus, & amore ex- cessu hostium suorum depravata voluntati. Quem discursum si volueris dilatare, adde ea, quæ habet Bernardus sermone de Passione, per- pendens illa Ioannis verba cap. 18. Iesu au- tem sciens omnia, quæ ventura erant super eum, proceſſit, & dixit, &c.* Quām promptus fuerit sp̄ritus tuus ad Passionē Domine, euidenter ostendisti, quādō venientibus vna cum prodi- tore tuo, viris sanguinum, & quarentibus animam tuam cum lanternis, & facibus, & armis per noctem vñtrō occurristi: multum igitur antecessit Christus Dominus volūta- te moriēdi pro nobis, desiderio, & odio, quo æstuabant Principes Pharisæorum ipsum oc- cidendi. Poteris igitur hic agere de maxima pigritia, & socordia, quia obsequimur illi, qui adeò voluntariè, & promptè pro nobis mor- ti se obrulit.*

*Si quis sit, veniat ad me, & bibat, & flumina de ven- tre eius fluent aquæ viuæ. Vbiq; Dominus aquam viuam promitterit, quia eius gratia non est in- operosa, aut mortua; sed efficax, & operosa. Habes de hoc argumēto multa, p. 1. fol. 158. col. 2. lit. C. D. & vñterius.*

*Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Dixerat, si quis sit, veniat ad me, & bibat; nūc autem addit, fluent de ventre eius flumina aquæ viuæ: vide diuinæ gratiæ incrementum; ex fonte bibent, & in flumina cōuertentur: sed quod præcipue considerare debes, est, quod qui gratiam accipiunt, non vt sibi solis ser- uent, accipiunt, sed vt fluant, idest, vt aliis impartiantur; quod vt probes, disquire cum Hieronymo in prologo in Genesim, locum illum Proverbiorum cap. 46. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide: sic enim ibi ait præfatus Pater. Tantum habes diuinitatis, quantum liberalitatis habes.*

Feria 3. post Dominicam Passionis.

*Ambulabat Iesus in Galilæa; non enim solebat in Iu- dea ambulare, quia querebat eū Iudei interficere, Ioan. 7. Iure dubitari potest, cur Christus Do- minus, qui sponte sua ad mortē properabat: Oblatus namq; est, quia ipse voluit, se se à persecu- toribus, & ab illis qui mortē, quā exoptabat illi*

## Quadragesima continua.

illi date volebant; abscondisse: nonne ipse dixerat per os David, significans audiitatem, quā habebat pro nobis moriendi? *Pretū mēū repellere cogitauerūt, eucurri in sūt.* Psal. 55. Quibus verbis indicauit intimū suum desideriū moriendi pro nobis, longè audiūs esse, quām odium, quo eum Iudæi quārebant interficeret? Quomodo ergo nunc, ne interficiatur, se abscondit?

Responde quādā fecisse Christum propter se, & quādā fecisse propter nos, & propter nostrum exemplum, ita audiē pro nobis moriēs optabat, vt suum in nos cōmendaret amōrē, dilectionemq; ostenderet, mortem aliquādo declinabat, vt nostra fragilitatem consolaretur. Proba ex Beda, qui sic habet ad locum: *Pro nobis (inquit) pati, audīssimē exoptabat Christus, sed in hoc factō infirmitati nostra præbebat exemplū, nostramq; fragilitatē consolabatur.* Quod etiā eleganter probabis, si disquiras cū diuino Chrysost. locū illum Matth. 27. vbi ait Euāgelista sacer, postulasse Christum Dominum æternū Patrem, vt ab eo passionis calix transficeret, & quod statim ipse se persecutoribus libēter obtulerit, dicens: *Quē queritis? ego sum,* vt habet Ioan. c. 19. Nam si parum ante tempus mortem sic exhorruit, quomodo statim adeō animosē se morti obtulit? Dices in primo euētu se gēcisse vt hominē, nostramq; fragilitatem ante æterni Patris oculos proposuisse. Audi de hoc Chrysost. ad hunc locum: *Transfiguratus in seruos, qui nihil aliud vult, quā Pater: volebat itaq; & exoptabat quod Pater, nēpe pro hominibus se morti tradere; morte autem, vt homo ante Patrem formidabat, vt illi ante oculos proponeret humanam fragilitatem, vt condoleret.*

Vel dic ex Augustino ad hunc locū, voluisse reueare in se suorū fragilitatem, qui aliquando se mortis metu à persecutoribus abscondendi erant: *Futurum erat (inquit August.) vt aliquis fidelis Christi absconderet se, ne à persecutoribus inueniretur, & ne illi pro crimine obicereatur latibulū, præcessit in capite, quod in mēbro confirmaretur.* Vel dic ex Theophylacto, noluisse ambulare in medio inimicorum suorum, ne eos magis ad odiū prouocaret, ex quo poteris auditoribus tuis persuadere, esse illis maximē cauendū, ne occasionem præbeant inimicis, vt corū odiū in se amplius concitetur: nam tunc, tam peccabunt ipsi occasionem dando, quām inimici odiendo.

*Transi hinc, & vade in Iudeam, vt discipuli tui videant operā tua, quā facis.* Ut vani homines cōsiliū dabant, nam opera nostra hominum conspectui cēlanda sunt, & non propalanda. Quod optimē probabis, si disquiras cū diuino Basilio hom. 7. in Genesim, cur ordinauerit

Deus, quod aues suis alis, suisque plumis fo- ueant, & tegat oua, quā parturiūt; pisces ve- rō in liquida, & transparēti aqua publicē di- mittant, dicesque ex eodem diuino Basilio per pisces intelligi vani homines huius sēculi, qui opera sua faciunt, vt videantur; at per aues iusti, & contēplatiū, qui bona, quā ope- rantur, tegere satagunt, & occultare. Accipe Basilio verba loco citato. *Cur aues suis incum- bant ouis, pisces autē aquis committuntis per pisces inanis glorię cupidi significantur, per aues iusti, per oua, quās dubitat opera nostra significari? ne scisci- temur igitur, cur oua pisces non fouent, sed aquis committunt, aues autem eis incubant, quia scilicet iusti, velut aues, fœtus suos, & opera in nidis, id est in conscientiis virique suis concludunt, studētes soli Deo placere, inanis autem gloria cupidi, vt pisces aquis oua sua relinquent, nempe vulgo caco, sem adulatorum turba inconstanti.*

Opera igitur nostra cēlanda sunt, & nō propa- lāda, & ostēdenda. Habes de hoc argumento multa, p. 1. fo. 105. co. 1. lit. B. C. D. & vlt̄rius. *Vos ascendite ad diem festum hūc, ego autē non ascen- dam ad diem festum istum, quia tempus mēū nondū impletum est.* Tanta audiitate, & gaudio passus est Christus pro nobis, vt diē lux passionis, & mortis, diem, & festum suum particulare reputauerit, & præ omnibus aliis festiuitati- bus coluerit, & exoptauerit. Probabis, si dis- quiras cū diuino Chrysostomo verba illa eius- dē Christi ad Discipulos: *Desiderio desiderauis hoc Pascha manducare vobiscū,* Luc. 22. Premit nāque Chrysostomus syncathegorēma illud hoc, & dubitat cur Christus non dixerit, de- siderio desiderauis pascha māducare vobiscū, sed notāter dixit hoc Pascha, aitq; ideo dixiſſe tātūmodo de præsenti illius apni Pascha- te, quia, inquit, in hoc erat sacramēta traditūrus, & pro nobis moriē obiūrus. Ex quo patet tanto desiderio, & gaudio se morti obtulisse Chri- stū pro nobis, vt diē suā Passionis, & mortis appellat diem suā propriā festiuitatis.

Feria 4. post Dominicam Passionis.

*Ambulabat Iesus in templo, &c. vsque ibi: Opera que ego facio in nomine Patris mei, testimoniuū per- hibent de me.* Operū testimoniū irrefragabile, & omni exceptione maius. Habes ad hoc ar- gumentū multa, p. 1. à fol. 69. vsque ad 74.

*Façtē sunt encēnia, &c.* Idem est encēniare, atque renouare; vnde docemur esse nobis in dies renouanda conscientia; proba ex Theophylacto ad hunc locum, vbi sic habet: *Sat agas tu quoque dum hyems imminet, id est vita præsens, spi- rituales encēnias tui templi celebrare, semper reno- uando te ipsum.*

*Vos non creditis, quia non esis ex omnibus meis.* Atten-

## Elenchus locupletissimus

Attende interrogationem, & responsum: illi interrogant: *si tu es Christus*, vt ex responsione calumniandi sumant occasionem; ille vero se pastorem ait, & sic austulit occasionem, quā quārebat accusandi Christum apud Romanos: audi Rupertum ad hūc locum: *Cum secundum nomen Regium, de quo interrogabatur, dicere potuisset, non estis ex ciuibus meis, dicere malum secundum nomen pastoris: non estis ex ouibus meis.*

In quo si aduertis, ad duo attendit Christus: primum, vt modestè ageret, fugiens nomen Regium: deinde vt ostenderet, se potius gaudere pastorem nominari, quam Regem: nam pastoris officium faciebat, dum cum frigus erat, suo verbo, & doctrina souebat, & pascebat oves.

Dicunt Reges potius ad eos pertinere officium pastoris, quam imperantis, & regnantis: discant tempore hyberno, id est aduersitatum, suos souere subditos.

*Pater meus, quod dedi mihi, maius omnibus est.* Cyrius Alexandrinus cum multis intelligent verba hæc de ouibus, quas Pater Filio reddit, sed statim dubitandi exurgit fundamentum, quod primo adiuuenit Ricardus de S. Victore in Cant. vbi obiter ponderans illa verba Dominica Ioannis 4. *Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi ego sum, ibi & sint mecum.* Dubitat igitur præfatus Pater quomodo Christus dicat accepisse à Patre ques, si ipse eas empsit proprio sanguine. Ad dubium dices, tanti habuisse Christum hominum ouium nomine designatos, vt quamquā ipsos empserit pretio magno, tamen illos sibi gratios donatos fuisse dicat: mirus equidem in nos amor, mira dilectio, mira charitas! Audi Ricardum: *Ita tunc de ipsorum redemptione exultat, ut non reputare magnum id, quod pro eis obstat, sed ut videatur eos, quos accepit, potius sibi datos ex munere, quam emptos pretio sui sanguinis, & compensatione.*

Discat terreni Reges charissimos habere subditos suos, & plus habere ipsos, quam sua.

Feria 5. post Dominicam Passionis.

*Rogabat Iesum quidam Phariseus, &c. Et ecce mulier quæ erat in Cittate peccatrix, Luca 7.* Annotata in primis Euangelistæ loquendi modum, peccatrixem dicit, sed nomen tacet, ne infamaret mulierem, & quamquam ambiguitatem intulerit, non apponendo nomē istius peccatrixis, (nam secundū Græcos tres fuerunt mulieres peccatrices, & secundū Chrysostomū duas) tamen potius voluit ambiguitatē permittere, quā mulierē infamare; celdi enim sunt peccatorum defectus. Habet

de hoc argumento multa, par. 1. fol. 179. col. 1. lit. A. & vterius.

*Mulier peccatrix, Operuit, & diminuit mulieris delicta foeminea fragilitate; nam si delictum maximum erat esse publicam peccatricem, tamen mulieris fragilitate minuebatur; proprium igitur est vere charitatis adiuuentiones quārere ad operiēdum defectus proximorum, ad illos minuendos, par. 1. fol. 179. col. 2. lit. B. & vterius.*

Optimè probabis etiam præsens assumptum, si disquiras verba illa, Genes. 45. Joseph ad fratres suos in Ægypto: *Nolite me steti esse, neque vobis durū videatur, quoniam hic me redididit: ad vitam enim vestram misit me Deus ante vos.* Ad quem locum optimè Ambrosius: *Quam pia fraternitas, quam charitativa germanitas, ut etiam parricidale excusat admīssum: dicens diuīne illud prouidentia fuisse, non impietas humana.* Pallio igitur diuinæ prouidentiae tegit fraterna charitas, &c minuit fratribus malitia.

Amplificabis iterum eundem cōceptum, si disquiras cum Authore Glossæ interioris, & cum Ambrosio ad Psal. 118. verba illa Davidis 2. Reg. cap. 18. *Seruante mihi puerum Absalon.* Circa quæ verba dubitare poteris, eur David Absalonem vocavit puerum, grandis cum esset, & exercituū dux, à quo ipse valde timebat, dicens: *Fugiamus, nec erit nobis refugium ab Absalone?* Respondet Laudunensis Ambrosius dicens: *Puerum vocat, non etate, sed paupitatem sensus: cooperuit igitur Davidis charitas filii malitiam, & inobedientiam sensum paruitate.* Audi Ambrosium loco citato: *Seruante, inquit, puerum Absalon, calabat impietatis scelus nomine paupitatis.* (Reboçana David la maldad de Absalon con capa de mocedad.) Ita Euangelista sacer operuit peccatricis malitiam fragilitate mulieris, ideo dixit: *Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.*

*Mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix.* Cur rem gestam narrans Euangelista sic exagerat peccatrixis culpam, vt eam publicam peccatricem appellat. Respondet Chrysost. ser. 93. ideo exagerasse culpam, vt exageraret Christi benignitatem, & misericordiam: *Exagerat mulieris facinus, vt accumulet indulgentiam largitoris,* ait præfatus Pater.

Quod amplius poteris dilatare, si cum Chrysostomo disquiras illud Pauli 1. ad Timoth. cap. 1. *Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus, &c.* Ad quid Paulus Dei seruus scipsum tot maledictis infestatur, & contumeliis? Ad quid ita exagerat præterita facinora sua, & aggrauat crimina? Nonne melius fuerat ei tacere, corumque obliuisci, ne denud scandalizarentur, qui audiunt? Bonè tamen respondet Chrysostomus,

vt ex

ut ex tantorum criminum magnitudine, Dei clementia euidentius innotescat: Traducitur, inquit, *vna serui, ut apparet humanitas Domini.* Ut cognovit quod Iesus accubuit. Ponderat Chrysostomus ser. 93. cur mulier hæc peccatrix non statim ingressa sit Pharisei domum, sed expectauerit, usque dum ad manducandum accubuerit; atq; ideo fecisse, quia Christus Dominus ex situ corporis, quo se exhibet, quo sit in nos animo ostendit. Non ad stan-tem, non ad sedentem audet venire pecca-trix; Deus enim cum star, corripit; cum sedet iudicat; poststratis coniacet, cum recubabit. Vnde inclinatione ad miserandū supernam decidit maiestatem; & ideo creditur, quod esset ad veniam sibi promptus, qui Pharisei venerat tam promptus ad mensam.

De Christo ad misericordiam inclinato, seu reclinato habes multa, p. 2. fol. 155. per totā annotationem.

*Et stans reiō secus pedes eius.* Verecundia in pec-catore, euidens signum salutis, inuerecundē autem peccare, signum condemnationis. Optime probabis cum Caiet. si disquiras locum illum, Gen. cap. 3. Timui, & abscondi me. Non fui, inquit, illorum desperanda correclio, qui ha-bebant aē commissō peccato erubescientiam. Contra verò de illis, qui non verentur publicè peccata perpetrare, intelligendum est illud Hieremie in cap. 3. obiurgans populū Israel, quia absq; vlla verecundia diis alienis im-molabat: Tons, inquit Propheta, mulieris mere-ricis facta est tibi: ac si dicat, iam verecundiā amisisti, iam de peccatis non habes erubescentiam: vnde periclitatur multū salus tua.

*Stans reiō secus pedes eius.* Ad diuersas Christi partes confugisse nonnullos, obseruat Ber-nardus ser. 23. in Cant. Optimam partem tamen sibi Maria elegit, nempè pedes Domini, tan-quam certum locum, ubi consciuntur corona, qui-bus præmiantur propter Deum affliti. Habes de hoc argumento multa, p. 2. fol. 209. col. 1. per totam annotationem.

*Hic si esset Propheta, sciret, qualis est mulier, qua tan-giū eum.* Temerè dicunt improbi, quidquid co-gitant; at iusti impensè cogitat, quidquid di-cunt: habes de hoc argumento, & de temerè iudicantibus multa, p. 1. fol. 171. col. 2. lit. B. & vterius.

*Hic si esset Propheta, &c.* Adeo sinistrum est ho-minum iudicium, vt illa etiam, quæ virtuosa sunt, velari necesse sit, vt eorum calumniam possint euadere, habes ad hoc comprobadū integrum annotationem, p. 1. fol. 167. col. 1. lit. C. & vterius.

*Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit mul-tum.* Si multum dilexit, multum emolumen-tum accepit; vnde inferes, nolle Deum à no-

bis amari propter aliquem suum prouentū, sed propter commodum nostrum; vnde optimè Hilarius ad Psal. 1. Amari se à nobis exigit Deus, non amoris nostri fructum ali- quem in se ipso accipiens, sed amore ipso nobis potius, qui eum amamus, profuturo; nam amari idcirco à nobis expedit, vt digni beatitudinis sua, ac bonitatis munere per meritum amoris sui iudicemur.

#### Feria 6. post Dominicam Passionis.

Collegerunt Principes, & Pharisei concilium adauer-sus Iesum, &c. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, si dimicimus eum sic, venient Ro-mani, & tollent locum nostrum, & gentem, vsq; ibi unus morietur Homo: Cæcorum, & inuidorū cæcum semper iudiciū vnde optimè ad hunc locum Theophilactus. Decebat (inquit) admi-rari, & extollere eum, qui talia peragebat miracula; ipsi verò potius conciliantur, vt illum occidant.

Venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Proprie vtilitates, & humani res-pectus, ac perlonarum acceptio Christum Crucis affixerunt, p. 1. f. 5 8. c. 1. lit. B.

Venient Romani, & tollent locum nostrum. Huius sæculi facultatibus, & diuitiis dediti, plus vo-lunt Deū, & animas perdere, quam prædiis, & diuitiis spoliari. Probabis, si disquiras, cui Enoch egerit de ædificā ciuitate, absq; eo quod Deo sacrificauerit: Abraham autem vi-xerit in casulis, & tantum de Dei cultū. Responde cum Martyre Bertatio dub. 33. ex ve-teri testamento: Iusti, inquit, Deum terrenis curis, & prædiis anteponunt; at verò filii huius sæculi in Enoch designati bona temporalia Dei cul-tui anteponunt.

Sabbatum post Dominicam Passionis.  
Cogitauerunt Principes Sacerdotum, vt & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudeis, & credebat in Iesum. Ioannis cap. 12. Me-dia, quæ assumuntur ab improbis, in suorum scelerum tegumenta, scelerum corundē de-rectores sunt, & precones: Habes ad hunc discursum amplificandum integrum annota-tionem, p. 1. fol. 46. col. 2. lit. B. & vterius.

Odium, & inuidia ita obcæcāt intellectum, vt discurrere omnino nesciant. O cæca inuidia, & saevitia! non vident, quod poterat suscitare occisum, qui mortuum suscitauit: ait Augustinus ad hunc Ioannis locum.

Adeo fera, & rabiosa est impiorum ira, vt ad instar canis, qui lapidantem mordere non potest, lapidem mordit, cum Deo ledere non possit, in eius ministros insurgat. Probabis optimè, si disquiras cum D. Chrysostomo, cur

Caym insurrexit in fratrem suum, à quo in nihilo offensus fuerat: Dic ideo fecisse, quia de Deo vindictam sumere non valuit, qui eius sacrificium contempserit: audi Patrem Hom. 18. in Genesim: *Cum non posset (inquit) eum Deo rem agere, effundit in fratrem furorem suū indomitum*: tales fuerunt impii, inuidi; Sacerdotum Principes, qui cum usque tunc in Christum inualere non potuerint, Lazarum eius amicum intentarunt occidere.

Dominica in Ramis Palmarum.

*Misit duos Discipulos suos, dicens eis, vsq; ibi, soluite, & adducite mihi Matth. 21. Per hoc iumentum peccatorē intellige, iuxta illud Psal. 48. Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: quo supposito nota cum Hugo ne Cardinali ex c. Lucæ 19. quod vñū, idēq; animal multos habebat dominos; nā ait Lucas: Dixerunt domini eius ad Discipulos, &c. & infer ex loco peccatorem, non vnum tantum dominum habere, sed plurimos: tot enim dominis subiectus est, quot vitiis inseruit: quia nō vno tanū rūto, sed pluribus erat subiectus, non vnum tantum dominum, sed plurimos habere dicitur, ait præfatus Pater.*

*Ecce Rex tuus veniet tibi mansuetus. Ideo non pō patice intratur Christus Hierosolymam feroci equo sedens, sed iumento humili, quia semper voluit plus per mansuetudinem amari, quam per potentiam timeri; vt propheta datum fuerat, dum Agnum dominatorem appellatus est Esai. 16. quod obseruauit Chrysostomus, cum causam reddens, cur iumento sedens ingreditur; sic enim habet, ut non propter potestiam timetur, sed propter mansuetudinem amaretur.*

*Ozanna clamabant dicentes: Benedictus quis venit in nomine Domini. Disquire cum Bernardo, quād vana, & instabilis sit mundi gloria, hodie acclamat Saluatorem, & ab hinc tribus diebus vociferantur, dicentes, crucifige, crucifige eum: Quis (inquit Bernardus sermone 1. de Ramis Palmarum) sperare iam debeat in incertum gloria temporalis? Cum videat in ipso, qui peccatum non fecit, Creatore temporum, & conditore uniuersitatis, post exaltationem tantam nihilominus, tantamq; humiliationem sequi: in eadom nempē ciuitate, & plebe, & eodem tempore, nunc quidem processionis gloria, & diuinis laudibus est honoratus: postmodum vero interrogatus contumelias, & cum sceleratis depuratus, hic est transitoria finis letitia, hic fructus glorie temporalis.*

Petri resipiscientia.

*Conuersus Dominus respxit Petrum, & egressus fo-*

*ras fleuit amare. Lucæ 22. Christi oculi vim, & efficaciam maximam habuisse ad purganda peccata, & ad peccatoris internam duritiam emolliendam, & ad illius animam illuminandam, optimè probabilis ex hoc euēt: & dilatabis, si disquiras cum Patribus locum illum Apocal. in cap. 1. vbi describens Ioānes hominem illum, quem vidit (per quem omnium Patrum concensu, Christus Dominus intelligendus est) perueniens ad oculos dixit: Oculi eius tanquam flamma ignis, ab quem locum optimè Ricardus de Sancto Victore: Flamma (inquit) lucem, & calorem tribuit: oculi igitur Christi flamma, & ignis sunt, quia electos respiciens, illustrat, & calefacit: obnubilatū erat cor Petri, & frigidū, cōiecit Christus in illum oculos, statim illustrauit, mollificauitque, ac resoluit in lachrymas, & fleuit amare. Aplicó Christo el fuego de sus ojos al corazón de Pedro como alambique, y empezó luego a destilar por los ojos la humedad que tenía en las entrañas.*

*Respxit Petrum. Cæciderat Petrus in periutium, voluit Christus iacentem erigere, & quia illi manum porrigerere non poterat, quia ligatus erat, innuit oculis, vt surgeret: oculis igitur illi auxiliatus est, quia manibus non potuit, proba ex Psal. 10. Oculi eius in pauperem respiciunt, vbi sic Hieronymus: Ad quid, nisi vt adiuue?*

*Egressus foras fleuit amare. Cur vbi peccatum commisit, peccatum non fleuit, vt suæ pœnitentiae haberet testem, quæ suæ negationis habuit inspectorem: nam locus vbi quisq; turpiter errauit, aptissimus est ad satisfaciendū pro peccato: proba ex loco Esther 4. vbi ait contextus sacer, quod omnia loca, in quibus antea latari consueuerat crinium laceratione complebat.*

*Cur igitur Petrus vbi peccauit non fleuit, sed egressus foras.*

*Responde primū ex Beda, & Hieronymo melius fecisse Petrum, si ibi pœniteret, & fleret, vbi culpam commisit: at trepidasse propter metum Iudæorum, & fuisse hoc ante actæ culpæ effectū; nam peccati effectus est timidum peccatorem reddere, de quo multa habes, p. 1. fol. 184. col. 1. lit. A. & vltierius.*

*Sed potius dic, ideo Petrum foras fuisse egredsum, & coram Domino non fleuisse, vt se grauius puniret, prinans se præsentia sui Magistri, quem intensè amabat: nam præsentia dilecti solatur afflictum, & leuius facit, quod patitur: proba ex illo loco Genesis 29. Serviuit autem Iacob pro Rachele septem annis, & viabhanur illi dies punci p̄ amoris magnitudine: quem locum dum discutit Nazianzenus, causamque inquirens, cur adeo tranquille sustinuerit Iacob tantorum die- rum*

## Quadragesime continua.

rum labore? Respondet, dicens: *Ideo tranquille fuit nebat, quia aspectu Rachelis fruebatur: noluit itaque Petrus hunc in suo dolore solatium, ideo egressus fotas fleuit amare.*

Boni Latronis fors optima.

*Hodie mecum eris in paradyso.* Lucæ 23. Bonorū consortium bonam fortunam fert secum. In probationē disquire illud Pauli 2. Corinth. cap. 1. *Sicut socii passionis eis, ita eritis & consolacionis,* quod optimè verificatur in bono Latrone, quem in passione Christi societas fecit paradyssi consortem, vt obseruauit Augustinus ad hūc locū, dicens: *Crucis mysteriū fecit Latronē Christi consortem.* Dilata discursū ex c. 27. Ecclesiastes. Vbi habetur: *Fidem posside cum amico in paupertate illius, ut in bonis eius legaris; in tempore tribulationis illi permane fidelis, ut & in hereditate illius coheres sis:* quem locum in hunc sensum adducit Ambroſius serm. de iusto Latrone, & ait: *Qui confortio passionis viuit, paradyssi confortio cōdonatur.* Habes de hoc argumento multa, p. 2. fol. 105.

Sola bona voluntate Paradysum emit.

Proba ex Guerrico Abbe ser. de eodē: *Latro* (inquit) *qui scyphum frigida aqua non habuit, quo emeret Regnum calorum.* Sola bona emit voluntate; nam cum deest facultas, sufficit ad emendum bona voluntas.

*Hodie mecum eris in paradyso.* Tanti facit Deus pœnitentes peccatores, ut non dedigneatur intrare in cœlum vno latrone comitatus. Audi Chryſoft. hom. de Cruce, & Latrone: *Non confusus est (inquit) calcantibus Latronis pedibus paradysum inviroire, sed honorem prestans paradyso;* honor etenim paradyssi est talem Dominū promoveri, qui & Latronem dignum reddidit paradyso: vide de bono Latrone in meo vitæ Christi Completorio vers. 2. cap. 12. & 13.

Feria 5. in Cœna Domini.

*Sciens Iesu, quia venit hora eius.* Ioan. 13. Totum suæ vitæ tempus in nostra salute operanda expendit Christus, sibi parū, vel nullū reseruavit. Habes de hoc argumento multa, p. 2. f. 261. c. 2. l. A. & per totam annotationem.

*Hora eius.* Cur Christus Dominus horam suam reputauit illam, in qua pro nobis passus est? quam etiam diem suum appellauit Ioann. 8. dicens: *abraham Pater vester exultauit, ut vide-*

*ret diem meum, &c.* nam dies, quē vidit Abraham in immolatione Isaac, fuit dies passionis Christi in illo sacrificio figurata: vt communiter sentiunt Patres: dic ergo ex mera charitate dixisse diem, & horam suā, quia in illa, nostræ redēptionis opus erat operaturus: istius est opinionis Chryſoft, ho. 82. in Matthæum: *Quia, inquit, tunc totius orbis salutem erat allaturus, tunc pro nobis dolores mortis oppresurūs;* quia igitur vera charitas proximorum bona reputat sua, ideo horā illam, in qua tantum bonum accepimus, suam dixit: *Habes de hac verae charitatis proprietate integrā annotationem,* p. 2. fol. 12. col. 2. lit. C.

*Vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Dubitabis, cur non dixerit Euāgelista, *vt moriatur, sed dixit, ut transeat:* Responde ex Anselmo in expositione capit. 5. Epistola ad Corinth. Christi mortem à duobus fundamentis potius transitum dicendam esse, quām mortem, quia nullibi fuit à morte detentus; nam à Crucifixione in sepulchrum, à sepulchro transiuit ad inferos, ab inferis transiuit ad viuos, à viuis transiuit ad Patrem.

Secundum fundamentum, à quo Christi mors dicitur transitus, & non mors, accipe ex eodem Anselmo in eodem loco, vbi ait, ideo Christi mortem transitum dici, quia illa mediante transeunt, transieuntque ad Patrem omnes electi; nam ante Christi passionem, & mortem nullus erat ad Patrem transitus: at vbi primum Christus transiuit, statim nobis patuit ad eundem Patrem transitus: audi Anselmum: *Pascha, inquit, interpretatur transitus, & Christus pro nostra redēptione immolatus, Pascha nostrum est, id est, transitus noster à presenti exilio ad supernam patriam, quia ideo pro nobis est immolatus, ut nos liberans faceret ad Patrem transire.*

Hinc inferes iustorum mortem ideo lætissimā esse, quia breuis quidam, & suavis est transitus. Vide de hoc argumento, p. 2. fol. 25. col. 1. lit. C.D. & vterius.

*Ponit vestimenta sua, præcinctus se, misit aquam in peluum, & cœpit lauare pedes Discipolorum.* Cur in hoc tantæ humilitatis opere socium, seu coadiutorem non admittit, sed per se ipsum omnia operatur? nam ipse ponit vestimenta sua, ipse se ipsum præcinctus, ipse mittit aquam in peluum, & ipse propriis manibus lauat suorum Discipolorum pedes.

Responde ex Augustino: *Amani non factum quod ipse non fecerit.* Et vide de hoc argumento multa, p. 2. fol. 143. col. 2. lit. D. & vterius.

FINIS.



the first time I have seen it.

It is a very large tree, about 100 feet high, with a trunk diameter of 10 feet. It has a very large root system, and the roots are exposed at the base of the trunk.

On the left side of the trunk there is a large cavity, which appears to be a hollow tree. The cavity is about 10 feet deep and 5 feet wide. The wood inside the cavity is very soft and porous. There is a small hole in the bottom of the cavity, through which water can be seen flowing out. The water is clear and cold.

The tree is located in a clearing in the forest, surrounded by other trees and shrubs.

The tree is very tall and straight, with a smooth bark. The leaves are green and appear to be healthy. The tree is located in a clearing in the forest, surrounded by other trees and shrubs.

The tree is very tall and straight, with a smooth bark. The leaves are green and appear to be healthy. The tree is located in a clearing in the forest, surrounded by other trees and shrubs.

The tree is very tall and straight, with a smooth bark. The leaves are green and appear to be healthy. The tree is located in a clearing in the forest, surrounded by other trees and shrubs.

It is a very large tree, about 100 feet high, with a trunk diameter of 10 feet. It has a very large root system, and the roots are exposed at the base of the trunk. On the left side of the trunk there is a large cavity, which appears to be a hollow tree. The cavity is about 10 feet deep and 5 feet wide. The wood inside the cavity is very soft and porous. There is a small hole in the bottom of the cavity, through which water can be seen flowing out. The water is clear and cold. The tree is located in a clearing in the forest, surrounded by other trees and shrubs.

The tree is very tall and straight, with a smooth bark. The leaves are green and appear to be healthy. The tree is located in a clearing in the forest, surrounded by other trees and shrubs.

It is a very large tree, about 100 feet high, with a trunk diameter of 10 feet. It has a very large root system, and the roots are exposed at the base of the trunk. On the left side of the trunk there is a large cavity, which appears to be a hollow tree. The cavity is about 10 feet deep and 5 feet wide. The wood inside the cavity is very soft and porous. There is a small hole in the bottom of the cavity, through which water can be seen flowing out. The water is clear and cold. The tree is located in a clearing in the forest, surrounded by other trees and shrubs.





Sionli Tot.

Est. 29

Tab. 5

